NOBILITATE GENERIS, VIRTVTE AC DOctrina Præstantissimo viro:

DOMINO IOANNI MARTINO Säckl / in Treffen / Carinthio: Domino ac fautori suo vnicè colendo:

Τὸ εὐπρέπειαν.

PRæclarè sanè Romanæ Eloquentiæ parens Cicero, ad duas potissimùm res, Hominem natum esse dixit: ad intelligendum nimirum & agendum. Deprehendit enim vir ille prudentissimus: scientia & virtute sublata, hominem non hominem, sed veram potius belluam esse. Namquid quæso hominem à brutis distinguit: facit, vt suo ille ritè fungi munere: finemq; à natura sibi præscriptum, assequi possit? Nonne Rationi hoc vnicè acceptum ferendum: qua bonum à malo secernitur: separatur ab iniusto

(c) 2006 Ministerio de Cultura

iustum: à falso, verum quod est, seiungitur. Mouit profecto res hæc diuinum illum Platonem, vt ad mores hominum, rectà informandos quæ spectarent: facerent ad vitam benè beateq́; transigendam: contemplationi inseruirent rerum sublimium: harumq́; cognoscendas ad causas cõducerent: è tenebris quasi, in lucem produceret, & hominum ob oculos constitueret. Impulit Aristotelem, Philosophorum facilè principem: vt non humana nos solum cogitare: sapere mortalia: sed & diuina quoque tractare: considerare ea iuberet, quæ ex præstantissimo omnium in nobis, quod est, vitam vt traducamus, faciunt. Excitauit etiam, vt alios multos ac innumeros propè latere, nunc patiar, maximè Raymundum illũ Lullium, natione Cathalanum, ac nobili è Barcinoœnsium familia ortum:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ortum: Philosophum, circiter annũ Christi 1311. excellentissimum: vt actiones suas cunctas, vitamq; eò dirigeret totam: quo, ad θεωρίαν & πρᾶξιν Philosophicam ponderis aliquid momentiq; quæ adferrent, quàm breuissimè etiam fieri posset: docendo interim magis rem ipsam, quàm tempus in ornatu verborum inutiliter terendo, posteritati relinqueret. Et, vt aliquot saltem huius nobis in scientia cõficere spatia, vtilitatemq; illius eximiam, patefacere liceat: an non præclarum, omniq; laude dignum illud, quod talem ille inuenerit Scientiam, qua cognitâ, reliquæ quoq; sine difficultate vlla, laboreq; magno cognosci ac percipi: & ad quam, tanquam Lydium examinari lapidem possint. Est homini verè ingenuo ac liberali in id incumbendum primò, à facilioribus vt ordiatur: generalem sibi ac

(c) 2006 Ministerio de Cultura

confuſam rerum comparet cognitio-
nem ante, quàm ad fontes ipſos
primaq́ principia accedat vt ita in
ſpeculo quaſi, cuncta ea videre poſsit,
quæ latiſsimum aliâs campum obti-
nent? Ne hac in parte quid deſidere-
tur, præſtò nobis eſt Lullius: qui ar-
tem nobis breuem & quaſi compen-
diariam ſcientiæ ſolidæ reliquit. Eſt
diuinarũ rerum comparanda cogni-
tio ac ſcientia: videndum, vt veritas
rerum abſtruſarum, quoad hac in
mẽtis noſtræ cæcitate & caligine fieri
poteſt, cõparetur? Vt voti huius no-
ſtri cõpotes & participes reddamur,
pro virili nos adiuuat Lullius: qui
artem ideo Cabaliſticã ad nos miſit:
ſic dictam, quòd diuinarũ maximè
nobis cognitionem rerum patefaciat.
Sunt primordia rerũ indaganda ei,
qui non nomine ſe ſolùm Philoſophi
venditare: ſed reipſa quoque talem,

præ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

præbere cupit: perſcrutandæ earum cauſæ? Ne inſcitiæ quis hac etiam in re arguere nos poſsit: in auxilium vocari poteſt Lullius: qui, vt non ventoſam ſaltem, inq́ labijs hærentem ſcientiam ac ſapientiã: ſed & ſolidã omnibusq́ abſolutam numeris compararemus: principia nobis Philoſophiæ duo & decem cõmunicauit, quæ tanquã ſtatuæ Mercuriales, ad hanc viam nobis monſtrare poſſunt. At, dicat forte hîc quiſpiam: præclara quidem hæc ſunt: ſed tamen ſine Logices cognitione, tanquam veritatis norma ac regula, perfectè ſciri & intelligi nequeunt: ἀπαιδεύτων ἀναλυτικῶν, *vt Philoſophi verbis vtar, laborare illi dicuntur, qui Logica ſine diſciplina, reliquas tractare ſcientias, earum inquirere principia conantur? Verum vt hic quoque officio rectè*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rectè fungi noſtro: & verum ac falſum ratiocinando cognoſcere, àque ſe inuicem, tanquam rectum à curuo diſcernere queamus, ſuccurrere nobis voluit Lullius: qui Dialecticam ideo ſeu Logicam nouam conſcripſit. Eſt, non in Philoſophorũ modò Lycæo manendum, ac eorundem delitescendum in Academia: accedendum quoque in forum: ſunt de ſuggeſtu ad populum orationes habendæ: faciendа verba in conceſſum principum. Ne hac etiam in parte aliquid nobis deſit, adeſſe nobis voluit Lullius: ideoq; Rhetoricen nobis tradidit talem, qua hiſce quoq; ſatisfieri poſſet. Non riuuli ſolum ſcientiarum ſunt degustandi: ſed & fontes quoque ad ipſos accedendum: ex quibus exquiſita, omnibusq; abſoluta numeris petenda ſcientia: reſpiciendum ad id, vt benè hac quis in vita beateq; viuere queat? Et-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

at? Etiam huic vt succurri hominũ desiderio posit : prospicere voluit Lullius: atque iccirco Artem ad nos Magnam & vltimam transmisit: qua cognitâ & perspectâ probè, de quauis quæstione proposita accuratè & subtiliter disserere : de rebus aliâs dubijs, nostrum interponere iudicium valeamus. Quid multis? Tanta est Lullianæ artis vis: tanta efficacia: vt hac vna instructus, reliquas labore haud difficili comparare: hoc efficere queat, vt alios sui in admirationem traducat: & tanquã albæ, quod aiunt, gallinæ filius in animum ore versetur. Testantur hoc tituli cum primis literarij à Regibus potissimùm ob hanc ipsam Raymundo Lullio exhibiti. Tantæ enim suo fuisse æuo autoritatis atq; existimationis legitur: vt iustissimi Arragonũ Reges eum in priuilegijs eidem con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ceßis, Magnum in Philoſophia Magiſtrum, & mirandarum artium & ſcientiarum autorem nominarint. Planum id ipſum faciunt variis in nationibus varij: in Italia Petrus Daguinus Mediatus & Iacobus Ianuarius: in Hiſpania Ferdinandus Corduba: Petrus Iacobus Faber Stapulenſis, & Carolus Bouillus in Gallia: in Germania Andreas, Petrus, Iacobus, fratres Germani, natione Friſiones cognominæ Canterij: alibi alij: qui omnes vel exiguo temporis ſpatio, etiam in conſtanti, aut decrepida conſtitutiætate, à literis aliâs alieni prorſus: vel etiam in pueritia & iuuenilibus annis, huic arti Lullianæ vnicè cùm incumberent: in ſtuporem quaſi, non dicam admirantionem, alios deduxerunt. Comprobant hoc etiam hodierno adhuc die, verè literati

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rati qui sunt: & quibus curæ cordiq; eruditio solida & exquisita esse consueuit: & ita comprobant, vt autores quoque mihi & suasores extiterint, quo in Lulliano hoc artificio vna cum Commentarijs in hoc à Iordano Bruno Nol. & Henr. Cornelio Agrippa scriptis: & nunq; antè hac coniunctim in lucẽ editis, typis committendo operam quantulamcunq; meam locarem. Cogitanti autẽ mihi cui opus hoc Lullianum dedicarem, Tua cũ primis vir Nobilißime ac literatißime in mentẽ mihi venit Nobilitas. Neq; id sanè immeritò. Cum enim opus hoc verè nobile sit: ideo Patrono quoq; ac Mecœnate non minus nobili indigere videtur: qualẽ T. sese N. præbet. Est verè Lullianum T. in N. Philosophiæ veræ desideriũ: nihil in votis illa optatisque habet magis quàm vt si non quotidie noui quid inue-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inuenire poſsit: aliorum tamen inuenta præclara ob oculos ſibi conſtituat, admiretur, & in ſuccum, quod aiunt, ſanguinemq; conuertat. Teſtes huius rei, viri ſunt Clariſsimi ac doctiſsimi, noſtra in Academia ſumma cum laude Philoſophiæ ſtudia & alia qui tractant: cum quibus crebras T. N. συζητήσεις de eruditione ac doctrina multiplici & varia inſtituit. Teſtes ſunt ij, qui cum Hac ipſa conuerſari quotidie ferè conſueuerunt, nobilitate generis, virtute & doctrina præſtantes: qui omnes Eandem propter variarum rerum cognitionem eximiam in oculis ferunt, ſuſpiciunt, admirantur. Teſtis quoque eſt honeſtiſsimus ac integerrimus vir, Dn. Ioannes Fridericus Iung, eruditione ac doctrina minimè vulgari inſtructus: & Lulliani operis patronus ſingularis: cuius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ius mensa Tibi tectoq́ hoc vti tempore placet: qui Tua conuersatione ideo nihil habet antiquius. Elucent in Te virtutes insignes, quæ sui in amorem homines pelliciunt: & à me commemorarentur, nisi Poëtæ mihi illud è manibus extorqueret calamum.

Φεῦ, ἄν πῶς σ' ἐπαινέσαιμι μὴ λίαν λόγοις,
Μήτ' ἐνδεῶς, μήτ' ἀπολέσαιμι τιὴν χάριν:
Αἰνέμενοι γάρ οἱ, χεδοί, τρόπον τινὰ
Μισθοῦσι τὸς αἰνέντας, ἐαν ἀινῶς ἄγαν.

Vnicam hanc tacitus prætereire nullo modo possum: quod Eruditionem Humanitate singulari & admiranda tinctam habeas: quæ Hespero etiam & Lucifero est splendidior: quaque hactenus non dicam alios: sed me, me inquam, meosque eos prosecutus mirè, & adhuc prosequeris quotidie. Neque verò mirum alicui hoc videri debet. Scis enim quantum Philosophiæ secum

impor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

imporet commoda cognitio : adeò, vt hac ſemota, ipſa quoque ſaluæ diu ac incolumes Res manere publicæ nequeant: benè cum ijs agi dicatur, in quibus Philoſophis imperij tenere clauum permittitur. Cognitum perſpectumq́ habes à Poëta dictum, quod eſt:

—Quid imaginibus, quid auitis fulta triumphis,
Atria, quid pleni numeroſo conſule faſti
Profuerint, cui vita labat? perit omnis in illo
Nobilitas, cuius laus eſt in imagine ſola.

Non etiam illud te latet, ad eruditionem veram, etiam Lullio noſtro teſte, religionem cum primis & pietatem requiri: vt pote quæ remotâ, cancrinum, quod aiunt, omnia gradum conſequuntur: artes & ſcientiæ ſtultitia ſunt laruata: vitia virtutũ ſibi nomina vendicant. Accipies ergò fronte ſerena manuſculum hoc à me leuidenſe, tanquam indicium prompti, beneuoli, gratiq́ animi: cum mea me nunc tenuitas maiora offerre non ſinat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſinat: & me meosq; quemadmodum hactenus feciſti, amare, fouere, tueri perges. Deus ter Opt. Max. qui omnis generis bona clementer tibi eſt largitus, ſaluum Te ac incolumem Neſtoreos in annos conſeruent: quo Patriæ ſumma cum laude Tuæ præeſſe: huius vnicè promouere ac prouehere commoda: ea præſtare valeas, quæ Toti familiæ Tuæ honorifica: Tibi ipſi ſalutaria eſſe poſſunt. Datum Argentorati Cal. Ian. Anno Chriſti. M.D.XCIIX.

Nobilit. T.

Addictiſs.

LAZARVS ZETZNERVS ciuis & Bibliopola Argentinenſis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

OPERA LVLLIANA.

I. Ars breuis.
II. De Auditu Kabbaliſtico ſeu Kabbala.
III. Duodecim principia Philoſophiæ Lullianæ.
IV. Dialectica ſeu Logica.
V. Rethorica.
VI. Ars Magna.

INTERPRET.

VII. Iordanus Brunus de Specierum ſcrutinio.
VIII. Idem de Lampade Combinatoria Lulliana.
IX. Idem de progreſſu & Lampade Venatoria Logicorum.
X. Commentaria Agrippæ in Artem Breuem Lullian.
XI. Articuli fidei.
XII. Valerij de Valerijs tam in arborem ſcientiarum quàm artem generalem opus aureum.

ARS

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ARS BREVIS
M. RAYMUNDI LULLII COMPENDIVM ET
Isagoge Artis Magnæ.

PROLOGUS

DEus cum tua gratia, sapientia, & amore. Incipit ars brevis, quæ est imago artis generalis quæ sic intitulatur. Deus cum tua summa perfectione. Incipit ars generalis ultima.

DE PROLOGO.

RATIO quare facimus istam artē brevē est, ut ars magna facilius sciatur. Nam scita ista arte supra dicta, & etiam aliæ artes de facili possunt sciri & addisci. Subjectum hujus artis est respondere de omnibus quæstionibus, suppositio quod sciatur quid dicitur per nomen. Et dividitur iste liber in xiij partes, in quas similiter ars magna est divisa. Prima pars est de alphabeto. Secunda de figuris. Tertia de diffinitionibus. Quarta de regulis. Quinta de tabula. Sexta de evacuatione tertiæ figuræ. Septima de multiplicatione quartæ figuræ. Octava de mixtione principiorum & regularum. Nona de novem subjectis. Decima de applicatione. Undecima de quęstionibus. Duodecima de habituatione. Tertiadecima de modo docendi hanc artem. Et primo de prima dicimus sic.

Scopus.

Subjectum.

Partitio.

DE PRIMA PARTE QUAE EST de alphabeto hujus artis
CAP. I.

ALPHABETUM ponimus in hac arte, ut per ipsum possimus facere figuras, & etiam miscere principia & regulas ad investigandam veritatem. Nam per unam literam habentem multa significata, intellectus est magis generalis ad respiciendum multa significata, & etiam ad faciendum scientiam.

Alphabeti utilitas.

Et ipsum quidem alphabetum oportet cordetenus scire. Aliter enim artista arte ista non poterit bene uti.

Necessitas.

B. significat bonitatem: differentiam: Utrum: Deum, justitiam, & avaritiam.

Significatio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

C. significat magnitudinem: concordiam. Quid angelum: prudentiam & gulam.

D. significat durationem: contrarietatem: de quo: cœlum: fortitudinem: & luxuriam.

E. significat poteſtatem: principium: quare: hominem: temperantiam; & ſuperbiam.

F. significat ſapientiam: medium: quantum: imaginativam: fidem: & acidiam.

G. significat voluntatem: finem: quale: ſenſitivam: ſpem: & invidiam.

H. significat virtutem: maioritatem: quando, vegetativam: caritatem: & iram.

I. significat veritatem: æqualitatem: ubi: elementativam: patientiam: & mendacium.

K. significat gloriam: minoritatem: quomodo: & cum quo: inſtrumentativam: pietatem: & inconſtantiam.

PRIMA FIGURA

Prædicatorum abſolutorum.



DE

(c) 2006 Ministerjo de Cultura

DE SECUNDA PARTE, QUAE est de figuris & primò de prima.

CAP. II.

Subdiviſio.

PArs iſta in quatuor partes dividitur: videlicet in quatuor figuras, prima figura eſt de A. ipſa quidem figura continet in ſe novem principia: videlicet bonitatem, magnitudinem &c. & novem literas, videlicet b.c. d. e. &c. Ipſa quidem figura eſt circularis eò quòd ſubiectum mutatur in prædicatum, & econverſo, ut cum dicitur bonitas eſt magna, & magnitudo eſt bona, & ſic de alijs. In ipſa quidem figura, inquirit artiſta naturalem coniunctionem inter ſubjectum & prædicatum, diſpoſitionem & proportionem, ut ad faciendum concluſionem poſſit medium invenire. Quodlibet enim principium per ſe ſumptũ eſt omnino generale, ut cum dicitur bonitas & magnitudo. Quando autem unum principium contrahitur ad aliud, tunc ipſum eſt ſubalternatum, ut cum dicitur bonitas magna, &c. & quando contrahitur aliquod principium ad ſingulare, tunc eſt principium ſpecialiſſimum, ut cum dicitur bonitas Petri eſt magna, & ſic intellectus habet ſcalam aſcendendi & deſcendẽdi à principio omnino generali ad non omnino generale: nec omnino ſpeciale, & à principio non omnino generali, nec omnino ſpeciali ad omnino ſpeciale, & ſic de aſcenſu iſtius ſcalæ poteſt dici ſuo modo.

1. Fig. A.

Cur circularis.

Vſus.

Scala.

Inprincipijs iſtius figuræ eſt implicatum quicq uid eſt. nam quicquid eſt, aut eſt bonum aut magnum &c. ſicut Deus & angelus, qui ſunt boni & magni &c. quapropter qũicquid eſt reducibile, eſt ad principia ſupradicta.

Amplitudo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SECUNDA FIGURA.

Prædicatorum respectum denodantium.



DE SECVNDA FIGVRA PER T. *significata.* CAP. III.

1. *Trigonum Viride. Similitudo eiusdem. Angulorum subdivisio.*

SECUNDA figura est per T. nominata, ipsa quidem figura continet in se tres triangulos, & quilibet est generalis ad omnia.

Primus triangulus est de differentia: concordantia: contrarietate: In quo cadit quicquid est secundum suum modum. nam quicquid est, aut est in differentia, concordantia, aut contrarietate: & extra ista principia non est aliquid reperire. Sciendum tamen est, quod quilibet angulus istius trianguli habet tres species; nam differentia, est inter sensuale & sensuale ut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ut puta inter lapidem & arborem. Iterum inter ſenſuale & intellectuale, ut puta inter corpus & animã. Adhuc inter intellectuale & intellectuale : ſicut inter animam & Deum: aut inter angelum & angelum, aut inter Deum & angelum *Scala.* & ſic de concordantia & contrarietate poteſt dici ſuo modo. Et iſta differentia exiſtens in quoliber angulo iſtius trianguli, eſt ſcala intellectus, per quam in ſe aſcendit & deſcendit, ut medium naturale inter ſubjectum & prædicatũ poſſit invenire, cum quo medio poſſit concludere & propoſitionem declarare,& ſic de ſcala concordantiæ & cõtrarietatis poteſt dici ſuo modo.

Alius triangulus eſt de principio,medio, & fine in quo ca- *2. Triang. rubeus* dit quicquid eſt, nam quicquid eſt, aut eſt in principio, aut in medio, aut in fine, & extra iſta principia nihil eſt invẽtibile.

In angulo principij, cauſa ſignificat cauſam efficientem, materialem, formalem, & finalem. Per quantitatem autem & tempus ſignificantur alia novem prædicamenta, & ea quæ ad ipſa reduci poſſunt.

In angulo medij ſunt tres ſpecies medij, ut puta medium conjunctionis quod exiſtit inter ſubjectum & prædicatum, ſicut quando dicitur, homo eſt animal. Inter hominem enim & animal ſunt media, videlicet vita & corpus ſuum, ſine quibus non poteſt eſſe animal.

Item eſt medium menſurationis, quod exiſtit per actum exiſtentem inter agentem & agibilem, ſicut amare inter amantem & amabilem. Et adhuc eſt medium extremitatum, ſicut linea exiſtens inter duo puncta, & iſte angulus medij eſt generalis ſcala intellectui.

Anguli finis tres ſunt ſpecies.

Prima eſt finis privationis, qui quidem ſignificat habitum privatum, & ea quæ ſunt in tempore præterito: ut mors, quæ finit vitam.

Secunda ſpecies eſt finis terminationis, qui ſignificat metas: ſunt duo puncta, in quibus linea terminatur, ſicut amare in amante & amato.

Tertia ſpecies eſt finis perfectionis, qui eſt finis ultimus: ſicut homo, qui eſt ut multiplicet ſuam ſpeciem, & ut Deum intelligat, ut diligat, recolat, & amet,& hujuſmodi,& iſte angu- *3. Triangulus croceus.* lus finis eſt ſcala generalis intellectui.

Tertius triangulus eſt de maioritate, æqualitate, & minoritate, & eſt generalis ad omnia ſecundum ſuum modum,nam quicquid eſt aut eſt in majoritate, aut æqualitate, aut minoritate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Majoritas habet tres ſpecies. Prima eſt quando eſt majoritas inter ſubſtantiam & ſubſtantiam, ut puta ſubſtantia cæli, quæ eſt major quam ſubſtantia ignis.

Secunda ſpecies eſt, quãdo eſt majoritas inter ſubſtantiam & accidens: ſicut ſubſtantia, quæ eſt major ſua quantitate, ſubſtantia enim per ſe exiſtit, accidẽs verò nequaquam. Tertia ſpecies eſt, quando eſt majoritas inter accidens & accidens, ſicut intelligere quod eſt majus quam videre, & videre quam currere. Et ſicut dictum eſt de majoritate: ita poteſt dici de minoritate: nam relativè ſe habent.

Angulus de æqualitate habet tres ſpecies.

Prima eſt, quando res ſunt æquales ſubſtantialiter, ſicut Petrus & Martinus, qui ſunt æquales in ſubſtantia.

Secunda ſpecies eſt, quando ſubſtantia & accidens coequantur, ſicut ſubſtantia & ſua quantitas.

Tertia ſpecies eſt quando eſt æqualitas inter accidens & accidens, ſicut intelligere & amare quæ ſunt æqualia in objecto: & iſte angulus de æqualitate eſt ſcala intellectui, per quam ipſe aſcendit & deſcẽdit, ut in alijs triangulis dictum eſt: & quando intellectus aſcendit ad objecta generalia ipſe eſt generalis, quãdo autem deſcendit ad particularia, eſt particularis.

Vſus fig. T Iſta figura de T. eſt ſerviens primæ figuræ: nam per differentiam diſtinguitur inter bonitatem & bonitatem: & magnitudinem & magnitudinem. &c.

Et per hanc figuram, junctam primæ figuræ intellectus acquirit ſcientiam, & quia iſta figura eſt generalis, idcirco intellectus eſt generalis.

TERTIA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TERTIA FIGURA.



DE TERTIA FIGURA.

CAPUT. IV.

TErtia figura composita ex prima & secunda. Nam b. quod est in ipsa, valet b. quod est in prima & secunda figura; & sic de alijs literis. Ipsa habet in se xxxvj. cameras, ut patet in ipsa, quælibet camera multa & diversa habet significata per duas literas in ea contentas, sicut camera b. c. multa & diversa significata habet per b. c. similiter camera b. d. multa & diversa significata habet per b. d. et c. & b. jam patet in alphabeto ante dicto, in qualibet camera sunt duæ literæ in ea contentæ: ipsæ significant subjectum & prædicatum in quibus artista inquirit medium cum quo subjectum, & prædicatum conjunguntur: sicut bonitas & magnitudo quæ conjunguntur per concordantiam & hujusmodi, cum quo medio artista intendit concludere & propositionem declarare. In ipsa figura significatum est, quod unumquodque principium cuilibet principio attribuitur ut B. cui attribuitur c. d. &c. ut patet in figura.

Origò.

36. Camera seu præselidia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vſus. Ratio hujus eſt, ut intellectus cum omnibus principijs cognoſcat quodlibet principium, ut ad eandem concluſionem adducat multas rationes. Et de hoc volumus dare exemplum de bonitate, de qua ſubjectum facimus, de alijs autẽ principijs prædicatum.

Exemplum. Bonitas eſt magna, bonitas eſt durans, bonitas eſt potens, bonitas eſt ſcibilis, bonitas eſt amabilis, bonitas eſt virtuoſa, bonitas eſt vera, bonitas eſt glorioſa, bonitas eſt differens, bonitas eſt concordans, bonitas eſt contrarians, bonitas eſt principians, bonitas eſt medians, bonitas eſt finiens, bonitas eſt majorificans bonitas eſt coæquans, bonitas eſt minorificans. Et ſicut diximus de bonitate, ita poteſt dici de alijs principijs tuo modo.

Amplitudo. Figura iſta eſt valde generalis, cũ qua intellectus eſt valde generalis ad faciendum ſcientias.

Conditio. Conditio hujus figurę eſt, quod una camera non ſit contra aliam, ſed ad invicem concordent in concluſione: ſicut camera b. c. & ſic de alijs, cum tali quidem conditione intellectus conditionat ſe, & facit ſcientiam.

QUARTA FIGURA.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

CAPUT V.

DE QUARTA FIGURA.

CAPUT. V.

QUARTA figura habet tres circulos, quorum superior est immobilis, duo autem inferiores sunt mobiles, ut in figura patet. Circulus medius volvitur sub circulo superiori immobili. ut puta quando ponitur c. sub b. circulus autem inferior volvitur sub circulo medio, sicut quando ponitur d. sub c & tunc temporis formantur novem cameræ. b.c.d. est una camera. c.d e. est alia, & sic de alijs deinceps. e. circuli minoris ponatur sub c. circuli mediocris, & tunc temporis formantur aliæ novem cameræ. b. c. e. est una camera, & c d. f. alia.

2. *Circuli seu orbes*
1. *Revolutio*

Et cum omnes literæ circuli minoris erunt discursæ cum b. circuli majoris: & cum c. circuli mediocris, tunc temporis. c, est medium inter b. & d. eo quia b & d participant inter se ad invicem per significata de, c. & sic de alijs cameris: & sic per media camerarum homo venatur necessarias conclusiones & invenit illas. iterum discurrantur literæ cum b. ejusdem circuli majoris, & cum d. circuli mediocris, & sic de alijs circuli mediocris, & circuli inferioris mutando illas b. circuli majoris existente immobili, usque quo perveniatur cum b. circuli majoris ad i. circuli mediocris, & ad k. circuli inferioris, & sic erunt ducentæ quinquaginta & duæ cameræ.

Vsus

2. *& reliquæ revolutiones.*
252. *Cameræ.*

Figura ista generalior est quam tertia, quia in qualibet camera istius quartæ figuræ sunt tres literæ, sed in qualibet camera tertiæ figuræ non sunt nisi duæ literæ, ideo intellectus est generalior per quartam figuram, quam per tertiam.

Fig. huius cũ prox. præced collatio.

De conditione quartæ figuræ est, quod intellectus applicet illas literas ad propositũ, quæ videntur magis applicabiles proposito, facta camera de tribus literis recipiat significata literarum respiciendo convenientiam existentem inter subjectum & prædicatum, evitando inconvenientiam, & cum ista conditione intellectus facit scientiam per quartam figuram, & habet multas rationes ad eandem conclusionem.

Conditio.

Diximus de quatuor figuris, quas cordetenus oportet scire, sine quibus artista hac arte non potest uti, neque practicare.

Necessitas 4. figurarum

DE DIFFINITIONIBUS, QUAE EST *tertia pars.*

CAP. VI

IN hac arte sua principia diffiniuntur, ut per diffinitiones ipsa cognoscantur: & ut ipsis homo utatur affirmando aut negando, tali modo quod diffinitiones remaneant illæsæ

Scopus & usus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et cum talibus conditionibus intellectus facit ſcientiam: & invenit media.

Et frangit ignorantiam, quæ eſt ſua inimica.

Bonitas eſt ens, ratione cujus bonum agit bonum, & ſic bonũ eſt eſſe & malum non eſſe.

Magnitudo eſt id, ratione cujus bonitas, duratio &c. ſunt magnæ, ambiens omnes extremitates eſſendi.

Duratio eſt id, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. durãt.

Poteſtas eſt ens, ratione cujus bonitas, magnitudo &c. poſſũt exiſtere & agere.

Sapientia eſt id, ratione cujus ſapiens intelligit.

Voluntas eſt id, ratione cujus bonitas; magnitudo, &c. ſunt deſiderabiles.

Virtus eſt origo unionis, bonitatis, magnitudinis, & cæterorum principiorum.

Veritas eſt illud, quod eſt verum de bonitate, magnitudine &c.

Gloria eſt ipſa delectatio, in qua bonitas, magnitudo &c. quieſcunt.

Differentia eſt id ratione cujus bonitas &c. ſunt rationes inconfuſæ ſive claræ.

Concordantia eſt id ratione cujus bonitas &c. in uno & in pluribus concordant.

Contrarietas eſt quorundam mutua reſiſtentia propter diverſos fines.

Principium eſt id quod ſe habet ad omnia ratione alicujus prioritatis.

Medium eſt ſubjectum, in quo finis influit principio, & principium recipit fini: & eſt ſapiens naturam utriuſque.

Finis eſt id in quo principium, quieſcit.

Majoritas eſt imago immenſitatis, bonitatis, & magnitudinis &c.

Aequalitas eſt ſubjectum in quo finis concordantiæ, bonitatis, &c. quieſcit.

Minoritas eſt ens circa nihil.

Diximus de diffinitionibus principiorum, quas oportet ſcire cordetenus: ignoratis enim diffinitionibus ars eſt indocibilis.

DE QUARTA PARTE, QUAE eſt de regulis.

CAP. VII.

X. *Queſtiones generales.*

REgulæ hujus artis ſunt decem quæſtiones generales, ad quas reducuntur omnes aliæ quæſtiones quæ fieri poſſũt; & ſunt iſtæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Utrum

Utrum ſit, quid eſt, de quo eſt, quare eſt, quantum eſt, quale eſt, quando eſt, ubi eſt, quomodo eſt, & cum quo eſt. Quælibet iſtarum quæſtionum habet ſuas ſpecies. *Subdiviſio.*

Utrum habet tres ſpecies, videlicet dubitativam, affirmativam, & negativam, ut intellectus in principio ſupponat utramque partem eſſe poſſibilem, & non liget ſe cum credere, quod naturaliter non eſt ſuus actus, ſed intelligere, & ita accipiat illam partem cum qua habet majus intelligere: nam oportet illam eſſe veram. *B. Vtrum.* *C. Quid.*

Quid habet quatuor ſpecies.

Prima eſt diffinitiva, ſicut quando quæritur quid eſt intellectus.

Et reſpondendū eſt, quod ipſe eſt illa potentia cui propriè competit intelligere.

Secunda ſpecies eſt, quando quæritur intellectus quid habet in ſe coeſſentialiter.

Et reſpondendum eſt, quod habet ſua correlativa ſ. Intellectivum intelligibile, & intelligere, ſine quibus eſſe nō poteſt: eſſet enim ſine ipſis ocioſus & indigens natura, fine & quiete.

Tertia ſpecies eſt, quando quæritur quid eſt ens in alio. Sicut quando quæritur. Quid eſt intellectus in alio. Et reſpondendum eſt, quod eſt bonus, intelligens in bonitate, & magnus intellectus in magnitudine &c. & in grammatica grāmaticus, & in logica logicus, in rethorica rethoricus &c.

Quarta ſpecies eſt, quando quæritur quid habet ens in alio, ut cum dicitur. Quid habet intellectus in alio. Reſpondendum eſt, quod in ſcientia intelligere, & in fide credere.

Regula de quo habet tres ſpecies.

Prima eſt primitiva, ſicut quando dicitur intellectus de* quo eſt. Et reſpondendum eſt quod de ſe ipſo, eo quia non deriva tur ab aliquo generali natūraliter. *D. De quo vide cabal. tract. 2. ca 3. & tract. 3. cap. 6. ſubi. D. nu. 6.*

Secunda ſpecies eſt, quando quæritur ſpecialiter de quo eſt ens, ſicut quando quæritur de quo eſt intellectus. Et reſponden dum eſt, quod eſt de forma ſua & ſua materia ſpecificis, cum quibus habet intelligere ſpecificum.

Tertia ſpecies eſt quando quæritur cuius eſt ens poſſeſſione, ſicut quando quæritur cujus eſt intellectus. Et reſpondendum eſt quod eſt hominis ſicut pars ſui totius, & equus ſui domini.

Quarta regula, ſcilicet quare, habet duas ſpecies, ſcilicet formalem & finalem. *E. Quare.*

Formalis quando quæritur ens quare eſt. ſicut quando quæritur intellectus quare eſt. Et reſpondendum eſt, qui eſta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt de ſua materia,& de ſua forma ſpecificis,cum quibus habet ſpecificum intelligere, & cum ipſis agit per ſuam ſpeciem. Secunda ſpecies eſt reſpectu finis, ſicut quando quæritur intellectus quare eſt. Et reſpondendum eſt, ut ſint obiecta intelligibilia, & ut de rebus ſcientia haberi poſſit. Quinta regula quæ-

F. *Quãtum.* rit de quantitate, & habet duas ſpecies. Prima eſt, quando quæritur de quantitate continua, ut cũ dicitur, quantus eſt intellectus. Et reſpondendum eſt, quod tantus, quantus perſpiritualem quantitatem eſſe poteſt, non autem eſt quantus punctualiter ſive linealiter. Secunda ſpecies eſt, quando quæritur de quantitate diſcreta: ut cum dicitur quantus eſt intellectus. Et reſpondendum eſt, tantus quot ſunt ſua correlativa, in quibus ſua eſſentia eſt diffuſa & ſubſtentata: videlicet intellectivum, intelligibile, & intelligere, cum quibus eſt theoricus, & practicus generalis & particularis.

G. *Quale.* Sexta regula eſt de qualitate,& habet duas ſpecies. Prima eſt, quando quæritur, quæ eſt propria & primaria qualitas intellectus. Et reſpondendum eſt, quod intelligibilitas cum qua ipſa eſt habituatus. Intelligere autem extrinſecũ eſt proprietas ſecundaria & magis remota,cum qua ipſe intellectus intelligit hominem aut leonem &c. Ex quo intelligere intrinſecum & ſubſtantiale ipſius intellectus eſt habituatum. Et ſimiliter de intelligibili extrinſeco.

Secunda ſpecies eſt, quando quæritur, quæ eſt appropriata qualitas ipſius intellectus. Et reſpondendum eſt, quod credere vel dubitare, aut ſupponere. Non enim iſti actus cõveniunt intellectui propriè, ſed intelligere.

H. *Quando.* Septima regula quęrit de tempore,& habet xv.ſpecies ut patet in arte magna per literas c. d. k. ſignificatas. Sed quia hæc ars eſt brevis, ideo ſub brevibus verbis tractamus ipſam regulam, ſicut quãdo quæritur per quem modum intellectus eſt in tempore, cum ipſe non ſit punctualis neque linealis. Ad quod reſpondendum eſt quod intellectus eſt in tempore, quia eſt inceptus & novus & conſiſtit in tempore, ſucceſſivè: mediante motu corporis, cum quo eſt coniunctus.

I. *Vbi.* Octava regula quærit de loco, & habet xv. ſpecies per regulas e.d.k. ſignificatas,ut patet in arte magna,ſicut quãdo quęritur intellectus ubi eſt. Ad hoc breviter reſpondẽdum eſt quod ipſe eſt in ſubiecto in quo eſt, ſicut pars in ſuo toto, non autem concluſus,ſed diffuſus eſt in illo: intellectus enim non habet eſſentiam punctualem, nec linealem, nec ſuperficiem.

K. Continet duas regulas, videlicet modalem,& inſtrumentalem.

Regula modalitatis habet iiij.ſpecies, ſicut quando quæritur,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ritur quomodo eſt intellectus & quomodo eſt pars, & pars in parte, & pars in toto, & totum in ſuis partibus, & quomodo totũ tranſmittit extra ſe ſuam ſimilitudinem. Ad quod reſpondẽdum eſt, quod eſt ſubjectivè per illum modum per quem eſt deductus per ſpecies ſupradictas, & intelligit per illum modum quem habet in inveniendo medium exiſtens inter ſubjectum & prædicatum in figuris deſignatum, multiplicando ſpecies peregrinas à ſenſu & imaginatione abſtractas, & in ſuo proprio intelligibili ſunt catarizatæ & intellectæ. K. *Quomodo.*

Secunda regula k habet, iiij ſpecies, videlicet quando quęritur intellectus cum quo eſt & cum quo pars eſt in parte, & partes in toto, & totum in partibus ſuis, & cum quo tranſmittit ſuam ſimilitudinem extra. Ad quod reſpondendum eſt quod ipſe eſt cum ſuis correlativis, ſine quibus non poteſt eſſe nec intellige-re. intelligit enim cum ſpeciebus peregrinis, de quibus facit inſtrumentum ad intelligendum. Diximus de regulis, cum quibus intellectus ſolvit quæſtiones deducendo eas per regulas, reſpiciendo quid ſignificat regula, & ejus ſpecies ſubjectivè deducendo quæſtionem per principia & regulas intellectu objectante illam quæſtionẽ dubitabilem cum diffinitionibus principiorum eligendo, intelligendo intelligibiliter affirmativã aut negativam, & quod ipſe intellectus ſit à-dubitatione ſepa-ratus. K. *Cum quo.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABVLA GENERALIS

	.I.	.II.	III.	.IV.	.V.	.VI.	VII
1	BCDT	CDFT	DEFT	EFGT	FGHI	GHIT	HIKT
2	BCTB	CDTC	DETD	EFTE	FGTI	GHTG	HITH
3	BCTC	CDTD	DETE	EFTF	FGTG	GHTE	HITI
4	BCTD	CDTE	DETF	EFTG	FGTH	GHTI	HITK
5	BDTB	CETC	DFTD	EGTE	FHTF	GITG	HKTH
6	BDTC	CETD	DFTE	EGTF	FHTG	GITH	HKTI
7	BDTD	CETE	DFTF	EGTG	FHTH	GITI	HKTK
8	BTBC	CTCD	DTDE	ETEF	FTFG	GTGH	HTBI
9	BTBD	CTCE	DTDF	ETEG	FTFH	GTGI	HTHK
10	BTCD	CTDE	DTEF	ETFG	FTGH	GTHI	HTIK
11	CDTB	DETC	EFTD	FGTE	GHTF	HITG	IKTH
12	CDTC	DETD	EFTE	FGTF	GHTG	HITH	IKTI
13	CDTD	DETE	EFTF	FGTG	GHTH	HITI	IKTK
14	CTBC	DTCD	ETDE	FTEF	GTFG	HTGH	ITHI
15	CTBD	DTCE	ETDF	FTEG	GTFH	HTGI	ITHK
16	CTCD	DTDE	ETEF	FTFG	GTGH	HTHI	ITIK
17	DTBC	ETCD	FTDE	GTEF	HTFG	ITGH	KTHI
18	DTBD	ETCE	FTDF	GTEG	HTFH	ITGI	KTHK
19	DTCD	ETDE	FTEF	GTFG	HTGH	ITHI	KTIK
20	TBCD	TCDE	TDEF	TEFG	TFGH	TGHI	THIK

DE QUINTA PARTE, QUAE EST de Tabula.

CAP. IIX.

Vſus.

TAbula iſta eſt ſubjectū in quo, intellectus ſe facit univerſalem, eo quia intelligit & abſtrahit ab ipſo multa particularia omnium materiarum diſcurrendo principia per particularia objectivè, applicando cuilibet quæſtioni X X. rationes declarando ipſam quæſtionem, & à qualibet camera ipſius columnæ abſtrahitur una ratio.

20. Rationes cuilibet quæſtioni applicabiles

Tabula habet ſeptem columnas ut paret, in quibus implicantur octuaginta quatuor columnæ explicatæ in arte magna. In ipſa tabula T. ſignificat, quod litteræ quæ ſunt à parte ante T. ſunt de prima figura, & quæ ſūt poſt. ſūt de ſecunda figura Per tabulā ipſam intellect⁹ eſt aſcenſivus & deſcenſivus. Aſcenſivus eſt, qui aſcendit ad priora & generaliora. Et eſt deſcenſivus, quia deſcendit ad poſteriora & particularia. Adhuc eſt copulativus, eo quia copulat columnas, ſicut columna b. c. d. copulatur cum columna c. d. e. &, ſic de alijs.

84. *Columnæ tab. magnæ. T.*

Aſcenſio. Deſcenſio. Copulatio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SEXTA PARTE, QUAE EST de Evacuatione tertiæ figuræ,

CAP. IX.

IN tertia figura intellectus evacuat cameras, eo quòd abstrahit ab ipsis tantũ quantum potest recipiendo à qualibet camera ea quæ significant literæ, ut applicet illa significata ad propositum, & sic facit se applicativum, investigativum, & invẽtivum. & de hoc dabimus exemplum de una camera. Et sicut sequitur de illa, ita sequetur de alijs.

1. Evacuatio

De camera B. C intellectus haurit xij. propositiones dicendo sic, Bonitas est magna, bonitas est differens, bonitas est concordans. Magnitudo est bona, magnitudo est differens, magnitudo est cõcordans. Differentia est bona, differentia est magna, differentia est concordans. Concordantia est bona, concordantia est magna, concordantia est differens. Factis istis xij propositionibus mutando subjectum in prædicatum, & econverso, sic camera est evacuata ipsis propositionibus.

2. Evacuatio

Deinde evacuet eam xij. medijs, & dicuntur media, eo quia consistunt inter subjectum & prædicatum cum quibus conveniunt genere aut specie. Et cum illis medij intellectus facit se disputativum & determinativum.

3. & 4. Evacuatio.

Et facta dicta evacvatione intellectus evacuet ipsam camerã xxiiij. quæstionibus, eo quia in qualibet propositione sunt duæ quæstiones implicatæ. Et hoc sic, bonitas est magna. Utrum bonitas sit magna. Quid est bonitas magna. Bonitas est differens. Utrum bonitas sit differens. Quid est bonitas differens. Bonitas est cõcordans. Utrum bonitas sit cõcordans. Quid est. bonitas concordans Magnitudo est bona. Utrum magnitudo sit bona. Quid est magnitudo bona. Magnitudo est differens. Utrum magnitudo sit differens. Quid est magnitudo differens. Magnitudo est concordans. Utrum magnitudo sit cõcordans. Quid est magnitudo concordans. Differentia est bona. Utrũ differentia sit bona. Quid est differentia bona. Differentia est magna. Utrũ differentia sit magna. Quid est differentia magna. Differẽtia est cõcordans. Utrũ differentia sit concordans. Quid est differentia concordans. Concordantia est bona. Utrũ concordantia sit bona. Quid est concordantia bona. Concordantia est magna. Utrũ concordantia sit magna. Quid est concordantia magna. Concordantia est differens. Utrum cõcordantia sit differens. Quid est concordantia differens. Facta hac evacuatione quaestionum, tunc intellectus evacuet cameram cum affirmationibus bonitatis & magnitudinis, & cum tribus speciebus

5. & 6. Evacuatio.

bus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bus differentiæ & concordantiæ, ut patet in ſecunda figura.

9. Evacuatio Deinde evacuet cameram cum tribus ſpeciebus regulæ. B. & cum quatuor ſpeciebus regulæ. C. & expedita iſta evacuatione intellectus ſolvat prædictas quæſtiones in illa iſta evacuatione; ſequendo conditiones cameræ, affirmando aut negando, & ſic intellectus expellit de camera dubitationes & conſiſtit in illa quietus & aſſertivus, & etiam cognoſcit ſe valde generalem & artificiatum & de magna ſcientia habituatum.

DE MULTIPLICATIONE QVARTÆ figuræ, pars ſeptima.

CAP. X.

1. Collocationis multiplicatio. MULTIPLICATIO quartæ figuræ conſiſtit in hoc videlicet quod prima camera b.c.d. in quarta figura ſive tabula, ſignificat quod b. unam cõditionem habet cum c. & aliam cum d. & c. unam conditionem habet cum b. aliam cũ d. & d unam conditionem habet cum b. aliam cum c. & ſic ſunt in ipſa camera ſex conditiones, cum quibus intellectus ſe cõdirionat & diſponit ad inveſtigandum & inveniendum, & obijciendũ & probandum, & ad determinandum.

FIGURA MULTIPLICATIONIS



9

2. Collocationis. Poſt iſtas ſex conditiones intellectus acquirit alias ſex conditiones, volvendo circulum minorem, ponendo ſuum e ſub c circuli mediocris ſub quo erat ſuum. d. & quia mutata eſt camera, ideo mutantur eius conditiones, & ſicut intellectus habituat ſe xv. conditionibus & ſic per alias cameras multiplicando columnas & volvendo illas. Conditiones quas intellectus multiplicat per iſtum modum ſunt difficiles ad numerandum: nam de quaubet camera poteſt intellectus ſic evacuare triginta propoſitiones, & nonaginta quæſtiones. Sicut de camera b. c. tertiæ figuræ ſunt xij propoſitiones & xxiiij quæſtiones. Et in illo paſſu cognoſcit ſe intellectus valde generalem & artificiatum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

atum ſupra alium intellectũ ignorantem iſtam artem deducendo ipſum ad multa inconvenientia & impoſſibilia; & ſic ſophiſta coram tali intellectu non poteſt ſtare, eo quia talis intellectus artiſtæ hujus artis utitur cõditionibus primitivis & naturalibus, ſophiſta autem ſecundarijs, & extra naturam conſideratis, ut patet in arte magna. *Ampsitudo*

DE OCTAVA PARTE, QUAE EST de mixtione principiorum & regularum.

CAP. XI.

IN parte iſta intellectus miſcet unum principium cum alio, diſcurrendo quodlibet principiũ per omnes ſpecies regularum. Et per talem diſcurſum intellectus habet noticiam de quolibet principio, & tot vicibus quot miſcet ipſum diſcurrendo habet noticiã diverſam ab ipſo, & tot media quæ intellectus invenit ad concludendum quis poſſet enumerare intellectu evacuante ipſam mixtionem, ſicut * evacuare cameram b. c. ut ſupradictum eſt. Iſta mixtio eſt centrum & fundamentũ ad inveniendum multas propoſitiones, quęſtiones, & materiæ conditiones & ſolutiones, & etiã objectiones: ſed hoc exemplificare dimittimus intellectu bene intuenti cauſa brevitatis, & quia in arte magna eſt declaratus & exemplificatus modus mixtionis.

1. *Vtilitas generalis.*

* *Evacuando.*

2. *Vtilitas ſpecialis.*

Ulterius hæc mixtio eſt ſubjectum & refugium artiſtæ hujus artis, ut inveniat in ipſa quicquid vult ad probandum; nam ſi indiget aliquo quod ſit de genere bonitatis diſcurrat ipſam bonitatẽ per omnia principia & regulas, & inveniat de ipſa quicquid intelligere voluerit, & ſicut dicimus de bonitate, ita poteſt dici de alijs principijs. Iſta mixtio eſt conditionata & ordinata ſicut una res eſt diſtincta ab alia: nã ſi diſcurratur divina bonitas per principia & regulas, ipſe quidem diſcurſus divinæ bonitatis requirit altiores diffinitiones & ſpecies regularum quàm diſcurſus bonitatis angeli: & diſcurſus bonitatis angeli, quàm diſcurſus bonitatis hominis, & diſcurſus bonitatis hominis, quam diſcurſus bonitatis leonis, & ſic de alijs ſuo modo.

3. *Vtilitas & præſtantia huius partis.*

DE NONA PARTE, QUAE EST de novem ſubiectis.

CAP. XII.

IN arte iſta ponuntur novem ſubjecta in alphabeto ingrificata: in quibus cadit quicquid eſt, & extra ipſa nihil eſt. Pri- *Amplitudo horum ſub-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Enumeratio. mum ſubjectũ eſt Deus per B. ſignificatum. Secundum ſubjectũ eſt angelus per C. ſignificatum. iij. ſubjectum eſt cælum per D. ſignificatum. iiij ſubjectum eſt homo per E. ſignificatum. v. ſubjectum eſt imaginativa per F. ſignificatum. vj. ſubjectum eſt ſenſitiva per G. ſignificatum. vij. eſt clem entiva per H. ſignificatũ, viij. eſt elementativa per I. ſignificatum. ix. & ultimum eſt inſtrumentalitas per K. ſignificatum.

Cur hic non deducantur per principia & regulas.

Quoniam in arte magna quodlibet ſubjectum eſt deductum p principia & regulas, ideirco ipſa hîc nõ diſcurrimus, quia hanc artem breviorem illa volumus agere, & quia illa deductio in hac arte eſt implicata propter quod illam dimittimus intellectui benè intuenti, & ſufficit exemplum datum in tertia figura in qua applicamus omnia, principia ad bonitatem, etiam ad intellectum omnes regulas hujus artis.

Conditiones cum quibus hæc ſubiecta perpendunſur.

Tractatus iſtorum ſubjectorum conſideramus cum quatuor conditionibus, ut per eas intellectus ſit conditionatus ad diſcurrendum ſubjecta prædicta per principia & regulas conditionaliter, ſecundum quod quodlibet ſubjectum eſt conditionatum per ſuam naturam & eſſentiam. Nam divina bonitas unam cõditionem habet in Deo, & bonitas angelica aliam in ipſo angelo, & ſic de alijs ſuo modo.

1. Conditio. Prima conditio hæc eſt, videlicet ut quodlibet ſubjectum habeat ſuam diffinitionem, cum qua ſit differens ab omni alio ſubjecto. Et ſi quæratur aliquid de ipſo ſubjecto, quod reſpõdeatur tali modo, affirmando vel negando, ut diffinitiones principiorum conveniant cum ipſa diffinitione, & ſic de regulis, ſine aliqua læſione principiorum & regularum.

2. Conditio. Secunda cõditio eſt, quod in judicio, ſive in practica conſervetur differentia ſubjectorũ, ſicut divina bonitas, quæ differt à bonitate angelica, per infinitatem & æternitatem eo quia talis bonitas eſt ei ratio, ut agat bonum infinitum, & æternum, bonitas autem angelica nequaquam, ſed finita & nova eſt.

3. Conditio. Tertia conditio eſt quod concordantia, quæ eſt inter unum ſubjectum, & aliud ſubjectúm non deſtruatur ſicut concordantia, quæ eſt inter Deum & angelum, concordant enim in ſpiritualitate. & ſic de alijs ſuo modo poteſt dici.

4. Conditio. Quarta eſt, quod ſecundum quod unum ſubjectum eſt nobilius & altius, ei attribuantur altiora, & nobiliora principia, & regulæ quam alteri, ſicut Deus qui eſt altius, & nobilius ſubjectum quàm angelus. &c. & angelus quàm homo. & ſic de alijs ſuo modo.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PRIMO SUBIECTO QUOD est de Deo.

CAPUT. XIII.

Discursus per principia & reg Definitio.

DEus est discurribilis per principia & regulas, nam Deus est bonus, magnus, &c. de ipso multæ diffinitiones possunt dari largo modo diffiniendo, sed hîc ei unam damus. Deus est ens quot extra se non indiget aliquo, in ipso namque totaliter sunt omnes perfectiones. Et cum ista quidem diffinitione est Deus differens ab omni alio ente, omnia enim alia entia indigent aliquo extra se: in Deo non est aliqua *1. Conditio.* contrarietas, nec minoritas, quia principia privativa. & defectiva sunt, veruntamen in Deo est majoritas respectu aliorum entium: & æqualitas, nam æqualia principia habet, videlicet bonitatem, magnitudinem, & etiam æquales actus, & relationē habet. In Deo est differentia correlativorum, sine qua ipsi correlativi nequaquam esse possunt, nec Deus absque ipsis posset habere actionem intrinsecam, infinitam, & æternam, immo sine ipsis omnes suæ rationes essent ociosæ, quod est valde impossibile. In Deo est concordantia, ut cum ipsa distet infinitè, & æternè à contrarietate, & sua correlativa conveniant infinitè, & æternè in una essentia & natura, & sic de suis rationibus poteſt dici. In Deo non est quantitas, nec tempus, nec ullum *3. Conditio.* accidens, ratio hujus est quia substantia sua ab omni accidente est segregata, & denudata, nam infinita & æterna est. Deo sic conditionato per quatuor conditiones antedictas, inde quidem *4. Conditio.* intellectus intelligit, se conditionatum, ad intelligendum Deū, & ea quæ de ipso dici possunt per principia, & regulas Deo ap *Collatio cum* proprietas. Adhuc cognoscit, & intelligit, quod si angelus *Angelo.* habet naturale posse in se, & sic de alijs. multo magis Deus, cum sit subjectum magis altum, ut patet per locū à minori ad majus.

DE SECUNDO SUBJECTO, QUOD est de Angelo.

CAP. XIV.

Discursus per princip. & reg.

ANGELUS est deducibilis per principia, & regulas, ipse quidem naturalem bonitatem, magnitudinem, durationem habet, &c. & diffinitur sic.

Definitio.

Angelus est spiritus corpori non conjunctus. In ipso non est cōtrarietas naturalis, nam incorruptibilis est. In ipso est ma- *1. Conditio.* teria debilibus scilicet bonificabili, magnificabili, & c ut p secū- *2. Conditio.*

3. Conditio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. *Conditio.* dam ſpeciem d. ſignificatum eſt. In angelo eſt majoritas, eo quia eſt magis ſimilis Deo quàm homo, quia altiora principia, & regulas habet quàm homo, & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd ſi homo poteſt uti ſenſibus abſq; organis: non ſequitur propter hoc quod angelus nō poſſit ſine organis: nam angelus natura eſt ſuperior, & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quòd angeli poſſunt loqui inter ſe, & agere in nobis abſque organo, & tranſire ab uno loco ad alium ſine medio, & ſic de alijs, ut patet per intellectum diſcurſum per regulas.

4. *Conditio.* In angelo eſt differentia, nam ſuus intellectus memoria &
5. *Conditio.* voluntas, differentes ſunt inter ſe. Aequalitas intelligendi & amandi, & recolendi eſt in angelo ratione objecti ſupremi ſcilicet Dei, qui æqualiter eſt intelligibilis, amabilis, & recolibilis.

6. *Conditio.* In angelo eſt minoritas, nam ex nihilo eſt creatus.

DE TERTIO SUBJECTO, QUOD eſt de cælo.

CAP. XV.

Diſcurſus. CÆLUM habet bonitatem naturalem, magnitudinem, & durationem, &c. & diffinitur ſic:

Definitio. Cœlum eſt prima ſubſtantia mobilis. In eo non eſt contrarietas. Non enim eſt ex principijs contrarijs compoſitum. In ipſo enim ſunt inſtinctus & appetitus naturales, & per conſequens motus, ſine quo non poſſet habere naturam, inſtinctum & appetitum: veruntamen in eo eſt principium. Efficiens enim eſt in inferioribus, &c. Conſtitutum eſt ex ſua forma & materia ſpecificatis, ut agat per ſuam ſpeciem. Suus motus eſt ei finis & quies.

Cœlum eſt in ſuo loco, ſicut corpus in ſua ſuperficie. Adhuc eſt in tempore, ipſum namque novum eſt. Et etiam in tempore ſicut efficiens in ſuo effectu. Et ſic de alijs ſuis accidentibus ſuo modo.

DE QUARTO SUBJECTO, QUOD eſt Homo.

CAP. XVI.

Diſcurſus. duplex, HOMO eſt compoſitus ex anima & corpore, ratione curſus deducibilis eſt per principia & regulas duob⁹ modis. videlicet modo ſpirituali, & modo corporaliter, ſic diffinitur

Homo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Homo eſt animal rationale homificans. In homine ſunt omnia principia, & regulæ dupliciter propter dupliciratem naturæ, ſcilicet ſpiritualis, & corporalis, ex quibus eſt conſtitutus. Et ideo eſt magis generalis quàm aliud ens creatum. Ratione cujus rectè poteſt dici proculdubio, quod homo èſt major pars mundi. *Definitio.*

DE QUINTO SUBIECTO, quod eſt imaginativa.

CAP. XVII.

IN imaginativà ſunt principia, & regulæ ſpecificæ ad imaginãdum imaginabilia, ſicut in adamante ad attrahendum ferrum, & diffinitur ſic. *Diſcurſus.*

Imaginativa eſt illa potentia cui propriè competit imaginificare, & ideo imaginativa deducta eſt per principia, & regulas quæ conveniunt imaginativæ, intellectus quidem de ipſa habet magnam noticiam, & etiam de his quæ conveniunt ei: imaginativa abſtrahit ſpecies à ſenſatis cum ſenſibus particularibus. Et hoc cum ſuis correlativis per ſecundam ſpeciem regulæ. C. ſignificatis. Et cum bonitate facit bonas ſpecies illas: & cum magnitudine magnificat illas, ſicut quando imaginatur unum magnum montem aureum. Cum minoritate autem minorificat eas, ſicut quando imaginatur unum punctum indiviſibile. Imaginativa habet inſtinctum ſicut bruta animalia habent induſtriam ad vivendum, & ſicut capra ad evitandum lupum. Imaginativa habet appetitum ad imaginandum imaginabile, ut quieſcat in illo imaginando illud. Senſus particulares utentes ſenſibilibus impediunt imaginativæ ſuum actum, quod non poteſt habere ipſum, ſicut videns cum oculis coloratum, & tunc temporis imaginativa non poteſt habere ſuum actum, videlicet quia imaginari non poteſt imaginatum imaginabile peregrinum, quouſque habens oculos claudit illos, & tunc imaginativa habet ſuum actum ſive poteſt habere illum. Videns magis attingit coloratum videndo quàm imaginando ſenſatum enim eſt magis circa ipſum ſenſum. Imaginativa autem mediante ſenſu imaginabile attingit. Imaginativa non eſt ita generalis potentia in ſenſatis ſicut ſenſitiva ut patet per tactivam cũ qua homo tenens lapidem in uno, & eodem tempore ſentit diverſa & plura, videlicet lapidis ponderoſitatem, frigiditatem, aſperitatem, atq; duriciem: imaginativa autem nequaquam niſi ſucceſſivè, & ſic de alijs ſimilibus iſtis. Et hæc ſufficiant cauſa brevitatis. *Definitio.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SEXTO SUBJECTO, QVOD EST sensitiva. CAP. XIIX.

Discursus. PRINCIPIA & regulæ sunt in sensitiva per modum specificum, nam unum posse habet per visum, aliud per auditū, &c. & hæc maximè faciunt duæ proprietates instinctus, & appetitus, & diffinitur sic.

Sensitiva est potentia cui propriè competit sentire. Sensitiva causat sensata cum suis principijs, & regulis specificis.

Definitio. Ipsa est generalis per sensum communē: particularis autē per sensus particulares, per sensum communem habet correlativos communes, per particulares autem sensus habet correlativos particulares. Vita radicalis sensitivæ vivit ex vita vegetabili cū qua est connexa & in ea plantata, sicut vegetativa in elementativa. Sensitiva per omnes sensus sensat obiecta: sicut per visum sensat coloratum, & per auditum vocem mediante affatu ei nominante illam, absq; enim affatu auditus quidam non potest sensare vocem, & in isto passu cognoscit intellectus quod affatus sit sensus.

DE SEPTIMO SUBJECTO QUOD est vegetativa. CAP. XIX.

Discursus. IN vegetativa sunt principia & regulæ specificæ cum quibus plātæ agunt secūdum suas species in quibus sunt. Piper enim agit secundum suam speciem, & rosa secundum suam: & lilium secundum suam &c.

Definitio. Principia vegetativæ condensiora sunt quàm sēsitivæ principia: & sensitivæ principia quàm imaginativæ principia: & diffinitur sic: vegetativa est potentia cui propriè competit vegetare. Ipsa quidem sic vegetat elemētata suo modo, sicut sensitiva sensat vegetata sive elementata. Vegetativa trāssubstantiat elemētativam in suam speciem per modum generationis: & ex illa vivit & crescit & nutritur: vegetativa quidem moritur elemētativa sibi deficiente. Sicut lumen moritur in lampade oleo sibi deficiente.

DE OCTAVO SUBJECTO QUOD est Elementativa. CAP. XX.

Discursus. IN elementativa sunt principia & regulæ specificæ cum quibus habet multas species: aurum, argentum, & huiusmodi,

Definitio. & diffinitur sic, Elementativa est potentia cui propriè com-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

competit, elementale. Ipſa habet correlatiuos communes ſicut & ſenſitiva, & ſic de ſuis particularibus poteſt dici, videli. cet de igne, aere, aqua, & terra, quæ habent ſuos correlativos, ſine quibus ipſa elementa eſſe non poſſunt, ſicut & correlativa abſque elementis non poſſunt eſſe, quæ ſunt vltima fundamenta ipſius elementativæ, & elementativa, per ipſam habet punctos, lineas, & figuras, longum, latum, & profundum, & corpus plenum, qualitates & complexiones, duriciem, aſperitatem: levitatem, ponderoſitatem, &c. & in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod elemẽta ſunt actualiter in elementatis, tamen remiſſo modo, nam aliter elementata non haberent ex quo eſſent de genere ſubſtantiæ, neque haberent formam, materiam, naturam, motum, inſtinctum, longum, latum, plenum, neque appetitum, quod eſt valde impoſſibile & abſurdum dicere.

DE NONO SUBJECTO, QUOD eſt de Inſtrumentativa.

CAP. XXI.

Diſcurſus duplex.

ISTUD ſubjectum eſt de inſtrumentalitate & conſideratur duobus modis, ſcilicet naturaliter ſicut oculus qui eſt inſtrumentum ad videndum, & moraliter ſicut iuſtitia ad judicandum, & martellus ad fabricandum.

1. *Naturale.*

Inſtrumentum quidem naturale poteſt cognoſci deducendo ipſum per principia & regulas huius artis ſpecifico modo.

2. *Morale.*

Similiter & iuſtrumentum morale per eadem principia & regulas ſuo modo ſpecifico.

Differunt enim inter ſe inſtrumenta naturalia & moralia talem autem deductionẽ ſive diſcurſum dimittimus intellectui bene intuenti, & ſi intellectus artiſtæ deficit in tali deductione recurrat ad artem magnam in qua largiùs tractamus de moralibus, ſed quia de moralibus mentionem facimus in alphabeto, idcirco volumus diffinire inſtrumenta moralia, ut per diffinitiones & principia, regulas artiſta habeat noticiam de moralibus.

Definitio inſtrumentative moralis eius demq; ſpecierum.

Inſtrumentativa eſt potentia cũ qua moralis agit moraliter,
Iuſticia eſt habitus cum quo iuſtus agit iuſtè.
Prudentia eſt habitus cuim quo prudens utitur prudentia.
Fortitudo eſt habitus cum quo fortis corde agit viriliter
Temperantia eſt habitus cum quo temperatus utitur in agendo temperatè.
Fides eſt habitus cum quo aliquis credit id eſſe verum, quod non ſentit nec intelligit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Spes eſt habitus cũ quo aliquis ſperat veniam à domino dari & gloriam, & confidit in ſuo bono & potenti amico.

Caritas eſt virtus cum qua habens propria bona illa facit cõmunia.

Patientia eſt habitus cum quo patiens vincit & non vincitur.

Pietas eſt habitus cum quo pius condolet de languoribus proximi ſui.

Avaritia eſt habitus cum quo dives eſt pauper & mẽdicãs.

Gula eſt habitus cum quo guloſus eſt incarceratus & in poſterum in infirmitate & paupertate poſitus.

Luxuria eſt habitus cum quo homo utitur ſuis potentijs indebitè contra ordinem matrimonij.

Superbia eſt habitus cum quo homo ſuperbus conatur omnibus ſupereſſe: & eſt contra humilitatem.

Accidia eſt habitus cum quo accidioſus condolet de bonis alterius, & congaudet de malis illius.

Invidia eſt habitus cum quo invidioſus appetit injuſtè bona alterius.

Ira eſt habitus cum quo iratus ligat ſuam deliberationem & libertatem.

Mendacium eſt habitus cum quo mendax fatur ſive teſtatur contra rei veritatem.

Inconſtantia eſt habitus cum quo inconſtans eſt multifariè variabilis.

Dictum eſt de novem ſubjectis, de quibus artiſta poteſt habere noticiam diſcurrendo ipſa per principia & regulas hujus artis.

DE DECIMA PARTE, QUAE EST de applicatione.

CAP. XXII.

Diviſio. APPLICATIO dividitur in tres partes.

1 Prima eſt quando applicatur implicitum ad explicitũ.

2 Secunda eſt quando applicatur abſtractum ad concretũ.

3 Tertia eſt quando applicatur quæſtio ad loca hujus artis.

1. Implicita ad explicitũ. Et primo de prima parte ſic dicemus. Si termini quæſtionis ſint impliciti, applicentur ad terminos hujus artis explicitos. Sicut quando quæritur. Utrũ Deus ſit. Aut utrum angeli ſint, & ſic de alijs, applicentur ad bonitatẽ, magnitudinẽ, &c. videlicet utrum ſit bonum magnum, &c. eſſe Deum & eſſe angelum.

2. Abſtracti ad concretũ. De ſecunda parte ſic dicendum eſt. Si termini quæſtionis ſunt abſtracti: applicentur ad ſuos terminos concretos. Sicut bonitas ad bonum, magnitudo ad magnum, color ad coloratũ, & ſic de alijs, videatur per quem modum ſe habent terminus abſtractus, & terminus concretus, diſcurrendo per principia & regulas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tertia

Tertia pars quæ eſt de applicatione ad loca, dividitur in trede- 3. *Ad loca.*
cim partes, quæ ſunt hæ, videlicet prima figura, ſecunda figura, tertia figura, quarta figura. Diffinitiones, Regulæ. Tabula, Evacuatio tertiæ figuræ Multiplicatio quartæ figuræ. Mixtio quartæ principiorum & regularum & Novem ſubjecta. Centum formæ & quæſtiones.

Iſtis partibus prænominatis applicentur materiæ quæſtionũ ſecundum quod eis competit. Nam ſi materia quæſtionis competit primæ figuræ, ipſa applicetur ad primam figuram, & ſolutio quæſtionis hauriatur à textu ipſius figuræ, tali modo affirmando aut negando, quòd textus remaneat illæſus, & ſicut diximus de prima figura, ita poteſt dici de alijs partibus ſuo modo. Et hæc de applicatione ſufficiant cauſa brevitatis.

Et ſi intellectus artiſtæ deficit in applicando terminos recurrat ad artem magnam, nam in ea de his largius pertractatur. *Rejectio.*

DE CENTUM FORMIS.
CAP. XXIII.

Vſus.

IN iſta parte ponuntur centum formæ cum earũ diffinitionibus ut ſubjectum extendatur ad intellectum. Nam per formarum diffinitiones intellectus quidem erit conditionatus ad diſcurrendum illas per principia & regulas, & per talem diſcurſum intellectus habebit notitiam de formis poſitis in quæſtionibus: ideo centum formæ cũ ſuis diffinitionibus ſunt hæ.

1 Entitas eſt ens ratione cujus aliquod ens cauſat aliud ens.

2. Eſſentia eſt forma ab eſſe abſtracta & in eo ſuſtentata.

3. Unitas eſt forma cui propriè competit unire.

4 Pluralitas eſt forma aggregata ex pluribus numero differentibus.

5 Natura eſt forma cui propriè competit naturare.

6. Genus eſt ens conſideratum & valde confuſum quod de pluribus differentibus ſpecie prædicatur.

7. Species eſt ens quod de pluribus differentibus numero prædicatur.

8. Individuitas eſt ens quod magis diſtat à genere quàm aliud ens.

9. Proprietas eſt forma cum qua agens ſpecificè agit.

10. Simplicitas eſt forma, quæ magis diſtat à compoſitione quàm aliquod aliud ens.

11. Compoſitio eſt forma aggregata ex pluribus eſſentijs.

12. Forma eſt eſſentia cum qua agens agit in materia.

13. Materia eſt eſſentia ſimpliciter paſſiva.

14. Subſtantia eſt ens per ſe exiſtens.

15. Accidens eſt forma non per ſe exiſtens, nec ad ſuum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

finem principaliter se habet.

16. Quantitas est ens ratione cuius subjectum est quantitas: & cum ea ipsum agit quantum.

17. Qualitas est ens ratione cuius principia sunt qualia.

18. Relatio est forma respectiva ad multa diversa sine quibus non potest esse.

19 Actio est forma inhærens passo.

20. Passio est ens sustinens illam.

21. Habitus est forma qua subjectum induitur.

22. Situs est positio partium rectè & debitè ordinatarum in subjecto in quo sunt.

23. Tẽpus est ens in quo entia creata sunt incepta & noua. Vel tempus est ens ex multis nunc constitutum secundum ante & post.

24. Locus est accidens per quod entia sunt locata. Vel locus est superficiens ambiens & continens immediatè partes intraneas corporis.

25 Motus est instrumentum cum quo movens movet motum, vel motus est id quod sapit naturam principij, medij, & finis.

26 Immobilitas est ens nullum appetitum habens ad movendum.

27. Instinctus est figura & similitudo intellectus.

28. Appetitus est forma & similitudo voluntatis.

29 Attractio est forma cum qua attrahens attrahit attractum vel attractio est quædam forma habens instinctum & appetitum attrahendi aliquid ad subjectum

30. Receptio est forma cum qua recipiens recipit receptũ. Vel receptio est quædam forma habens instinctum & appetitum recipiendi aliquit in subjecto.

31. Fantasma est similitudo abstracta à rebus per imaginationem.

32. Plenitudo est forma à vacuitate remota.

33. Diffusio est forma cum qua diffundens diffundit diffusibile.

34. Digestio est forma p̃ quam digerens digerit digestibile.

35. Expulsio est forma cum qua natura expellit ea quæ nõ competunt subjecto.

36. Significatio est reuelatio secretorum cum signo demonstratorum.

37. Pulchritudo est quædam forma speciosa recepta à visu: vel ab auditu: vel imaginatione, vel conceptu, vel delectatione.

38. Novitas est forma ratione cujus subjectum habituatur novis habitibus.

39. Idea

(c) 2006 Ministério de Cultura

39 Idea in deo eſt deus. Idea autē in creatione eſt creatura.

40. * Metaphyſica eſt forma cum qua intellectus humanus denudat ſubjectum ab accidentibus. * *Mathematica.*

41. Ens in potentia exiſtens eſt forma in ſubjecto exiſtens abſque motu, quantitate, qualitate, & huiuſmodi.

42. Punctuitas eſt eſſentia puncti naturalis exiſtentis minoris partis corporis

43. Linea eſt longitudo conſtituta ex pluribus punctis cōtinuis: cuius extremitates ſunt duo puncta.

44. Triangulus eſt figura habens tres angulus * acutos tribus lineis contentos (ctos. * *Abundans*

45. Quadrangulus eſt figura habens quatuor angulos re-

46. Circulus eſt figura linea circulari contenta.

47. Corpus eſt ſubſtantia ex pūctis, lineis, & angulis plena.

48. Figura eſt accidens conſtitutum ex ſitu & habitu.

49. Generales rectitudines ſunt ſex: quibus corpus eſt centrum per lineas diametrales.

50. Monſtruitas eſt deviatio motus naturæ,

51. Derivatio eſt ſubjectum generale per quod particulare deſcendit ab univerſali.

52. Umbra eſt habitus privationis lucis.

53. Speculum eſt corpus diaphanum diſpoſitum ad recipiendum omnes figuras ei repræſentatas,

54. Color eſt habitus per figuram contentus.

55. Proportio eſt forma cui propriè cōpetit proportionare.

56. Diſpoſitio eſt forma cui propriè competit diſponere

57. Creatio in æternitate eſt idea: in tempore autem eſt creatura.

58. Prædeſtinatio in ſapientia Dei eſt idea: in creatione autem eſt creatura.

59. Miſericordia in æternitate eſt idea; in prædeſtinato autem eſt creatura.

60. Neceſſitas eſt forma quæ aliter non poteſt ſe habere. Sed neceſſum eſt ens continens illam.

61 Fortuna eſt accidens inhærens ſubjecto. Sed fortunatus eſt homo diſpoſitus ad illam.

62. Ordinatio eſt forma cui propriè competit ordinare. Ordinatus autem eſt ſuum proprium ſubjectum.

63. Conſilium eſt dubitabilis propoſitio: & conſultus eſt ſua quies.

64. Gratia eſt forma primitiva in gratiato poſita ſine gratitati merito.

65. Perfectio eſt forma cui propriè competit perficere in ſubjecto perfecto.

66. Decla-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

66. Declaratio eſt forma in qua intellectus quieſcit diſtinguendo. Declaratus autem eſt ſuum ſubiectum in quo declaratio eſt habitus.

67. * Tranſſubſtantiatio eſt actus naturæ intranſſubſtantiato denudata forma antiqua; & induta nova.

* μετηλλοιωσις Græcis.

68. Alteratio eſt forma nata in alterato.

69. Infinitas eſt forma habens actum infinitum ab omni finito remoto.

70. Deceptio eſt habitus poſitivus decipientis: & eſt habitus privativus decepti.

71. Honor eſt habitus activus in honorante: paſſivus autem eſt in honorato.

72. Capacitas eſt forma cum qua capax tantum poteſt continere & recipere quantum poteſt ei evenire.

73. Exiſtentia eſt forma cũ exiſtens exiſtit id quod eſt. Agentia eſt forma movens exiſtentem ad terminũ ad quem.

74. Comprehẽſio eſt ſimilitudo infinitatis, & apprehenſio finitatis. (tum.

75. Inventio eſt forma cum qua intellectus invenit inven-

76. Similitudo eſt forma cum qua aſſimulans aſſimulat ſibi ſuum aſſimulatum.

77. Antecedens eſt forma cauſans conſequens. Conſequens autem eſt ſubjectum in quo antecedens quieſcit.

78. Potentia eſt forma cum qua intellectus attingit objectum. Objectum autem eſt ſubjectum, in quo intellectus quieſcit. Actus eſt connexio potentiæ & objecti

79. Generatio in creaturis eſt forma cum qua agens cauſat formas novas. Corruptio eſt forma cum qua corrumpens privat formas antiquas. Privatio autem exiſtit in medio ipſarum.

80. Theologia eſt ſcientia quæ loquitur de Deo.

81. Philoſophia eſt ſcientia per quam intellectus ſe contrahit ad omnes ſcientias.

82. Geometria eſt ars inventa ad menſurandum lineas, angulos & figuras,

83 Aſtronomia eſt ars cum qua aſtronomus agnoſcit virtutes & motus, quos cœlum habet in inferioribus effectivè.

84. Arithmetica eſt ars inventa ad numerandum multas unitates.

85. Muſica eſt ars inventa ad ordinandum multas voces concordantes in uno cantu.

86. Rhetorica eſt ars inventa cum qua rhetoricus ornat & colorat ſua verba.

87 Logica eſt ars cum qua logicus invenit naturalem conjunctionem inter ſubjectum & prædicatum.

88. Gramma

(c) 2006 Ministerio de Cultura

88. Grammatica est ars inveniendi modum rectè loquendi, rectéque scribendi.

89. Moralitas est habitus ad agendum bonum sive malum.

90. Politica est ars cum qua burgenses procurant publicam utilitatem civitatis.

91. Ius est actus regulatus in homine de justitia habituato.

92. Medicina est habitus cum quo medicus procurat sanitatem patientis.

93. Regimen est forma cum qua princeps regit populũ suũ.

94. Militia est habitus cum quo miles iuvat principem, ut justitiam possit tenere.

95. Mercatura est habitus cum quo mercator scit emere & vendere.

96. Navigatio est ars cũ qua nautæ per mare sciũt navigare.

97. Conscientia est forma cum qua intellectus affligit animam de commissis.

98. Prædicatio est forma cum qua prædicator informat populum ad habendum bonos mores, evitando malos.

99. Oratio est forma cum qua orãs loquitur Deo sanctificè.

100. Memoria est ens cum quo entia sunt recolibilia.

DE UNDECIMA PARTE, QUAE EST de quæstionibus.

CAP. XXIV.

Subdivisio.

HAec pars dividitur in 12. partes seu loca disposita & proportionata ad quæstiones secundum materiæ diversitatẽ ex qua sunt: nam in uno loco sive parte est significata solutio unius quæstionis: & in alio loco solutio alterius quæstionis, propter quod diversimo de applicabimus quæstiones ad prædicta loca: & hoc duobus modis, videlicet faciemus aliquas quæstiones quas solvemus: & alias quas non solvemus similiter faciemus: & istas dimittemus artistæ bene intuenti: ut ipse bene abstrahat solutionẽ ab illa parte sive loco cui quæstiones transmittemus. Nam in illa parte sive loco solutio est significata, hic verò paucas quæstiones faciemus & solvemus causa brevitatis: nam hæc ars abstracta est ab arte magna ut ipsa brevius tractetur: & ut intellectus sub paucis verbis apprehendat multa; & sic intellectus est magis universalis. & per solutiones istarum quæstionum hinc positas seu datas, poterit dari solutio aliarum quæstionum suo m oco.

Loca sive partes in quas transmittemus quæstiones sunt 12. ut jam suprauctum est. videlicet prima figura, secũda figura, tertia figura, quarta figura, diffinitiones, regulæ, tabula, evacuatio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tio tertiæ figuræ, multiplicatio quartæ figuræ, mixtio principiorum & regularum, novem ſubjecta: centum formæ: & primò de prima parte ſuo loco dicemus.

DE QUAESTIONIBUS PRIMAE figuræ. CAP. XXV.

1 QUÆSTIO utrum ſit aliquod ens, in quo ſubjectum & prædicatum convertantur in identitate eſſentiæ naturæ & numeri per totam primam figuram.

Et eſt reſpondendum quod ſic: nam aliàs converſio ſubjecti & prædicati & æqualitas eſſent deſtructæ abſolutè: & æternitas eſſet ſuperius per infinitatem: & ſua bonitas, magnitudo, poteſtas, &c. eſſent inferius per finitatem, quod eſt impoſſibile.

2. Quæritur quid eſt illud ens in quo ſubjectum & prædicatum convertuntur.

Et reſpondendum eſt, quod Deus eſt illud, talis quidem converſio non poteſt eſſe niſi in ſubjecto infinito & æterno.

3 Quæritur utrum divina bonitas habeat in ſe ita magnam bonificationem ſicut divinus intellectus intellectionem.

4 Quæritur quare Deus habet in ſe ita magnam agentiam ſicut exiſtentiam.

5 Quæritur, Deus de quo poteſt tantum quantum ipſe eſt.

6. Quætitur quare homo & animal non convertuntur. Et ad hoc reſpondendum eſt ex eo quia converſio non poteſt fieri inter majus & minus, ſed inter æqualia.

7. Quæritur utrum in angelo ſua poteſtas intellectus & voluntas convertantur. Et reſpondendum quod non, alioquin ipſe poſſet habere ita infinitum actum & æternum ſicut Deus.

DE QUAESTIONIBUS SECUNDAE figuræ. CAP. XXVI.

Diviſio.

1. *Modus per primũ triangulum.*

QUÆSTIONES ſecundæ figuræ tribus modis poſſunt fieri: ſicut homo & leo qui per differentiam differunt ſpecie, & per concordantiam conveniunt genere, & per contrarietatem contrariantur, videlicet per corruptibile & incorruptibile: & ſic de alijs ſuo modo.

1. Quæritur utrum differentia ſit magis generalis, quàm concordantia & contrarietas: ad quod dicendum eſt, quod ſic: eo quia ubicunque eſt concordantia & contrarietas, eſt differentia, ſed non econverſo in omnibus: in multis enim reperitur differentia & concordantia: & tamen in illis non eſt contrarietas, naturaliter, ſicut in entibus ſpiritualibus.

Quæritur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæritur quod eſt majus principium concordantia aut con- 2.
trarietas; dicendum eſt quod concordantia. à concordantia enim deſcendunt principia poſitiva, à contrarietate autem privativa.

Quæritur utrum iſta diffinitio ſit magis oſtenſiva dicendo ſic. homo eſt animal homificans: vel homo eſt ens cui propriè competit homificare, quàm iſta: homo eſt animal rationale mortale. Et reſpondendum eſt quod ſic. Ratio hujus eſt, quia homificatio ſoli homini competit, rationabilitas autem & mortalitas multis. Per triangulum principij, medij, & finis, poſſunt fieri quæſtiones tribus modis. 3.

2. *Modus per triangulũ ſubdiviſio.*

Primus modus eſt, quando quæritur quare eſt una prima cauſa & non plures. Cui reſpondendum eſt ex eo: ut unus finis ſit infinitus. 1.

Secundus modus eſt, quando quæritur, Utrum mediũ exiſtens inter ſubjectum & prædicatum habeat quantitatem continuam aut diſcretam. Et eſt reſpondendum quod continuã habet reſpectu medij extremitatum. diſcretam autem reſpectu medij conjunctionis & menſurationis 2.

Tertius modus eſt, quando quæritur qualis finis eſt ultimus in ſubjecto. Et reſpondendum eſt, quod finis proprius, ſed non appropriatus. 3.

Per triangulum majoritatis, æqualitatis & minoritatis poſſunt fieri quæſtiones tribus modis: per majoritatem, ſicut quãdo quæritur quare Deus eſt ſupra angelum, & angelus ſupra hominem. Et reſpondendum eſt, quod Deus eſt ſupra angelũ: eo quia bonitas divina & magnitudo divina, &c. diſtant per infinitatem à quantitate: & per æternitatem à tempore. bonitas autem angeli & magnitudo, &c. non. ſed ipſa ſunt ſupra bonitatem, magnitudinem hominis, &c. eo quia ſubjectum in quo ſunt diſtat à diviſione & ſuſceptione. ſed bonitas, magnitudo, &c. corporis hominis, non.

3. *Modus per 3. triangulos* 1.

Secundus modus eſt, quando quæritur in anima, quare intellectus, voluntas & memoria ſunt æquales per eſſentiam: cui reſpondendum eſt ex eo, quia prima cauſa per æquabilitatem ſuæ bonitatis, magnitudinis, &c. eſt intelligibilis, recolibilis, & amabilis æqualiter: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod demonſtratio poreſt fieri tribus modis per quid: aut per quia: aut per æqualitatem: vel per æquiparantiam. 2.

Tertius modus eſt, quando quæritur quare peccatum eſt magis circa nihil quam aliquod aliud ens, & dicendũ eſt quod propter hoc, quia magis repugnat fini eſſendi. 3.

4. *Modus per angulorũ ſpecies.*

Quæritur utrũ differentia quæ eſt inter ſenſuale & ſenſuale ſit major, quã illa quæ eſt inter ſenſuale & intellectuale, & quã illa quæ

(c) 2006 Ministério de Cultura

illa quæ eſt inter intellectuale & intellectuale. Adhuc utrum illa differentia quæ eſt inter principium & medium, ſit major, quàm illa quæ eſt inter medium & finem.

Similiter poteſt quæri de differentia quæ eſt inter ſubſtantiã & ſubſtantiam, &c. Et reſpondendum eſt per ea quæ ſunt ſignificata in triangulis ſupradictis, ſubiectivè & objectivè mediante regula de b.

DE QUAESTIONIBUS TERTIAE figuræ. CAP. XXVII.

DICTUM eſt in tertia figura quòd quodlibet principium applicatur alteri: & ideo quæritur. Utrum contrarietas ſit tantum applicabilis bonitati, magnitudini, &c. quantum concordantia, & dicendum eſt quod non: contrarietas enim applicatur eis privando & contrariando: concordantia autem ponendo & concordando.

2. Dicitur in tertia figura, bonitas eſt magna, & quid eſt bonitas magna.

Et reſpondendum eſt, quod bonitas magna eſt illa quæ abſque contrarietate & minoritate convenit cum omnibus principijs & ſuis correlativis.

3. Quæritur bonitas: ubi eſt: vade ad cameram b. i. & recipias ſignificata.

4 Quæritur bonitas de quo eſt.

5. Quæritur bonitas quomodo eſt: vade ad cameras. b. d. & b. k. & accipias eorum ſignificata, & ſic de alijs.

6. Idem quæritur quando eſt intellectus univerſalis & particularis.

DE QUAESTIONIBUS QUARTAE figuræ. CAP. XXVIII.

QUAERITUR per cameram. b. c. d. utrum aliqua bonitas ſit magna infinitè, ſicut æternitas: & reſpondendum eſt quod ſic: alioquin tota magnitudo æternitatis non eſſet bona per cam eram b. c. f.

2. Quæritur utrum Deus ſit ita potens per ſuam bonitatem ſicut per ſuum intellectum: vade ad illam cameram & recipe ſignificata ſuorum correlativorum & ſuarum diffinitionum.

3. Quæritur utrum angelus producat angelum cum ſit ſuperius: ſicut homo hominem cum ſit inferius: reſpondendum eſt quod non, quia evacuaret ſuam eſſentiam: angelus enim non recipit augmentum ab extra; homo autẽ ſic ratione corporis

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBUS PER DIFFINITIONES principiorum.

CAP. XXIX.

QVAERITVR utrum Deus sit ens necessarium. 1.
Quæritur utrū unitas possit esse infinita absq; actu infinito. 2.
Quæritur utrum sit Deus unus singularis. 3.
Quæritur utrum Deus possit esse malus. vade ad diffinitionem bonitatis: magnitudinis, & æternitatis. & teneas ea quæ tibi significant. nam si bonitas est magna & æterna, jam necessarium est quod bonitas sit ratio bono quòd producat bonum magnū & æternum. & sic de alijs quæstionibus quæ fieri possunt per diffinitiones principiorum. 4.

DE QUAESTIONIBUS PER REgulas CAP. XXX.

QUAERITUR utrum credere præcedat intelligere. 1.
Quæritur quæ diffinitio est melior & clarior, aut quæ datur per potentiam & suum specificum actum, vel illa quæ datur per genus & differentiam. Et respondendū est quod illa quæ datur per potentiam & suum specificum actum, per illā quidem habetur agnitio subjecti & actus eius specifici. per alteram autem nequaquam nisi partium tantùm. 2.
Quæritur utrum potentia extra suam essentiam habeat actū. 3.
Quæritur utrum intellectus sit agens in memoria, & in voluntate patiens. Utrum intellectus possit habere objectum absque sensu. Utrum divina potestas possit habere actum infinitum. 4. 5. 6.
Utrum actus possit esse sine differentia. Utrum actus sit possessus à potentia vel ab objecto vel ab vtroque. Utrum substantia possit per se existere absque suis causis. Utrum voluntas habeat posse in intellectu per credere, & intellectus in voluntate per intelligere. Utrum in anima voluntas & memoria sunt æquales. 7. 8. 9. 10. 11.
Utrum intellectus absq; suis correlativis possit esse universalis aut particularis. Utrum intellectus quando facit scientiam faciat ipsam per proprietatem & differentiam. Utrum intellectus disponat amare & memorari & è converso. Utrum intellectus in uno & eodem tempore possit credere & intelligere. Utrum intellectus in se ipso facit scientiam. 12. 13. 14. 15. 16.
Quæritur quomodo intellectus facit speciem. Utrum intellectus cum sua specie imperat voluntati & memoriæ quod objectent illam speciem. Sicut applicamus quæstiones regularum ad intellectum: sic possunt applicari ad alias potētias suo modo. 17. 18.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBUS TABULAE.

Cap. XXXI.

1. QVÆRITVR utrum mundus sit æternus, vade ad columnam b.c.d & teneas negativam & inuenies in camera.b.c. 2. b.quod si æternus est, multæ sunt æternitates differentes specie & concordantes sunt per cameram.b.c.t.c. contra cameram.b.c.t.d. quod est impossibile: vnde sequitur quod de quæstione negativa est tenenda & hoc probat regula b.

2. Quæritur utrum Deus tantum possit esse infinitus per suam magnitudinem quantum per suam æternitatem: vade ad columnam.c.d.e.& ad cameram.c.d.t.c. tenendo affirmativam contra 3. cameram.c.d t.d. Utrum Deus tantum possit per æternitatem quantum per intellectum.vade ad columnam.d.e.f. & ad cameram.d.e.t.d. 4. Utrum Deus sit tantum potens per suum posse sicut per suum intelligere & amare: vade ad columnam.e.f.g.& teneas affirmativam per cameram.e.f.t.e. & per cameram.e.f.t. f. Et per cameram.e.f.t.g. quousque tota columna erit consu- 5. mata. Utrum in Deo suus intellectus & uoluntas sint maiores quàm sua uirtus: vade ad columnam.f.g.h. & teneas negativam per omnes cameras illius columnæ hauriendo significata came- 6. ratum. Utrum divina veritas sit in tantum uirtuosa per æquales correlatiuos sicut divina voluntas.vade ad columnam.g.h.i.& teneas affirmativam per omnes cameras illius columnę. Utrum 7. in Deo sua uirtus & sua ueritas & sua gloria habeant illud per quod sint æquales: & à tempore & loco & minoritate remota: vade ad columnam. h.i.k. & teneas affirmativam per omnes cameras.

DE QUAESTIONIBUS EVACUATIONIS tertiæ figuræ. Cap. XXXII.

1. IN camera.b.c. dictū est quod bonitas est magna. Modo quæritur vtrum bonitas sit magna & quia est sua magnitudo, & bonitas, & magnitudo, in quo concordant. Et utrum possint concordari absque differentia. Et respondendum est quod boni- 2. tas est magna vt patet per diffinitionem magnitudinis. Et sua 3. magnitudo est habere correlatiuos, vt per secundam speciem 4. regulæ.c. patet. & concordant: quia bonitas est magna per magnitudinem & econuerso. Iam quidem concordare nequaquam possent absque differentia suorum correlatiuorum. Et hæc de euacuatione tertiæ figuræ sufficiant causa breuitatis.

Nam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nam per hæc quæ de ea diximus poteſt artiſta ſoluere & facere quæſtiones per alias cameras.

DE QUAESTIONIBUS MULTIPLICA-tionis quartæ figuræ. CAP. XXXIII.

QVÆRITVR per quem modum intellectus conditionat ſe ad eſſendum generalem per generale intelligere. Vade ad multiplicationem quartæ figuræ, & videas per quem modum intellectus multiplicat conditiones cum quibus multiplicat obiecta & ſuum intelligere, vt per multas & magnas ſcientias ſit generalis & multis habitibus indutus.

Et hæc de multiplicatione quartæ figuræ ſufficiant cauſa brevitatis.

DE QVAESTIONIBVS MIXTIO-nis principiorum & regularum. CAP. XXXIV.

QVÆRITVR utrum bonitas ſit diſcurſiua per magnitudinem, durationem, &c. & econuerſo. & reſpondendum eſt quod ſic, vt ſignificatum eſt per tertiam figuram faciendo de ſubiecto prædicatum. 1.

Quæritur quid eſt bonitas in magnitudine, duratione, &c. Cui reſpondendum eſt quòd eſt in magnitudine magna, & in duratione durabilis. 2.

Quæritur quid habet bonitas in magnitudine, &c. ad quod dicendum eſt quod in ipſa habet ſuos correlatiuos magnos in magnitudine & in duratione durabiles. 3.

Et ſicut exemplificamus de bonitate: ita poteſt exemplificari de aliis principiis ſuo modo. Et hæc de mixtione ſufficiat ſuomodo.

DE QUAESTIONIBUS NOVEM ſubiectorum, & primo de Deo. CAP. XXXV.

QVÆRITVR utrum Deus ſit. Et reſpondendum eſt quod ſic. probatum eſt in quæſtionibus primæ figuræ. 1.

Quæritur quid eſt Deus. Et reſpondendum eſt quod Deus eſt ens, quod tamen agit in ſe quantum ipſe eſt. Per ſecundam ſpeciem regulæ. C. quæritur quid habet Deus in ſe eſſentialiter. 2. 3.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ad quod respondendum quod habet suos correlativos sine
4. quibus non posset habere immensas & æternas rationes. Per tertiam speciem quæritur quid est Deus in alio.

Ad quod dicendum est quod ipse est creans: gubernãs & hu-
5. jusmodi. Per quartam speciem regulæ. C. quæritur quid habet Deus in alio. Et dicendum est quod habet in alio posse & dominium: & in omnibus judicium & actum gratiæ & misericordiæ; patientiæ & pietatis. Et hæc de Deo sufficiant causa brevitatis.

DE QUAESTIONIBUS ANgelorum. CAP. XXXVII.

1. QUAERITUR utrum angeli sint. Et respondendum est quod sic. Si enim id quod minus videtur Deo simile, est, & multo magis id quod magis videtur esse simile Deo, est. Adhuc si aliquid est quod est compositum ex intellectuali & corporali, multo magis id quod est compositum ex intellectuali & intellectuali. Amplius si angeli quidē non essent, scala differentiæ & concordantiæ esset evacuata, & per consequens mũdus, quod est impossibile.

2. Quæritur, angelus de quo est, & cuius est. Et respondendum est per regulam. d. quod est de se ipso: sua enim essentia nõ potest esse punctualis neque linealis. Ut per secundam speciem eiusdē regulæ est de suis correlativis spiritualibus, scilicet de suis tivis, bilibus & are: ex quibus est compositus: per tivos est activus, & per biles est receptivus, & per are est actus existens inter tivos & biles. per tertiam speciem est dicendum quod angelus est Dei. Et hæc de angelis causa brevitatis sufficiant.

DE QUAESTIONIBUS COELI. CAP. XXXVII

1. UTrum cœlum moveat seipsum. Et respondendum est quod sic, ut sua principia habeant correlativos substãtiales & proprios per suas constellationes. Utrum cœlum
2. moveat se ad locum, & respondendum est quòd sic in se & in inferioribus circulariter, sed non extra se: ratio hujus est: quia extra se nullam actionem habet vel habere potest. Utrum angelus
3. moveat cœlum, & respondendum est quod non, quia si moveret, jam tivi suorum correlativorũ essent inferiùs & biles superiùs: & etiam per suam formam jam non moveret elemẽta nec elementata, sed per suam materiam, quod est impossibile.

Quæritur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæritur utrum cœlum habeat animam motivam. Et reſpõ- 4.
dendum eſt quod ſic, nam aliter ſẽſitiva & vegetativa non haberent animas motivas, nec elementa haberent motum.

Quæritur per primam ſpeciem regulæ E. quare eſt cœlũ. Et 5.
dicendum eſt quod ex eo quia ex ſua forma & materia eſt conſtitutum. Per ſecundã ſpeciem regulæ E. quæritur cœlum qua- 6
re eſt, & dicẽdum eſt, Ideo ut entia inferiora poſſint habere motum. Et hæc de cœlo ſufficiant cauſa brevitatis.

DE QUAESTIONIBUS QUARTI SUBiecti, quod eſt homo.

CAP. XXXIIX.

QUAERITUR utrum homo de Deo poſſit habere majorẽ 1.
notitiam affirmando vel negãdo, & reſpondendũ eſt quod affirmando: Deus enim nõ eſt per illa ſine quibus ipſe eſt, ſed, per illa ſine quibus eſſe non poteſt.

Quæritur quare homo agit per formam ſpecificam, vade ad 2.
ſecundam ſpeciem regulæ, E. & ibi eſt ſolutio implicata. Utrum 3.
homo augmentans ſuos actus augmentet ſuam eſſentiam. & reſpondendum eſt quod nullus homo * agit ſeipſum.

Quæritur quãdo homo deſiderat recolere & nõ poteſt reco- * *augeſ*
lere, quis iſtorum deficit prius, aut memoria, aut intellectus. cui 4.
dicẽdum eſt quod memoria: ipſa enim citius reddit ſpeciem antiquam naturaliter intellectui quam voluntati.

Quæritur anima & corpus quomodo componant hominem. 5.
Et reſpondendum eſt quod in homine bonitas corporalis & ſpiritualis componunt ùnam bonitatem, & ſic de alijis.

Quæritur quid eſt vita hominis, ad quod reſpondendum eſt 6
quod eſt illa forma quæ eſt compoſita ex vegetativa, ſenſitiva, imaginativa, & rationativa.

Quid eſt mors hominis, reſpondendum eſt quod diſſolutio 7
potentiæ elementativæ: vegetativæ, ſenſitivæ, imaginativæ, rationativæ.

Quæritur utrum homo ſit viſibilis, & dicendum eſt quod nõ, 8
viſus enim non poteſt videre niſi colorem & figuram.

Quæritur utrum in homine intellectus & memoria ſint eadẽ 9
potentia. Et reſpondendum eſt quod non, quia ſi eſſent eadem potentia, intellectus jam non eſſet ſucceſſivus in acquirẽdo ſpecies, nec traderet illas oblivioni, neque etiam eas ignoraret. Item quia nimis eſſet fortis in objecto contra libertatem voluntatis. Et hæc de homine dicta ſufficiãt cauſa brevitatis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBUS IMAginativæ, CAP. XXXIX.

1 VTRUM imaginativa imaginetur imaginabilia ſuo modo ſicut ſenſitiva ſenſat ſenſibilia.

2 Quæritur quæ eſt cauſa, quare Imaginativa abſtrahit ſpecies à ſenſibilibus.

3. 4 Quæritur quid eſt Imaginativa. Utrum imaginativa habeat
5 correlativos. Utrum imaginativa augmentet ſe augmentando
6 ſuum actum. Utrum imaginativa ſit altior potentia quàm ſen-
7 ſitiva. Utrum imaginativa habeat inſtinctum & appetitum
8 ſpecificos. Senſitiva per quem modum impedit actum imagi-
9 nativæ. Quare imaginativa non eſt ita potens in ſenſibilibus, vel ſenſatis ſicut ſenſitiva, vade ad ſub ectum imaginativæ.

10 Quæritur utrum ſenſitiva ſenſet imaginativam. Et reſpõdendum eſt, quod potentiæ inferiores non agunt in ſuperioribus.

DE QUAESTIONIBUS SENſitivæ. CAP. XL.

1 QVAERITUR quæ potentia iſtarum ſentiat famem & ſitim, aut guſtus, aut tactus. Et reſpondendum eſt, quod illa quæ magis diſponit objectum.

2 Utrum guſtus ſic ſentiat famem & ſitim cum inſtinctu & appetitu, ſicut viſus coloratum cum colore. Vade ad ſecundam ſpeciem regulæ E.

3 Quęritur ſenſitiva ex quo ſenſat ſenſata. Et reſpõdendũ eſt,
4 quod quilibet ſenſus particularis ſenſat ſuum objectum ſenſibile per formam ſpecificam, ſicut ſubjectum coloratum ſubſiſtens criſtallo colorat ipſum. Utrum ſenſitiva habeat quantitatem punctualem & linealem. Et reſpondendum eſt quod ſenſi-
5 tiva ita citò attingit objectum de longè ſicut de propè. Utrum ſenſitiva ſicut habet ſenſum communem, ſic habeat communẽ poteſtatem, inſtinctum & appetitum.

6 Quæritur quid eſt ſenſitiva. Senſitiva cum quibus eſt parti-
7 cularis & communis. Senſitiva ex quo vivit & nutritur. Utrũ
8 ſenſitiva ſit ſenſata, vade ad ſubjectum ſenſitivæ.

DE VEGETATIVA. CAPUT XLI.

1 UTRUM vegetativa agat per ſpeciem ſuam. Utrum vegetativa habeat aliqua, ratione quorum ſit communis & particularis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& particularis ſicut ſenſitiva. Utrum quantitas vegetativæ ſit 3
punctualis vel linealis.

Quæritur quid eſt vegetativa, & quid habet in ſe ipſa per ſe- 4
cundam ſpeciem regulæ D. 5

Quæritur vegetativa ex quo vivit & nutritur & creſcit & in 6 7
quo ſubjecto eſt plantata.

Quid eſt mors vegetativæ: vade ad ſubjectum vegetativæ in 8 9 10
quo ſolutiones prædictarum quæſtionum ſunt implicatæ. 11

DE QUAESTIONIBUS VIII
ſubjecti quod eſt Elementativa.
CAPUT. XLII.

QUID eſt Elementativa. Utrũ elementativa habeat multas 1
ſpecies ſicut ſenſitiva. Utrum elementativa habeat ſuos 2
correlativos. Utrum flamma candelæ elementet * licinium 3
lampadis in ſeipſa quando ipſum accendat. Utrum flamma can * Ellychnia.
delæ ſic accendat licinium cum aere, ſicut viſus ſenſat colora- 4
tum cum luce. Utrum elementativa ſit cauſa ſpecialis longitu- 5
dinis, latitudinis, profunditatis, & plenitudinis. Utrum elemẽ 6
tativa ſit communis ſpecies elementorum. Utrum elementati- 7
va poſſit eſſe in ſubjecto elementis remotis ab illo. Utrum ele 8
mentativa ſit fons punctorum, linearum & figurarum. Utrum 9
elementativa ſic moveat ſe naturaliter cum ſuo inſtinctu & ap-
petitu, levitate, gravitate, caliditate, & hujuſmodi, ſicut ho-
mo ſeipſum artificialiter cum pedibus ſuis. Utrum elemen- 10
tativa poſſit habere naturam abſque correlativis ſubſtantiali-
bus. Utrum in elementatis elementa ſint actu. Utrum elemẽ- 11
tativa habeat continuam quantitatem per omnia loca ſub glo- 12
bo lunari. Utrum ſint duæ caliditates & duæ ſiccitates, & duæ 13
albedines hujuſmodi: ſolutio, vade ad ſubjectum elementati-
væ, & abſtrahas ab eo ſolutiones cum intellectu conditionato
& artificiato per artem iſtam. Utrum ſit quintum elementũ. 14
& reſpondendum eſt quod non, in elementatis quidem ſuffi-
ciunt quatuor complexiones.

DE QUAESTIONIBUS IX. SUBJE-
cti & ultimi quod eſt Inſtrumentativa.
CAP. XLIII.

SUPERIUS jam fecimus quæſtiones inſtrumentalitatis
naturalis, hîc autem volumus facere moralis.

Quæritur quid eſt moralitas. 1

Quæritur quid eſt juſtitia, prudentia, &c. Item quæritur 2

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quid eſt avaritia, gula, &c. vade ad nonum ſubjectum inſtrumentativæ: & agas ſecundum quod ibi eſt ſignificatum per ejus
3 tractatum. Adhuc quæritur utrum juſtitia ſit bona, & reſpondendum eſt quod ſic, quia ſi non, tunc injuſticia non eſſet mala.

4 Ulterius quæritur utrum juſtitia habeat correlativos, & dicendum eſt quod ſic, quia ſi non, jam non poſſet eſſe habitus, nec haberet aliqua in quibus eſſet ſubſtentata & aſſituata. Et ſicut dicitur de iſtis, ita poſſunt fieri quæſtiones de juſtitia per omnia principia ſua & regulas, & ſicut dictum eſt de juſtitia ita poteſt dici de alijs habitibus virtuoſis.

5 Utrum vicia ſimpliciter ſint principia privativa, & reſpondendum eſt quod ſic, nam ipſa cum virtutibus nullam convenientiam habent. in virtutibus quidem agens, & agibile, & inſtrumenta ad invicem habent concordantiã in objecto virtuoſo, & hæc de mortalibus ſufficiant cauſa brevitatis: maximè quia in arte magna de ipſis largiùs pertractavimus.

DE QUAESTIONIBUS CENTUM formarum. CAP. XLIV.

Modi earundem.

QUÆSTIONES centum formarum tot modis fieri poſſunt quot quælibet forma eſt differens in novẽ ſubjectis ſicut entitas, &c. quæ eſt una forma in Deo, & alia in angelo, & alia in cœlo, &c. ſicut quando quæritur utrum entitas Dei ſit principium ad omnes entitates. Et reſpondendũ eſt quod ſic, eo quia ſua bonitas eſt principium ad omnes bonitates & ſua magnitudo ad omnes magnitudines, & ſua æternitas ad omnes durationes: hoc autem non poteſt dici de entitate angeli & cœli, &c. & ideo forma ſecundum quod eſt diverſa ab alijs eſt diſcurſiva cum ſuis principijs & regulis.

1. De entitate.

2. De eſſentia.

Quæritur utrum eſſentia & eſſe convertantur, & reſpondendum eſt quod in Deo convertuntur. In Deo nihil eſt ſuperius nec inferius, ſed in angelo & cœlo, &c. non convertuntur eo quia eſſe in illis eſt per eſſentiam, & non è converſo, & ideo in talibus eſſentia eſt ſuperius, eſſe autem inferius.

3. De unitate.

Quæſtiones per unum modum fieri poſſunt de unitate Dei & per alium modum de unitate angeli, & per alium modum de unitate cœli, &c. Sicut quando quæritur utrum competat unitati Dei unire infinitum, & reſpondendum eſt quod ſic. nam abſque unire infinito ipſa unitas non poſſet eſſe infinita: co quia ſua poteſtas eſſet finita & ligata, & in æternitate eſſet otioſa. & ſic poſſet dici de divina bonitate & magnitudine, &c. quod eſt impoſſibile.

Si autem quæratur de unitate angeli, utrum ei competat unire

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uaire, & respondendum est secundum conditiones suæ unitatis, videlicet quod unus angelus cum alio venit unũ, loqui moraliter obiectivè, unum amare, unum intelligere, unum homificare, non dico quod unus angelus uniat aliũ angelum, quia nõ potest ut jam dictum est, nec etiam unum cœlum potest unire aliud cœlum, sed effectivè unitas cœli causat unitates inferiores, de unitate autem hominis non est sic, nam unus homo potest unire alium, generando alium: & sic de alijs suo modo.

Quæritur utrum in Deo sit pluralitas, & respondendum est quod sic, respectu suorum correlativorum per secundam speciem regulæ C. significatorum sine quibus non potest habere in se infinitam & æternam operationem bonificando, magnificando, æternificando, &c. & sic essent ligatæ & ociosæ suæ rationes quod est impossibile. De pluralitate autem angeli non est sic: nam angelus compositus est ex tivis & bilibus respectu simplicitatis divinæ, & similiter cœlum jam est magis compositum quàm angeli, & homo quàm cœlum. 4. *De pluralitate.*

Quæritur utrum in Deo sit natura, & respondendũ est quod sic, ut habeat naturale recolere, intelligere, & amare, & etiam naturalem bonitatem, magnitudinem &c. & ut ipsæ rationes sint ei naturales quòd producat bonum infinitum & æternum ut competat ei naturare. De natura autem angelica non est sic, nam finita & nova est, veruntamen ei competit naturare, eo quia habet species innatas & naturales, cum quibus objectivè & naturaliter objectat, & sic de natura cœli potest dici secundũ suum modum & etiam secundum sua principia & regulas naturales & specificas, cum quibus naturaliter & specificè agit. 5. *De natura.*

Et sic de natura aliorum subjectorum potest dici suo modo. Per ea quæ dicta sunt supra potest artista facere quæstiones de centum formis, & solvere eas secundum quòd quæstiones diversimodè tractantur & deducuntur per novem subjecta inter se differentia conservando cuilibet formæ suam diffinitionem quàm superius fecimus.

Et isto passu cognoscit intellectus per quem modum est valde generalis ad faciendum multas quæstiones & solvendum illas per illum modum qui est in evacuatione tertiæ figuræ, & in multiplicatione quartæ figuræ. Et ideo quis posset numerare quæstiones & solutiones quæ fieri possunt. & hæc de quæstionibus centum formarum sufficiant causa brevitatis.

DE XII. PARTE, QUAE EST DE Habituatione. CAP. XLV.

HÆc pars est de habituatione hujus artis, & ipsa dividitur *Divisio* 1.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in tres partes quarum prima eſt de tredecim partibus in quas hæc ars eſt diviſa: & illas artiſta hujus artis debet habituare, ut ipſe ſciat applicare quęſtionem ad illum locum ſeu diſpoſita ſecundum proportionem materiæ quæſtionis Secunda pars eſt, quod habituet modum & proceſſum textus hujus artis tenendo modum textus ad probandum & ſolvendum quæſtiones peregrinas illo modo per quem ſunt explicatæ in textu, ſicut in unum exemplum per quod aliud eſt exemplificatum & declaratum. Tertia pars eſt quod ipſe habeat modum multiplicando quæſtiones & ſolutiones ad unam & eandem concluſionem, ut per tertiam & quartam figuram & tabulam ſignificatum eſt. & hæc de habituatione ſufficiant cauſa brevitatis.

2. *pars.*

3. *pars.*

DE XIII PARTE, QUAE EST de modo docendi hanc artem.

CAP. XLVI.

Diviſio. PARS iſta dividitur in quatuor partes.

1. *Pars.* Prima eſt ut artiſta bene ſciat alphabetum cordetenus, & figuras, diffinitiones, & regulas atque aſſituationem tabulæ.

2. *pars.* Secunda pars eſt ut ipſe declaret benè textum ſcolaribus rationabiliter, & non liget ſe cum auctoritatibus aliorum. Et quod ſcolares perlegãt textum, & ſi dubitaverint in aliquo petant ab artiſta ſive à magiſtro illud.

3. *pars.* Tertia pars eſt quod magiſter ſive artiſta faciat quæſtiones coram ſcolaribus & ſolvat eas rationabiliter ſecundum artis proceſſum. Nam abſque ratione artiſta non poteſt bene uti iſta arte. Unde ſciendum eſt quod hæc ars tres amicos habet, videlicet ſubtilitatem intellectus, & rationem, & bonam intentionem: ſine iſtis quidem tribus hanc artem nullus addiſcere poteſt.

Tres amici. huius artis

4. *Pars.* Quarta pars eſt quod artiſta faciat ſcolaribus quæſtiones ut ipſi de illis reſpondeant: & dicat illis quod multiplicent rationes ad unam & eandem concluſionem, & adhuc inveniant loca quorum ratione ſciant reſpondere & rationes multiplicare. Si verò ſcolares neſciant reſpondere, nec rationes multiplicare: nec loca invenire, tunc temporis magiſter doceat ſcolares de prædictis.

DE FINE HUJUS LIBRI.

AD honorem & laudem Dei & publicæ utilitatis finivit RAYMUNDUS hunc librũ, Pyſis in monaſterio Sancti Dominici in mẽſe Ianuarij, in anno Domin. M.CCCVII. incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Cui ſit laus & honor per infinita ſecula ſeculorum Amen.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

OPUSCULUM

M. RAYMVNDI LVLLII, DE AUDITU KABbaliſtico, ſive ad omnes ſcientias introductorium.

PROOEMIUM.

QUONIAM quidem omnibus hominibus naturalis ad ſcire & intelligere veritatẽ in omnibus rebus ſcibilibus concupiſcentia innata eſt: teſte Ariſtotele primo Metaphyſicæ, quod eſt, quoniam quibuſcunq; ineſt admirari à tota ſpecie: eiſdem ineſt naturalis concupiſcẽtia ad ſcire & intelligere veritatem in omnibus rebus ſcibilibus: ſed omnibus hominibus ineſt admirari à tota ſpecie: quare, &c. Cupientes igitur in hoc perfici negotio, modum ad illud tem-
prandum perquirere neceſſe eſt: Unde quanto magis res altior fuerit: tanto dignior eſt ad ſciendum, quoniam magis vera ob ſuam propinquitatem veriſſimo, propter quod verum animi objectum eſſe credimus, & cum omne verũ præſupponit eſſe, manifeſtum eſt, quod ipſum eſſe eſt per ſe notũ in tantum, quod qui negat eſſe, ſeipſum negat. Imo negando ponit ipſum eſſe, propter quod eſſe ſive verbũ ſub ratione inſeparabilitatis à rebus, eſt ſubjectum adæquatum hujus ſapientiæ Kabbaliſticæ. Cum igitur hoc eſſe ſive verbum ſit omnium rerum primum regulans & nõ regulatum, palam eſt quod ejus ſapientia eſt omnium aliarum ſcientiarum longe valde regulatrix, alioquin in regulantibus & regulatis daretur proceſſus in infinitũ. Et quia omnis doctrina, diſciplinaq; tria in ſe eſſentialiter conmprehendit, videlicet ſcire partes ſui ſubjecti, ſcire finem quæſitum, & ſcire medium ad ipſum finem, & propterea hæc ſapientia Kabba. dividitur in tres partes quarum prima eſt de partibus ſubjecti ejus quæ ſũt bonum, magnum, durans, potens, ſapiens, volens, virtuoſum, verum, & glorioſum. Finis verò quæſitus in hac ſcientia, eſt intellectus humani adeptio; ſed medium ad ipſum finem, eſt mera abſtractio, quod eſt: quoniã cũ intellectus humanus ſit ſubſtantia abſtracta, oportet ut ſuũ intellectum ſit abſtractũ, & cõſequẽter ſuũ intelligere. Quapropter dividitur quidẽ hoc opus in tres tractatus, in quorũ primo declarabuntur partes ſubjecti adæquati, & quæ ei maxime attribuũtur. In ſecũdo tractatu finis docetur quæſit' In tertio & ultimo dabuntur media ad ipsũ finẽ. Et quia quodlibet op' methodi cõſtituitur, nõ ſolum ut

Scientiæ rerum cupiditas naturalis.

Modus ejus indepiſcendæ præſtantiſſ.

Kabbala.

Partitio Kabbalæ Lullianeæ.

1. *Subiecta partes.*

2. *Finis.*

2. *Medium Partitio huius lib.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. *Tractatus subdivisio.*

intellectus humanus se exerceat: sed ut sit remediū oblivioni. Idcirco primus tractatus tres comprehendit partes, quarū prima est alphabeti & figurarū, quæ in hoc opere usitantur. Secun-
1. da est quiditatum partium subjecti hujusadæquati: & tertia est
2. regularum quibus hæc scientia utitur, quæ omnia mirabiliter
3. oblivioni resistunt. & dicitur hæc doctrina Kabbala, quod idē
Kabbalæ etymon. est secundum Hebræos, ut receptio veritatis cujuslibet rei divinitus revelatæ animæ rationali, & secundum modernos Kabbalistas Kabbala. cum sit nomen compositum ex duabus dictionibus videlicet abba & ala. abba enim arabice: idem est quod pater latinè, & ala arabicè idē est quod Deus meus, & cum Deus meus nomen nihil aliud importet nisi Christum dominum nostrū benedictum qui verè filius Dei est: & filius Dei nihil aliud importet nisi sapientiam divinā. propterea dicimus quod hoc vocabulum Kabbala, quod scribitur per literam K. nihil aliud est arabice importans latinè præter superabūdans sapientia. est igitur Kabba habitus animæ rationalis ex recta ratione divinarum rerū cognitivus. propter quod apparet quod est de maximo etiam divino, consequutivè divina scientia vocari debet,

PARS PRIMA DE ALPHABETO

CAP. I.

1. *Vsus.*
2. *Vsus.*

ALPHABETUM ponitur in hac doctrina primò ut per ipsum figuras valeamus cōstituere, & principia cum regulis suis combinare facillimè possimus, ut cujuslibet rei intelligibilis veritas intellectui humano facillimè uniatur. Qui
* *Cognoscit.* intellectus per eas se longè generalem * cognoscat, * quod est
* *Potest.* namq; per unam litteram hujus alphabeti scibilia multa * com-
* *Comprehendere.* prehendit de quibus scientiam facit. Quod quidem alphabetū facilime memoriæ commendatur. Et * propterea in hac scientia
* *Pratereà.* necessarium est multum: eo etiā quia sine eo opifex hujus methodi se exercere minimè posset. Alphabetum est hoc, videlicet
B. B. C. D. E. F. G. H. I. K. significat enim B. bonū & ejus abstra-
C. ctum, differētiam: Deum, iustitiam, avaritiam, & utrū. C. signi-
ficat magnum & ejus magnitudo abstractum, concordantiam,
D. angelum, prudentiam, gulam, & quid est. D. significat durans &
ejus abstractum, contrarietatem, cœlum. fortitudinem, luxuriā,
E. & de quo est. E. significat potentem & ejus abstractum, principi-
F. um, hominem, temperantiam, superbiā & quare est. F. significat
sapientem & ejus abstractum, medium, imaginativum, fidem,
G. accidiam, & quantum est. G. significat volens & ejus abstractum,
H. finem sensitivum, spem, invidiam, & quale est. H. significat virtuosum & ejus abstractum, vegetativum, majoritatem, charitatē
iram,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

iram, & quando eſt. I. ſignificat verum & ejus abſtractum, elementivum, æqualitatem, patientiam, mendacium & ubi eſt. I.
K. ſignificat glorioſum, & ejus abſtractum, inſtrumentativum, minoritatem, pietatem, inconſtantiam, & quomodo, & cum quo eſt. & hæc de alphabeto ſufficiant, quare, &c. K.

PRIMA FIGURA.



DE FIGURIS, PARS SECUNDA
& primùm de prima. CAP. II.

FIGURÆ quidem in hac ſcientia inventæ fuere & conſtitutæ ſecundum intellectus operationes, quæ tres ſunt, videlicet, ſcibilium omnium conceptuum apprehenſio, diviſio, & compoſitio eorundem, & diſcurſus in eis, quæ figuræ quatuor ſunt. Prima quarum intitulatur A. & eſt circularis ſive ſpherica: deſerviens converſioni ſimplici primorum principiorum omnium, & regularum hujus ſapientiæ, ut in ea manifeſtè apparet, quæ quidem converſio præſupponit copulationem ſub ecti, & prædicati. Exemplum converſionis ſimplicis: eſſe eſt bonum, bonum eſt eſſe: magnum eſt eſſe: eſſe eſt magnum; æter- *Ratio fig. 1. 2. 3. 4. 1. fig. A. 1. Vſus. Converſionis exemplum.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnum: æternum est esse: esse est æternum, & sic dicendum est de cæteris partibus subjecti huius sapientiæ adæquati, & dicitur conuersio à conuertendo. Est enim conuersio transpositio subjecti in prædicatum, & è conuerso, cuius species sunt tres, simplex videlicet per accidens, & per cõtrapositionem. Est autem conuersio simplex, transpositio subiecti in prædicato, & è contra, manente eadem quantitate & qualitate, ut in exemplis superius dictum est; sed conuersio per accidens, est illa in qua mutatur quantitas: vt dicendo, omne ens est bonum, aliquod bonum est ens, omne ens est magnum, aliquod magnum est ens: in conuersione per cõtrapositionem fit mutatio terminorũ finitorum in terminos infinitos, manente eadem quantitate & qualitate propositionis, vt dicendo, ens est bonum, non bonum est non ens, vel sic, omne non ens, est non bonum, omne bonum, est ens, & sicut exemplificatum est de bono in omni specie conuersionis: ita dicendum est de aliis partibus subjecti. Insuper in ista figura A, intellectus humanus habet indagare communicationem omnium entium scibilium. Nec non cuiuslibet propositionis subjecti & prædicati communicationem & proprietates, cuiuslibet eorum vt per eas ipsum quod quid est inueniri possit, quod est, quoniam in hac figura A. est aliquod generalissimum & est ipsum esse, & aliquod specialissimum, vt homo, angelus, vel bos, inter quæ intellectus humanus scalã habet ascẽsus & descensus à generalissimo, ad specialissimum, quod est quoniam sub esse continetur bonum, sub bono continetur ens, quoniam omne ens, est bonum, non tamen omne bonum, est ens, vt probabitur in quæstionibus figuræ A. ostendemus enim ibidem esse, quod est verbum, esse, bonum, & tamen non est ens. Ens enim posterius est natura, ipso esse & bono, si enim ipsum esse non esset bonum, nisi per esse entis, sequeretur quod bonitas prioris esset per bonitatem posterioris, quod esset inconueniens & absurdum, quia bonitas primi principij esset communicata à bonitate principiati & multa alia incommoda sequerentur ad istam positionem. Quare esse & bonum præcedunt ipsum ens, & ens non est bonum nisi à bonitate ipsius esse quod est primum omnium rerum principium, & esse non est bonum, nisi per suammet essentiam quæ est communicatiua cuilibet enti, quare, &c. Sub ipso ente verò est substantia, sub qua immediatè est corpus. Sub quo collocatur viuens, sub viuenti animal, sub animali collocatur rationale, sub rationali collocatur homo vel angelus. Quare palam est quod intellectus humanus habet scalam ascendendi à specialissimo ad generalissimum multa colligendo, & à generalissimo ad specialissimum multa diuidendo per differentias contrarias, genera, vt ens, quod diuiditur per simpliciter

Conuersio.

1. *Conuersio simplex.*

2. *Conuersio per accidens.*

3. *Conuersio per contrapositionem.*

2. *Vsus.*

3. *Vsus.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſimpliciter & ſecundum quod, vel bonum quod diuiditur per creatum & increatum. Ens ſimpliciter ſumptum non eſt niſi ſubſtãtia quæ diuiditur per corporeum & incorporeum, & corpus diuiditur per animatum & inanimatum, & animatum, diuiditur per ſenſibile & inſenſibile, & ſenſibile quod eſt animal, diuiditur per rationale & irrationale, ſed rationale ſubdiuiditur per diſcurſibile & non diſcurſibile, rationale diſcurſibile eſt ipſe homo, ſed rationale non diſcurſibile, non eſt niſi angelus: aſcenſus autem fit in iſta figura per vnionem generis cum differentiis vſque ad generaliſſimum genus. Hæc autem figura fuit ſpherica poſita in hac arte propter cauſas duas, prima vt ſit omnium ſcibilium capaciſſima: ſecunda cauſa eſt, vt melius deſeruiat acceſſui, & receſſui qui per operationem fiunt intellectus. Et hæc figura in ſua prima diuiſione in tres diuiditur æquales partes ad dandum nobis intelligere quod quicquid eſt in ſubſtantiis abſtractis, & maximè in eſſentia divina ſunt ſecundum vnam æqualitatem. In ſecunda autem diuiſione diuiditur in nouem partes æquales, ad dãdum nobis intelligere, quod ſignificatum cuiuſlibet partis eſt conuertibile cum ſignificatu alterius partis, vt in proprio loco oſtendetur poſtea. Nomina autem iſtarum nouem partium ſunt à nomine nouem litterarum alphabeti. Namque prima pars intitulatur. B. ſecunda intitulatur C. & tertia D. quarta E. quinta F. ſexta G. ſeptima H. octaua I. & nona K.

Cur hæc fig. orbicularis.

Diuiſio huius 1. figuræ.

Spaciola.

Et hæ partes vocantur ſpaciola, vt manifeſtum eſt in ipſa figura A.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SECUNDA FIGURA.



DE FIGURA SECUNDA SERMO.

CAP. III.

T. SECUNDA figura necessaria in ista sapientia est intitulata T. ad significandum nobis in ipsa esse tres triangulos, quorum quilibet est generalis, quod est: namque primus, est triangulus differentiæ, concordantiæ & contrarietatis, & dicitur generalis etiam eo quod omnia comprehendit scibilia. Nã quicquid est, aut est in differentia aut in concordantia, aut in contrarietate: & extra hæc nihil est Et notandum est, quod quilibet angulus hujus trianguli primi, tres comprehendit species. Namque differentia comprehenditur primo inter intellectuale & intellectuale: ut inter deum, & angelum: vel inter unum angelum, & alium, ut inter Michaelem, & Raphaelem, & Uriclem,

1. *Triangulus.*

Amplitudo eius.

Species angulorum huius trianguli.

1. *Differentiæ species.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& Vrielem & Gabrielem. Secunda differentia comprænditur inter ſenſuale & intellectuale, ut inter animam & corpus. Tertia verò differẽtia hujus anguli eſt inter ſenſuale & ſenſuale : ut inter lapidem & lignũ, & ſicut exemplum datum eſt de ſpeciebus hujuscemodi anguli differentiæ, ita exemplificandũ eſt de ſpeciebus aliorum duorum angulorum videlicet, concordantiæ & contrarietatis ſuo modo. Et notandum eſt ſecundo, quod ſecũdus triangulus eſt principii, medii & finis, qui etiam omnia ſcibilia comprænditur, quod eſt; namq; quicquid eſt, aut in genere principii, aut in genere medii, aut in genere finis, & extra hæc tria genera nihil eſt. Patet quoniam in genere principii ſunt quatuor genera cauſarum, & genus ſubſtantiæ & per tempus & quãtitatem alia novem prędicamẽta diſtincta à prædicamento ſubſtantiæ, quare palam eſt, quod quicquid eſt extra hæc, nihil eſt, in angulo verò medii ſunt etiam tres ſpecies, videlicet medium conjunctionis, videlicet medium inter ſubjectum & prædicatũ, patet, quoniam homo non poteſt eſſe animal niſi per mediũ vitæ nec vivens niſi per medium corporis. Nec poteſt eſſe corpus niſi per medium ſubſtantiæ, nec poteſt eſſe ſubſtantia niſi per medium entis ſimpliciter. Nec poteſt eſſe ens ſimpliciter niſi per medium boni, neque poteſt eſſe bonum niſi per medium ipſius eſſe hæc enim omnia priora ſunt ad hominem & ſicut dictum eſt de homine, ita dicendum eſt de cæteris ſuo modo per aſcenſum. Secunda ſpecies hujus anguli eſt medium menſurationis ſicut cẽtrum circuli, quod exiſtit æqualiter ab ömnibus partibus circunferentiæ: & ſimiliter actus eſt medium inter agentem & agibile, & ſimiliter amare eſt medium inter amantem & amatum. Tertia ſpecies eſt medium extreminatum, ut linea quæ eſt medium inter duo puncta, & iſte angulus eſt ſcala aſcenſus & deſcẽſus per omnia entia ſuo modo quod eſt, quoniam eſſentia & cõmunicationes ſunt mediæ extremitatum quod eſt, quoniã eſſẽtia bonitatis eſt medium inter magnitudinem & durationẽ, habens in ſe bonificare ſuum exiſtens in medio bonificantis & bonificabilis, quæ mutuò conjunguntur in bonificare ſicut amans & amabile in amare, quæ tria ſcilicet amans, amabile & amare ſunt una amabilitas indiviſa ſicut bonificabile & bonificare ſunt una bonitas indiviſa. Et hæ tres ſpecies eſt ſcala aſcendendi & deſcendendi ad inveniendũ medium inter omnia ſcibilia entia Pari etiam modo dicendum de angulo finis. Namque finis eſt eſſe, in quod efficiens quietat omnia entia in terminum ad quẽ, qui finis ſub ſe tres continet ſpecies, videlicet finem privationis, finem terminationis, & finem cauſalitatis. exemplum primæ ſpeciei eſt mors: quæ eſt privatio vitæ, ſed finis terminationis eſt ſicut terminus regni, vel puncta quæ finis terminationis lineæ &

2. differentiæ ſpecies

II. Triangul: Amplitudo eius.

1. ſpecies Principii.

2. ſpecies medii:

1. Medium coniũctionis.

2. Medium extremitatũ:

Scala

3. De fine: Species eius.

Finis privationis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

3. *Finis causalis.* superficies quæ est finis terminationis corporis, exemplum finis causalitatis est Deus: qui est omnium causarum finis in abstractis, sed in concretis est ipse homo, & hic angulus est eodem modo scala opificis ut supra, ascensus & descensus. Tertius triangulus est triangulus maioritatis, æqualitatis, & minoritatis, qui est etiam generalis ad omni scibilia entia suo modo, patet; quoniam omne quod est, aut est in genere maioritatis, aut in genere æqualitatis, aut in genere minoritatis, & nihil est extra hæc tria genera, quoniam nullum est dare ens quin illis sit sub aliquo istorum trium generum. patet; quoniam sub genere maioritatis est substantia, & sub genere minoritatis est accidens, ex quo enim apparet aperte quod quicquid est aut est substantia, aut accidens: & extra hæc nihil est. Et notandum est quod angulus maioritatis tres comprehendit species, uidelicet majoritatem substantiarum tantum, majoritatem accidentium tantum, & maioritatem substantiarum & accidentium: exemplum primæ speciei est substantia cœli, quæ est major quàm sit substantia ignis, & substantia hominis quæ est major in bonitate quàm sit substantia Elephantis. Sed exemplum secundæ speciei est, sicut intelligere, quod est accidens maius, quàm sit credere, siue sentire. Exemplum tertiæ speciei est sicut substantia quæ est maior ipso accidente. Et sicut dictum est de speciebus majoritatis tribus, ita dicendum est de tribus speciebus minoritatis: quod est, quoniam sunt relatiua. Angulus quidem æqualitatis tres sub se continet species, uidelicet æqualitatem substantiarum, æqualitatem accidentiæ, & æqualitatem substantiarum & accidentiæ. Exemplum primæ speciei est æqualitas duorum indiuiduorum speciei humanæ ut puta, Socratis & Platonis: quæ sunt substantiæ, æquales in homeitate & rationalitate. sed exemplum secundæ speciei est æqualitas inter intelligere, & velle, siue amare, & exemplum tertiæ speciei est æqualitas substantiæ & suæ propriæ passionis. Verbi gratia ut æqualitas inter hominem, & risibilitatem. Et hic angulus est similiter scala opificis per quam ipse ascendit, & descendit per omnia entia scibilia, vt in aliis triangulis dictum est Notandum est primo quod hæc figura, est primæ figuræ A. deseruiens, patet. Namque per differentiam distinguitur bonitas à magnitudine, siue bonum à magno & è cõtra: & per concordantiam, vniuntur omnes partes esse ad inuicem, & fiunt generationes per eam & per contrarietatem corruptiones, quare, &c. Notandum est insuper quod hæc figura. T. cõtinet nouẽ litteras quarũ tres sunt viridis coloris, videlicet B. C D. Ad significãdũ nobis quod earũ triãgulus debet esse viridis, & alias tres habet literas E. & F. G. rubei coloris significantes earũ triangulũ esse rubei coloris, ad dandũ nobis intelligere quod

1. *Species maioritatis.*

Exemplum primæ speciei maioritatis.

Exemplum secundæ speciei.

3. *Speciei exemplum.*

2. *Species minoritatis.*

3. *Species æqualitatis.*

1.

2.

3.

Scala.

Fig. huius vtilitas ad fig. A.

Distinctio triangulorum per colores.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod ipſarum triangulus debet eſſe rubeus, cæteræ verò tres litteræ contentæ in hac figura ſunt crocei coloris, ad ſignificandum ſuum triangulum ſimile eſſe in colore eis, quæ tres literæ ſunt H.I.K. ex quibus omnibus habetur quod figura T. continet tres diuerſorum colorum angulos, eſſe, quorum obliuioni multum reſiſtit. Notandum eſt & * ſecundo, quod hæc figura T. in ſe comprehendit genera ſcibilium nouem quorum vnumquodque omnia continet entia; licet genus differentiæ ſit cæteris generibus generalius, quod eſt, namque de pluribus differentia prædicatur quam concordantia & contrarietas. Patet, quoniam Socrates & Plato diſtinguuntur realiter & tamē ſūt idem in ſpecie, ſiue formaliter, & ſimiliter Deus & angelus diſtinguūtur realiter, & formaliter, & tamen in eis nulla eſt contrarietas. Pari etiam modo ſtellæ diſtinguuntur: & tamen in eis nulla eſt contrarietas. differentia præterea eſt cauſa pluralitatis quoniam ſeparat, & diſtinguit. & concordantia vnitatis cauſa eſt: quoniam in vno eſſe plura & ponit, & vnit. Sed contrarietas corrumpit & diſſoluit, & propterea inquit Democritus, Lis in entibus eſt à contrarietate, & amicitia in eis eſt concordantia, & notandum eſt * tertio quod ſicut triangulus viridis conſiſtit in ſubjecto naturaliter: ita humanus intellectus moraliter eſt diſcurſiuus diſtinguendo, concordando, aſſentiendo, vel diſſentiendo, per omnes ſuas ſpecies, videlicet differentiæ, concordantiæ, & contrarietatis: & quoniam differentia generalior eſt obiectiuè cæteris, generibus vt exemplificatum eſt, & propterea quando intellectus humanus contrahit ſe à primo gradu ſcalæ ad ſenſuale: tūc non eſt omnino generale, nec omnino ſpeciale, ſed quãdo deſcēdit ad indiuiduum, tunc eſt ſimpliciter ſpeciale. Exemplum primi eſt cum dicitur differentia inter intellectuale, & intellectuale, ut inter Deum & angelum: exemplum ſecundi eſt, cum dicitur differentia inter intellectuale, & ſenſuale, ut inter animam & corpus, uel inter ſubſtantiam & accidens. Exemplum tertij eſt quando dicitur differentia eſt inter ſenſuale, & ſenſuale, ut inter lapidem & lignum, uel inter accidens, & accidens, quando differentia dicitur eſſe inter Platonē, & Ciceronē: tunc eſt particularis. Quare, &c. Et hæc exempla debent dici in omnibus cæteris triãgulis ſuo modo Et notãdū eſt vltimo quod hæc figura T. eſt inſtrumētū intellectus humani cū quo agit in figura A. ponēdo differētiã inter bonū & mãgnū, inter bonū & æternum, inter bonum & potentem: & ſic de cæteris ſignificatis in figura A. & per concordantiam ſimiliter congregat vnum quodque prædictorum in vno eſſe, & per contrarietatem ſegregat partem, à partibus, & ſeparat. Et ſic de aliis partibus eſſe ſuo modo, dicendum eſt, inſuper per differentiam intellectus humanus diſtinguit

III. Obſeruatio.

* Tertio.

IV. Obſeruatio.

* Quarto.

1.

2.

3.

V. Obſeruatio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in ipſa eſſentia bonitatis B bonificativum à bonificato & à bonificare. & ſic de aliis dicendum eſt ſuo modo. & hæc de ſecunda ſufficiant.

TERTIA FIGURA.



DE FIGURA TERTIA SERMO.

CAP IV.

TERTIA verò figura eſt compoſita ex duabus primis videlicet figura A. & figura T. ad ſignificandum quod quicquid eſt implicatum in eis, eſt implicitũ in iſta tertia, quod eſt: namque B quod eſt in prima figura, æquivalet B. hujus tertiæ figuræ, & ſimiliter B. ſecundæ figuræ, æquivalet B. tertiæ, & ſicut dictum eſt de B. ita dicendum eſt de cæteris literis alphabeti hujus doctrinæ. Et notandum eſt: quod hæc figura conſtituitur ex triginta ſex figuris quadrangularibus ut patet in ea aperte, quarum quælibet multa in ſe comprehendit ſcibilia, ac diverſa ſignificata habentia: per duas literas in qualibet earum contentas: ut patet, quia in quadrato B C. multa intellectus comprehẽdit ſignificata quod eſt, quoniam B hujus tertiæ figuræ ſignificat bonum & ejus abſtractum, differentiam, deum, Iuſtitiam, avaritiam & utrum & C. hujus ſimiliter quadranguli ſignificat magnum, & ejus abſtractum, concordantiam, angelum, prudentiã, gulam

Exemplum.

34. Proſelidi a ſeu ſpatiola hujus fig.

Exemplum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gulam, & quid eſt, & ſicut dictum eſt, de quadrato B.C. Ita dicẽdum eſt de cęteris figuris quadrangularibus in ea contentis ſuo modo. Importat inſuper unum quodque quadratum hujus figuræ ſubjectum & prædicatum, cujuslibet propoſitionis hujus ſapientiæ. ut intellectus humanus habeat inquirere medium inter ſubjectum & prædicatum: verbi gratia, ut inter bonũ, & magnum, cum quo conjunguntur. Quorum medium eſt ipſum cõcordans, ut arguendo ſic, omne concordans eſt bonũ, omne magnum eſt concordans, ergo omne magnum eſt bonum, & ſic dicendum eſt de cæteris ſignificatis uniuſcujuſq; quadranguli cõtenti in hac figura tertia: unde per hoc quadrangulũ B.C. intellectus humanus cognoſcit bonum habere magnam differentiã & concordantiam in tantum, ut efficiatur prædicabile, de angelo, de cœlo, de homine, & ſic de cæteris partibus ſubjecti hujus ſapientię. Amplius per hoc quadratum ſignificatum eſt intellectui humano, quod quælibet pars ſubjecti applicatur cuilibet parti ejuſdem, verbi gratia ſignificata litteræ D. applicantur ſignificatis litteræ C D & ſignificata C. applicãtur ſignificatis B D ut in figura eſt manifeſtum. Finis gratia cujus iſta figura continet triginta ſex figuras quadrangulares, eſt: quia intellectus humanus in omnibus partibus ipſius eſſe, cognoscit ſe poſſe formare multas quæſtiones, & rationes deducere, ab ipſis partibus ipſius eſſe, * multas verbi gratia, bonum eſt magnum, bonum eſt durabile, bonum eſt potens, bonum eſt ſcibile, bonum eſt amabile, bonum eſt virtuoſum, bonum eſt verum, & bonum eſt glorioſum & ſimiliter dicendum eſt de combinatione boni, cũ terminis ſęcundæ figuræ, verbi gratia, bonum eſt diſtinguens, bonũ eſt concordans, bonum eſt contrarians, bonũ eſt principians, bonum eſt medians, bonum eſt finiẽs, bonum eſt majorificans, bonum eſt æquans, & bonum eſt minorificans. Et ſicut exemplificatum eſt de combinatione boni ſignificati per B. ita exemplificandum eſt de omnibus aliis per totũ alphabetum in figuris ſuo modo. Quare, &c. Et notandum eſt quod conditio hujus tertiæ figuræ eſt, quod unum quadratum ejus eſt in concordantia cũ alio, verbi gratia quadratum B.C. & ſic de aliis cum ſimili cõditione ſe concordant ad generandũ ſapientiam in intellectu humano. Quare, &c. Et notandum eſt inſuper quod hæc figura deſervit operationi ſecundæ intellectus, cujus proprium eſt cõponere, & dividere. Exemplum primi, omne bonum eſt juſtum, Exemplum ſecundi, nullum bonum eſt avarum, & hæc ſufficiant de tertia figura.

2. Vſus.

Exemplum.

3. Vſus.

Exemplum 4. Vſus

Finis numeri huius fig. proſelidiorũ.

** Multis.*

Quadratorũ ſeu proſelidiorũ huius fig. mutua affectio.

Vſus huius fig. proprius.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

QVARTA FIGVRA.



DE FIGURA QUARTA SERMO.

CAPVT. V.

3. *Circuli seu orbes.*

QVARTA figura componitur ex tribus circulis, quorum maior immobilis est: reliqui duo mobiles, ut in ipsa figura manifestè apparet. Causa verò gratia cujus hi duo sunt

Cur. 1. *immobilis cæteri cõ tra.*

mobiles, & ille primus immobilis, est ad significandum quod omnes propositiones voluuntur sub maxima dignitate, quæ semper vno & eodem modo sé habet, & propterea hic primus

1. *Reuolutio.*

circulus maior huius figuræ attribuitur ei. Namque per motum circuli medij. C. ponitur sub B. circuli immobilis & per motum circuli minoris D. inferior ponitur sub C. medio & sic formantur nouem spacio'a. Quorum primum est B.C.D. & secundum est C.D.E. & sic de cæteris ut in figura manifestum est. demum E. minoris circuli quando ponitur sub C. medij circuli

2. *Reuolutio,*

tunc formantur alia nouem spaciola, videlicet B.C.E. pro primo spaciolo, & C.D.E. pro secundo, & sic de aliis, quod est; quoniam omnes aliæ literæ minoris circuli efficiuntur diuersę cum B. circuli immobilis, & cum C. circuli mediocris, & hoc factum est ad significandum nobis quod C. est medium inter B. & D. namque B. & D. participant ad inuicem per significata C. & sic de aliis spaciolis. & sicut per media spaciolorum intellectus humanus venatur cõclusiones necessarias iterum discutitur etiam per B.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per B. circuli maioris,cum D.circuli mediocris, & sic de aliis litteris alphabeti circuli minoris mutando ipsas literas a B. circuli immobilis,vsque quo pernenerit ad I. circuli mediocris, & ad K. circuli inferioris. Et hoc modo formabuntur ducenta, & quinquaginta duo spaciola per quæ multiplicantur entia scibilia apud intellectum humanum. Ex quibus apparet quod hæc figura quarta generalior est tertia figura,patet; quoniam in quo libet spaciolo tres sunt literæ , & in tertia figura duæ tantum; propter quod opifex huius methodi generalior est per istam quartam figuram quam sit per tertiam : quia per hanc figuram quartam magis abundat in mediis quam per ipsam tertiam, quare.&c. Notandum est præterea proprietatem huius figuræ quartæ esse ad seruiendum postremę operationi intellectus humani quæ operatio discursus nuncupatur. Namque opifex huius sapientiæ applicat, per istam figuram significata litterarum in ea contentarum ad propositum suum,secundum quod sibi videtur magis conueniens, quod est,quoniam formato spaciolo de tribus litteris statim respicit intellectus significata ipsarum subjecti & prædicati, & conuenientia inter vnum & aliud , & quæ ab eis aliena sunt,& euitando semper inconuenientia. Ex quibus apparet quod intellectus per istam figuram magnam scientiam acquirat comprehendendo in ea multas rationes ad vnam conclusionem &c. Et notandum est insuper quod oportet has quatuor figuras scire & corde tenere, alioquin ista sapiẽtia non esset docibilis. Nec vllo modo quis poterit vti ea in aliquibus scientiis vel artibus. Qui autem perfectè habituatus fuerit in his figuris quatuor, sciet soluere omnes quæstiones sibi propositas,quare,&c.

3. *Reuolutio*

252. *prosely-dia huius enata.*

Fig. hac generalior quam tertia.

Vsus praecipuus huius figuræ.

Necessitas ediscendæ huius fig. & praced. triũ.

DE QVIDITATIBVS PARTIVM subjecti pars tertia. CAP. VI.

QVONIAM, quidem primi animi conceptus, qui in hac sapientia vsitantur,sunt vnum,esse,verum, bonum,qui cõceptus etiam transcendentia vocantur. Et dicuntur conceptus primi animi eo quoniam sunt per se nota apud intellectum,& nemo est sanæ mentis qui possit eos negare. Non negãdo esse rerum omnium ex quibus quod est credimus,quod primus animi conceptus sit ipsum esse, quod est genus generalissimum omnium entium, quod sub ratione inseparabilitatis à rebus credimus indubitanter adæquatum subjectum esse huius sapientiæ Kabbalę:contraria autem horum quatuor antedictorum sunt nihil,falsum,multitudo,& malum. Nec non esse,&

Primi animi conceptus 4.

1. *Vnum.*
2. *Esse.*
3. *Verum.*
4. *Bonum.*

Esse seu tũ ens subiectũ adaquatum est huius scientiæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cõtraria primorum conceptuum.

impossibile , qui termini omnino alieni sunt ab hac methodo propter multitudinem. Et quoniam esse communius est necessario & æterno, quia omne necessarium est esse. Non tamen omne esse est necessarium, & similiter omne æternum est esse , non tamen omne esse est æternum, & eodem modo dicimus de ente & bono, omne enim ens est bonum, & tamen non omne bonum est ens, quod est, quoniam Deus est bonus & tamen Deus non est ens, quia Deus est verbum, & verbum non potest esse ens, quare bonum non conuertitur cum ente , quoniam communis est omni ente : relictis igitur terminis significantibus esse diuinum, dicimus quod esse est communius cæteris omnibus , & per se notum, & non eget declaratione, tamen partes eius hic declarãtur : unde bonum consideratum in hoc negotio est esse gratia cuius omnia bona sunt. Igitur non inest bono nisi ut agat bonum: quare esse bonificans non est nisi bonum. Magnum est, esse gratia cuius omnia sunt magna. Non inest ergo magno nisi ut agat magnum. Quare esse magnificans est magnum, & propterea non inest ei nisi magnificare. Durans est esse gratia cuius omnia habent durationem , quare esse durificans est durans & æternum. Non inest igitur æterno nisi æternificare , aut secundum esse indiuiduate, aut secundum esse speciale. Potens est esse gratia cuius omnia sunt potentia, quare esse potentificans cuius proprium non est nisi potentificare. Sapiens est esse gratia cuius omnia sunt scibilia : quare esse sapientificans , non est nisi sapiens, cuius proprium non est nisi sapientificare. Volens, est esse, gratia cuius omnia sunt volentia: esse igitur voluptuosificãs, non est nisi uolens. Virtuosum est esse, gratia cuius omnia sunt uirtuosa, esse igitur uirtuosificans, non est nisi uirtuosum , eius proprium non est nisi virtuosificare Verum est esse , gratia cuius omnia sunt vera : est igitur proprium ueri uerificare , quare esse uerificans non est nisi verum Glorioſum, est esse gratia cuius omnia sunt glorioſa, atque delectabilia. Esse igitur glorioſificans, non est nisi glorioſum, proprium cuius, non est nisi glorificare. Hæ enim sunt partes esse quod est huius sapientiæ subiectum adæquatum quæ partes ei attribuuntur. Quare, &c.

Partes tũ ẽtia .

B. Bonum.

C. Magnum.

D. Durans.

E. Potens.

F. Sapiens.

G. Volens.

H. Virtuosũ .

I. *Verum*

K. Glorioſũ.

DE QVIDITATIBVS PRIMORVM principiorum. CAP. VII.

Principia primæ huius artis.

PRIMA huius sapientiæ principia sunt abstracta partium subiect quæ sunt, bonitas, uidelicet magnitudo, durario , potestas, sapientia, uoluntas, uirtus, ueritas, & gloria. Sicut enim essentia siue essentieitas est abstractum de esse , quoniam est actus eius, & sua profectio, ratione cuius esse non agit , nisi esse: ita

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ita & bonitas est actus & perfectio boni , ratione cuius bonum non agit nisi bonum. Et similiter magnitudo est actus & profectio magni,ratione cuius magnum non agit,nisi magnum,vnde bonitas & duratio , per ipsam magnitudinem magnæ sunt , ambientes omnes extremitates , & per totum creatum penetrantes. Duratio,sive permanentia , est actus & perfectio permanentis ratione cuius permanens non agit nisi permanentem. Potestas sive potentietas est actus,& perfectio potentis ratione cuius potens non agit nisi potentem & per ipsum agunt omnia, regũt adinuicem, vnum resistendo alteri. Sapientia sive sapientietas est actus & perfectio sapientis ratione cuius sapiens non agit nisi sapientem,& per ipsam omnia sunt scibilia. Voluntas est actus & perfectio volentis ratione cuius volens non agit nisi volẽtem, & per ipsam voluntatem omnia sunt amabilia. Virtus est actus & perfectio virtuosi , ratione cuius uirtuosum non agit nisi uirtuosum. Veritas est actus ueri & perfectio ratione cuius uerum non agit nisi uerum & per ipsam bonitas,magnitudo,æternitas: * præstans sapientia , uoluntas , & uirtus: facta sunt intellectus objecta, simul cum ipsa gloria. Quare gloria est actus & perfectio glorioſi ratione cuius glorioſum , non agit nisi glorioſum, & per ipsam omnia sunt delectabilia : in quibus quiescunt omnia. Differentia est actus & perfectio differentis : ratione cujus differens non agit nisi differentem: & per ipsam differentiam omnia sunt distincta & clara.Concordantia est actus , & perfectio concordantis,ratione cujus concordans non agit nisi concordãtem : & per ipsam concordantiam omnia conueniunt in vnum, bonum,magnum,permanens,potens , &c.attributa quæ in vnũ esse conueniunt. Contrarietas est mutua repugnantia quorundam ob diuersos fines,vel contrarietas est actus, & perfectio cõtrariantis,ratione cujus contrarians non agit nisi contrarians,& per ipsam omnia sunt corruptibilia. Principium est esse præcedens omnia per intrinsecam ejus rationem alicujus proprietatis,& dicitur hoc principium de causa , de tempore & de quantitate Medium est subjectum in quo finis influit principio , & principium refluit fini. Finis est terminus in quo omnia principia quietantur & per ipsum bonitas , magnitudo , æternitas & cætera,attributa quiescunt in esse vno. Maioritas est imago immensitatis,bonitatis,magnitudinis,durationis,potestatis,sapiẽtiæ,voluntatis,virtutis,veritatis,& gloriæ, & per ipsam bonum, magnum , & huiusmodi sunt altiora cæteris entibus in perfectione. Quare,&c. Æqualitas est subjectum in quo terminus concordantiæ:bonitatis:magnitudinis:permanentiæ, &c.quiescit. Sed minoritas est ens circa nihil : & hæc sufficiant de quiditatibus principiorum huius sapientiæ kabbalæ. quæ principia

B. Bonitas.
C Magnitudo.
D. Duratio.
E. Potestas.
F. Sapientia.
G. Voluntas.
H. Virtus.
I. Veritas.
**. potestas.*
K Gloria.
Fig. 2.
L. Differẽtia
D Contrarietas.
E. Principiũ.
F Medium.
G. Finis.
H. Maioritas.
I. AEqualitas.
K. Minoritas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Neceſſitas huius artis. cum ſuis quiditatibus minime ignorari debent alioquin ſapientia hæc non eſſet cognoſcibilis, quare &c.

DE REGULIS NECESSARIIS, PARS quarta primi tractatus. CAP. IIX.

X. Regula HUjus autem negotij regulæ maximè neceſſariæ ſunt numero decennario videlicet, utrum, quid, de quo, quare, quantum, quale, quando, ubi, quomodo & cum quo Primum quod eſt utrum, vel an attribuitur B. & qd attribuitur C. & de quo attribuitur D. & quare attribuitur E. & quantum attribuitur F. & quale attribuitur G. quando attribuitur H. & ubi attribuitur I. & quomodo & cum quo attribuitur k Quarũ regularum ſpecies ſunt numeri* quinquagenarij: Namq; B. ſub ſe continet ſpecies, videlicet dubitatio, affirmatio, & negatio. & littera C. continet quid eſt, quid habet in ſe, quid eſt in alio, quid habet cum alio, & ſit ſpecies C. quatuor ſunt. Sed D. ſub ſe continet tres ſpecies videlicet à quo, de quo, & cujus eſt. E. littera continet duas ſub ſe ſpecies videlicet formaliter & finaliter. ſed littera F. alias duas ſub ſe continet ſpecies continuative & diſcretive: littera G. ſub ſe etiã duas compræhendit ſpecies videlicet quale quid & quale communicatum: vel proprie & appropriate. ſed littera H. ſub ſe xv. comprehendit ſpecies videlicet quatuor ſpecies litteræ C cum & tres ſpecies litteræ D. & octo ſpecies litteræ k. & hoc factum eſt, quoniam eſſentia temporis longè eſt difficilis ad intelligendum & propterea regula H. applicanda eſt ad ſpecies regulæ C. & D. & k & ſimiliter regula litteræ I. continet ſub ſe omnes ſpecies regularum C. D. & K. & regula litteræ. K. ſub ſe duo comprehendit genera regularum; videlicet genus modalitatis regulæ, & genus inſtrumentalitatis, ut in ſuis exemplis oſtendetur, quare, &c. Et quoniam quidem circa nihil & ſimpliciter eſſe nulla cadit ditatio. Namq; nihil in nobis nullius admirationis cauſa eſt, & ſimpliciter eſſe eſt de ſe manifeſtum. Et propterea nulla eget demonſtratione neq; in ſe ullam comprehendit dubitationem, quod eſt, quod nemo eſt ſanæ mentis qui poſſit negare ipſum eſſe, ſicut in proœmio hujus probatum eſt; & propterea dicimus quod omnes dubitationes non poſſunt contingere niſi medijs inter hæc duo, videlicet ſimpliciter eſſe, & ipſum nihil: habent autem per hoc ipſum utrum dubitationẽ, & firmationem, & negationẽ poſſibilem: ſecundum æqualitatẽ ſupponẽtẽ quod intellect⁹ nõ ſit alligatus eũ credere. Quod qdem credere nõ eſt niſi actus intrinſecus ipſius intellect⁹, ſic eſt ipſum intelligere.

* .54. præciſe illud autem rotunde ſeu eraſſe.

B. ſpecies 3.
C. ſpecies 4.
D. ſpecies 3.
E. ſpecies 2,
F. ſpecies 2.
G. ſpecies 2.
H. ſpecies 15.
Cauſa amplitudinis huius regulæ.

I. Species 15.
K. Species 8.

Ratio et ordo reg. B. eiuſdemque ſpecierum.

Credere.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

telligere; & propterea intellectus concipit tantum illam partem dubii cum qua ipse potest intelligere, supponendo, verum prædicari de ea, Regula autem C. continet primo diffinitionẽ rei quiditativam; verbi gratia; si quæratur, quid est ens? respondendum ei quod est primum creatum; vel si quæratur, quid est intellectus humanus? respondendum est ei, quod ipse est potentia animæ cujus proprium est intelligere. Secunda species regulæ C. est, quid habet in se; ut si quæsitũ fuerit, quid habet in se ens? respondendum ei quod habet entitativum, entitatum, & entitare, vel si quęsitum fuerit de intellectu; quid habet in se? cui respondendum est; ipsum habere intellectivum intellectũ & intelligere, petendo de intellectu quid si esset sine ipsis? * si esset ociosus in natura? cui dicendum est, quod sic. Tertia species regulæ C est quid est in alio? ut dicendo; quid est intellectus in alio? cui respondendum est, quod ipse est bonus intelligens in bono, vel in bonitate; & magnitudine, magnus intelligens; & in duratione durans; & in potestate potens: & in sapientia sapiens: & in voluntate volens; & in virtute virtuosus; & in veritate verus; & in gloria glorioſus. & sicut exemplum datum est de ipso intellectu per quatuor species regulæ C. ita exemplificandum est de omnibus cæteris scibilibus comprehẽsis in figura A. Quarta species regulæ C. est quando quæritur quid habet cum alio? Ut cum quæritur de ente quid habet cũ alio? respondendum est ei quod ipsum habet cum bonitate, bonificare, & cum entitate, entiare. Et similiter de intellectu quęrendum est: quid habet cum alio? cui respondendum est quod cum intellectivo habet intelligere, & credere. Regula autem D. est quando quæritur de intellectu, de quo est? cui respondendum est quod ipse est de proprijs correlativis essentialibus, videlicet de suo intelligibili. Et de suo intelligere. Secunda species regulæ D. est quando quæritur à quo est ens? vel à quo est intellectus? cui respondendum est, quod ipse est à suo proprio esse formali, & materiali. Tertiò regula D est quando quęritur de intellectu, cujus est? cui respondendum est, quod ipse est hominis, tanquam pars sui totius, vel essentia ejus. Sed regula E. est quando quæritur quare est intellectus finaliter? cui respondendum est, quod ipse est, propter intelligere veritatem omnium scibilium. Secunda regula est, quando quæritur quare est intellectus formaliter? cui respondendum est, quod ipse est per proprium intellectum & intellectivum, per intelligere. Regula literæ F. sub se habet duas species; videlicet, quantum continuativè, ut quando quæritur de intellectu, quantus est; cui respondendum est, quod ipse est tantus, quantus abstractivè potest esse.

1. *Species reg. C.*
1. *Exemplũ.*
2. *Exemplũ.*
2. *Species.*
1. *Exemplũ.*
2. *Exemplũ.*
* *an non, seu nonne*
3. *Species.*
1. *Exemplũ.*
4. *Species.*
1. *Exemplũ.*
2. *Exemplũ.*
1. *Species reg. D.*
2. *Species.*
3. *Species.*
1. *Species reg. E.*
2. *Species.*
1. *Species reg. F.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. *Species*, Non autem punctualiter, neque linealiter. Secunda regula litteræ. F, est, quando quæritur discretiuè quantus est intellectus: cui respondendum est, quod ipse est trinus essentialiter. Patet quoniam constat ex tribus correlatiuis intrinsecis in quibus sua tota essentia est distributa, & substentata: quæ sunt intellectiuum, intelligibile, & intelligere: cum quibus efficitur theo-
1. *Species.* ricus, & practicus, generalis & particularis Sed prima species
reg. G. regulæ G. est quando quæritur de intellectu qualis est essentialiter? cui respondendum est, quod ipse est talis, qualis est sua propria intellectueitas, & suum proprium intelligere, per propriam
2. *Species.* intelligibilitatem, inhærentem subjecto Secunda species regulæ G. est, quando quæritur de intellectu, qualis est accidentaliter? cui respondendum est, quod ipse est credibilis, vel dubitabi-
3. *Species.* lis. Sed prima species regulæ H. est prima species regulæ C. im-
reg H. plicitè, vt quando quæritur; quando est intellectus? cui respondendum est ipsum esse tunc, quando suum esse quiditativum est
2. vel tunc est quando suas essẽciales partes habet, quæ per secundam speciem regulæ C. exprimuntur, & quid est tunc, quando
3. agit in alium, & est per tertiam speciem regulæ C. ut intellectus
4. practicus; & similiter possumus etiam sic respondere, ipsam esse tunc, quando est agens similitudinem ejus in quo est, & possu-
5. mus respondere etiam ipsum esse in æuo, siue in essentia primitiua temporis: patet, quoniam à nullo alio tempore deriuatur, siue producitur nisi ab eo, & se habet vt materia prima, siue forma prima, quia à nullo tempore habet dependentiam. Propterea tempus in quantum primitiuum est primum esse in suo genere, sub quo continentur anni, menses, dies & horæ, & hæ responsiones sunt factæ secundum primam speciem regulæ D.
6. Secunda species regulæ D. est quando quæritur de intellectu
7. quando est: cui respondendum est, tunc est, quando ab alio est,
8. *Reliquarũ* vel quando alicujus est. Et sic procedendum in cæteris regulis
specierum hu ipsius K suo modo. Regulæ autem litteræ I. procedunt simili
ius regulæ modo, quo procedunt regulæ litteræ H nam quando fit interro-
præcisio. gatio de aliquo simili, vt puta de intellectu, dicendo, vbi est in-
1. *Regulæ* tellectus? cui respondendum est per primam speciem regulæ C.
species. & per secundam, tertiam, & quartam ejusdem, suo modo, significantis, vel significante suum cõtinens, & similiter per primam, secundam, & tertiam speciem regulæ D. & per quatuor regulas
Exemplum 1. modalitatis, atque instrumentalitatis, quæ sunt regulæ litteræ
2. k. de quibus infra dicetur. exemplum primæ regulæ C. est quan-
3. do quæritur de intellectu: vbi est? cui respondendum est, ipsum esse in suo esse quiditativo, & in esse suo intellectivo, intellecto, & intelligere, & possumus etiam respondere: ipsum esse in boni-
4. tate suæ intellectionis, sui intelligibilis, & sui intellectivi, aut re-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

spondere

ſpondere ſic, ipſum eſſe ibi in quo agit, vel cum quo agit ſuas actiones. & per primam ſpeciem modalitatis quando quæritur de intellectu, vbi eſt? reſpondendum eſt, ipſum eſſe in ſuo modo intelligendi, generandi ſimilitudinem ſuam in alio, & ſic dicendum eſt de aliis regulis litteræ k. ſuo modo. Regulæ autem litteræ K ſub duobus generibus regularum comprehenduntur videlicet modalitatis, & inſtrumentalitatis. Genus modalitatis quatuor ſub ſe ſpecies comprehendit. Prima eſt quando quæritur quomodo intellectus eſt pars; Secunda eſt, quando quæritur quomodo eſt pars in parte: Tertia regula eſt, quando quæritur de intellectu, vel de aliquo alio ente, quomodo eſt pars in ſuo toto. Quarta & vltima ſpecies eſt, quando quæritur de intellectu, vel aliquo alio ente toto, quomodo eſt totum in partibus ſuis, & quomodo tranſmittit ſimilitudinem ſuam extra ſe? cui reſpondendum eſt, de intellectu quod ipſe tranſmittit ſimilitudinem ſuam per modum habitus ſcientifici, per quem plures res quas intelligibiles facit cum ſuo proprio intellectiuo, & quod eſt ſubjectiuè per motum illum per quem eſt deductus per ſpecies intelligibiles per illum motum per quem habet invenire ipſum quod quid eſt, quod eſt medium inter ſubjectum & prædicatum in figuris deſignatis multiplicantibus peregrinas abitractiones à ſenſibus & à phantaſmatibus in ſuo proprio intelligibili caracterizando: & intelligendo eas. Secundum genus regularum littera k. eſt genus inſtrumentalitatis continens ſub ſe quatuor ſpecies. Prima quarum eſt, quando quæritur, verbi gratia, de virtute informatiua cum quo ipſa agat? cui reſpondendum eſt, quod ipſa agit, cum informalitate ſua organizando ſecundum quod expedit in materia ſignata cum cœleſti calido, iuncto naturali calido ſeminis aſſignati. aut* quærendum eſt, de intellectu, cum quo agat intellectiones ſuas? cui reſpondendum eſt, quod intelligit cum applicatione vnius ſpeciei peregrinæ, cum alia, ponendo eas in ſuo proprio intelligibili, ſicut lux ponit colores in ſpeculo, vel reſpondendum eſt, quod ipſe intelligit ſpecies intelligibiles cum bonitate ſuæ intellectualitatis, & cũ magnitudine ſua magnificat eas, & cum differentia diſtinguit unam ab alia, & cum concordantia unit & componit eas, & cũ cõtrarietate diuidit, & repugnat lacerãtibus veritatem, & ſic de aliis ſuo modo. Secũda ſpecies regulæ inſtrumẽtalitatis eſt, quãdo quæritur de aliquo ſcibili, vt quando quæritur de intellectu, dicẽdo, intellectus cũ quo alia à ſe intelligit? cui reſpõdẽdũ eſt, quod ipſe intelligit cũ ſpecie à ſenſibus acquiſita, aut cum ſpecie infuſa diuinitus. Tertia ſpecies huius regulæ eſt, quando quæritur cũ quo intellectus eſt vniverſalis, vel particularis? cui reſpõdẽdũ eſt, quod ipſe eſt vniverſalis cũ ſua abſtractiua intentionis

K. *Regulæ ſpecies duum generum.*
1. *Modalitatis.*
2. *Inſtrumentalitatis.*
1. *Exemplum*
2. *Exemplum*
* *cum quæritur*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

universalis potentia à pluribus rebus particularibus in phãtasmate apprehensis, ponendo talem intentionem in suo universali intelligibili: quod est de essentia ejus. & hic est intellectus recipiens. Sed dicitur particularis quando cum una sola specie specierum aliquod esse individuale intelligit practicando, vel memoriæ commendando. Quarta species regulæ instrumentalitatis est, quando quæritur de aliquo scibili, ut puta; cũ quo intellectus rerũ similitudinem transmittit extra se? cui respõdendum est, quod hoc facit cum proprio intellectivo, intelligibili & intelligere, cum quib. facit species intelligibiles peregrinas esse intellectas, & per memoriam commemorabiles, & per voluntatem amabiles ad prosequendum, vel fugiendum. & per istam regulam quæritur de omnibus instrumentis rerum naturalium, & artificialium, tam in genere spiritualitatis, quam in genere corporalitatis, sive tam in genere abstractorum; quam in genere concretorum, quod est. Namque regula instrumentalitatis sub se omnia genera instrumentorum continet, continet quidem primo in genere concretorum, sive corporalitatis organica membra humani corporis, & qualitates primas elemẽtorum cum quibus agunt, & reagunt ad invicem, & hoc quantum ad instrumenta rerum naturalium. Quantum autem ad instrumenta artificialia continet omnia instrumenta artistarũ ut fabri malleum, & incudem, & continet insuper in genere spiritualitatis omnia instrumenta spiritualia, & argumentationes, & omnes sermones rationales, voces animalium omnium, & cætera omnia in genere abstracti instrumenta. Instrumentũ autem cum quo intellectus humanus discurrit universaliter, & universalis intelligens efficitur, est tabula sapientiæ kabbalistarum quæ ex octoginta quatuor columnis constare videtur, ut patet in tractatu de figuris in fine, quod est. Namque ab una quaque columna intellectus ipse abstrahit multa media probandi in omni materia scibilium rerum, propriam passionem prędicari monstrat de proprio subjecto in conclusione per ipsum, quod quidem in tali materia proprium per omnia principia propria insuper objectivè, & proprias regulas discurrit seu deducit, applicando cuilibet quæstioni viginti rationes declarandoq; plas, ut manifestum erit in quæstionibus tabulæ.

De quib. reb. per hanc regulam quæratur.

1. *Instrumẽta naturalia.*

2. *Instrumenta artificialia.*

3. *Instrumẽta spiritualia.*

Tabula magna 84. columnarũ, ex qua extracta est seq generalis 7. columnarum usus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABVLA GENERALIS

.I.	.II.	III.	.IV.	.V.	.VI.	VII
BCDT	CDET	DEFT	EFGT	FGHT	GHIT	HIKT
BCTE	CDTC	DETD	EFTE	FGTI	GHTG	HITH
BCTC	CDTD	DETE	EFTF	FGTG	GHTB	HITI
BCTD	CDTE	DETF	EFTG	FGTH	GHTI	HITK
BDTB	CETC	DFTD	EGTE	FHTF	GITG	HKTH
BDTC	CETD	DFTE	EGTF	FHTG	GITH	HKTI
BDTD	CETE	DFTF	EGTG	FHTH	GITI	HKTK
BTBC	CTCD	DTDE	ETEF	FTFG	GTGH	HTBI
BTBD	CTCE	DTDF	ETEG	FTFH	GTGI	HTHK
BTCD	CTDE	DTEF	ETFG	FTGH	GTHI	HTIK
CDTB	DETC	EFTD	FGTE	GHTF	HITG	IKTH
CDTC	DETD	EFTE	FGTF	GHTG	HITH	IKTI
CDTD	DETE	EFTF	FGTG	GHTH	HITI	IKTK
CTBC	DTCD	ETDE	FTEF	GTFG	HTGH	ITHI
CTBD	DTCE	ETDF	FTEG	GTFH	HTGI	ITHK
CTCD	DTDE	ETEF	FTFG	GTGH	HTHI	ITIK
DTBC	ETCD	FTDE	GTEF	HTFG	ITGH	KTHI
DTBD	ETCE	FTDF	GTEG	HTFH	ITGI	KTHK
DTCD	ETDE	FTEF	GTFG	HTGH	ITHI	KTIK
TBCD	TCDE	TDEF	TEFG	TFGH	TGHI	THIK

DE ORDINE TABULAE.

CAP. IX.

ORDO quidem columnarum tabulæ consistit in positione litteræ. T. namque vel ista littera consequitur ad B. C. D. aut præcedit, aut interponitur. ut in ipsis colũnis manifestum est. Si igitur consequitur, dat nobis intelligere quod literæ præcedentes sunt litteræ figuræ A. si autem præcedit, tunc significat nobis quod litteræ sequentes sunt figuræ T. quæ est secũdæ figuræ. Quando verò interponitur, tunc dat nobis intelligere quod litteræ antecedentes sunt figuræ primæ, & consequentes figuræ secundæ, sive litteræ sint duæ, vel una. Et hoc fit ut intellectus efficiatur assertivus, & ascensivus, & descensivus in illis figuris, & per illas figuras scilicet. A. & T. procedit namque intellectus humanus in eis à generalissimo genere ad specialissimum specierum. Et notandum est quod in primo spaciolo primæ columnæ reperitur T, sequens B. C. D. ad significandum quod tales litteræ sunt primæ figuræ quarũ litterarũ. B. significat bonũ, & ejus abstractũ, & deũ & C. significat

1.
2.

Scopus.

Explicatio tab.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

significat magnum, & ejus abstractum. & angelum,& D. significat permanens sive durans, & ejus abstractum, & cœlum: sed quando T. antecedit ad illas literas tres dat nobis intelligere, quod illæ tres litteræ B. C. D. sunt secundæ figuræ quarum litterarum. B significat differentiam,sive differens,& C. concordans,& ejus abstractum, & D. significat contrarians, & ejus abstractum: si vero ipsum T. interponitur, significat, sicut dictũ est, & sicut exemplum dedimus de prima columna, ita intelligas me dedisse exempla de omnibus columnis cæteris ut in tabula manifestum est.

TRACTATUS HUJUS COMPENDII est de fine quæsito in hac sapientia.

CAP. I.

Finis huius artis.

QUONIAM quidem finis quæsitus in hac methodo non est nisi docere modum cum quo coæquatur intellectus humanus cum re intellecta de uno quoque scibili: cujuscunque generis tale scibile fuerit, & hoc fit per evacuationem tertiæ figuræ,& cum multiplicatione quartę figuræ syllogizando,demonstrandoq; proprias passiones cujuslibet subjecti p̃ sua immediata, & propria principia & causas, cum diffinitionibus subjectorum quæ in hac secunda parte posita sunt sub literis Alphabeti. Evacuat namque intellectus ab uno quoq; quadrangulo tertiæ figuræ entia significata per literas illas applicando ea ad propositum,& per hunc modum intellectus humanus efficitur applicativus, investigativus, atque intentivus. Et dicitur evacuare, quando intellectus abstrahit propositiones & quæstiones cujuslibet entis & de implicatiore ad explicatiorẽ doctrinam deducendo & dando solutionem omnibus illis artificiosè quæstionibus cum diffinitionibus ipsorum principiorũ & specierum regularum. Ex quibus omnibus apparet quod opifex hujus methodi potest solvere peregrinas dubitationes, supponendo tamen quid per nomen importatur. Abstrahit autem intellectus humanus à primo quadrato B. C. hujus tertiæ figuræ duodecim propositiones,quarum prima est; bonum est magnum; bonum est differens; bonum est concordans; magnum est bonum; magnum est differens; magnum est concordans; differens est bonum; differens est magnum; est concordans; concordans est bonum; concordans est magnum; concordans est differens; quibus propositionibus duodecim actis quadratum B. C. est evacuatum, quæ duæ literæ significant subjectum, & prædicatum A quibus etiam intellectus evacuat duodecim media inter subjectum & prædicatum quibus con-

2 &c.

Evacuatio tertiæ fig.

Evacuare.

Vtilitas.

Evacuatio seu operatio 1. conficiendarum evacuationum.

2. Operatio inveniendorum mediorum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

veniant

veniant in genere vel ſpecie: & cum quibus intellectus humanus ſe facit diſputatiuum & terminatiuum? verbi gratia; quicquid magnificatur à magnitudine eſt magnum, ſed omne bonum magnificatur à magnitudine: ergo omne bonum eſt magnum: & ſimiliter quicquid bonificatur à bonitate, eſt bonum, ſed omne magnum bonificatur à bonitate. Igitur magnum eſt bonum. Propoſitiones maiores horum duorum ſyllogiſmorum ſunt per ſe manifeſtæ: & minores parent per diffinitionem quiditatiuam, magnitudinis & bonitatis. Namque magnitudo eſt actus & perfectio magni, ratione cujus magnus nō agit niſi magnum: ergo bonum magnum. Quoniam eſt bonum per bonitatem, qui eſt actus, & perfectio boni ratione cujus bonum non agit niſi bonum. Igitur bonum magnum. Et ſicut dixi & de his duobus exemplificaui: ita putes me de cæteris ſignificatis dixiſſe per has duas litteras B C. huius quadranguli ſuo modo. Et poſt hæc denique intellectus euacuat viginti quatuor quæſtiones. Patet: Namque quælibet propoſitio habet duas quæſtiones implicatas, uidelicet * ſi eſt, quid eſt? ut dicendo. ſi bonitas eſt, Quid eſt bonitas? præſupponit enim quid eſt, quæſtionem, ſi eſt; ſicuti probatum eſt alibi. Et notandum eſt quod in cæteris quadrangularibus figuris huius tertiæ procedendum eſt eo modo quo proceſſum eſt in primo. Inſuper euacuat intellectus humanus ab eodem quadrato B. C. propoſitiones alias cum quiditatibus bonitatis, magnitudinis, ſimul cum tribus ſpeciebus differentiæ & concordantiæ, ut manifeſtum eſt ipſa figura T. & ſimiliter intellectus euacuat eundem quadratum B.C. cum tribus ſpeciebus regulæ B ſimul cum quatuor ſpeciebus regulæ C. Quibus omnibus expeditis quadratum eſt euacuum affirmando, vel negando, ſequendo ſpeciales conditiones intellectus humanus ſoluit quæſtiones omnes de Deo, & de angelo, quibus ſolutis remanet quietus, & aſſertiuus, atque cognoſcens ſe longe valde generalem, artificioſum, magnamque ſapientiam habentem, quare, &c. Et ſicut dictum eſt de quadrato B.C. Ita dicendum eſt de cæteris uidelicet B.D.B.E.B.F.B.G.B.H. B.I.B.K. & ſic de cæteris ut in figura: quare, &c.

3. & 4. *Operatio.*

* *πότερα, num ſit.*

5. *Operatio.*

6. *Operatio.*

7. *Operatio.*

Reliquorum proſelidiorū omnium.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

FIGVRA MVLTIPLICATIO-nis per Quartam figuram.



DE MULTIPLICATIONE ENTIVM per quartam figuram.

CAP. II.

1. *Reuolutio.* MVLTIPLICANTVR enim entia per ſpaciola quartæ figuræ, vſque ad numerum CCIII. voluendo circulum rotulæ mediocris ſub minori & immobili circulo; verbi gratia, ponatur littera C. rotulæ mediocris ſub littera B. circuli maioris qui eſt immobilis, & D. minoris circuli ſub C. mediocri tunc configurabitur in mente vna camera ſiue ſpaciolum b.c.d. Quod eſt primum ſpaciolum primæ columnæ in tabula, & d.e. D.E. quod eſt ſpaciolum primum ſecundæ columnæ in tabula, & d.e.f. quod eſt primum ſpaciolum tertiæ columnæ in tabula, & ſic de cæteris ſpaciolis primis columnarum in tabula vſque ad numerum ſeptenarium, qui terminatur in ſpaciolo h.i.k.l. ſic per iſtam primam reuolutionem rotularum repræſentatur in mente communicatio inter ſubjectum & prædicatũ cujuſlibet propoſitionis, quæ quidem communicatio non eſt niſi concordantia duorum extremorum virtute medij, quod quidem medium in primo ſpaciolo primæ columnæ eſt ipſum C. ut ſic argumentaretur ſic, omne magnum eſt bonum, omne durans eſt magnum, igitur omne durans eſt bonum, vel ſic in abſtractis Omnis magnitudo eſt bona, omnis duratio eſt magnitudo. Igitur omnis duratio eſt bona, & ſic patet quod B. habet communicationem ſiue conuenientiam cum C. & D. in virtute magnitudinis. & è cõuerſo, de D. cum B. & C. unde in ſpaciolo B.C.D. ſex ſunt conditiones quibus intellectus habet & ſe conditionare & diſponere ad inueniendum, & indagandum, probandumque nec non obijciendum, à quibus denique ipſemet intellectus acquirit ſex alias cõditiones voluendo rotulam minorem cum littera E. ponendo ipſum ſub C. circuli medij, ſub quo erat D. minoris, & propterea per iſtam ſecundam reuolutionem, ſiue motio-

Vſus.

1. *Exemplũ.*

Exemplum.

6. *Conditiones huius reuolutionis.*

2 *Reuolutio. eiidem 6. conditionum.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

motionem E. minoris circuli ſub C. mediocris, factæ ſunt aliæ ſex conditiones inter E.C. E. & ſic per hunc modum intellectus acquiſiuit duodecim conditiones quibus habitum facit in ſe ad omnia antedicta. Et ſicut exemplificatum eſt de his duabus motionibus, ita intelligas nos exemplificaſſe de cæteris vſque ad ſpaciolum. H. I. K. & hoc modo voluendo intellectus acquirit nouas conditiones, & multiplicat de vno quoque ſpaciolo duodecim propoſitiones, & viginti quatuor quæſtiones, & in hoc paſſu intellectus ſe cognoſcit valde generalem, & artificioſum, & longe valde ingenioſum ſupra ſuum intelligere, in tantum, quod nemo ſophiſtarum poteſt ſtare aduerſum eum, quod eſt quoniam deducit omnem ſophiſtam ad multa inopinabilia per intrinſecos actus rei ſcibilis, & primitiuos, & ſophiſta per intrinſecos, & ſecundarios ut alibi probabitur in his quæ dicemus de fallaciis, &c.

3. *Et reliquæ reuolutiones.*

DE COMBINATIONE PRIMORVM principiorum. CAP. III.

MODVS quidem alius quo intellectus humanus perficitur in hac methodo eſt per combinationem primarum principiorum huius ſapientiæ Kabbalæ, & regularum, quod eſt. Namque per talem combinationem intellectus peruenit ad perfectam notitiam propriæ paſſionis de omni ſubiecto cujuſcunque generis, & ad perfectiſſimum ſapientiæ habitum per quem ipſe copulatur, cum quiditatibus ſubſtantiarum ſeparatarum, in qua tota eius beatitudo & fœlicitas conſiſtit. Eſt autem combinatio principiorum & regularum decem, vnio, & congeries per aliquod medium. Et iſta combinatio eſt tantum neceſſaria hic ad ſciendum, quantum eſt neceſſarium centrum in ipſo circulo, quod eſt, quia iſta combinatio ſe habet in iſta ſapientia in æqualitate ad combinata, ſicut ſe habet centrum ad ſuam circunferentiam: ut manifeſtè apparet ex eius æquali diſtantia ab vnoquoque principio huius Kabbalæ atque eius regulis numeri decennarij. Notandum eſt quod duplex eſt combinatio, ut eſt principiorum tantum, & alia eſt principiorum & regularum. Exemplum primæ combinationis eſt, bonitatis cum magnitudine, ut dicendo; bonitas eſt magna. Et ſic per iſtam cõbinationem ratio duplicatur bono quod agat bonum magnum quod eſt. Namque per hoc quod eſt bonitas habetur prima ratio bonitatis ſiue eius quiditatis, quod eſt actus boni ratione cuius bonum agit bonum; & per hoc quod eſt magna, habetur ſecunda ratio ei applicata, quæ eſt actus

Combinatio ſeu mixtio principiorum & reg. Vſus.

Neceſſitas huius combinationis. Ratio.

Diuiſio.

1 2.

1. *Combinatio principiorum inter ſe.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Triplicatio. boni magni : ratione cuius bonum magnum agit bonum magnum. Et ſimiliter triplicatur ratio ipſi bono quando dicitur bonitas magna & æterna, patet per hoc, quod eſt actus triplicatus ipſi bonitati, ratione cujus bonum agit bonum magnum & æternum. Et per poteſtatem acquirit ipſa bonitas actum quadruplicatum ei per quem eſt ſtatus boni, magni, æterni, & potentis non agit niſi conſimile ſibi. Et ſicut exemplum dedimus de his quatuor rationibus quadruplicatis ipſi bonitati, ſiue ipſi bono, ita dandum eſt exemplum de omnibus aliis partibus ſubjecti huius ſapientiæ, quæ partes in hac methodo principia dicuntur. Præterquam in contrarietate & minoritate cum quibus non poteſt habere multitudinem tantam, ſicut habetur de cæteris aliis principiis, quare, &c. Sciendum tamen eſt quod contrarietas & minoritas poſſunt combinari cum omnibus terminis priuatis ſicut bonitas cum omnibus poſitiuis, & propterea bonitas quintuplicatur per ſapientiam: & per voluntatem ſextuplicatur, & per virtutem ſepties duplicatur, & per veritatem octuplicatur, & per gloriam nonuplicatur ſibi ratio, per quam eſt actus boni, magni, æterni, potentis, ſapientis, volentis, uirtuoſi, veri, & glorioſi, ratione cujus bonum agit ſimiliter conſimile ſibi, & perducit. & per differentiam decies duplicatur, & per concordantiam vndecies duplicatur, quod eſt, quoniam bonitas concordans, eſt actus boni, ratione cujus bonum concordans agit bonum concordans, & quia bonitas eſt oppoſita & contraria malitiæ, & omnis concordantia eſt oppoſita contrarietati, ſequitur quod bonitas non poteſt combinari cum contrarietate, ſicut ſupra dicebamus, quod eſt; quoniam quicquid opponitur concordantiæ, opponitur bonitati: ſed contrarietas opponitur concordantiæ, igitur opponitur bonitati: Et ſi quis ſic argumentaretur. Omnis cauſa generationis eſt bona, ſed contrarietas eſt cauſa generationis. Igitur contrarietas eſt bona. Reſpondetur quod contrarietas elementorum eſt cauſa generationis per accidens. Igitur non eſt niſi bona per accidens, contrarietas autem cum ſit cauſa corruptionis per ſe corruptio eſt mala: ſequitur quod contrarietas ſit per ſe mala: ſed ſi eſt bona, eſt bona per aliud. Combinatur inſuper bonitas cum principio, medio, & fine, & cum maioritate, & æqualitate, ſed cum minoritate nequaquam, niſi comparatiuè, & propterea dicendum eſt, quod ipſa combinatur duodecies, dicendo: bonitas eſt principians & combinatur etiam terdecies, & quaterdecies, & quindecies, & ſexdecies, cũ cæteris principiis ſecũdæ figuræ T. & notandũ eſt, quod ſicut dictũ eſt de cõbinatione bonitatis, cũ omnibus principiis, ut in exẽplis dictũ eſt: Ita & vnũ quodq; cæterorũ principiorum * ſubiecti combinandum eſt: ut dicendo, magnitudo

Quadruplicatio.

Multiplicationes reliqua.

Contrarietatis & minoritatis ſteritas.

Obſeruatio de his ipſis.

5. *Multiplicatio.*

6

7

8

9

10

11

Cur bonitas non poſſit cõbinari contrarietati.

Obiectio.

Soluttio.

12.

13.

14.

15.

16.

ſem.p.artiñ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bona

bona, magnitudo æterna, magnitudo potens, magnitudo sapiẽs: magnitudo volens, magnitudo virtuosa: magnitudo vera: magnitudo gloriosa. Vtilitas autem quæ acquiritur ex combinatione principiorum & regularum est, ut intellectus humanus in sua cognitione apprehendat generalitatem esse ipsorum absolutam, per quam cautior efficitur contra volentes lacerare veritatem. Et ideo incipiendo à combinatione bonitatis cum regulis quæritur primo. Vtrum quod est regula B. bonitas sit primum principium in genere bonitatis? cui respondendum est, quod sic alioquin nihil esset bonum, patet. Namque in quocunque genere in quo non est dare primum, non est dare vltimum, & consequenter nec medium, quare nihil esset bonum: quod est absurdum, & valde inconueniens, & hoc scrutatum est per primam speciem regulæ B. sed per primam speciem regulæ C. quæritur quid est bonitas generalis? cui respondendum est quod est actus boni generalis infundẽtis in omnes substãtias suam bonitatẽ, quod est quoniam bonitas in materia est pura potentia, & in forma est actus substentatus in materia, quare substentatur materia & forma per bonitatem ipsam. & si quæratur per secundam speciem regulæ C. Quid habet in se bonitas generalis? cui respondendum est, quod habet sua correlatiua generalia, sine quibus non potest esse generale principium. Namque per primam speciem regulæ C. bonitas generalis est actus boni generalis infundentis bonitatem in omnibus * gentibus. &c. Et exped t per hoc quod relatiua ejus sunt generalia essentialiter. Alioquin bonitas non esset primum generale principium in genere bonitatis, & sic nihil esset bonum omnino, ut supra dictum est. Et patet etiam per primam regulam D. ut quando quæritur bonitas generalis à quo est? cui respondendum est quod à seipsa est, & à nullo alio deriuatur Consequenter quçritur per tertiam speciem regulæ C. Quid est bonitas in alio? cui respondendum est quod ipsa est habitus in subjecto, per quem est actu bonum, & per quem est benefaciens. Et per quartam speciem regulæ C. quæritur quid habet bonitas cum alio? cui respondendum est quod habet existentiam animi subjectiui, sine quo non potest esse, nec habere actionem in ipso, nec passionem, ratione propriæ naturæ per secundam speciem regulæ C. significata Et sicut exemplum dictum est de combinatione bonitatis cum regula B. C. ita opifex potest dare combinationem ejusdem cum cæteris, ut in exemplo de combinatione intellectus cum aliis dictum est in regulis, quare, &c. & hoc facito etiam de omni alio principio sicut de bonitate, quare, &c.

De caeterorũ principiorum combinatione cum primo & inter se.

2. *Combinatio principiorum & regularum inter se.*

1. *Cõbinatio principii B. cum reg.*

2. *Cõbinatio princip. B. cum reg. C. specie.* 1.

3. *Combinatio princip. B. cum reg. C. specie.* 2.

1. *Reg.*

* *generibus.*

2. *Reg.*

4. *Cõb pric. B Cum regul. C. spec.* 4.

5. *Combinatio princi. B. cum reg. C spec.* 4.

Combinationes reliquæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE COMBINATIONE NOVEM SUBiectorum cum primis principijs, & regulis.

CAP. IV.

IX Subiecta.

SVBIECTA autem huius ſapientię de quibus paſſiones demonſtrantur in ea, ſunt nouem, uidelicet Deus, angelus, Cœlum, homo, imaginatiuum, ſenſitiuum, vegetatiuum, elementatiuum, inſtrumentatiuum. Quæ ſubjecta nouem iam ſignificata ſunt per nouem literas alphabeti, quod eſt. Namque B. ſignificat Deum, & C. angelum, & D. cœlum, & E. hominem & F. imaginatiuum & G. ſenſitiuum, & H. vegetatiuum, & I. ſignificat elementatiuum, & k. inſtrumentatiuum ſignificat. Quæ ſubiecta taliter ſe habẽt quod quicquid eſt præter ea: nihil eſt quod eſt. Quoniam omnis ſermo neceſſe eſt quod ſit aut de generi diuinarum rerum ſcilicet de Deo, aut de angelo, aut de cœlo, aut de homine aut de imaginatiuo, aut de ſenſitiuo, aut de vegetatiuo, aut de elementatiuo, aut de inſtrumentatiuo. Et hoc caput eſſe de * applicatione proprij actus cuilibet ſubjecto: quæ eſt finis quæſitus in hac methodo, vnde notãdum eſt; quod vnumquodque iſtorum ſubjectorum eſt combinabile, & deducibile recto cum principijs & regulis ut dicendo; Deus eſt bonus, Deus, & ſuum eſſe, eſt bonum, & ſuum eſſe non poteſt eſſe bonum niſi per ſuammet bonitatem, quod eſt idẽ quod ipſe Deus. Sicut enim coloratum non poteſt eſſe ſine colore: ita Deus non poteſt eſſe bonus, niſi per ſuammet bonitatem, quæ eſt ab alio minime recipitur in Deo, & ſimiliter Deus eſt magnus & Deus & ſuum eſſe eſt magnum per ſuammet magnitudinem quæ idem eſt, quod ipſe Deus. Ex quibus enim apparet quod bonitas Dei eſt eius ratio, quòd producat bonum divinum, & ſimiliter magnitudo eſt ei ratio duplicata, quod ipſe Deus producat magnum divinum. Et ſimiliter cum dicitur Deus eſt permanens eſt ei alia tertia ratio qua producit divinum, bonum, magnum & permanens. Nam Deus, & ſuum eſſe eſt permanens, per ſuammet permanentiam, ſiue durationem. Inſuper Deus eſt potens & Deus, & ſuum eſſe eſt potens per ſuammet poteſtatem, quæ eſt ipſemet Deus, & eſt ei alia ratio qua agit divinum, bonum, magnum, permanens & potẽs. Inſuper Deus eſt ſapiens, & Deus & ſuum eſſe, eſt ſapiens perſuammet ſapientiam, quæ eſt ipſemet Deus, & eſt ei alia ratio qua ſcit ſe ipſum eſſe bonum, magnum, permanentem, potentem, atque ſapientem. Amplius Deus & ſuum eſſe eſt volens per ſuammet uoluntatem, quæ eſt ipſemet Deus, & eſt ei ratio qua amat & vult ſeipſũ: alioquin non eſſet Deus. Similiter Deus eſt virtuoſus & Deus, & ſuũ eſſe virtuoſum

Amplitudo.

*. *eſt applicationis.*

Combinatio. & deductio horum ſubiectorum per principia & regulas.

1. *Cõbinatio ſubiecti B. cum prin. B. figu. A.*

2. *Sub. B. cum princ. C.*

3. *Sub. B. cum princ. D.*

4. *Sub B. cum princ. E.*

5. *Sub. B. cum princip. F.*

6. *Sub. B. cum princip. G.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tuosum per suammet virtutem, quæ est ipsemet Deus, & est ei ratio, quod agat diuinum, bonum, magnum, permanens, potens, sapiens, amabile, siue volitum, & virtuosum. Præterea Deus est verus, & Deus & suum esse est verum per suammet veritatem, quæ est ipsemet Deus. Et similiter Deus est glorioſus, & Deus & suum esse est glorioſum per suammet gloriam, quæ est id ipsemet quod ipse Deus: Et notandum est secundo quod hæc propria unam conditionem habent cum Deo, & aliam cum angelo, & unam cum cœlo, & aliam cum homine, & sic de aliis suo modo, quod est. Namque alia est ratio essentiæ diuinæ, à ratione essentiæ angelicæ. Et ratio est; quoniam in essentia diuina bonitas est infinita, propterea quod Deum bonum minime dici potest, sed infinitæ bonitatis: quod non est ita in essentia angelica, propterea quod bonitas essentiæ eius est bonitas finita, & dependens, sed bonitas diuina quæ est infinita à nullo est dependens: Alioquin non esset Dei bonitas. Similiter autem bonitas essentię cœli est distincta à bonitate essentiæ angelicæ, eo quoniam in cœlo est corporea, & in angelo incorporea: similiter distinguitur per hoc quia bonitas angeli est simul cum æternitate: & bonitas cœli est simul cum tempore, & est alia differentia, quia bonitas angelica est bonitas comprehendens & mouens, & bonitas cœli est comprehensa, & mota saltem ad ubi. Et sicut dictum est de comparatione bonitatum istorum trium subjectorum: ita dicendum est de bonitate cæterorum in hac methodo subjectorum, suo modo. Et notandum est quod ad perfectam & optimam notitiam horum subiectorum omnium quatuor conditiones requiruntur. Prima est conditio cognitionis * subjecti cujuslibet habere propriam diffinitionem quiditatiuam qua ab omni alio distinguitur, ut si quæratur aliquid de eo, vel de aliquo eorū respondendum est taliter affirmando, vel negando, ut diffinitiones primorum principiorum competant diffinitionibus eorundem & similiter de regulis, expedit ut remaneant sine læsione in ipsis principiis. Alia conditio est quod in actu practico oportet conseruare differentias eorum subjectorum accidentales, siue extrinsecas, verbi gratia; bonitas diuina differt à bonitate angelica, per esse super omne ens finitum, &c. sed bonitas angeli differt à bonitate cœli per esse extra omne ens mobile; & Bonitas cœli differt à bonitate hominis per esse ingenerabile & incorruptibile: & bonitas hominis distinguitur, à bonitate imaginatiui per esse abstractiuum cum tempore; sed bonitas imaginatiui distinguitur à bonitate sensitiui per esse cognitiuum; & bonitas sensitiui distinguitur à bonitate vegetatiui per esse tactiuū: & bonitas vegetatiui distinguitur à bonitate elementatiui per esse nutritiuum. Bonitas autem elementatiui differt à bonitate.

7 *sub. B. cum princip. H.*

8. *sub. B. cum princ. I.*

9. *sub. B. cum princ K.*

Discrimen inter subiectū B. & reliqua Ratio.

Approbatio.

Conditiones ad pernoscēda subiecta necessaria.

1. *Conditio.*

* *subiectum quodlibet.*

2. *Conditio.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Diffinitiones hinc collecta.

instrumentativi per esse mixtum: scilicet bonitas instrumentatiui est per bonitatem & esse motiuum, & motum. Ex quibus omnibus ponuntur aliquæ descriptiones sive diffinitiones istorum subjectorum nouem, quarum prima est hæc. Bonitas Dei est eius actus, & perfectio, ut agat bonum incomprehensibile primitiuum, & præcedens æterno. Sed bonitas angelica est actus angeli & perfectio, ut agat bonum comprahensibile & simul cum æterno. Et bonitas cœli est ejus actus ratione cujus cœlum agit bonum temporale, sive tempus perpetuum. Sed bonitas hominis est actus, ratione cujus homo agit bonum intelligibile temporale. Et sicut exemplificatum est de his quatuor subjectis, ita potest exemplificari de cæteris quinque subjectis suo modo. Tertia conditio est ut conseruetur concordantia subjectorum: videlicet, primo Dei & angeli, in esse incorporali concordantur & sic de cæteris suo modo. Quarta conditio est, quod secundum nobilitatem, & altitudinem subjectorum ita attribuendum est eis nobiliora & altiora principia. Verbi gratia, Deus est nobilior altiorque cæteris, & propterea nobiliora, & altiora debentur ei principia, quare, &c. Et licet Deus sit deducibilis per omnia principia, & regulas, per quæ, vel ex quibus Deus est infinitæ bonitatis, infinitæ magnitudinis: infinitæ durationis, infinitæ potentiæ, infinitæ sapientiæ, infiniti amoris, infinitæ virtutis, infinitæ gloriæ &c. Et per hæc Deus videtur habere descriptiones nonnullas, tamen hic vnam tantum ponimus, quæ est hæc, Deus est esse nihilo agens extra se, sed omne ens eget eo: patet, quoniam est superior omni entitate. Et per istam descriptionem, siue circumscriptionem Deus distinguitur ab omni ente, quod est. Namque omnia entia egent aliquo extra se, & propterea in eo nulla est contrarietas, nec minoritas, nec principia defectiua, nec priuatiua aliqua in eo sunt: veruntamen in eo est omnis majoritas, omnis æqualitas: maioritas quidem respectu creaturarum; æqualitas autem respectu sui ipsius: secunda pars patet, quoniam æqualia habet principia, uidelicet bonitatem, magnitudinem, durationem, potestatem, sapientiam, &c. Principia & æquales actus habet, & relationes æquales. In Deo tamen est differentia relativorum sine qua non possunt esse, nec Deus sine ipsis posset habere actionem intrinsecam, & permanētē & infinitā Imo sine relativis intrinsecis actiones omnes in Deo essēt ociosæ, quod est absurdū: patet etiā, quoniā per bonitatē habet bonificatiuum & bonificabile & bonificare, quę relatiua sunt coessētialia cū ipso Deo, & deitas, & bonitas in eo idē sūt, & similiter intellectiuū, intelligibile, & intelligere. Quare, &c insuper in Deo est cōcordātia, patet, nāque per istam distat à contrarietate per infinitum, & sua relatiua conueniunt infinitè,

1. *Bonitatis diuinæ.*

2. *Bonitatis Angelicæ.*

3. *Bonitatis. Cœli*

4. *Bonitatis hominis.*

5. *& reliqua*

3. *Conditio.*

4. *Conditio.*

Dei defin.

2. *Deductio subiecti B. per fig. T.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

infinitè, & æternè in una essentia, & natura identitatis. Propter quod de suis actionibus etiam intrinsecis potest dici, & quod in DEO nulla est quantitas, nec qualitas, nec tempus, patet, quoniam esset essentia nuda ab omni accidente per infinitum. Quare, &c. Et sic intellectus humanus se cognoscit per hæc, valde habilem ad cognoscendum, & intelligendum, & copulandum se, sive uniendum cum substantijs separatis, cum quibus sua consistit beatitudo. Et cognoscit insuper ea quæ de ipsis substantiis separatis prædicari possunt per principia & regulas eis attributa. Amplius cognoscit intellectus humanus, quod si angelus & cætera subjecta habent posse in se naturale, quod multo magis, & longe Deus habet, cum sit subjectum cæteris non solum altius, & nobilius, scilicet altissimum & nobilissimum ut patet per locum majoris ad minus. Et angelus etiam est deducibilis per omnia principia & regulas ei appropriata, ipse enim habet naturalem bonitatem, magnitudinem, æternitatẽ, potestatem, sapientiam, & sic de cæteris. Quia angelus sic diffiniri potest, videlicet, Angelus est substantia intellectualis longe valde similis Deo, in eo quidem est natura bonificandi, magnificandi æternandi, &c. quod est, quoniam habet sua correlativa essentialia, videlicet bonificativum, bonificabile & bonificare. Magnificativum, magnificabile, & magificare, quæ per secundam speciem regulæ C. sunt significata & in angelo est etiam majoritas: patet, quoniam est major homine, & ideo majora, & altiora principia conveniunt, & altiores regulæ similiter respectu principiorum & regularum, quæ homini conveniunt & in hoc passu cognoscit intellectus quod si homo nõ potest uti potentijs animæ sine organo corporali, non sequitur per hoc quod angelus non possit, quo est quoniam potentia dicitur æquivocè, de potentia animæ hominis. & de angelo. Unde angelus potest suos conceptus communicare, & in nobis agere sine organo corporeo sibi propriè attributo. Insuper in angelo est differentia: patet, quoniam suus intellectus, voluntas & memoria distinguuntur in se, est etiam in eo æqualitas intelligendi, amandi, recolendi, ratione subjecti supremi in quod æqualiter est amabile, intelligibile, & recolibile. Amplius in angelo est minoritas, patet, quoniam est minor Deo, unde prima intelligentia est major secunda. & secunda & tertia quarta, & quarta quinta, & quinta sexta, & sexta septima, & sic successivè usque ad intellectum humanum. qui ultima. & infima intelligentiarum est, qui est extremum infra: sicut Deus aliud extremum intelligentiarum supra, quare palam est, quod intelligentiæ mediæ sunt corporum cælestium motrices, propter

Subiecti C. deductio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod videtur ſi in ordine naturæ eſt dare unam intelligentiam quæ nequaquam movet corpus cœleſte, nec per ſe, nec per aliud, neceſſe eſt ut detur alia intelligentia, quæ moveat cœlum per aliud quid eſt, non movens, niſi tanquam amatum, & deſideratum, & hæc ſufficiant de angelo. Cœlum enimvero habet naturalem bonitatem, magnitudinem, poteſtatem, durationem, ſapientiam, ſive ſcibilitatem, voluntatem. Virtutem & veritatem & gloriam, ſuo modo, propter quod eſt per omnia principia & regulas deducibile. Quod quidem cœlum, ſic definitur, cœlum eſt primum corpus, mobile, in cujus eſſe nulla eſt contrarietas, in cœlo ſunt naturales appetitus, & inſtinctus, & conſequenter motivitas ſive mobilitas & movere, unde & melius in ſe habet motivum, mobile, & movere, ſine quibus non poſſet habere naturam infinitam, & perpetuam, & propterea eſt cauſa efficiens productivaque horum inferiorum propter quam in elementis quatuor & elementatis omnibus eſt agens, movens, influens, nullamq; paſſionem ab eis ſuſcipiens, ratione ſuæ magnæ activitatis & motivitatis in cujus actione nihil repatitur ab extrinſeco, nec in ſe augmentum recipit nec diminutionem: quod eſt quoniam contrariorum minimè eſt ſuſceptivum, & habet naturale dominium in elementis, & elementatis, ex quo in eis cauſas naturales, motiones, & quatuor anni tempora, mẽſes, ſeptimanas, dies, & horas, tonitrua, fulgura, pluvias, ventum, terræ motum, monſtruoſaque animalia & ejuſmodi. Et hoc facit quoniam materia generabilium & corruptibilium eſt naturaliter obediens ei longe valde, & cœlum eſt in loco ſuo ſicut corpus in ſua ſuperficie incluſiuè, & eſt cum tempore, patet, quoniam eſt infra æternitatem, & tempus eſt ei proprium. & ſic ſucceſſivè per omnes regulas interrogationis procedendum eſt ſuo modo. Quoniam verò homo eſt ſubſtantia compoſita ex anima intellectiva & corpore organico, ratione cujus compoſitionis eſt deducibilis per principia & regulas ſecundum duos modos, videlicet in quantum eſt intelligens & in quantum eſt corpus organicum naturale, cujus diffinitio eſt hæc, videlicet: homo eſt rationale diſcurſibile, vel intelligens per diſcurſum, in homine quidem ſecundum ipſius eſſe principia ſunt duplicata: videlicet duæ bonitates, duæ magnitudines, duæ durationes, & ſic de aliis ſuo modo, inſuper homo inter cætera generabilia, & corruptibilia eſt generalior cæteris, & ſublimior, propter quod homo dicitur minor mundus, vel homo eſt pars mundi major, & propterea deducibilis eſt ſecundum duplicem modum. Quare, &c. Imaginativum eſt deducibile per principia & regulas ſpecifici ad imaginandũ imaginabile, ſicut in adamante ad attrahendum ferrum ad ſe, quod quidem imaginativum ſic diffinitur. Imaginativum eſt

Subiecti deductio. D.

Subiecti deductio. E.

Subiecti deductio. F.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

animal ſenſuale : aut imaginatiuum eſt animal phantaſticum ſiue phantaſticans. Et eſt quidem imaginatiuum etiam deducibile per principia & regulas, ex quibus intellectus humanus habet de eo magnam notitiam, & de omnibus eis quæ conueniũt ipſi imaginatiuo. Imaginatiuum quidem ad ſe trahit ſpecies à rebus ſenſatis per ſenſus particulares: & hoc facit cum ſuis correlatiuis intrinſecis quæ ſunt imaginatiuum, imaginabile, & imaginari, per ſecundam ſpeciem regulæ C. namque cum imãginatiua ſit actus & perfectio imaginatiui, ratione cuius imaginatiuum non agit, niſi imaginatiuum: & cum omnis imaginatiua ſit bona, manifeſtum eſt, quod imaginatiuum habet effectum bonum: & ſimiliter cũ ſit magna, manifeſtè apparet quod effectus imaginatiui ſit magnus, & propterea nos videmus imaginatiuum imaginari magnum montem, aut paruum punctum cum paruitate. Inſuper eſt durabilis ipſa imaginatiua, quare imaginatiuum durabile eſt, & ſua obiecta durant, dum ab eo obiectantur. Quemadmodum durant obiecta abſtracta in rationali animali per memoriam, extra imaginationem & extra ſenſum in brutis. Et ſe habet imaginatiua in brutis, ſicut ſe habet anima rationalis in homine: ſed anima rationalis perficit potentias inferiores in homine. Igitur imaginativa perficit in brutis, & habet imaginativam potestatem, patet, quoniam cæteræ potentiæ animæ iuæ imaginativæ obediunt, videlicet ſenſitivæ ut palam eſt in motu voluntario, & in concupiſcentiis. Amplius imaginatiuum eſt ſapiens. Patet, quoniam bruta habent induſtriam ad viuendum & ad malum evitandum, ut capra quæ lupum ſubterfugit ex naturali inſtinctu. Ineſt etiam imaginatiuo appetitus imaginandi phantaſma peregrinum in quo quieſcit imaginando illud. Tamen actus eius alioquin impeditur à ſenſibus exterioribus, apprehendentibus ſua obiecta, ut à viſu quando comprehendit colores & ab auditu voces & ſonos, &c. Quorum quodlibet impedit actum imaginatiui circa phantaſma peregrinum, cauſa autem huius eſt quoniam ſenſus particulares perfectius attingunt proprium obiectum in ſentiendo quàm imaginatiuum in imaginando, & in imaginatiuo non relucet ita coloratum perfecte ſicut in viſiuo. Imaginatiuum eſt virtuoſũ, quia eius actus eſt virtuoſus, patet, quoniam attrahit ſpecies ſenſatorum à ſenſibus, ponendo illas in ſuo imaginabili, & in eo caracterizat eas. Eſt etiam verum, patet, quoniam imaginatur verum ut verè attingit proprium objectum, niſi impediatur ex defectu organorum ei ſeruientium. Amplius imaginatiuum eſt glorioſum quia eius perfectio eſt glorioſa. patet, quoniam cauſat delectationem in ſuppoſito imaginabili in quo eſt. & eſt diſtinguens, patet, quoniam agit diverſimodè in propriũ obiectũ:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

recipiendo diverſas imaginens. Imaginativum eſt concordans, patet, quoniam concordat ſubjectum cum objecto, & objectū cum ſubjecto: Et cum contrarietate imaginativum reſiſtit ſubjecto in quo eſt, objectando objectum odibile, & inappetibile, ſicut mater eſt imaginans filium mortuum cum triſtitia, inſuper imaginativum eſt principium efficiens nihil extra tranſmutans: & materiam de ſenſitivis faciens ſpecies ſenſibiles abſtrahendo ab eis cum ſua imaginativa quæ eſt forma, & actus ejus, ratione cujus in obiectis quieſcit. Amplius imaginativum eſt medium per ſuum proprium actum inter ſenſitivam potentiam & in homine: ſed in brutis eſt extremum cum quo ſua vita habituatur & eſt etiam cum ea finis in quo quieſcit. Et eſt objectum ſuum imaginatum ſive phantaſma. Alioquin imaginari non eſſet eius actus proprius: Inſuper imaginativum habet majoritatem: Patet, quoniam objectat magnum homiñ aut majorē illo, aut maximū illorum, & habet etiam æqualitatem cum ſuis correlativis, ut patet per ſecundam ſpeciem regulæ C. deſignatis, quod eſt, quoniam niſi eſſent æqualia pereſſentiam, non poſſet ſe habere ad objectum æqualiter: Et habet propterea minoritatem. Patet, quoniam poteſt imaginari minorem hominem cæteris. Et ſimiliter imaginativum eſt deducibile per omnes ſpecies regularum. Ut patebit in tractatu ultimo & latius. Quare &c. In ſenſitivo autem ſunt principia & regulæ propriæ per quæ ipſum deducitur per modum ſpecificum. quod eſt, quoniam per viſum unam habet bonitatem diſtinctam à bonitate, quam habet per auditum & per tactum, & hoc maximè faciunt differentiæ proportionis inſtinctus, & appetitus. Ita ut tot ſint bonitates ſpecie diſtinctę, quot ſunt ſenſus particulares, quod quidem ſenſitivum ſic diffinitur. Senſitivum eſt animal progreſſivum, vel mutans ſitum ex ſe. Et propterea eſt deducibile per omnia principia, & regulas, quod eſt, quoniam habet bonitatem per quam facit bonum ſentire, & per magnitudinem magnum ſentire, & per durationem, durans, & ſic de alijs principijs ſuo modo poſſumus dicere: & virtus ſenſitiva, ſive ſenſitivum, habet ſuos correlativos eſſentiales videlicet ſenſitivum ſenſibile, & ſentire, ſine quibus eſſe non poteſt & ſunt illa ex quibus communis ſenſus conſtituitur. Virtus ſenſitiva eſt potentia in animato corpore ratione cujus videt colores, audit ſonos, olfacit odores, guſtat, ſapores, calidum, frigidū ſiccum, humidumque ſentit, atque durum, molle, aſperum, & leve, & habet hæc virtus ſuum objectum in alio, ut color niger in coruo, & albedo in nive, & ſapor in mixto: Et habet etiam virtus ſenſitiva per ſenſum communem relativos communes

Subiecti C. deductio.

& per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

&per particularem particulares, ut per visivum, visibiles & visibile, & videre, & auditivum, audibile, & audire per auditum, & sic de alijs tribus sensibus suo modo. Est autem sensitiva in vegetabili complantata atque inexa sicut vegetativa in elemẽtato Est autem sensitiva corporis viventis animalis perfectio & actus: ratione cujus animal per tactum, & cætera sua objectat. Et sic de cæteris omnibus regulis suo modo dicendum est. In vegetativo similiter sint regulæ quibus specificè deducitur namque plantæ agunt per suas species in quibus sunt, piper enim & rosa secundum propriam speciem agunt, & similiter lilium. Quare principia vegetativi sunt materialiora principijs sensitivi: & principia sensitivi principijs imaginativi, quod est, namque principia inferiora sunt magis terrea principiis superioribus: diffinitur autem vegetativum sic: Vegetativum est corpus animatum per se nutribile. Vegetativum autem est bonũ quoniam à bonitate bonificatur, & propterea bonam facit trãsmutationem in nutrimenta, & nutritionem, atq; generationem similis ejus in specie, & per hoc quod comprehendit omne vegetans, est magnum, quod est, quoniam vegetativa quod est ejus actus, complanata est in eo, & habet durationem propter permanentiam in proprio subjecto suo modo. Et sic de alijs principijs combinationem facito. Insuper quæritur an vera vegetativa sit? cui respondendum est affirmativè, alioquin nullum animal, esset nutribile, & si quæratur, quid est vegetativum respondẽdum est, per suam propriam diffinitionẽ ut supra, & si quæratur de suo abstracto quo est ipsa vegetativa, respõdendum est quod ipsa est act⁹ & perfectio corporis vivẽtis, ratione cujus corp⁹ vivẽs nõ agit nisi simile sibi in genere, vel specie, vel quod ipsa est, potentia animæ, ratione cujus corpus Physicum nutritur & augetur, & unũ in specie consideratur, & habet hæc vegetativa suos correlativos essentiales ex quib⁹ habet esse, & operari videlicet vegetativu, vegetabile, & vegetare, & habet suũ fundamentũ in elemẽtativo & ipsa est fundamentũ sensitivæ Quare interempto vegetativo interimitur sensitivum & interempto elementato interimitur vegetativum: vegetativa quidẽ cum semine suum procreat simile in specie, ut cum alio supplente vicem seminis & sicut exemplificatum est de speciebus regulæ C. ita exemplificandum est de cæteris regulis. Quare, &c. In elementativo quidem similiter sunt principia & regulæ quibus etiam deducitur, sub quo multa distinguuntur specie contenta, ut aurum, argentum & cætera metalla, & lapides, & similia his, quod elementativum sic diffinitur. Elementativum, est corpus physicum in esse cujus est primarum qualitatum refractio. Elementativum est bonum, patet, quoniam bonum

Subiecti H. deductio.

Subiecti. I. deductio.

elementa-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

elementatum facit, verbi gratia bonum aurum, bonum argentum, bonum ignem, & similiter est magnum, quoniam facit magnum montem, magnum ignem & huiusmodi. Elementatiuum est permanens quod facit lapidem permanentem, & sic dicendum est de aliis principiis modo suo: Cuius abstractum elementatiua quæ est virtus siue potentia formæ elementalis ratione cuius vnum elementum agit in aliud, & sic omnia insunt vnicuique mixta licet non secundum vnam æqualitatem, sed sub certa actione & passione, ex quibus causantur corpora specie distincta, vt ignis, aër, aqua, & terra ex partibus quorum cõstant omnia mixta, ut aurum, argentum, lapis, lignum, & huiusmodi. Et habet in se suos correlatiuos, sine quibus esse non potest, uidelicet elementatiuum, elementabile, & elementare, ex vno quoque elemento est instrumentum, quo elementata contra operantur ad inuicem, & habet in eis posse alterandi, indurandi, purificandi, & huiusmodi, constat autem elementatiuum de prima forma, & de prima materia, quæ omnium rerum naturalium sunt prima principia. Vniuersalia & prima, & intrinseca elementa, & deriuatur elementatiuum ab elementando elemẽtata per propriam materiam & per propriam formam, & si quæratur elementatiuum cuius est, respondendum est ipsum esse naturæ elementalis, &c. Instrumentatiuum continet sub se duo genera instrumentorum, uidelicet naturale & artificiale. Naturale autem diuiditur in spiritualitatem, & corporalitatem, & in virtutem, & vitium. Genus vero virtutum sub se comprehendit species moralitatis omnes: ut sunt iusticia, prudentia, fortitudo, temperantia, liberalitas, magnificentia, magnanimitas, mansuetudo, veritas, antrapolia, affabilitas, &c. secundum genus vitiorum sub se omnes species vitiorum comprehendit. Instrumentum verò corporale in duo diuiditur, uidelicet in essentiale, & accidentale. Essentiale ut oculus, manus, & huiusmodi. Accidentale instrumentum est sicut caliditas, frigiditas, & similia his: cætera autem instrumenta siue cæteræ species instrumentalitatis reperiuntur in capitulo litteræ K. Instrumentatiuum verò sic describitur. Instrumentatiuum est habitus cum quo animal moraliter viuit, aut vitiose. Et talis habitus aut est insitus à natura, ut in brutis, aut acquisitus ut in homine: Instrumentatiua enim est perfectio, & actus instrumenti ratione cuius instrumentum siue instrumentatum non agit nisi aut virtuose, aut vitiose. moraliter quidem dico agere dupliciter per naturam, ut in serpente prudentia: & in leone magnanimitas, aut per acquisitionem ut iusticia prudentia, fortitudo, temperantia, fides, spes, charitas, patientia, pietas, magnanimitas, liberalitas: quæ omnes sunt habitus in homine acquisiti per legem naturæ, & propterea homo sepa-

Subiecti. K. sub diuisiones.

Instrumentatiui moralis definitio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mo ſeparatus à lege naturæ eſt peſſimum omnium animalium, &c. Priuationes autem iſtarum virtutum ſunt vitia: ut iniuſtitia, auaritia quæ eſt priuatio liberalitatis & gula quæ eſt priuatio ſobrietatis, & luxuria, quæ eſt priuatio caſtitatis, & ſuperbia, quæ eſt priuatio humilitatis, & ſic de aliis ſpeciebus vitiorum quorum diffinitiones relinquuntur breuitatis huius operis gratia. Quare, &c.

DE APPLICATIONE.

CAP. V.

APPLICATIO in hac doctrina trifarie, tribuſque modis fit, quod eſt. Namque applicatur interdum implicitum ad explicitum, aut abſtractum ad concretum, aut quæſtio ad locum ſuum. Exemplum primi, ſiue primæ applicationis eſt, quando termini quæſtionis ſunt impliciti, & applicantur ad terminos explicitos huius doctrinæ, verbi gratia, utrum Deus ſit, vel angelus, vel homo, & ſic de cæteris ſubjectis: quæ applicantur, ad bonitatem, ad magnitudinem, ad permanentiam, ad poteſtatem, & ad cætera prima huius ſapientiæ principia; eſſe Deũ, eſſe angelum; eſſe cœlum; eſſe hominem: eſſe imaginatiuum, eſſe ſenſitiuum & ſic de cæteris. Exemplum ſecundæ applicationis eſt, quando termini quæſtionis abſtracti applicantur ad ſuos concretos; verbi gratia, bonitas ad bonum; magnitudo ad magnum; duratio, ſiue permanentia ad permanens, ſiue æternitas ad æternum; & deitas ad Deum; & angelcitas ad angelũ; & cœleitas ad cœlum; & homeitas ad hominem; & color ad coloratũ applicatur: & ſic de aliis ſuo modo. Et ſemper inſpiciendum eſt per quem modum ſe habeant termini abſtracti ad cõcretos per principia deducti ad regulas. Et notãdũ eſt præterea, quod tertius modus applicationis in nouẽ ſpecies diuiditur; quarũ prima eſt circa primã figurã: Et ſecũda circa ſecũdã figurã. Et tertia circa, tertiã: Et quarta circa quartã figurã. Et quinta ſpecies applicationis quæſtionis ad locũ ſuũ, & circa cõbinationẽ principiorũ & regularũ, ſexta eſt circa regulas, ſeptima eſt circa nouem ſub ecta, octaua ſpecies applicationis quæſtionũ ad locũ ſuũ. eſt circa quiditates, ſiue hęcceitas cẽtũ formarũ. Et nona ſpecies eſt circa quęſtiones ipſas. In quib. tamẽ notãdũ eſt, ꝙ ſecũdum modum quęſtionum vel quæſtionis applicantur termini ſecundum quod competunt eis; verbi gratia; ſi materia quæſtionis, figuræ primæ competit, ei applicemus ad eam: ut ſolutio quæſtionis in textu ipſius figuræ tali modo affirmando, vel negando, textus ille remaneat illæſus: & ſicut exemplificauimus hoc de prima figura, ita exiſtimes nos exemplificaſſe de cæteris ſuo modo, & hæc ſufficiant de applicatione, breuitatis gratia. Quare, &c.

Diuiſio.

1. *Implicitũ ad explicitum.*

2. *Abſtracti ad concretum.*

Cautio.

3. *Quæſtionis ad locum ſuũ eiuſdẽq; ſubdiuiſio.*

1. 2. 3. 4 5.

6.

7.

8.

9.

Cautio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TRACTATUS TERTIUS ET ULTIMUS est de medio ad finem quæsitum in hac sapientia & primo de quiditatibus formarum.

CAP. I.

Scopus huius partis ostensus à pari.

QUONIAM quidem naturæ generabilium & corruptibilium in est primo segregare partes cuislibet corruptibilis : Secundo aggregare partes cujuslibet generabilis; ut manifestum est in omni generatione, & corruptione : quorum causæ sunt lis , & amicitia : lis enim in rebus est causa denudationis formarum è subjecto ; & amor est causa unionis ipsarum cum eo ; illud enim quod amor generat sive venit, est compositum ex materiæ & forma; & illud quod lis corrumpit, est similiter compositum ex materia & forma, & hoc contingit in rebus sensilibus secundum plurimum. Propter quod sicut se habent res sensibiles in generatione , & corruptione; ita se habent res intelligibiles in cognitione, sive intellectione; propter quod non generatur in nobis scientia, nisi per corruptionem ignorantiæ. Corrumpitur namque unum quodq; per segregationem, & generatur per aggregationem. Ex quibus apparet quod scientia in nobis non generatur, nisi per aggregationem majoris extremitatis cum minori, per medium demonstrationis, quo est ipsum * quod quid est. Oportet namque investigare illud secundum doctrinam divisivam quæ segregationi consimilis est : posterius autem secundum compositivam quæ aggregationi simillima est : ad quam enim verò in nobis cognitio ipsius consequetur, quod est : quoniam segregatio unius est alterius aggregatio : quod est, verbi gratia, si homo non est irrationalis, sequitur quod sit rationalis; cum manifestum sit ipsum esse animal; quoniam sensum habet; sed omne sensibile est animal ; quare palam est quod homo est animal tationale, sive rationale discursibile; Quare manifestum est quod ad investigationem ipsius quod quid est, requiritur prius uti scientia divisiva. Et quoniam ipsum quod quid est, non est nisi diffinitio, & omnis diffinitio dicit tantum quid esse rei, & totum esse rei, est à forma sequitur quod diffinitio non sit nisi forma. Sed omnis forma rei, est ejus quiditas. Sequitur quod ipsum quod quid est, est rei quiditas. Quare palam est ad veram notitiam ipsius quod quid est, expedit abstrahere formam rei ab ipsa re : & inchoandum est à magis notissimo apud intellectum. & hoc non est nisi ipsum esse cujus actus & sua forma est ipsa essentia. Est igitur essentia actus, & perfectio ipsius esse, ratione cujus esse non agit nisi esse, sive producit, & propterea enim

τὸ τίνι εἶναι.

Method. dividendi.

Method synthetica:

Ratio seu modus acquirenda scientiarum.

Formarum abstractio.

1. *Esse.*

2. *Essentia:*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nim esse, est inseparabile rebus. Vnitas est actus & perfectio vnius, ratione cuius vnum non agit nisi vnum: ex quo enim sequitur quod ab vno in quantum vnum non prouenit nisi vnum. Ex quo enim patet quod vnitas est causa compositionis: cuius oppositum multitudo est causa. Propterea multitudo est diuisionis semper, & vnitas est indiuisibilis semper, vnde repugnat naturæ diuinæ dicere vnitatem esse diuisibilem inquantum est vnitas simplex. Quare, &c. Ex quibus etiam apparet quod ens prædicatur de aliquo simplici, non tamen de omni; & de vno etiam prædicatur, non tamen de omni vno, sed de mixto, & de omni mixto & de omni composito secundum prius & posterius sicut prædicatur: Quod est; quoniam per prius prædicatur de simplici posterius de mixto, & per prius de vno prædicatur, posterius de multis vel de multo. Et propterea in istis terminis intellectus humanus perficit adeptionem sui, concipiendo quod simplex est illud cuius esse est tantum vna natura consimilis: & quod omne quod entitatur ab entitate est ens. Alioquin entitas non esset actus entis, ratione cuius ens non agit nisi ens, & sciendum est quod vnum & multa, simplex & compositum, opponuntur secundum relationem, &c. De quiditatibus autem aliarum partium esse: utputa de vero, glorioso & de aliis cæteris plene dictum est in tractatu primo concretiuè & abstractiuè, quare recurrendum est illuc. Post enim bonum, vnum, ens, simplex sequitur natura, cuius abstractum est ipsa natureitas, vel naturalitas quæ est actus & perfectio naturæ: ratione cuius natura non agit nisi naturam, vel est actus, & perfectio naturalis rei ratione cuius naturalis res non agit nisi naturalem rationem, propter quod natura est principium, & causa motus, & quietis eius in quo est per se, & non per accidens, secundum viam Aristotelis. Ad quam naturam insequitur substantia. Quod est; quoniam omnis substantia est natura: non tamen omnis natura est substantia, ut manifestum est de natura diuina. Substantieitas enim est actus, & perfectio substantiæ: ratione cuius substantia non agit nisi substantiam: Est igitur substantia tota rei bonitas: patet, quoniam secluſa & expoliata substantia ab omnibus accidentibus adhuc est bona, quod non esset si substantia non esset tota rei bonitas, & totum bonum esse rei. Quare, &c. Et habet substantieitas sua correlatiua sine quibus nihil est; videlicet substantiativum, substantiabile, & substantiare, quæ etiam est deducibilis per omnia principia, & regulas, sicut deducibilis est bonitas, magnitudo, & alia, &c. Initieitas est actus Initiati, ratione cuius initiatum non agit nisi Initiatum. Est igitur initium, cuius esse omnia præcedit, & ante ipsum nihil. Vnde Initiativum, initiabile, & initiare sunt sua correlativa, sine quibus esse non

4. *Pluralitas.*

De reliquis prædicat. absolut. definitionibus.

5. *Natura.*

6. *Substantia.*

7. *Initium.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

potest. Causeitas, siue causalitas est actus, & perfectio causæ, ratione cuius causa non agit nisi causam, aut non *agit causatum, & totum esse eius est in suis correlatiuis, comprehendens quatuor genera causarum. Necessieitas, siue necessitas est actus & perfectio necessarij ratione cuius necessarium, non agit nisi necessarium. Est autem necessarium illud cuius esse est immutabile, & habet sua correlatiua in quibus suum esse comprehenditur. Indiuisieitas, siue indiuisibilitas est actus & perfectio indiuisi: ratione cuius indiuisum non agit, nisi indiuisum. Est autem indiuisum ens ab esse cuius nihil abscinditur, nec abscindi potest. & habet sua correlatiua essentialia, sine quibus esse non potest; videlicet, indiuisiuum, indiuisibile; & indiuidere. Elementeitas est actus & perfectio elementi, ratione cuius elementum non agit, nisi elementum: & habet sua correlatiua essentialia, videlicet elementatiuum, elementabile, & elementare. Est autem elementum ens, in cuius esse, omnia resoluuntur, & ipsum in nihil resoluitur. Identitas est actus, & perfectio eiusdem: ratione cuius idem nō agit nisi idem. Est igitur idem ens cuius esse nihil agit supra vnum nisi relationem: & habet sua correlatiua, identitatiuum: videlicet identicabile, & identitare. Similitudineitas est actus, & perfectio similis, ratione cuius simile non agit nisi simile. Est autem simile ens, cuius etiam non dicit nisi relationem æquiparantiæ, & habet sua correlatiua essentialia videlicet similatiuum, similabile, & similare. Primieitas est actus & perfectio primi, ratione cuius primum non agit nisi primum. Est autē primū ens cui⁹ esse caret superiori: & habet correlatiua primitiuū, primitibile, & primitare. Potentieitas est act⁹ potentiæ, ratione cuius potentia non agit nisi potentiam. Est igitur potentia, ens cuius esse est ad agere vel pati indifferens, & habet correlatiua, videlicet potentiatiuum, potentiabile, & potentiare. Actueitas est actus & perfectio actuati, ratione cuius actuatum non agit nisi actuatum. Est igitur actuatum ens cuius esse est completum secundum se, & sua correlatiua nota sunt. Quātitas, siue quantieitas est actus quanti, ratione cuius quantum non agit nisi quantum. Et habet sua correlatiua quantitatiuum videlicet quantitabile, & quantitare. Est autem quantum, ens diuisibile in infinitum. Qualitas siue qualieitas est actus qualis, ratione cuius quale nō agit nisi quale: cuius correlatiua sunt qualificatiuum, qualificabile, & qualificare. Relatiuieitas, siue relatio est actus relati, ratione cuius relatum non agit, nisi relatū. Est autem relatum ens cuius esse dicit respectum ad aliud, & habet relatiuum siue refertiuum, refertibile, & referre. Perfectieitas est actus perfecti, ratione cuius perfectum non agit nisi perfectum cuius relatiua sunt, perfectiuum videlicet perfectibile, &

* *Nisi, videtur de esse.*

8. *Necessarium.*

9. *Indiuisum.*

10. *Elementatiuum.*

τωυτότης

11. *Idem.*

12. *Simile.*

13. *Primum.*

14. *Potentia.*

15. *Actu praditum.*

16. *Quantitas.*

17. *Qualitas.*

18. *Relatiu.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bile, & perficere. Eſt autem perfectum ens in cuius eſſe omnes ſunt perfectiones. Finieitas eſt actus finiti, ratione cuius finitum non agit niſi finitum, cuius relatiua ſunt, finitiuum, videlicet finibile, & finire. Eſt autem finitum ens cuius eſſe infra certos terminos, & limites comprehenditur. Toteitas, ſiue totalitas eſt actus totius, ratione cuius totum nõ agit niſi totum. Eſt autem totum ens ab eſſe cuius nihil deeſt. Et habet ſua correlatiua totatiuum, videlicet totabile & totare. Diminueitas eſt actus diminuti, ratione cuius diminutum non agit niſi diminutum. Eſt autem diminutum ens, cuius eſſe imperfectum eſt: & habet cor relatiua ſua, diminutiuum videlicet diminutibile, & diminuere. Genereitas ſiue generalitas eſt actus generis, ratione cuius genus non agit niſi genus. Eſt autem genus ens, cuius eſſe multas compræhendit ſpecies. & habet ſua correlatiua, generalificatiuum videlicet generalificabile, & generalificare. Specieitas ſiue ſpecialitas eſt actus ſpeciei, ratione cuius ſpecies non agit niſi ſpeciem. Eſt autem ſpecies ens, cuius eſſe compræhendit indiuidua vnius naturæ, licet ſit aliqua ſpecies cuius eſſe compræhendit vnum tantum indiuiduum, & cum eo coæquatum, ſicut continens cum ſuo contento; ſicut ſol: & angelus. Indiuidueitas, ſiue indiuidualitas eſt actus, & perfectio indiuidui, ratione cuius indiuiduum non agit niſi indiuiduum. Eſt autem indiuiduum ens cuius eſſe diſtat à genere vltima diſtantia, & habet ſua correlatiua eſſentialia videlicet indiuiduatiuum indiuiduabile, & indiuiduare. Perſoneitas ſine perſonalitas eſt actus & perfectio perſonæ, ratione cuius perſona non agit niſi perſonam. Eſt autem perſona ens cuius eſſe eſt indiuidua ſubſtantia rationalis naturæ, & habet ſua correlatiua nota. *Hecheitas eſt actus huius, ratione cuius, hoc non agit niſi hoc. Eſt autem hoc, ens, cuius eſſe aliquid demonſtrat, & habet hecheitatiuum, hecheitabile, & hecheitare quæ ſunt ſua correlatiua. Alieitas eſt actus formalis alius, per quem alius non agit ſiue producit niſi alium. Eſt autem aliud ens cuius eſſe eſt ſingulare, & habet ſua correlatiua alicitiuum, videlicet alicitabile, & alicitare. Subſiſtentieitas eſt actus formalis ſubſtentantis, ratione cuius ſubſtentans non agit niſi ſubſtentans. Eſt autem ſubſtentans ens cuius eſſe nec in ſubjecto nec de ſubjecto dicitur, & habet ſua, correlatiua, ſubſtentatiuum, ſubſtentabile, & ſubſtentare. Accidentieitas, ſiue accidentalitas, eſt actus accidentis, ratione cuius accidens non agit niſi accidens. Eſt igitur accidens ens cuius eſſe inhæret ſubſtantiæ primæ, vel eſt virtus orta ſubſtantiæ, & habet ſua correlatiua accidentatiuum, accidentabile, & accidentare. Agieitas eſt actus agentis ratione cuius agens non agit niſi agens.

19. *Perfectum*

20. *Finitum.*

21. *Totum.*

22. *Deminutum.*

23. *Genus.*

24. *Species.*

25. *Indiuiduum.*

26. *Perſonæ.*

*. *Hæceitas.*

27. *Hoc.* τόδε τι

28. *Aliud.*

29. *Subſtentans* ὑφιστάμενον.

30. *Accidens.*

31. *Agens.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Est autem agens ens cuius esse mouetur à fine, & habet suacor-
32. *Actu praditum* relatiua, agieitivum videlicet agibile, & agens. Actueitas est actus actuati, ratione cuius actuatum non agit nisi actuatum. Est
33. *Passibilitas.* autem actuatum ens cuius esse est in esse suo perfecto, & habet actuativum actuabile, & actuare. Passivieitas siue passibilitas est actus passi, ratione cuius passum non agit nisi passum. Est igitur passum ens cuius esse est receptiuum semper, & habet sua correlatiua passivum, videlicet passibile, & pati. Habitueitas siue
34. *Habitu praditum.* habitualitas est actus habituati, ratione cuius habituatum non agit nisi habituatum. Est igitur habituatum ens cuius esse est acquisitum, & habet habituativum, habituabile, & habituare.
35. *Situs.* Situeitas, est actus situati, ratione cuius situatum non agit nisi situatum. Est autem situatum ens in cuius esse est recta partium omnium positio sui ipsius, & habet situativum, situabile, & situare, quæ sunt eius correlatiua intrinseca. Temporeitas siue Temporalitas est actus temporis ratione cuius tempus non agit nisi tempus. Est autem tempus ens cuius esse est mensura
36. *Tempus.* motus siue numerus motus, & habet sua correlatiua; temporatiuum, videlicet temporabile & temporare. Motiuitas siue mo-
37. *Motus.* tus est actus moti, ratione cuius motum non agit nisi motum. Est igitur motum ens cuius esse est partim in termino à quo, partim in termino ad quem, & est diuisibile in partem perse mouentem & per se motam, & habet sua correlatiua, videlicet, motivum, mobile & mouere. Loceitas, vel localitas est actus lo-
38. *Locus.* ci, ratione cuius locus non agit nisi locum. Est igitur locus ens, cuius esse est superficies ambiens locatum, & habet sua correlatiua, locativum videlicet locabile, & locare. Vacuieitas est actus
39. *Vacuum* vacui, ratione cuius vacuum non agit nisi vacuum. Est autem vacuum ens, cuius esse est spacium corpore priuatum, & habet sua correlatiua vacuatiuum videlicet, vacuabile, & vacuare. In-
40. *Instinctus.* stinctueitas est actus instinctus, ratione cuius instinctus non agit nisi instinctum, & habet sua correlatiua nota, instinctuificatiuũ videlicet instinctuificabile, & instinctuificare. Appetitiuitas est actus appetitus, ratione cuius appetitus non agit nisi appetitũ.
41. *Appetitus.* Est autem appetititus ens, cuius esse mouet potentiam ad obiectum in quo naturaliter quiescit, & habet correlatiua sua essentialia, appetitivum, videlicet appetibile, & appetere. Alterа-
42. *Alteratio.* tio est actus alterati, ratione cuius alteratum non agit nisi alteratum. Est autem alteratum ens, cuius esse est tangibile, & habet sua correlatiua alterativum videlicet alterabile, & alterare,
43. *Attractio.* Attraheitas, siue attractio, est actus attracti, ratione cuius attractum non agit nisi attractum. Est autem attractum ens cuius actum quietat attrahentem, & habet sua correlatiua, attractiuũ
44. *Receptio* videlicet attrahibile, & attrahere, Receptiuieitas, siue recepti-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vitas

uitas eſt actus recepti,ratione cuius receptũ nõ agit niſi receptũ Eſt aũt receptũ ens cuius eſſe in alio cõſiſtit: & habet ſua correlatiua,videlicet receptiuũ receptibile,& recipere.Plenieitas, ſiue plenitudo eſt actus pleni,ratione cuius plenũ nõ agit niſi plenũ.Eſt autẽ plenum ens,cuius eſſe vacuo repugnat,& habet ſua correlatiua impletivum,impletibile & implere. Diffuſieitas, ſiue diffuſio eſt actus diffuſi: ratione cuius diffuſum non agit niſi diffuſum : Eſt autem diffuſum ens cuius eſſe extenditur à primo ad vltimum incluſive , & habet ſua correlatiua , diffuſivum videlicet diffuſibile,& diffundere.Digeſtieitas, ſſue digeſtio eſt perfectio,& actus digeſti, ratione cuius digeſtum non agit niſi digeſtum.Eſt autem digeſtum ens cuius eſſe eſt mixtum, & habet ſua correlatiua,digeſtiuum videlicet digeſtibile, & digerere.Expulſiuieitas ſiue expulſio eſt actus expulſi, ratione cuius expulſum non agit niſi expulſum. Eſt igitur expulſum ens motũ ab alio,à termino ,pprio , ad terminũ alienũ vel à termino in quo eſt ad terminũ,in quo non erat,& habet ſua correlatiua expulſiuũ videlicet expulſibile , & expellere.Signieitas ſiue ſignatio eſt actus ſigni,ratione cuius ſignũ nõ agit niſi ſignum. Eſt autem ſignum ens cuius eſſe eſt indicativum ſignati ſui. Et habet ſua correlatiua ſignificativum ſignificabile ,& ſignificare. Pulchrieitas ſiue pulchritudo , eſt actus pulchri , ratione cuius pulchrum non agit niſi pulchrum.Eſt autem pulchrum ens , cuius eſſe omnes delectat & ab omnibus diligitur,& habet ſua relatiua,pulchrificativum , & pulchrificabile & pulchrificare. Antiquieitas ſiue antiquitas eſt actus antiqui ratione cuius antiquũ non agit niſi antiquum.Eſt autem antiquum ens cuius eſſe omnia prȩcedit,& habet ſua correlatiua antiquificatiuum,antiquificabile,& antiquificare. Noueitas ſiue nouitas eſt actus & perfectio noui,ratione cuius nouum non agit niſi nouum. Eſt autem nouum ens , cuius eſſe eſt poſtquam non fuit , & habet ſua correlatiua,nouificativum, nouificabile,& nouificare.Ideieitas eſt actus ideæ,ratione cuius idea non agit, niſi ideam. Eſt igitur idea ens cuius eſſe imprimitur in materia : & habet correlatiua intrinſeca,Ideitificativum,ideitificabile,ideitificare Mathematicheitas ſiue mathematica eſt actus mathematici , ratione cuius mathematicus non agit niſi mathematicum.Eſt autem mathematica ens cuius eſſe non eſt niſi forma abſtracta à motu; & habet ſua correlatiua nota mathematificativum , mathematificabile,& mathematificare : Punctieitas ſiue punctalitas eſt actus puncti ratione cuius punctus non agit niſi punctum. Eſt autem punctus ens,cuius eſſe eſt indiuiſibile. Et eſt principium lineæ & habet ſua correlatiua punctificativu n videlicet puncti-

45. *Plenitudo.*

46. *Diffuſio.*

47. *Digeſtio.*

48. *Expulſio*

49. *Signatio.*

50. *Pulchritudo.*

51. *Antiquitas.*

52. *Nouitas.*

53. *Idea.*

54. *Mathematica.*

55. *Punctum.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

56. *Linea.* ficabile,& punctificare. Linieitas est actus lineæ, ratione cuius linea non agit nisi lineam. Est autem linea magnitudo longa tãtum inter duo puncta compræhensa. Triangulieitas est actus

57. *Triangulus.* trianguli,ratione cuius triangulus non agit nisi triangulum.Est autem triangulus ens cuius esse tribus lineis compræhenditur, punctis tribus terminatis, cuius correlatiua sunt triangulatiuũ,

58. *Quadrãgulum.* triangulabile & triangulare. Quadrangulus similiter habet suũ abstractum,quod ipsa quadranguleitas,quæ est actus eius,ratione cuius quadrangulus non agit nisi quadrangulum , & habet sua correlatiua; quadrangulatiuum,videlicet,quadrangulabile,

59. *Circularitas.* & quadrangulare.Circuleitas,sicut circularitas est actus circuli, rationc cuius circulus non agit nisi circulum. Est autem circulus ens , cuius esse compræhenditur ab vna linea circumscripta centro à quo ad circumferentiam lineæ pertrahuntur æquales, & habet sua correlatiua,videlicet circulatiuum, circulabile,&

60. *Corpus.* circulare. Corporeitas est actus corporis, ratione cuius corpus non agit nisi corpus. Est autem corpus ens, cuius esse tribus dimensionibus compræhenditur,& habet sua correlatiua , videli-

61. *Figura.* cet corporatiuum,corporabile,& corporare. Figureitas siue figuralitas,est actus figurati,ratione cuius figuratum non agit visi figuratum. Est autem figuratum ens cuius esse est imaginabile,& habet sua correlatiua:figuratiuum,figurabile, & figurare.

62. *Rectitudo.* Rectiuieitas est actus recti , ratione cu us rectum non agit nisi rectum,& possumus dicere loco rectiu eitatis rectualitas. Est autem rectum ens cuius esse mensuratur linea recta , & habet

63. *Monstruositas.* sua correlatiua rectiuum,rectibile, & rectare. Monstruosieitas siue monstruositas est actus mõstruosi,ratione cuius monstruosum non agit nisi monstruosum. Est autem monstruosum corpus animatum cuius esse deficit in aliquo termino naturæ secũdum esse suæ speciei semper , & frequenter, & habet sua correlatiua monstruosificatiuum,monstruosificabile,& monstruosificare. Et notandum est breuiter quod omnia abstracta cuiuscũque concreti, siue *hecheitas formatur à genitiuo sui verbi gratia vmbrosum vmbrosi addita eitas formatur vmbrosieitas:quæ est actus vmbrosi,ratione cuius vmbrosum non agit nisi vmbrosum, Est autem vmbrosum corpus cuius esse est opacum , & habet sua correlatiua , & intrinseca videlicet,vmbrosificatiuum, vmbrosificabile,& vmbrosificare, & sicut datum est exemplum de formatione abstracti ipsius vmbrosi , ita de cæteris concretis exemplum dedisse me putes. Et propterea notandum est quod cætera concreta quæ vsitantur in hac sapientia Kabbala sunt,videlicet,studium,coloratum,proportionatum,dispositum, creatum ,prædestinatum, præscitum,misericordiosum , necessitatũ formatum,fortunatum,ordinatum, consultatum , generosum, ,parti

Abstractorum formatio.

* *hæccitas, Concreti.*

Imo verò τὸ e. abũdat, ut boni , bonitas

64. *Vmbrosum.*

Concreta huius scientiæ reliqua.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

participatum, perfectum, declaratum, transubstantiatum, alteratum, infinitum, deceptum, veneratum, capax, existens, comprahensum, inuentum, animans, conueniens, obiectum, generatum, conceptum, Theologus vel Theologans: Philosophus, vel philosophans: Mathematicus, siue mathematicans: Geometricus, Musicus, Arithmeticus, Astronomus, Rhetoricus, Logicus, Grammaticus, Politicus, Iurista, Medicus, Regimen, Iudicium, &c. Nomina deriuatiua cuiuscũque generis, insuper quicquid est, aut est in subiecto & dicitur de subiecto, ut risibile siue risibilitas: aut est in subiecto, & non dicitur de subiecto, ut color aut non est in subiecto, & dicitur de subiecto ut animal, & homo: aut nec in subiecto est, nec de subiecto dicitur, ut Socrates & Plato.

Habitudo logica quædam nominum rerumque inter se ex ante prædicam. Aristot.

- Quædam in subiecto
  - Sunt; & de subiecto
    - Dicuntur. Ut accidentia vniuersalia.
    - Non dicuntur. Ut accidẽtia particularia.
  - Non sunt, & de subiecto
    - Dicuntur. Ut substantiæ vniuersales.
    - Non dicuntur. Ut substantiæ singulares.

DE QUAESTIONIBUS PARS SEcunda, & primo de figura A.

CAP. II.

IN figura quidem prima spherica quæ A. intitulatur, quæritur primo utrum in ordine naturæ sit aliquid vnum, in cuius esse subiectum, & prædicatum conuertantur essentialiter, atque identatiue, cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin conuersiones simplices & rerum æqualitates essent destructæ, & sic æternitas esset superior, & communior ipsa bonitate, magnitudine, potestate, per infinitam durationem. Et sic bonum aliquod esset æternum, non tamen omne æternum esset aliquod bonum; quod est inconueniens. Et similiter omne magnum esset æternum, siue magnum esset æternum; & tamẽ non omne æternum esset magnum. Insuper omne potens esset æternum; non tamen omne æternum esset potens Eodem modo omne sapiens esset æternum; non tamen omne æternum esset sapiens, & multa alia incommoda sequerẽtur, & impossibilia, si in ordine naturæ non daretur aliquod vnũ, in cuius esse, &c. Secũdò quæritur quid est

1. *Quæstio.*

2. *Quæstio.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illud vnum in quo , vel in cuius esse subiectum & prædicatum conuertuntur, vt supra. cui respondendum est illud esse Deum.

3. *Quæstio.* Patet, quoniam talis conuersio, & æqualitas, non potest esse nisi in vno infinito, & superiori ipso æterno. Quæritur tertio vtrum diuina bonitas habeat magnam bonificationem; sicut intellectus eius habet magnam intellectionem, cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin sequeretur, quod in Deo esset aliquid in-

4. *Quæstio.* ferius, & aliquid superius, quod est absurdum. Quartò quæritur vtrum Deus in se habet tantam actionem, quantam habet essẽtiam, cui respondendum est affirmatiue. Alioquin minus age-

5. *Quæstio.* ret quàm posset, quod est impossibile. Et queritur quintò; vtrum Deus sciat omnia, sicut sua essentia omnia comprahendit. cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin sua bonitas non esset

6. *Quæstio.* omnibus entibus cõmunicata; & sic daretur in natura aliquod ens non bonum quod est longé falsum. Quæritur sexto; vtrum Deus sit agens voluntarium, cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin nullum esset agens liberum; sed omne esset alligatum & sic non daretur bonum per essentiam, nec magnum, nec po-

7. *Quæstio.* tens, nec æternum, nec sapiens; quod est inconueniens. Quæritur septimò vtrum Deus sit virtuosus, cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin bonitas infinita in omnibus entibus, non esset virtuosa sed vitiosa, & sic bonum esset malum, & sibimet repugnabile: quod est inconueniens & absurdum. Quare, &c. Et

8. *Quæstio.* quæritur octauò vtrum Deus sit verus. cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin nulla esset veritas. Quod est; quoniam veritas cum sit actus veri: ratione cuius verum agit verum & sic si

9. *Quæstio.* Deus non esset verus, nullum ens esset verum. Quæritur nonò, vtrum Deus sit glorioſus, cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin nulla esset actio Dei gloriosa, neque delectabilis; & sic agens secundarium esset glorioſius primeuo; quod est longè falsum. Et sic patet, quod datur vnum in cuius esse omnia conuertuntur æqualiter, secundum vnam simpliciſſimam essentiam & identitatem. Et hæc sufficiant de primo, subiecto considerato in hac scientia, quod combinatum est per totam figuram sphæricam quæ intitulatur. A. Et notandum est quod cætera subiecta huius methodi debent etiam combinari suo modo per ipsã totam figuram A. mouendo quæstiones super vnum quodque suo modo. verbi gratia; vtrum angelus sit, cui respondendum est affirmativè. Alioquin tolleretur differentia inter intellectuale, & intellectuale. Et si quæratur secundo, vtrum angelus sit bonus, cui respondendum est affirmativè, alioquin angelus non esset nisi malus. & si quæratur similiter, vtrum angelus sit magnus, respondendum est affirmativè. Alioquin dependentiam non haberet à Deo, qui est magnus per essentiam, & similiter si

Reliquorum subiectorum deductio per hanc fig. Subiecti C.

quæratur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæratur de homine, vtrum sit bonus, respondendum est quod sic. Alioquin esset aliquod ens non bonum secundum se: quod est inconueniens, & quoniam in prima figura construitur sub bono ipsa substantia, sub qua positum est corpus, propter quod intellectus qui est opifex huius methodi, potest exemplificare de eis per combinationem, vt dictum est de subjectis tribus dictis scilicet de Deo, de angelo, & de homine. Et si quæratur quare bonum, &c. principia siue radices huius sapientiæ non conuertuntur cum Angelo, & homine, nisi cum signo particulari. Respondendum est ei, quod conuersio subjecti in prædicatum non potest fieri inter naturam superiorem, & inferiorem, sed tantum inter naturas æquales. Quod est; quoniam natura boni est æqualis cum natura esse, siue Dei: sed natura hominis & natura boni, & cæterorum primorum principiorum non sunt æquales Igitur, &c. Namque natura boni est in maioritate semper, & natura hominis est in minoritate, prior enim natura non conuertitur cum posteriori natura: Quare, &c. Et hæc gratia breuitatis sufficiant de quæstionibus primæ figuræ, quæ A. intitulatur.

Subiecti E.

Quæstio.

Responsio.

Ratio.

DE QUAESTIONIBUS SECUNDAE FIGVræ, quæ est figura T. CAP. III.

SECVNDÆ autem figurę quæstiones tribus modis fieri possunt, sicut quilibet angulus trianguli tria significet nobis genera. verbi gratia, angulus differentiæ, significat nobis differentiam, inter intellectuale & intellectuale. Secundo inter intellectuale & sensuale. Tertiò inter sensuale & sensuale. Et propterea quærendum est primo, vtrum Deus sit distinguens, cui respõdendum est affirmatiuè. Alioquin suæ dignitates & eius actiones in Deo essent ociosæ. Et sic angelus non esset distinctus ab ipso Deo, & sic bonitas angelica, &c dignitates se haberent in esse confuso, & non solum in angelo, sed etiam in ipso Deo, quod est valde absurdum. Namque etiam sequeretur quod bonificatiuum, bonificabile, & bonificare, bonitatis nullam haberent differentiam, sed essent simul confusa, quod etiam esset inconueniens. quare palam est quod Deus est distinguens, & sic Deus est causa rerum distinctionis. Insuper etenim proprium bonificantis, est bonificare, quod non potest esse sine distinctione ipsius bonificantis & bonificati: sicut enim agere non potest esse sine differentia agentis & agibilis: Ita & bonificare non potest esse sine differentia à prædictis, quare palam est, quod Deus est distinguens intellectivum, intellectum & intelligere: Sicut bo-

Diuisio.

1. *Modus.*
1. *Triagulus.*
1. *Quæstio.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nitas distinguit bonificativum, bonificabile, & bonificare à se
εκθλιψις invicem. Nec sequitur per hoc quod in Deo sint plures boni-
tates, nec plures essentiæ quas differentia ponit. Quod est; quia
licet in Deo intelligens, intellectum, atque intelligere, sint idē
essentialiter, distinguuntur tamen formaliter. Sicut homo
& leo qui idem sunt secundum esse: nihilominus distinguntur
formaliter. Nec valet dicere bonificativum, bonificabile, & bo-
nificare distinguuntur, in bono. Igitur in ipso bono sunt plures
bonitates. Namque bonificans, quod est tota bonitas ipsa pro-
ducit de seipso totum bonificatū magnum, & æternum. Et bo-
nificare, & æternare à totis ambobus est productum. Unde ap-
Deus est causa distinctionis rerū &c. paret quod in summo bono differentia clara sit. Quare palam
est, quod Deus est causa distinctionis rerum. Per positionem
Ratio. naturalē, quæ est; quod in distinguentibus & distinctis non sit
processus in infinitum & propterea expedit devenire ad unum
distinguens, quod non distinguitur ab alio, sed hoc non potest
esse nisi summè bonum, quod est bonum per essentiam, quare
causa rerum distinctonis est summa Dei bonitas. Propter quod
Bonificatiuū ponitur bonificativum esse unum distinctum à bonificato, &
Bonificatū. bonificare, & bonificatum est aliud distinctū à bonificante, &
Bonificare. bonificare, & bonificare est tertium distinctū ab ipsis duobus,
quorum quodlibet est existens in suo numero, idem est tamen
cum alijs per essentiam, alioquin differentia in eis esset confu-
sa, & æternitas sic deficeret, & non conservaret numerum Pro-
prium unicuique ipsorum, & intellectus divinus ignoraret qua-
le esset bonificans, & quale esset bonificatū, & quale esset boni-
ficare. & sic summe bonum ignoraret, & multa alia inconve-
nientia, atque impossibilia sequerentur ad hanc positionem.
2. Quæstio Quare, &c. Secundo quæritur; utrum differentia sit commu-
nior concordantia & contrarietate, cui respondendum est affir-
mativè. Alioquin in carentibus contrarietate nihil esset distin-
3. Quæstio. ctum, & sic essemus ut prius eramus. Tertiò quæritur; utrum
concordantia sit magis principium primum ipsa contrarieta-
te? cui respondendū est affirmativè. Patet, Namq; à concordan-
tia descendunt principia positiva & à cōtrarietate principia pri-
vativa, scilicet omne positivum dignius est habere nomen prin-
4. Quæstio. cipij & esse primū principium quàm privativū, quare, &c. Quar-
tò quæritur; utrum diffinitio omnis quiditativa dicendo ani-
mal homificans, vel rationale discursibile, sit magis ostensiva,
quàm ista, scilicet, animal rationale, cui respondendū est affir-
mativè. Quoniam discurrere est soli hominis propriū, & simi-
liter homificare. Alioquin homeitas non esset actus hominis
ratione cuius homo agit hominem, & similiter discursus non
esset actus rationis per quem homo intelligit. Rationeitas
enim

(c) 2006 Ministerio de Cultura

enim pluribus convenit entibus. Ergo non ſoli homini convenit: propter quod eius non poteſt eſſe differentia eſſentialis, propterea etiam quia con venit & agendo, quare. &c. Secundo modo poſſunt fieri quæſtiones in ſecundo triangulo, & primo quæſtiones poſſunt fieri ſic, ſi quæratur; utrum eſt una tantum cauſa omnium? cui reſpondendum eſt affirmativè. Alioquin plures eſſent fines, quod eſt manifeſtè falſum Secundus modus quæſtiones eſt, utrum medium inter ſubjectum & prædicatum exiſtens alicuius propoſitionis quantitatis continuæ ſuſcipiat demonſtrationem? cui reſpondendum eſt quod ſic: reſpectu medij extremitatum, ſed diſcretam quantitatem habet reſpectu medij menſurationis. Tertius modus quæſtionis eſt circa finem. & eſt ut ſi quæratur; utrum finis proprius ſit ultimum in ſubjecto? reſpondendum eſt affirmativè. Alioquin agens non plus ageret unum oppoſitorum quam aliud, verbi gratia, ignis non plus calefaceret, quam refrigidaret. Et eodē modo fiunt quæſtiones. vel poſſunt fieri in triangulo maioritatis, minoritatis & æqualitatis tribus modis. Primus modus eſt, ut ſi quæratur; utrum Deus ſit prior natura ipſo æterno? cui reſpondendū eſt affirmativè. Alioquin nihil eſſet bonum niſi æternum quod eſt falſum. Quod eſt, quoniam multa ſunt bona quæ non ſunt æterna: & ſic patet quod ſūmè bonum eſt communius & generalius, & prius prioritate naturæ, & cum hoc ſummè bonum non ſit niſi Deus, ſequitur quod Deus ſit prior natura, ipſo æterno Quare, &c. Secundo verò quæritur; utrum intellectus, voluntas & memoria ſint potentiæ æquales in anima? cui reſpondendum eſt affirmativè. Alioquin eſſentia animę non eſt intelligens. Patet; quoniam tantū intelligit quantum vult, & tantum vult, quantum amat, & tantū amat, quantū cōmemorat. Quoniā nihil amat neque odit niſi tantū quantum memoria ſibi repræſentat. Quare palam eſt quod intellectus, voluntas & mēoria in eſſentia animæ ſunt æquales. Et in hoc paſſu intellectus cognoſcit quod demonſtrationes poſſunt fieri tribus modis, ſimpliciter videlicet, & quia & propter quid. Et ſimiliter in æquiparantia quæſtiones tribus fieri poſſunt modis, ut inter ſubjectum, & ſubiectum & inter ſubiectum, & accidens, & inter accidens, & accidens, ut dictum eſt capite de figuris. Secundo modo quæritur de angulo differentiæ utrum differentia inter intellectuale, & ſenſuale ſit maior illa quæ eſt inter ſenſuale & ſenſuale Et illa quæ eſt inter intellectuale. & intellectuale ſit maior illa quæ eſt inter ſensualia & intellectualia? cui reſpondendū eſt affirmativè. Per ea quæ dicta ſunt & ſignificata in triangulis ſupradictis. Et ſimiliter quæratur differentia inter principiū & mediū, ſit maior illa quæ eſt inter

2. *Triang.* 1. *Quæſtio.*

2. *Quæſtio.*

3. *Quæſtio.*

3. *Triang.*

1. *Quæſtio.*

2. *Quæſtio.*

11 *Modus.* 1. *Triang.*

2. *Triang.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inter medium & finem, & similiter differentia inter subjectū, & subjectum sit maior quàm illa quæ est inter subjectum, & accidens, & inter accidens & accidens? quibus quæstionibus respondendum est affirmativè. Per ea quæ dicta sunt & significata in dictis triangulis subjectivè & objectiuè mediante mediante regula illa. Quare, &c Et quoniam dictū est de tertia figura quod quodlibet principiū est combinatū cum alio, propter quod quęritur primò utrum contrarietas sit tantū applicabilis bonitati, magnitudini, durationi, potestati, & cæteris, quātum est ipsa concordantia? cui respond endū est negativè. Alioquin cōtrarietas esset principiū privatiuū uniēdi & aggregādi & non separandi & segregandi, & sic nihil corrumperetur in tota natura, quod est falsum absolutè & simpliciter. Contrarietas namq; est principium privatū, sicut concordantia est principium positivum, & propterea dicitur in primo quadrato figuræ tertiæ quod bonum est magnum, vel quod bonitas est magna. & si quæratur post modum, utrum bonum sit magnum, respondendum est affirmatiuè. Alioquin non converterentur in maioritate cum omnib principijs. Secundò quæritur quid est bonitas, cui respondendum est per regulam C, per duo significata in quadrangulo B. C. in quo intellectus humanus recipit illa, & si rursus quæratur bonitas de quo est, recurrendum est ad quadratum B. D. Et si quæratur bonitas cum quo est, & quomodo est, recurrendum est ad quadratum B K. quia ibi intellectus recipiet significativa illius quadrati. Et per hæc exempla dicta de bonitate tu poteris dicere & exemplificare de cæteris principijs & aliis significatis in illis omnibus cæteris figuris quadrangularibus hujus tertiæ figuræ, quare, &c. Et quoniam B. in ista figura tertia tot significat, quot sunt dicta in alphabeto, & similiter C. Quod est, Namq; B significatum est in alphabeto bonum, distinguens Deum, justitiam, & utrum. & per C. significatum est magnum, Angelum, concordantiam, prudentiam, gulam & quid est, ut in eodem alphabeto palam est jam dictum. Et propterea abstrahuntur multæ quæstiones ab unoquoque quadrato hujusmodi tertiæ figuræ particulares; verbi gratia; si quæratur primò; utrum bonitas divina sit magna, & utrum bonitatis divinæ correlativa sint distincta; & utrum tertiò in divina bonitate sit concordantia. Et quæritur quarto quid est justitia Dei bona, & magna, & quæritur quinto, quid est bonitas Dei, quid est magnitudo ejus. Et similiter quid est in divina bonitate cōcordantia, & eodem modo potest quæri de divina magnitudine bona per cæteras species regulæ C. ut dicendo, magnitudo bona Dei quid habet in se essentialiter, & similiter divina differentia & concordantia, & sic procedendū est cum

Quæstio de cōtrarietate.

3. *Fig.*
1. *Quæstio.*
2. *Quæstio.*
3. *Quæstio.*
4. *Quæstio*

Quæstiones reliq.

Exēpla quædam reliquarum quæstionum particularium.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt cum aliis duabus ſpeciebus regulæ C. Et hæ omnes quæſtiones particulares ſolvuntur eodem modo, ſicut univerſales deſcendendo ab illis ad ſua particularia concordando & inconvenientia evitando. Quod eſt; quoniam nullum univerſale ſuo oppõnitur particulari, & econverſo, & exempla, relinquo brevitatis gratia. Quod eſt. Namq; quocunque modo fiat quæſtio de bonitate divina, & de magnitudine, &c. ſolutio abſtrahitur à Dei deſcriptione & è diffinitione bonitatis, magnitudinis, &c. concordando diffinitiones, & ſpecies regularum tenendo partẽ affirmativam, aut negativam, Et hæc regula infallibilis eſt, & ſicut exemplificatum eſt de bonitate divina; ita credas me exemplificaſſe de magnitudine, duratione, & ſic de cæteris bonitatibus magnitudinibus, cæterorum ſubjectorum & reliquorum ſignificatorum alphabeti uſitati in iſta ſcientia Kabbala. Et ſicut exemplum dedimus de ſpeciebus per quadrangulum B. C. Ita intelligas me exemplificaſſe de cæteris quadrangulis hujus tertiæ figuræ, videlicet B. D. B. E. B. F. B. G. B H. B. I. B. K. Et ſimiliter de aliis uſque ad completam evacuationem hujus tertiam figuræ. Et hæc ſufficiant gratia brevitatis de quæſtionibus quæ poſſunt fieri circa entium ſcibilium omnium evacuationem. Propterea intellectus humanus cognoſcit hanc tertiam figuram eſſe longè valde generalẽ præcedentibus duab' figuris videlicet A. & T. Quod eſt, Nãq; ab ea figura tertia, poteſt abſtrahere, & evacuare innumerabiles particulares quæſtiones, ac earundẽ ſolutiones. Quare, &c.

Solutio earundem.

Cautio.

Subiect. rel.

Quadrang. vel.

Præſtantia huius figur. præ. 1. & 2.

DE QUARTA FIGURA.
CAP. IV.

QUÆSTIONES autem quartæ figuræ quinque multiplicantur modis. Namque tot modis quæſtiones quartæ figuræ multiplicari poſſunt quot ſunt ſignificata cujuslibet litteræ alphabeti hujus ſcientiæ. Quinque autem ſunt ſignificata cujuslibet litteræ alphabeti. Igitur, &c. Quod autẽ quinque ſint ſignificata cujuslibet litteræ alphabeti manifeſtũ eſt in capitulo ſuo. Et propterea intellectus humanus cognoſcit ſe longe * valde vere per quartam figurã poſſe elicere modum ſciendi quàm per cæteras figuras: nec non cognoſcit ſe breviori via & faciliori perfici in omnibus ſcientiis. Eo quia per iſtam ſapientiam facillimè acquirit medium exiſtens inter generaliſſimum & ſpecialiſſimum, & ratio hujus eſt; quia principia hujus ſapientiæ communiſſima ſunt, & habet regulas cõmuniſſimas, &c. Scientiæ recipiunt ſua principia, & radices ab iſta; ut Theologia, philoſophia, mathematica. Et propterea namque iſtæ ſcientiæ ſunt ſubalternatæ huic ſapientiæ, & ſua

V. Modi huius fig. quæſtionum multiplicandarum.

Præſtantia huius fig.

* *Admodum verior em.*

2.

3.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

principia & regulæ ſunt ſubalternatæ principij eius,& regulis & ideo earũ modus demõſtrãdi eſt imperfectus ſine iſta;& eſt cauſa quare homines illas addiſcunt cũ difficultate & maximo labore,per longum tempus: & quando in eis ſcientijs ſuis dubitant, non habet principia generaliſſima ad quæ recurrere poſſint, ſicut habet opifex huius methodi,& ſimiliter poſt Theologiam & philoſophiam omnes cæteræ ſcientiæ per iſtã quartam figuram acquiruntur ponendo ſpaciolum pro medio in auctoritatibus aliarum ſcientiarum exponendo authoritates in ſpaciolo ſecundum illum modum per quem E. poteſt ingredi eas deducendo illas ad ſyllogiſmum ſecundum doctrinam quæ iam ſuperius dicta eſt.& dabimus exemplum de hoc; ſicut

1. *Exemplũ.* legitur quod Deus actus puriſſmus:hæc enim authoritas eſt probabilis.per hæc duo ſpaciola B. F.C. & D. F. E. & iſto modo per B. habemus differentiam & per C. habemus quod bonitas eſt magna ratio habens in ſe correlativa magna bona:& diſtincta per D. æterna & primitiva, & per E quietata ratione finis,& per ſecundam ſpeciem regulæ D.Et per primam E. ſunt neceſſaria Et per F. ſunt coniuncta & menſurata infinite, bene & æternè & ab omnia accidente ſeparata. Et ſic facta iſta expoſitione clarum eſt & apertũ quod Deus eſt purus actus in exiſtendo & in agendo,&c. Inſuper legitur in naturali philoſophia quod ex

2. *Exemplũ.* nihilo nihil ſit,& ad exponendum, & declarandum authoritatem iſtam aſſignatur ſpaciolum D.F. E. per D.exponitur quod nihil nõ eſt principiũ,quoniam ſi ſic tunc nihil iam eſſet aliquid quod eſt inconveniens. Amplis per regulam D. oſtenditur quod nihil non poteſt eſſe materia ad aliquid. Quod eſt; Namque ſi de ipſo nihil poteſt fieri aliquid, tunc iam eſſet aliquid,& hoc idem intelligitur de tertia ſpecie regulæ D.Si enim nihil eſſet ſubjectum alicuius, iam aliquid eſſet: regula autem F.ſignificat quod ex nihilo non fit aliquid, neque nihil poteſt eſſe medium, quod ſi eſſet tunc eſſet, aliquid,& per E. intelligitur quod nihil non poteſt eſſe cauſa materialis, neque efficiens,neque finalis, nec de ulla poteſtate poteſt habituari: quoniam ſi eſſet, per oppoſitum iam ſequeretur quod eſſet aliquid. Et ſic patet quod expoſita eſt prædicta auctoritas,& declarata per an-

Occupatio. tedictum ſpaciolum. Non tamen dico quod mundus ſit æter-

3. *Exemplũ.* nus, ſed novus, & inceptus,ut inferius probabitur. Autoritas autem dicens mundum eſſe creatum ex nihilo,poteſt ſic declarari,& exponi per ſpaciolum D.E.F.in quo ponitur quod Deus eſt prior æternitate per poteſtatem ſuam, & intellectualitatẽ, & per tertiam ſpeciem regulæ D. ſuum poſſe non eſt alligatũ, imò liberum. Sic Deus poteſt, & potuit intelligere mundum

* *Hinc.* & ipſum producere ex nihilo. Quare * enim ſequitur quod mundus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mundus actu creationem dei mensurantem suam infinitatem, potestatē, intellectualitatem, atq; primitivitatē, cōsequutus est. Ulterius legitur, quod esse & unum convertuntur; & similiter unum bonum, & verum, &c. Et hæ autoritates possunt exponi per spaciolum B.F.C. & sic de alijs spaciolis B.F.C. Quod est quoniam per B. habemus differentiā inter sensuale. & sensuale. Quod est; namque in lapide est unum esse. & in planta est aliud; & in sensuali aliquid, & sicut est dictum de esse, ita dicendum est de uno, bono, & vero, &c: Namque hæ essentiæ, unitates, bonitas, & veritas sunt transcendentia per omnia, sive transcendunt tam sensibilia quàm intelligibilia. Quamvis essentia plantæ cū essentia lapidis non convertatur. Quod est; quoniam si converterentur: tunc differentia esset destructa & sic ipsum quod quid est; esset peremptum, & perempta consequenter esset demonstratio, & sic sapientia esset destructa; quod est inconveniens, & similiter si bonum, magnum, durans, potens, sapiens, &c. Coessentialia principia non converterentur. tunc concordantia nihil esset; & sic concretum esset distinctum ab suo abstracto; & sic diffinitio non esset essentia tota diffiniti, Insuper aūt patet quod mensura una est in planta, & alia in lapide, & unum medium continuum est una quantitas: & in planta est alia mensuratio, & aliud medium quod non est in sensuali aliud, & sic de alijs suo modo, &c. & sic quo ad litteram auctoritates minime stare poterunt, eo quoniam spaliolum non potest ingredi auctoritas in secundum sensum alligatum, & hoc cum regula G. quoniam correlativa ad unitatem non sunt propria quo ad essentiam, neque quo ad bonitatem, & veritatem, sed appropriata, sic quod quælibet principium communicet cum alio, & sic remanent principia distinguibilia, & concordabilia, & mediabilia, & communes rationes: & quodlibet principium habet propriam quietem per suam propriam essentiam in qua tota sua delectatio consistit, & actum, ad quem nullum insequitur inconveniens. Et ad hoc consensit regula B. cum omnibus alijs regulis, secundum quod de theologia, & philosophia exemplum datum est, declarando cum spaciolis, ita esse faciendum sicut in omnibus alijs scientijs procedendum est, ut de medicina verbi gratia, & de jure, & de moralibus scientijs. Quod est; quoniam si auctoritates continent in se veritatem, tunc spaciola quartæ figuræ poterunt ingredi cum suis diffinitionibus & regulis suis sive speciebus regularum affirmando vel negando. Quod si non possunt ingredi; tunc non est possibile quod auctoritates talium scientiarum sint veræ. Namq; nulla auctoritas constans ex veris & necessarijs principijs contra dicit veritati. Hæc enim est principalis scholæ Kabbalistarum positio, quod est; quoniam dependet à regula infallibili.

4. *Exemplū.*

Regula.

Ratio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. *Modus multiplicationis. 4. fig.*

Primus modus multiplicationis quartæ figuræ in quæstionibus est: ut si quæratur, vtrum mundus sit nouus? cui respondendum est affirmatiue, quoniam potest probari. & probatur in columna prima cuius primum spaciolum est B.C.D. & hoc probatur viginti rationibus, & sicut dicitur de mundo qui significatur per D. & de modo eius, ita dici potest de aliis significatis per C. & D. ut in alphabeto faciendo solutiones cujuslibet significati suo modo. Sicut B. quod significat Bonitatem, differentiam, Deum, Iusticiam & auaritiam, & C. quod significat magnitudinem, concordantiam, Angelum, prudentiam, & gulam, & D. quod significat durationem, contrarietatem, cœlum, fortitudinem, & luxuriam. Et notandum est quod quælibet quæstio particularis habet solutionem implicitam eius quæ potest reduci ad artem vniuersalem tenendo modum eius. Et sicut dicitur de primo modo multiplicationis quartæ figuræ: Ita dicendum est de modis cæteris suo modo. Et hæc sufficiant de multiplicatione quartæ figuræ breuitatis gratia.

Quæstionum particularium resolutio.

Modi reliqui.

DE QUAESTIONIBUS TABULAE
pars tertia, & primo primæ columnæ quæ incipit
B. C. D. CAP. V.

1. *Columnæ spacioli. 1.*

IN primo quidem spaciolo primæ columnæ tabulæ quod est spaciolum B.C.D. quæritur primo, vtrum mundus sit æternus? cui respõdendum est negatiuè. Quoniam si esset æternus, sua ratio esset ab æterno, producens æternum, bonum, & magnitudo magnificaret, illam rationem bonam ab æterno, & in æternum, & semper, ut patet per suam diffinitionem; & æternitas ab æterno & in æternum ipsam productionem durare faceret, & sic nullum malum esset in mundo, eo quia bonum, & malum sunt contraria. Sed malum est in mundo, ut experientia docet. Colligitur ergo quod mundus non sit æternus. Vlterius regula B ponit quod de quæstione pars negatiua sit tenenda ob definitiones supradictas & secundum quod proponimus dicere per regulam C D. dicendo sic, si mundus est æternus sua æternitas est causans tantum durationem duratione maliciæ, quantum durationem boni. Quod patet per primam speciem regulę C. & primam speciem regulæ D. nullum tantum primitiuum, quantum bonum, nullus enim dies est primitiuus neque vltimus. Et per secundam speciem regulæ C. & D. mundus est compositus ex bono & malo ab æterno. Et per tertiam speciem regulæ C. mundus est in æternitate infinitus. Et in bonitate & malicia finitus. Et per quartam speciem regulæ C. mundus habet quietem in generabilibus & corruptibilibus. In generabilibus ratione boni : & in corrupti-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

corruptilibus ratione mali. Et per ſecundam ſpeciem regulæ D. diuina æternitas & ſua bonitas neceſſitant malum & quietem, cauſando æternitatem mundi. Et cum omnia iſta ſint impoſſibilia. Ergo de quæſtione negatiua tenenda eſt. Secundo quæritur, vtrum mundus ſit æternus? reſpondendum eſt quod non. Quoniam ſi eſſet æternus tunc duæ eſſent æternitates differentes, ſcilicet æternitas Dei & æternitas mundi. Et ſic differentia quæ eſt inter ſenſuale & ſenſuale, & inter ſenſuale & intellectuale, & inter intellectuale, & intellectuale, ponit quidem tres æternitates generales differentes Et bonitas ponit ipſas bonas, & magnitudo magnas. Sed hoc eſt falſum & impoſſibile, eo quia differentia ponit ipſas malas ſecundum quid. Et ſic deficit magnitudo bonitatis, & per conſequens bonitas magnitudinis ponit cõfuſionem, quod eſt impoſſibile. Concluditur ergo de quæſtione * 8. negatiua eſt tertia ratio per cameram B.C.T.C. ſi mundus eſſet æternus concordantia innata quæ eſt de eſſentia mundi inter ſenſuale & ſenſuale, inter ſenſuale & intellectuale, & inter intellectuale & intellectuale, eſſet æterna. Et ſic eſſent tres concordantiæ & tres æternitates ſubalternatæ generales, & in magnitudine bonitatis, & æternitatis cum duratione æterna magnitudinis & bonitatis; quod eſt falſum & impoſſibile; eo quia ſunt tres contrarietates ſubalternæ & eis oppoſitæ cum magnitudine malitiæ & æternitatis. Et ſunt aliæ rationes quæ alibi videri poſſunt per omnes cameras primæ columnæ vſque ad cameram T.B C.D. Et quæritur inſuper per ſpaciolum. B.C.D.T. Utrum ſit aliqua bonitas magna immenſa & infinita per bonificationem, ſicut æternitas per durationem? cui reſpondendum affirmativè. Alioquin æternitas non eſſet tota bona neque tota magna, quod eſt impoſſibile. Conſequenter quæritur ſecundo quid eſt bonitas magna & immenſa, cui reſpondẽdum eſt quod eſt eſſentia continens magnos & immenſos correlatiuos per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignificatos Conſequenter quæritur quid eſt magna & immenſa duratio, de quo eſt, cui reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulæ D & per ſecundam eiuſdẽ, & per ſecundam ſpeciem regulæ C. & ad hoc teſtatur regula B. quod ipſa eſt de correlatiuis ſine quibus duratio eſſe non poteſt, quoniam ſunt correlatiua æterna bonitatis videlicet magnitudinis & immenſitatis. Quarto quæritur per ſpaciolum B.C T.B. utrum bonitas poſſit eſſe magna ſine diſtinctione? cui reſpondẽdum eſt negatiuè Alioquin non eſſet actus & perfectio bonitatis naturaliter: ratione cuius bonum non agit niſi bonum, & in omni agere expedit diſtinguere. Apparet manifeſtè quod bonitas non poſſit eſſe magna ſine diſtinctione. Inſuper quæritur quid eſt magna diſtinctio bonitatis? Cui reſpondendum eſt quod ipſa

* Negatiua. Et eſt.

2. Spacioſ ſeu proſeſ- dij.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est actus & perfectio magni distincti boni ratione cuius magni distinctum bonum non agit nisi magnum distinctum bonum. Id est distinguit magnum distinctum bonum. Et ita est perfecta essentia in suis correlatiuis substentata Cum quibus habet pro-

3. *Spacioli.* priam naturam & esse. Et per spaciolum B.C.T.C. quæritur vtrum bonitas possit esse magna sine concordantia? Cui respondendum est negatiuè. Alioquin non haberet esse conueniens cum magnitudine, sed esse contrarium. Et per consequens esset boni repugnaret esse magni, quod est impossibile. Et similiter quæritur de hoc eodem spaciolo. Quid est magna magnitudo bonitatis? Cui respondendum est; quod est illa essentia magnitudinis, bonitatis, resultans ex correlatiuis magnis magnitudinis, bonitatis, in quibus substentata est per secundam

4. *Spacioli.* speciem G significatis. Et per spaciolum B.C.T.quęritur; vtrum

* *D.C.T.D.* angelus sit maior cœlo? Cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin Angelus non posset mouere cœlum. Et sic careret relatiuis cum quibus obiectat Deum. Et sic cœlum esset in maioritate, aut saltem in æqualitate cum angelo quod est impossibile. Consequenter quæritur quid est magna cœli contrarietas. Cui respondendum est quod est ipsa mobilitas, quam habet secundum duos motus contrarios, videlicet secundum eius medietatem mouetur à dextris in sinistrum. Et secundum aliam medietatem à sinistro in dextrum. Dato quod ipsum non moueretur. Consequenter quæritur de quo est magnus motus cœli: Cui

5. *Spacioli.* respondendum est quod est de suis correlatiuis intrinsecis magnis per secundam speciem regulæ G. designatis. Et per spaciolum. B.D.T.B. Quæritur vtrum in æternitate sit differentia? Cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin non haberet correlatiuos cum quibus habet naturam bonam & infinitam. Insuper quæritur bonitas motus cœli de quo est. Cui respondendum

6. *Spacioli.* est, quod ipsa est de seipsa: ut per suos correlatiuos, significatur est. Et per spaciolum B.D.T.C. Quæritur vtrum diuina bonitas & diuina magnitudo se concordant. Cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin diuina bonitas non haberet infinitam magnificationem nec diuina magnitudo haberet infinitam bonificationem. Consequenter quæritur quid est magna concordantia æternitatis diuinæ, & diuinæ bonitatis. Cui respondendum est quod est essentia suorum correlatiuorum, videlicet bonificatiui, æternificatiui, qui conueniunt in vno numero. Et bonificabile, & æternificabile in alio, & bonificare & æternificare in

7. *Spacioli.* tertio. Et hi tres correlatiui conueniunt in vna essentia bonitatis & æternitatis siue permanentiæ. Et per spaciolum B.D.T.D. Quæritur vtrum inter diuinam bonitatem & æternitatem sit contrarietas? Cui respondendum est negatiuè, nisi secundum quo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod minus commune contrariatur magis communi, & inferius suo superiori. Insuper quæritur hæc contrarietas de quo est. Cui respondendum est quod ipsa est de principiis priuatiuis existentibus ex opposito, relatiuis positiuis bonitatis & æternitatis. Et per spaciolum B.T.B.C. quæritur vtrum in simplici essentia bonitatis possit existere differentia & concordantia? Cui respondendum est affirmativè supposito quod ipsa bonitas habet suos correlatiuos essentiales per secundam speciem regulæ C. significatos qui per differentiam plures sunt, & per concordantiam iidem essentialiter sunt. Consequenter quæritur; quid sũt concordantia & differentia in essentia bonitatis? Cui respondendum est per tertiam speciem regulæ C. quod ipsæ sunt idem, ut ipsamet bonitas. Et per spaciolum B.T.B.D. quæritur; supposito quod mundus sit æternus, vtrum in sua bonitate possint esse differentia & contrarietas? Cui respondendum est negatiuè. Alioquin differentia contraria contrarietate posset stare æterna, quod est impossibile. Et quæritur bona differentia de quo est? Cui respondendum est quod ipsa est de suis correlatiuis per secundam speciem regulæ D. significatis. Et per spaciolum B.T.C.D. quæritur vtrum in bonitate cœli æterna possint esse inuicem concordantia & contrarietas? Cui respondendum est negatiuè. Alioquin concotdantia haberet bonum actum contradicendi; & contrariandi ab æterno, & in æternum: quod est impossibile. Quid est insuper contrarietas bonitatis æternæ cœli? Cui respondendum est quod est bonitas in subjecto naturali. Quod habitum est de morali malicia, sicut in homine peccatore. Et per spaciolum C.D.T.B. quæritur quid est magna differentia æternitatis? Cui respondendum est. Quod illa est quam habet æternitas per suos correlatiuos. Et quæritur magna differentia æternitatis de quo est. Cui respondendum est per primam speciem regulæ D. quod ipse est à semetipsa. Namque æternitatis nulla causa potest esse præiacens. Et per spaciolum C.D.T.C. quæritur quid est magna cœli concordantia? Cui respondendum est quod ipsa est à suis correlatiuis cum quibus est hæc, quod est, & mouet se ipsum. Et quæritur, magna concordantia cœli de quo est? Cui respondendum est, quod ipsa est de suis correlatiuis cum quibus habet motum & naturam, & mouet, & naturæ omnia inferiora corpora. Et per spaciolum C.D.T.D. quæritur quid est magna contrarietas prudentiæ & luxuriæ? Cui respondendum est; quod ipsa est moralis contrarietas. Et quæritur de quo est durans moralis contrarietas? Cui respondendum est quod ipsa est durans de habitibus positiuis & priuatiuis ad inuicem resistentibus in subjecto, in quo minime simul stare possunt. Et per spaciolum

8. Spacioli.

9. Spacioli.

10. Spacioli.

11. Spacioli.

12. Spacioli.

13. Spacioli.

14. Spacioli.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

C.T.B.C.quæritur;vtrum Iuſticia & prudentia habeãt magnam differentiam & concordantiam?Cui reſpondendum eſt affirmatiuè. Alioquin non cauſarent magnos actus per magna merita. Et quęritur conſequenter quid eſt magna differentia & concordantia, iuſtitiæ & prudentiæ?Cui reſpondendum eſt,quod ſunt

15. *Spacioli.* magna relatiua cum quibus differunt & concordant. Et per ſpaciolum C.T.B.D. quæritur; vtrum in eſſentia magna poſſit eſſe differentia & contrarietas? Cui reſpondendum eſt affirmativè, ſuppoſito, quod eſſentia ſit compoſita veluti omnis eſſentia. Alioquin talis eſſentia eſſet perpetua. Sed in ſimplici eſſentia re-

16. *Spacioli.* ſpondendum eſt negativè.quare &c. Et in ſpaciolo C.T.C.D. quæritur,quid eſt illa magna contrarietas?ſuppoſito quod in ſimplici eſſentia ſit concordantia & contrarietas? Cui reſponden-dum eſt,quod talis eſſentia eſt impoſſibilis. Et quæritur magna concordantia & contrarietas à quo ſunt?Cui reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulæ D.quod ſunt à ſemetipſis.Alioquin

17. *Spacioli.* ſupra magnitudinem nullum præcederet eſſe. Quod eſt manifeſtè falſum. Et per ſpaciolum D.T.B.C.quæritur;vtrum in ipſa æternitate ſint differentiæ & concordantiæ? Cui reſpondendum eſt affirmativè. Alioquin bonitas in æterno non eſſet,ratio,quod æternum agat bonum æternum. Et æternitas ſiue concordantia haberet aliquod cum quo diſtaret à contrarietate,& ocioſitate. Quod eſt impoſſibile. Et quæritur differentia & concordantia exiſtentes in æternitate de quo ſunt? Cui reſpondendum eſt quod ſunt de ſuis correlatiuis eſſentialibus per primam & ſecũdam ſpeciem regulæ D. Quid eſt in æternitate differentia & cõ-

18. *Spacioli.* cordantia? Cui reſpondendum eſt,quod ſunt ipſamet æternitas. Et per ſpaciolum D.T.B.D. quæritur; vtrum in æternitate poſſint eſſe inuicem differentia & contrarietas? Cui reſpondendum eſt negativè. Alioquin æternitas eſſet compoſita ex pluribus eſſentiis contrariis. Et per conſequens eſſet corruptibilis. Quod eſt manifeſtè falſum. Et ſi quæritur; vtrum cœlum ſit conſtans ex pluribus eſſentiis contrariis. Et tamen ſua duratio ſit æterna? Cui reſpondendum eſt negativè. Alioquin cœlum conſtaret ex

19. *Spacioli.* habitibus poſitiuis & priuatiuis,quod eſt impoſſibile. Et per ſpaciolum. D.T.C.D quæritur,duratio angelica de quo eſt, poſito quod in eius eſſentia ſunt concordantia & contrarietas? Cui reſpondendum eſt negativè. Alioquin eſſentia angelica eſſet de ſuis contrariis, quod eſt impoſſibile. Et ſi quæratur quid eſt duratio angelica? Cui reſpondendum eſt,quod ipſa eſt à concordãtia, quæ ab omni contrarietate remotiſſima eſt. Et per vltimum

20. *Spacioli.* ſpaciolum T B.C.D. huius primæ columnæ quæritur; vtrum differentia poſſit eſſe ſubjectum concordantię & contrarietatis? Cui reſpondendum eſt negativè. Alioquin concordantia ſe haberet ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

beret ad non esse & contrarietas ad esse. Quod est manifestè falsum. Et quæritur quid est differentia in concordantia & contrarietate? Cui respondendum est quod differentia in concordantia est principium positiuum: & in contrarietate est principium priuatiuum. Et si quæratur; de quo durat differentia? Respondetur; quod ipsa durat per correlatiuos concordantes per essentiam ab omnibus contrarietatibus remotam. Et sicut exemplũ dedimus de omnibus spaciolis primæ columnæ: ita intelligas nos dedisse de omnibus aliis columnarum spaciolis vniuersæ tabulæ columnarum octoginta quatuor suo modo, secundum omnes figuras. Quare, &c. Et notandum est quod ista tabula cõprehẽdit omnia quæ implicata sunt in omnibus quatuor figuris.

De reliquis columnis.

Amplitudo huius tabulæ.

DE QVAESTIONIBVS NOVEM subiectorum, quæ sunt partes subiecti scientiæ Kabbalæ: pars quarta. CAP. VI.

De subiecto.

DE primo subjecto significato per ipsum B & est ipse Deus, quæritur primo; vtrum sit? Cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin nihil esset. Consequenter quæritur vtrũ Deus sit necesse esse? Cui respondendum est affirmatiuè. Alioquin nullum esset necessarium. Et si quæratur; quid est Deus? Cui respondendum est; quod Deus est esse nihilo extra se egens, sed omnia entia egent eo. Cuius esse est ipsum optimum & infinitum. Alioquin in Deo non essent omnes perfectiones in vltimo. Et sicut summe bonum non esset summe perfectum. Et quæritur etiam quid habet Deus in se essentialiter? Cui respondendum est per secundam speciem regulæ C. Quod habet bonitatem, magnitudinem & durationem, sine quibus non potest esse immensus & infinitus & super omnem entitatem cum suis dignitatibus. Et si quæratur per tertiam speciem regulæ C. quid est Deus in alio? Cui respondendum est; quod ipse est in toto creato creans: & in omnibus actibus creans. Et si quæratur per quartam speciem regulæ C. quid est Deus cum alio? Cui respondendum est, quod ipse est cum toto creato, siue cum mundo pius, humilis, misericordiosus, potens, iustus, & gratia plenus. Cuius quiditas est ipsa Deitas.

B.
1
2
3
4
5
6

De subiecto C. 1.

De secundo subjecto quæritur, vtrum angelus sit? Cui respõdendum est affirmativè. Alioquin magis similis Deo non reperiretur in natura. Et sic daretur minus & non daretur maius, quod est impossibile. Quod est. Quoniam si vnum relatiuorum reperitur in natura, expedit necessario ut reperiatur & reliquum. Cum igitur minus simile ipsi Deo reperiturin natura, oportet ut reperiatur magis simile. Homo enim est minus similis Deo &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

angelus magis, sequitur quod si datur homo quod detur etiam Angelus in natura. Secūda ratio est quod si in natura reperitur compositum ex intellectuali & sensuali partibus, expedit necessario ut ex intellectiuo & intellecto compositum reperiatur in natura. Sed hoc non potest esse nisi Angelus, ergo Angelus est in natura. Tertia ratio est quod si natura angelica non esset, tūc scala differentiæ & concordantiæ esset inanis & vacua. Sed hoc est impossibile. Igitur impossibile est ut non sit natura angelica.

2 Et si quæratur consequenter; quid est Angelus? Cui respondendum est; quod ipsa est natura intellectualis, cuius proprium est

3 motum dirigere in proprium finem. Et si quæratur de Angelo; quid habet in se? Cui est respondendum quod habet suos correlatiuos in quibus tota sua essentia substentatur. Et si quęratur

4 Angelus quid est in alio? Cui respondendum est; quod ipse est in bonitate bonus & in magnitudine magnus & æqualis in suis correlatiuis videlicet in angelificatiuo, angelificabili, & angelificare. Et si quæratur quid habet angelus cum alio? respon-

5 dum est ei, quod habet cum bonitate bonificare motum & cum magnitudine magnificare ipsum, & cum concordantia concordare motum cum suo fine. Et si quæratur Angelus à quo est?

6 Cui respondendum est per primam speciem regulæ D. quod ipse est ab vnitate suæ essentiæ, quæ nec punctualis, nec linealis

7 est. Et si quæratur; Angelus de quo est? Cui respondendum est; quod ipse est de natura sua potentiali & actuali substentata

8 suis correlatiuis sine quibus esse non posset. Et si quæratur Angelus cuius est? respondendum est quod ipse est Dei. Et hæc sufficiant de Angelo cuius quiditas est ipsa Angelicitas. Quare, &c.

De subiecto D. De tertio subjecto, quod est cœlum significatum per D. quæritur primo; vtrum cœlum sit? Cui respondendum est affirma-

2 tiuè. Alioquin nulla esset stella neque sydus. Et si quæratur; quid est cœlum? Cui respondendum est per primam speciem regulæ C. quod est natura corporalis simplicissima cuius proprium est afferre sydus ad vbi, & ad situm transportare, vel cœlum est corpus sphericum quod variis motibus circularibus mouetur

3 cum stella. Et si quæratur quid habet in se cœlum? Cui respondendum est per secundam speciem regulæ C. quod habet primam bonitatem corporalem & primam magnitudinem corporalem & durationem.

4 Et si quæratur; Quid habet cœlum cum alio, vel in alio? Cui respondendum est quod in elementis est elementatiuum, ut in elementatis habet magnam actiuitatem,

5 & motiuitatem. Et si quæratur per quartam speciem regulæ C. quid est cœlum cum alio? Cui respondendum est quod habet cum motu facere tempus & cum eo calefacere: & cum caliditate segregare & cum frigiditate vnire & aggregare. Et si quæratur cœ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ratur cœlum à quo est? Cui respondendum est per primam spe- 6
ciem regulæ D. quod est à sua naturali * de simplici corporali- *. &
tate. Et si quæratur cœlum de quo est? Cui respondendum est 7
per secundam speciem regulæ D. quod ipsum est de suis corre-
latiuis essentialibus & cœlificatiuo scilicet cœlificabili & cœli-
ficare. Et si quæratur cœlum cuius est? cui respondendum est; 8
quod ipsum est naturæ intellectualis. Et hæc sufficiant de cœlo
cuius quiditas est ipsa cœliciras.

Quartum subjectum significatum per E. Et est ipse homo *De subiecto*
de quo quæritur : vtrum homo possit habere de Deo maiorem *E.* 1.
notitiam doctrina diuisiua, quàm compositiua? Cui respon-
dum est quod per diuisiuam habet maiorem notitiam quàm
per compositiuam. Eo quoniam Deus non est per ea sine quibus
est: sed per ea sine quibus esse non potest. Et quæritur etiã; quid 2
est homo? Cui respondendum est; quod est rationale discursibi-
le, cuius proprium est admirari. Et si quæratur quid habet ho- 3
mo in se? Cui respondendum est; quod habet perfectam bonita-
tem mixti, & magnitudinem & durationem & potestatem sine
quibus non esset homo. Et si quæratur; quid est homo in alio? 4
Cui respondendum est quod in habitu sensitiuo est sentiens : &
in habitu intellectiuo est intelligens; & in volitiuo est volens, se-
cundum naturam duplicem intellectualem, videlicet & anima-
lem. Et si quæratur; quid habet homo cum alio? Cui respon- 5
dum est; quod habet cum suo sensu sentire & cum suo intelle-
ctu intelligere: & cum generatiuo generare sibi simile in specie.
Et si quæratur; à quo est homo? Cui respondendum est; quod
ipse est à temperata mixtione, vel temperamento propinquo.
Et si iterum quæratur; homo de quo est? Cui respond ndum est 7
quod est de suis correlatiuis sine quibus non habet esse quæ sunt
homeificatiuum, homeificabile & homeificare. Et si quæratur;
homo cuius est? Cui respondendum est quod ipse est Dei. Et hæc
sufficiant de homine: cuius quiditas est ipsa homeitas.

De quinto subjecto cuius passiones cõsiderãtur in hac sciẽtia *De subie-*
est ipsũ imaginatiuũ siue imaginatiua : de quo quæritur primo; *cto F.*
vtrũ sit? Cui respõdẽdũ est affirmatiuè. Alioquin animal moue- 1.
retur casualiter, aut esset sine motu. Nãq; imaginatiua in anima
li est primũ mouẽs. Et si quæratur quid est imaginatiua, cui re- 2.
spõdẽdũ est, quod ipsa est potẽtia animę cuius ppriu est repręsẽ-
tare virtuti cogitatiuæ species sensatas, aut ab alia virtute infu-
sas. Et si quæratur; imaginatiua quid habet in se? Cui respõden- 3.
dũ est, ꝙ ipsa habet bonitatẽ imaginationis, magnitudinẽ dura-
tionis, potestatẽ repręsẽtationis phãtasmatum scibiliũ sine qui-
bus nullũ haberet esse. Et si quæratur; imaginatiua quid est in a-
lio? cui respõdẽdũ est, ꝙ ipsa est in animali primũ mouẽs animal

(c) 2006 Ministerio de Cultura

motu voluntario. Eo namque rei privativæ ſimilitudinem re-
4. præſentat, cui imaginativè voluntaria virtus eſt obediens. Et ſi quæratur? imaginativa quid habet cum alio? cui reſponden-
dum eſt, quod cum ſpiritu & naturali calore habet abſtrahere ſpecies ſenſatas à ſenſibus particularibus, quibus figura Penta-
5. goni proportionatur & deſervit. Et ſi quæratur imaginativa
6. à quo eſt? Cui reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ab anima. Et ſi quæratur de quo eſt? reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſuis correlativis, Videlicet de imaginativo, imaginabili & imagina-
7. ri: ſine quibus non habet eſſe. Et ſi quæratur, imaginativa cuius eſt? cui reſpondendum eſt, quod ipſa eſt animalis. Et hæc ſufficiant de ſubjecto quinto ſignificato per F.

De ſubjecto G.

Sextum ſubjectum ſignificatum per G. eſt ſenſitivum, vel ſenſitiva. Circa quam quæratur primò, utrum ſenſitiva ſit?
1. cui reſpondendum eſt affirmativè. Alioquin nullum eſſet ani-
2. mal. Et ſi quæritur, quid eſt ſenſitivum ſive ſenſitiva? cui reſpondendum eſt quod ipſa eſt potentia animæ, ratione cuius a-nima compræhendit congruum & incongruum ſenſatum per
3. ſenſus particulares. Et ſi quæratur, ſenſitiva quid habet in ſe? Cui reſpondēdum. Quod ipſa habet bonitatem, ſenſus com-munis, magnitudinē, durationem, poteſtatem, ſcibilitatē, vo-luntatem. &c. Qui quidem ſenſus communis ſe habet ad ſen-ſus particulares ſicut cētrum ad ſuam circumferentiam, uti figura.



De qua figura dicitur in loco ſuo ſcilicet in tractatu de figu-ris, in quo oſtenditur ipſam ſe habere, ſicuti medietas diametri
4. circuli, cuius circumferentia diuiſa eſt in partes ſex, &c. Inſu-per quærendum eſt ſenſitiva quid habet cum alio, vel quid eſt in alio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

alio? cui reſpondendū eſt, quod in animali eſt primū ſentiendi principium, & ſecundum ſitum movendi. Et ſi quæratur quid habet cum alio? Cui reſpondendum eſt, quod ipſa habet cum 5.
oculo videre colores, & cum auribus audire voces, & cum lingua guſtare ſapores, & cum naribus olfacere odores, & cum nervis tangere qualitates primas. Et ſi quæratur; ſenſitiva à 6.
quo eſt? reſpondendum eſt, quod ipſa eſt à vegetativa tanquam à propria materia, Et ſi quæratur, de quo eſt? Cui re- 7.
ſpondendum eſt, quod ipſa eſt de correlativis ſuis per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignificatis ſine quibus eſſe non poteſt nec activè nec paſſivè. Quæ relativa ſunt ſenſitivum, ſenſibile & ſentire. Et ſi quæratur ſenſitiva cuius eſt? cui reſpondendum 8.
eſt, quod ipſa eſt animalis. Et hæc ſufficiant de ſenſitiva brevitatis gratia: cuius quidem quiditas eſt ſenſieitas vel ſenſibilitas ſive ſenſualitas. De ſeptimo ſubjecto quod ſignificatū *De ſubjecto*
eſt per literam H. quærendum eſt primo, utrum vegetativum H
ſine vegetativa ſit? cui reſpondendum eſt affirmativè, Alio- 1.
quin nulla eſſet planta. Et ſi quæratur vegetativa quid eſt? 2.
cui reſpondendum eſt, quod ipſa eſt potentia animæ, ratione cuius ipſa anima mutat corpus de non animato ad animatum, & mutat mixtum vnius ſpeciei ad eſſe mixtum alterius ſpeciei, ut patet in cibo, mutato in ſubſtantiam cibati, ſecundum univocationem. Et ſi quæratur, vegetativa quid habet in ſe? 3.
cui reſpōdendum eſt, quod ipſa habet primam vegetandi bonitatem, magnitudinem, durationem, poteſtatem, ſcibilitatem, vegetando primum, ſine quibus nequaquam poſſet eſſe. Et ſi 4.
quæratur, vegetativa quid eſt in alio? cui reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in mixto primum generationis principiū & mutationis nutrimenti in ſubſtantiam nutriti. Et ſi quæratur, 5.
vegetativa quid habet cum alio? cui reſpondendum eſt, quod ipſa habet cum calore naturali primo attrahere nutrimentum, ſecundo retinere, tertio digerere & nutrire & augmentum facere. Et ſi quæratur vegetativa à quo eſt? cui reſpondendum 6.
eſt, quod ipſa eſt ab anima tanquam à proprio fundamento & materia: quoniam ſe habet vegetativa ad animam, ſicut forma ad materiam. Eſt enim veluti perfectio animæ ratione cuius anima vegetat vegetatū. Et ſi quæratur; vegetativa de quo 7.
eſt? cui reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de correlativis ſuis eſſentialibus ſine quibus eſſe non poreſt, videlicet vegetativo, vegetabili & vegetare. Et ſi quæratur: vegetativa cuius eſt? cui 8.
reſpondendum eſt; quod ipſa eſt corporis viventis. Et hæc ſufficiant de vegetativa; cuius quiditas eſt ipſa* vegeitas. Subjectū * *Vegetateitas*
autem octavum ſignificatum per 1. eſt elementativum. Sive elementativa. Circa quam quæritur primo; utrū ſit? cui reſpon- *De ſubjecto* 1.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. dendum eſt affirmativè. Alioquin nullum eſſet mixtum ex ele-
2. mentis, Igne videlicet Aere, Aqua & Terra. Et ſi quæratur; quid eſt Elemẽtativa? cui reſpondendum eſt; quod ipſa eſt perfectio formæ ſubſtantialis mixti, ratione cuius elemẽtata exiſtunt in
3. mixto ſub gradu remiſſo, ſecundũ omnes eorum formas. Et ſi quæratur; elementativa quid habet in ſe? cui reſpondendũ eſt; quod ipſa habet honitatem primam mixtionis magnitudinẽ, durationem, poteſtatẽ, ſcibilitatem, amabilitatẽ, virtutem veritatem & gloriam primam mixtionis ſine quibus eſſe non po-
4. teſt. Et ſi quæratur elementativa quid habet in alio? cui reſpondendũ eſt; quod ipſa eſt in elementato primum principium cõ-
5. ſervandi elementa in mixto. Et ſi quæratur; quid habet cum alio? cui reſpondendũ eſt, quod ipſa habet cũ mixto quantitatem
6. terminare infra ſuos limites & quantitatis motũ. Et ſi quæratur; à quo eſt elementativa? cui reſpondendum eſt; quod ipſa eſt à cõpoſitione naturali ex materia & forma, tanquã ab eius materia, cuius eſt perfectio. Et ſi non eſſet elementativa? elementa non manerent in mixto refracta & ſub gradu remiſſo. Et ſic nul-
7. lum eſſet compoſitũ ex quatuor elementis. Et ſi quæratur; elementativa de quo eſt? cui reſpondendũ eſt; quod ipſa eſt de ſuis correlativis ſine quibus eſſe non poteſt, ſcilicet elementativo, elementabili & elementare cum quibus habet eſſe agens & cõ-
8. ſervans. Et ſi quæratur cuius eſt? cui reſpondendũ eſt, quod ipſa eſt entis naturalis. Et hæc ſufficiant de elementativa, cuius quiditas eſt elementeitas. Eſt autem elementeitas actus & perfectio elementati ratione cuius elementatum non agit niſi elementatũ. Nonum ſubjectum ſignificatum per litteram K. eſt inſtru-

De ſubjecto K.

mentatiuũ ſive inſtrumẽtativa. circa quam quæritur primo; u-
1. trum ſit? cui reſpondendũ eſt affirmativè. Alioquin nullũ eſſet
2. ens morale, nec artificiale, ſed omnia vitioſa, & mala. Et ſi quæratur; quid eſt inſtrumẽtatiuũ. ſive inſtrumentativa? cui reſpõdendũ eſt? quod ipſa eſt habitus virtuoſus animæ: ratione cui? animal operatur ſecundum naturam naturalia, & ſecundũ artẽ
3. artificialia. Et ſi quæratur; quid habet in ſe? cui reſpondendum eſt; quod ipſa habet omnes virtutes morales, iuſtíciam videlicet, prudentiam, temperantiam, fortitudinẽ, fidem, ſpem, charitatẽ, patientiam, & pietatem, cõmunes cęteras virtutes morales, quæ poſſũt reduci ad quatuor cardinales per omnia prin-
4. cipia, & regulas huiꝰ nobiliſſimæ ſapiẽtiæ Kabbalæ. Et ſi quæratur, inſtrumẽtativa quid eſt in alio? cui reſpõdendũ eſt; quod ipſa eſt in anima principiũ, primum omnium operationem moraliũ & artificialiũ. Et ſi quæratur; quid eſt cum alio? reſpondendũ eſt; quod ipſa cum Iuſtitia eſt dans unicuique ſuum eſſe, & cũ prudentia dans prudentem interpretatienẽ ſacræ ſcripturę, & veram analogiam ſecundum regulas: & prima principia huius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſapientiæ. Et ſi quæratur inſtrumentativa à quo eſt? cui reſpon- 5.
dendum eſt; quod ipſa eſt; morali habitu ipſius animæ. Et ſi 6.
quæratur de quo eſt; cui reſpondendū eſt; quod ipſa eſt de ſuis
correlativis intrinſecis, ſine quibus non habet eſſe, videlicet de
inſtrumentativo, inſtrumentabili, & inſtrumentare. Et ſi quæra- 7
tur; cuius eſt? cui reſpondendum eſt; quod ipſa eſt animalis per-
fecti Et hæc ſufficiant de inſtrumentativa; cuius quiditas eſt in-
ſtrumenteitas, Et quamuis omne ſubjectū ſit deducibile, & de- *Cur non per*
duci debeat per omnes ſpecies regularū: ramē breuitatis gratia, *omnes regu-*
relinquimus cætera exempla quæ erant danda: & exemplificā- *larū ſpecies*
da omnibus regulis à regula D. ſupra. Et hoc maximè fecimus, *ſubjecta de-*
quoniā in capitulo de regulis implicitè dictum eſt ad plenum. *duxerit.*
Quare, &c. Gaudeat enim vero anim⁹ cuiuslibet ſtudentis meo
ſermone: ſi capax huius ſapientiæ fuerit. Et ſi non capax fuerit
de neceſſitate triſtabitur. Nemo enim eſt diſpoſiturus ad hoc
negotium niſi ille qui optimi ingenij & ſublimis fuerit. Recep-
tū enim nullum recipitur niſi per modum recipientis: cuius ſig-
nū eſt perfectio philoſophiæ Platonis in eo. Quod eſt; quoniā
ubi philoſophia Platonis deſinit, ibi incipit Kabbala ſapientia.

DE QUAESTIONIBUS QUIDITATUM centum formarum, pars quinta.

CAP. VII.

QUAESTIONES quiditatum centum formarum verò *Quib⁹ modis*
tot fiunt modis: vel tot fieri modis poſſunt, quot modis *hæ quæſtio-*
quælibet forma diverſa eſt à novem ſubjectis. Quod eſt. *nes fieri poſ-*
Namque Eſſentia eſt vna vno modo in Deo formaliter; & alio *ſint.*
modo vna in Angelo; & alio modo in cœlo: & alio modo vna in 1. *Exemplū*
homine; & alio modo una in imaginativo ſive imaginativa, & a- *de eſſentia.*
lio modo una in ſenſitivo, ſive ſenſitiva: & alio modo una in ve-
getativo, ſive vegetativa: & alio modo una in elementativo, ſive
elemētativa: & alio modo una in inſtrumentativo, ſive inſtru-
mentativa & alio modo una in modalitate. Ita ut hæ decem v-
nitates diſtinguantur formaliter una ab alia; licet in eſſentia v-
nitatis quælibet ſit una* Sicut enim quando quæritur de unita- **Sic*
te ſimpliciter, & abſolutè utrū ſit principiū omnium rerum pri-
mū & omnium aliarum unitatum? cui reſpondendum eſt affir-
mativè. Alioquin, nec eſſet Deus, nec eſſet numerus, nec eſſet
nihil. Et ſi quærarur quid eſt unitas ſimpliciter? Cui reſpōden-
dū eſt; quod ipſa eſt eſſentia unius primi principij per ſe exiſtē-
tis, quod quidē primū principiū per ſe exiſtens, non poteſt eſſe
aliud niſi illud quod Dc⁹ vocatur: quod quidē primū principiū,
non eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non eſt niſi divinum eſſe conſequenter. Propter quod ſcrutandum eſt de ſua formalitate ſive quiditate, ſive abſtracto: quod non eſt niſi eſſentia Dei: unde eſſentia hæc eſt primitiva ad omnes alias eſſentias, & ſimiliter ſua bonitas, ſua magnitudo, ſua duratio. Quod non eſt ſic de angelica eſſentia, nec de cœleſti, nec de humana. Et ſic patet differẽtia inter eſſentiam divinẽ & eſſentiam creaturarũ. Secundo quæritur; utrũ eſſe & eſſentia convertantur? Cui reſpondendum eſt; quod in aliquo ſubjecto ſic, in aliquo non. Prima pars oſtenditur, quoniam alioquin nihil eſſet convertibile æqualiter cum alio, quod eſt impoſſibile. Secunda pars patet per hoc, quoniam ſi eſſet eſſentia in omni ſubjecto ſiue ens, & entitas converterentur, tunc nihil eſſet ſecundum participationem, ſed omnia eſſent alia per eſſentiam; & ſic non daretur primum ſummè bonum, nec primum ſummè eſſe; & ſic nec vltimum, & hoc modo nihil eſſet, quod eſt contra ſenſum. Et ſimiliter quæritur; utrum unum, & unitas ſimplex & ſimplicitas ſive ſimplicitas, indiviſibile & indiviſibilitas ſive indiviſibilitas æqualiter cõvertantur? cui reſpondendũ eſt; quod in aliquo ſubjecto ſic, & in aliquo nõ. Prima pars patet, quoniã ſi non nihil eſſet unum per eſſentiã: & ſic nihil reperiretur in natura idem eſſe concretum & abſtractum. Quod eſt: Namq; ſi in ipſa natura reperitur unum concretum diſtinctum ratione à ſuo abſtracto: tunc neceſſe eſt, ut aliud reperiatur concretum; quod idem ſit cum ſuo abſtracto ſecundum eſſe, & rationem. Secunda pars patet, quoniam alioquin nihil eſſet quod eſſet diſtinctum à ſuo abſtracto. Et ſimiliter dicendum eſt de unitate divina, quæ eſt abſtractum unius divini: quod quidem unum divinum eſt idem cum ſua unitate; quod quidem unum divinum non eſt nihil eſſe, verum & bonum per infinitam veritatem, per infinitam unitatem, per infinitam bonitatem, ex quibus conſtiturum unum verbum unum eſſe infinitum, & omnipotens, quod quidem eſſe comprehenditur cum uno bono & vero ſimul, ut in hac figura, de qua figura dictum eſt apertè in libello de figuris, ad quem relatio habeatur.

2. De vnitate.

Rurſus

(c) 2006 Ministerio de Cultura



Rursus quærendū est utrū divinæ unitati cōpetat unire in infinitū? cui respondendū est affirmative. Alioquin divina unitas esset finita, & cōsequenter sua bonitas, sua magnitudo, sua posttstas, sua duratio, sua sapiētia, &c. ei attributa, & suæ dignitates essent alligatæ, & non liberæ & in æternitate stetissent ociosæ, quod est impossibile. Consequēter quæritur utrū unitati angelicæ competat unire. Cui respondendū est affirmative; conditionaliter tamen. Namque unus angelus si unit, tunc unit unum loqui moraliter; unum intelligere, unum amare; unū colere. Non autem unum angelum, unum cælum, unum hominē, & huiusmodi, &c. Sed cœlū secundum eius unitatem, est causa effectiva infinitatū horum inferiorum; non tamen secundū primævam unitatē potest unire: sed per continuitatem motus. Et similiter unus homo cum sua unitate potest unire aliū hominem, generando illum. Et sic de alijs cæteris unitatibus, subjectis cæteris appropriatis dicendum est. Et si quæratur utrum Deus sit simplicissima natura, sive simplicissimum esse? Respondendum est affirmativè: Alioquin nulla esset simplicissima bonitas, simplicissima magnitudo, duratio: & sic de cæteris; quod est impossibile. Et si dicatur, ergo in Deo nulla est pluralitas? cui respondendum est: quod est verum, considerando suam essentiam, purissimam; sed considerando correlatiua intrinseca sua essentialia tunc est falsum. Quod est; quoniam, nisi in Deo esset bonificativum, quod idem est quod pater; & bonificatū, quod idem est quod filius, & bonificatio quod idē est quod spiritus sanctus: tunc Deus nō esset bonus. & similiter & taliter respondendum est cōcedendo in Deo nullam esse pluralitatem considerando totalem essentiam sui purissimam: sed considerando correlatiua essentialia sub alio nomine dicta, dici-

3. De natura.

4. De pluralitate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mus quod est falsum. Immo in Deo est pluralitas personarum: sicut est pluralitas correlativorum essentialium quæ sunt deirativum, deiratum & deiratio, quæ formaliter distinguuntur, licet sint idem in vna simplicissima natura. Quarè, &c. De pluralitate angelica non est sic, quoniam est alia natura distincta à natura divina, sive à sua essentia per compositionem ex actu, & potentia, quæ sunt duæ unitates causantes primum numerum qui est numerus binarius, ut alibi declaratum est, videlicet in libello sive tractatu de conditionibus figurarum & numerorũ, qui libellus præcedit hunc libellũ in ordine: consequenter quæritur; an unitas pluralitati repugnat? cui respondendũ est affirmative. Alioquin destruetur oppositio in relativis. Cõsequẽter quæritur utrum natura sit? Cui respõdendum est affirmative, alioquin nullũ ens naturale esset repertum in natura. Et quæritur utrũ sit substantia, cui respondendum est affirmativè: Alioquin nihil esset substentãs accidẽtia, sive substẽs accidentibus. Et similiter possumus quærere de principio utrũ sit, cui respondendũ est affirmative, alioquin nullum esset principiatũ. Et similiter de causa utrum sit, cui respondendum est affirmative. Alioquin nullum esset causatum. Eodem modo de necessario utrum sit? cui respondendum est affirmative. Alioquin omnia essent contingentia, & nihil de necessitate eveniret; quod est contra experientiam. Et si quæratur utrum indivisibile sit? cui respondendũ est affirmative. Alioquin procederetur in infinitũ in dividentibus, & divisis, quod est inconveniens. Et si quæratur utrum sit elementum? respondendũ est affirmative. Alioquin nec esset materia, nec forma, consequenter nec formatũ, & sic nihil esset. Et si quæratur utrum idem sit vel identitas? cui respondendũ est affirmative. Alioquin non reperiretur unum numero in tota natura, sed omnia essent confusa & indistincta. Quæritur ulterius; utrũ simile sit? cui respondendũ est affirmative. Alioquin nihil esset uniforme, & sic relatio æquiparantiæ esset destructa. Et si quæratur; utrũ sit primum? Cui respondendum est affirmative. Alioquin non essent ultimum, nec mediũ, & sic nihil esset. Et si quæratur; utrũ potentia sit? cui respondendum est affirmativè, alioquin nihil esset activum & passivum, quare, &c. Et sicut exempla dedi per quæstionem regulæ B. de his formis ita intelligas me dedisse de cæteris quæstionibus regularum universi alphabeti, combinando ipsas regulas omnes cum omnibus formis de quibus jam factus est sermo supra in parte prima tertij tractatus, ad quæ quilibet Kabbalista recurrere debet ad perfectam intellectionem quiditatum omnium formarum centum. Quas quæstiones brevitatis gratia relinquo, &c.

5. De substantia.

6. De principio.

7. De causas

8. De necessario.

9. De indivisibili.

10. De elemento.

11. De identitate.

12. De simili.

13. De priorio.

14. De potentia.

Quæst. caterar. regular.

F I N I S.

(c) 2006 Ministerio de Cultura



TOTUM CREATUM EST CORPUS
ſphæricum extra quod nihil
eſt.



DVODE-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DVODECIM PRINCIPIA PHILOSOPHIÆ,

M. RAYMUNDI LULLII, QVÆ ET LAMENTATIO SEU EXPOSTVLATIO PHILOSOPHIÆ contra Averroistas, & Phytica eiusdem dici possunt.

Deus cum Tua Altissima Sapientia & Virtute,
Incipit liber lamentationis Philosophiæ.

PRincipum Illustrissimo ac Francorum Serenissimo Regi, Domino Philippo, Iesu Christi munere eiusque admirando inuamine Regalium coronâ excellentissima refulgenti: eiusque dono tam naturæ bonis quam animæ mirificè decorato: Philosophiae iusque principia duodecim, maximo fructuosæ salutis incrementi diutissimè gratulari.

Implorat.io auxilij regij.

QVONIAM certum dignoscitur apud illum esse impetrandum auxiliū qui potestatis claritate triūphat; teque inter Christianitatis Reges præ cæteris fulgérem nouerim potestate, Christianæque, fidei zelo quam maximè & charitate: ideo ad te recurro, tanquam ad vltorem condignum columnamque maximam veritatis, pro iustitiæ auxilio impetrando, de iniuria mihi ab Auerroistis in iis quæ sunt contra fidem illata, asserentibus quod secundum meum modum intelligēdi: videlicet intelligibile quod est meum subjectum: fides catholica est erronea atque falsa: sed per credere ipsam veram esse dicunt: & ideo faciunt mihi valde magnam iniuriam, quia meus intellectus non implicat per intelligere quantum possum: ut de cætero dicant se credere catholicam sanctam fidem & dicant quod non intelligunt ipsam esse falsam. Se autem excusant quod non possunt intelligere quod virgo posset parere filium, nec quod de nihilo fiat aliquid: & sic de articulis fidei, quod concedendum est quo ad sensum & imaginationem, sed non quo ad duodecim imperatrices diuinas in libro de natali tactas. Quæ sunt de principiis Theologiæ. Deo existente subjecto ipsius Theologiæ possunt agere ad placitum, quòd virgo pariat filium, & hmōi: ego autem dupliciter sum Philosophia: videlicet primo cum sensu & imaginatione meus intellectus causat scientiam: pòst autem cum duodecim imperatricibus quæ sunt hæ: divina bonitas, magnitudo æternitas. potestas,

Iniuria quæ Auerroistæ efficiunt philosophiam.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teſtas,ſapientia,voluntas,virtus,veritas,gloria, perfectio, iuſtitia,& miſericordia.Cum iſtis autem ſum ſuperius, & habeo coronã aureã: & cũ ſenſu & imaginatione inferius, habẽs argẽteã.

Philoſophiæ conteſtatio atq; lamentatio.

Ait Philoſophia ſuſpirando atque lachrymãdo, confiteor coram iſtis meis principiis,quę ſunt forma,materia,generatio,corruptio,elementatio,vegetatio,ſenſus,imaginatio,motus,intellectus,voluntas,& memoria: quòd nunquam concepi fraudem, neque dolum neque deceptionem contra Theologiam; imo confiteor quod ſum ancilla eius,ut per ea quæ concipio per animam intelligam entia realia & laudem & benedicam Deum; & per imperatrices.12 de eſſe Dei notitiam habeam atque de eius intrinſeca operatione & ſic de ſuis imperatricibus & de actibus, earum. Heu mihi,triſtiter & doloroſe ait Philoſophia,nunquid vos alia mea principia ſcitis,quod ego talis ſum : & vos (ait Philoſophia) quid eſtis? Omnia reſponderunt (niſi intellectus qui tacuit) dixerũtque quod ipſa erat vera & legalis ancilla Theologiæ. Et tu intellectus (ait Philoſophia) quid dicis? Reſpondit intellectus: ego ſũ quaſi totus peruerſus,cùm Parhyſiis ſit meus diſcurſus in opinionibus,& ideo quid dicere poſſum? meum lumen debet eſſe per claritatem & veritatem; ſed eſt offuſcatum & tenebroſum per falſos errores Philoſophorum : qui ita me ſuffocant quod vix poſſum habere anhelitum & virtutem:aliud remedium non video: niſi ut Dominus per Regem Francorum me iuuet & in breui, quia errores creſcunt & veritates ſuffocãtur. Parhyſij autem eſt fundamentum, cum ſit fama quòd magis ſum in ipſa quam in aliqua alia ciuitate.

XII. Principia Philoſophia.

Raymũdi comitisque infortunium.

Dum ſic Philoſophia lamentabatur & dolebat & alta voce clamabat,heu mihi vbi ſunt religioſi,viri bene literati & deuoti & etiam alij qui me iuuent? dum ſic Philoſophia clamabat, ſuſpirabat,& lamentabatur,accidit quòd Raymundus, Contritio & Satisfactio exibant vrbem loquentes de peruerſo ſtatu mundi in quodam amœniſſimo prato ſub quadam arbore, ſupra quã plures auiculæ cantabant : & inuenerunt Philoſoph am & ſua principia ſupra tacta:quæ ſtabat ibi ut acciperet aliquam recreationem à pulchritudine arboris,& garritibus auicularum, & etiam ibi erat fons valde pulcher. Dominæ autem ſupradictæ & Raymundus quæſiuerunt ab ea quare tam fortiter lamentabatur & dolebat? ipſa autem dixit cauſam & narrauit eis ea quæ ſupra dicta ſunt,hoc dicto Philoſophia rogauit Raymundum & Dominas quod irent ad Regem Francorum & dicerent ea quæ audiuerunt:& quòd ponerent remedium: & imponerent in regis conſcientiam niſi hoc faceret: ſed Dominæ & Raymundus voluerunt ante ſcire ſtatum ſuorum principiorum:placuit Philoſophiæ & dixit quòd forma primo de ſe ipſa loqueretur & ta-

Philoſophia erat Raymũdum comitesque vti pro ipſa deprecentur Regẽ.

XII. Philoſophiæ principiorum explicatio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

li modo quod Dominæ & Raymundus de ipsa notitiam habere possent.

DE FORMA. CAP. I.

AIT forma: ego sum ens quod do esse rei, & sum absoluta & primitiua, eo quòd cum materia prima cõstituo vnam substantiam generalem totius vniuersi.

Dixit forma, sum absoluta compositio ex forma bonitatis, magnitudinis, durationis, potestatis instinctus, appetitus, virtutis, veritatis, delectationis; & perfectionis. Ex omnibus principiis innatis actiue sum vna forma absoluta actiuando. Sum per bonitatem, magnitudinem, & sic de aliis principiis innatis, ex quibus sum constituta & sic sum absoluta.

Sum forma dupliciter sc. substantialiter & accidentaliter: sum ens in potentia ad omnes formas particulares me existentes actu, & ex mea essentia exeuntibus & agentibus substantialibus euenientes & de me & de ipsis formæ accidentales, sunt progredientes & in me & in ipsis sunt sustentatæ & permanentes & ideo absoluta forma sum.

Ait forma. Sum substantia in potentia, hoc est, quòd cum materia constituo vnam substantiam & ideo formæ particulares secundum viam generationis primo existunt in potentia & post existunt actu: & hoc actiuando.

Dixit forma. Non sum priuatio, eo quod sum ens existens actu, sed ratione generationis & corruptionis mei formæ particulares, quandoque sunt antiquæ, quandoque sunt nouæ, quoniam si essem priuatio ratione transmutationis deuenirem in non esse, quod secundum meam naturam est impossibile: eo quod non sum composita ex contrariis: imo ex cõcordantibus ut supra tactum est. Ens autem absolutum per nullam partem contrariam priuari potest.

Ait forma. Imo in quantum sum actio absoluta, ab omni materia sum denudata, aliter non essem absoluta actio: meæ autem formæ particulares in quibus sum diffusa & extensa per omnia individua, idest à materiis particularibus sunt distinctę eo quod actiuæ sunt existendo & agendo aliter: alio modo materia haberet actionem & ego passionem sub ipsa, quod est impossibile.

Dixit forma. Ego tota sum in materia actiuando & materia tota in me passionando, & ideo connexa sum cum ipsa in substantia & nostra accidentia sunt connexa: aliter non essemus vna substantia extensa & continua quod est impossibile.

Ait forma, quia sum in prima materia & in omnibus materiis particularibus & sic de meis particularibus formis actiuando

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oritur ex me ſubſtantialis actio & vera actio prædicamentalis cum qua ago in primam materiam & in omnes materias particulares: & à materia prima oritur paſſio prædicamentalis & ex ambabus oritur motus generalis actiuatus per meam naturam & paſſionatus per ſuam, cum quo motu ſunt motæ ſubſtantiæ exiſtentes in potentia cum ſuis accidentibus ad eſſe actuale nouum genitum & ratione corruptionis antiquatur priuatio & nouatur poſitio & hoc inceſſanter.

Dixit forma Ego & materia vnam analogiam conſtituimus, tamen ego primitiue & ipſa materia ex conſequenti : & ratio huius eſt quia in motu ego ſum incepriua ratione actionis & materia conſecutiua ratione paſſionis. ad quod ſecundum quod finis eius ſum cum ſim propter me & ipſa non propter ſe ſed propter me: & ideo antequam ego deficiam ipſa deficit in particularibus cum non ſit capax ad recipiendum totam meam actionem quo ad inferius , non autem quo ad ſuperius, cum ipſa ſit abſoluta paſſio per naturam.

Rurſus dixit forma. Ego ſum ſimilitudo Dei & materia eſt ſua diſſimilitudo, cum Deus ſit forma & non materia. ad quod ſequitur quod ego ſum magis bona, magna. durabilis, potens, intelligibilis & amabilis virtuoſa, vera, perfecta & glorioſa quam materia: & ideo ſequitur quòd poſſum magis in materiam agere quam materia poſſit pati: ſed tale magis agere eſt in me in potentia & non poſſum ipſum reducere ad actum quia materia non poteſt tempore pati. ad quod ſequitur quod mea eſſentia eſt intenſa per bonitatem, magnitudinem, &c. & materia extenſa & quod incorruptione materia ante incipit deficere quam ego : in generatione autem ego ſum primitiua & materia conſecutiua & ideo ſum magis profunda quam materia cum ſim ſimilis formæ diuinæ, quæ eſt profunda quo ad ſua correlatiua ut puta quo ad diuinas perſonas & ſic de diuina bonitate &c. quæ eſt profunda quo ad ſua correlatiua ratione cuius mea bonitas &c. eſt magis profunda quam bonitas materiæ.

Ait forma. Sum vna in numero priuatiue : hoc eſt quod corrupta vna forma indiuidui reſtauratur in alio indiuiduo genito & hoc abſolute & ideo poſito quod omnia indiuidua eſſent corrupta, ego eſſem reſtaurata in meo ſingulari numero & natura. Et hoc patet per iſtud exemplum : poſito quod de vna maſſa argenti fieret vna ſcutella & vnus ciphus poſtmodum ponerentur in fornacem, corruptis figuris eorum non corrumperetur argẽtum & eſſent in ipſo in potentia alius ciphus & alia ſcutella vel coclear & huiuſmodi.

Ait forma ego ſum conſeruans ſubſtantiam actiuando & hoc propter quod cum ſum finis & materia paſſionãdo cũ ſe habeat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad me & ideo in ipſa conſeruatione abſoluta ſum primitiua, materia autem conſecutiua. ad quod ſequitur quod ſicut generatio ſubſtantiæ conſiſtit per me primitiuè ſic corruptio conſtitit primitiue per materiam & in tanto quòd ego nō deficerem in conſeruando & actiuando ſi materia poſſet ſuſtinere in tantum paſſionādo ipſam conſeruationem: ad quod ſequitur quòd materia eſt magis circa priuationem quam ego ſim in ſubſtantiis corruptibilibus.

Iterum ait forma ſicut dictum eſt de conſeruatione ſubſtantiali, ita ſuo modo intelligi poteſt de accidentali: ut puta albedo contracta in albo & nigredo in nigro & huiuſmodi: quoniam albedo eſt forma accidentalis non materia & ideo cum ſim forma ſubſtantialis mihi competit conſeruatio formæ accidentalis nō autem materiæ & corrupta albedine in albo corruptio primo eſt ex parte materiæ.

Ait forma. ego & materia intrinſece conſtituimus ſubſtantiam indiuiduatam, & ipſa incipit per me ut deinde eſt & accipit augmentum & extenſionem per me actiuando & per materiam paſſionando & in tantum ſe extendit augmētatio quantum pōt pati extenſio materiæ. ad quod ſequitur cōis quantitas intenſa & extenſa: intenſa per me, extenſa per materiam.

Ait forma: ego ſum recepta actiuando in particularibus & materia recipiens & ſuſtinens & hoc patet per iſtud exemplum ignis calefacit aerem & in quantum calefacit ipſum facit ſe receptum actiuando & ponit aerem recipientem caliditatem paſſionando & appetit aer ipſam paſſionem per materiam, & ignis actionem per ſuam formam.

Ait forma: Ego ſum ens comparatiue actu & materia eſt ens in potentia ut patet per iſtud exemplum, in ouo eſt animal in potentia & in ferro gladius & hoc ex parte materiæ quæ expectat meam actionem & hoc eſt quia naturaliter ſum primitiua per actionem & materia conſecutiua per paſſionem ut ſupradictum eſt: & ideo cōpetit mihi eſſe actu & materiæ eſſe potentia.

Ait forma. Ego ſum ens determinatum cum ſim actiua, materia autem eſt ens confuſum cum ſit potentia ratione cuius paſſionis eſt confuſio in potentia ratione materiæ, non autem ratione mei.

Ait forma. Ego ſum ens perfectum, & ideo ſum appetibilis à materia, ratione cuius appetibilitatis in communi appeto agere in materiam & materia pati, ad quod ſequitur, quod materia per me eſt perfecta & non per ſe.

Ait forma Sum mota per formas particulares vna forma particulari genita de alia ſub meis principiis innatis ſupra tactis motis per principia diuina, ut puta mea bonitas per bonitatem diuinam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uinam : mea magnitudo per magnitudinem diuinam & ſic de aliis. Et hoc effectiue, quoniam quanto magis ſubſiſto ſub ipſis tanto magis ſum alta & ſublimis.

Ait forma. Sum mota per octauam ſpheram quæ mouet me in Saturno &c. ſum mota per elementa & per elementata per corpora cœleſtia ſum cœleſtiata:per elementa ſum elementata: vegetata per vegetata:ſenſata per ſenſata: imaginata per imaginata:ſum in aqua frigida mota in quantum ſum potentia ad eſſendum calefacta:in albedine per album albificata ſum mota in generatione & corruptione,non autem ſum mota à priuatione, ut ſupra dictum eſt.

Rurſus ait forma. Non ſum ens exiſtens inter eſſe & non eſſe, quia ſi ſic,non ens iam eſſet ens,quod eſt contradictio. Verumtamen per accidens ſum circa non ens, in ſubſtantia exiſtente in potentia & non actu & ſum veniens in corruptionem quod ad ſuum numerum nouatum.

Iterum ait forma, de me ſunt omnes formæ particulares & vna eſt de alia ſecũdum viam generationis:aliter vna forma non appeteret aliam ad multiplicandum ſuam ſpeciem , nec eſſet ſubjectum in quo eſſet motus ſucceſſiuus: & omnia iſta eſſent contra meam naturam.

Rurſus ait forma,finita ſum & omnes meæ partes indiuiduatæ ſunt,& finite potens ſum naturaliter , ſed impotens reſpectiue quo ad primum qui habet poſſe infinitum & ſuper me poteſt agere miraculoſe ad placitum.

Multa alia dixiſſet forma de ſe ipſa,ſed dimiſit cauſa breuitatis dicens, quod omnia ſunt implicata in eis qui de ſe ipſa dicta ſunt, & hoc relinquimus intellectui ſciẽtifico ſubtiliter intuẽti.

DE MATERIA. CAP. II.

AIT materia ego ſum ens ex quo fit aliquid paſſionando & hoc ſubſtantialiter & accidentaliter,quia dux ſum,quoniam ex me quæ ſum primitiua fit materia particularis quæ eſt ſubſtantialis pars ſubſtantiæ : ut puta materia roſæ,equi & huiuſmodi. Accidentalis autem ſum,ſicut ferrum quod eſt in potentia ad gladium:& Grammatica ad non Grammaticum.

Ait materia Ego ſum ex paſſiua bonitate, magnitudine, duratione,poteſtate,inſtinctu,appetitu,virtute,& hmõi. Et ex omnibus iſtis paſſionibus cognatis ſum compoſita & per totum cœlum & etiam per omnia elementa & elementata ſum extenſa atque mota,& ad meam nudam eſſentiam,& quo ad meum numerum & ideo vbicumque ſim , ſum bene magnè &c. paſſa & mota ſub forma prima,cum qua ſum coniuncta,& cum ipſa vna ſubſtantia:in qua omnes ſubſtantiæ corporales ſunt incluſæ, ſed

(c) 2006 Ministerio de Cultura

maximè ſum mota & paſſa ſub forma prima qui eſt Deus qui cum ſua bonitate paſſionat meam bonitatem & cum ſua magnitudine meam magnitudinem: ipſe eſt meus finis, mea cauſa prima, & ego ſum effectus ſimpliciter eius, contra quem non habeo poteſtatem, nec reſiſtentiam, quia ſi ſic eſſem actiua rebellis & inobediens: & paſſio finita paſſionaret actionem infinitam quod eſt impoſſibile. Põt ergo Deus agere de me ſiue per meam naturam ſiue ſupra meam naturam miraculoſe ut cognoſcatur ſua magna potentia, & virtus infinita, & infinita libertas ſuæ voluntatis infinitæ & etiam ſuum dominium.

Ait matèria, ſum abſoluta paſſio ſub abſoluta forma ſub quã ſum coniuncta & ſicut ex mari deriuantur omnes aquæ fluuiales & ad iſtud reuertuntur, ſic à me deriuantur omnes materiæ particulares & ad me reuertuntur quia abſoluta ſum. Rurſus ait materia. Non ſum ens exiſtens in potẽtia abſolutè, quia ſi ſic ſubjectum, in quo eſſem, ſuſtentata eſſet in potentia & ſic ſucceſſiue in infinitum quod eſt impoſſibile. Sum ergo ens exiſtens in potentia ad omnes ſubſtantias particulares ſub formis particularibus exiſtentes.

Iterum ait materia, ſum ſubſtantia in potentia per hoc, quod de me & per me ſum pars ſubſtantiæ & ſine me ſubſtantia eſſe non poteſt: ſubſtantia quæ ſum in potentia eſt eueniens per generationem aut per artificium: generationem ſicut roſa in roſario in quo eſt in potentia: per artificium autem ſicut eſt in partibus domus, in quibus domus exiſtit in potentia ante quam ſit conſtructa. Ait materia non ſum priuatio: ſed ſum potentia ad priuationem, quoniam per meam impotentiam priuantur materiæ particulares per viam corruptionis ad quod ſequitur priuatio formarum particularium: ut in capitulo formæ tactũ eſt.

Rurſus ait matèria: in mea natura non inuenitur forma quæ ſit ex me atque propter me, quia ſi ſic, non eſſem paſſio abſoluta & ſecundum quid meæ partes eſſent à me ab eſſentia & natura priuatæ; quod eſt impoſſibile, cum ſim ſimpliciter abſoluta.

Iterum ait materia. abſoluta ſum & inquam tum ſum abſoluta non ſum, in partibus nouata: ipſæ autem materiæ particulares ſunt nouatæ inquam tum de potentia in actum ſunt motæ & quando corrumpitur non ſum nouata priuatio quia ſum abſoluta. Ipſæ autem cum ſint particulares in priuatione ſunt nouatæ.

Ait materia. Indiuiduata ſum per quantitatem cum quæ ſum quanta, ut puta longa, lata, & profunda, aut in circulo vel in corpore ſphærico rotunda: ſum qualificata: ut puta in flamma lucefacta, calefacta. & in vino rubro rubefacta, in melle dulcificata, & in terra ponderoſa; & in igne leuificata.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rurſus.

Rurſus ait materia:ſum relata , quia ſum paſſiua ſub forma actiua,& ſum relata ſubſtantialiter & accidentaliter:ſubſtantialiter ſicut in generatione in qua generans generat genitum : accidentaliter ſicut in mœchanicis, in quibus faciens facit ſiue fabricat factum ſiue factibile,& huiuſmodi.

Ait materia : habituata ſum habitu ſub quo ſum paſſionata & de vna ſpecie in aliam mota:ſicut mea paſſiua bonitas quę ſub mea paſſiua magnitudine eſt magna,& econuerſo : & ſic de aliis meis principiis paſſiuis innatis.

Rurſus dixit materia , ſituata ſum in circulo in cœlis, in elementis,in elementatis : meus autem ſitus eſt abſtractus, qui in pluribus ſitibus particularibus eſt diffuſus ipſo permanente in ſeipſo abſolutè.

Item ait materia , in tempore ſum & in ipſo tempore ſum mota ſucceſſiuè extra differentiam inter vnum nunc & aliud; aliter non eſſem in motu ſucceſſiuè continuato,veruntamen ſecundum quod ſum recepta in meis partibus paſſiuis,in vno tempore ſum in vno particulari mota,& in alio tempore in alio particulari me remanente eſſentia indiuiſa eo quòd meus motus eſt abſolutus & per conſequens mea eſſentia.

Rurſus ait materia , in loco abſoluta ſum & inquantum ſum in particularibus diffuſa & contracta in locis particularibus ſum collocata & mediantibus meis partibus de vno loco ad alium mutata , me remanente abſoluta in meo loco abſoluto collocata & ipſe locus in me eſt paſſionatus , & non extra me extenſus cum ſit vna pars de meis accidentibus , cũ quibus ſum coniũcta.

Ait materia ſum prima quo ad meam eſſentiam eo quod ſum abſoluta,ut ſupra dictum eſt,& niſi eſſem cum prima forma conjuncta ipſa exiſtente prima non haberem cum quo eſſem primitiua paſſio , & ſic non eſſem prima materia , & hoc patet quia mea primitiua paſſiua bonitas,magnitudo, &c.non eſſet coniũcta cum primitiua actione bonitas,magnitudo,&c.& ſic priuata prima forma vna particularis forma non poſſet eſſe genita de alia ſic etiam ſi ego non eſſem materia prima, vna materia particularis non poſſet eſſe genita de alia & corrupta vna eſſet ſua eſſentia corrupta , & in vniuerſo eſſet vacuitas genita , & etiam diſcontinuatio,& etiam ceſſatio motus & per conſequens annihilatio ſucceſſiue totius vniuerſi , quod eſt impoſſibile , probatum eſt ergo primam materiam eſſe.

Ait materia,multa alia poſſem dicere de me , ſed longum eſſet narrare.& per ea quæ de me dixi , poſſunt intelligi quæcunque de me poſſunt dici.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE GENERATIONE. CAP. III.

AIT generatio. Ego ſum eſſe, exiens & eueniens, & per meum exitum plura eſſe exeuntia & euenientia me exire, & euenta cum meis propriis correlatiuis ut puta abſolutum, generans, generabile & generare, cum quibus ſum hoc quod ſum. tribus modis maxime ſum exita & euenta ex meis principiis innatis, quæ ſunt bonitas, magnitudo, duratio, poteſtas, inſtinctus, appetitus, virtus, &c. quodlibet iſtorum eſt relatum naturaliter & ex ipſis relationibus ſum exita & euenta, & primo exiens ſubſtantia in potentia, ſecundario ſubſtantia exita & euenta de potentia in actum, tertiò de extra ad intra ut puta nutrimentum, augmentum, & huiuſmodi.

Sum ſubſtantia exiens in potentia genita cum meis accidentibus, ut puta exiſtens in potentia, in lapide, ferro, motu & ſpica in grano & ſperma in animali & huiuſmodi: eſt flamma genita de potentia in actu, & ſic de ſpica, & huiuſmodi, & hoc quia generans generat in ſua propria paſſione, quę eſt generabilitas mediante generare in tanto quod forma particularis eſt genita de forma vniuerſali & materia particularis de materia vniuerſali & particulare connexum de connexo vniuerſali, & omnia illa per meam fœcunditatem & naturam quæ ſum abſoluta, deriuata à primis principiis, ut dictum eſt, & à fœcunditate ipſarum flamma genita ſiue ſpica genita in actu viuit, nutritur & augmentatur ſecũdum ea quæ recipit ab extra, ut puta flamma in lampade ab oleo viuit & in ipſa eſt alia flamma in potentia, ſi addatur lychnum per contactum: & ſic de grano ſeminato in terra in quo ſunt plura grana in potentia, & exeunt in actum per me & in me vegetatiua augmentando, tranſmutando elementata in ſuam ſphæram in grano ſeminato eſt humidum radicale, nutrimentale exiſtens actu & ex radicali generantur plura humida radicabilia, & ex nutrimentali plura nutribilia in granis ſpicæ, & hoc per me bene magnè durabiliter, potenter, &c. formaliter & materialiter mediante motu genito de potentia in actum.

Generatio animãtium.

Ait generatio, dixi de generatione quæ conſiſtit in flamma & in plantis: modo intendo dicere de generatione quæ conſiſtit in animalibus, & hoc ſic. Ouum genitum fuit in potentia in gallina, & hoc per gallum: & fuit deductum in actum, ipſo exiſtente actu eſt in ipſo, alias in potentia deductum in actum per motum & augmentationem principiorum innatorum, & hoc quia bonus & magnus eſt ſuus exitus & euentus: pullus genitus exiſtens actu, exit ex ouo, exiſtit elementatus, vegetatus & ſenſatus, & ipſe comedens granum aut herbam, viuit & nutritur, de eiſque ab extra veniunt granũ elemẽtatũ & vegetatũ: eſt in ſua natura,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

natura, eſt deductum in humidum nutrimentale pulli & humidum radicale eſt tanquam lychnum, ut ita loquar, vivens & ſi ipſum multiplicans per humidum nutrimentale, ſicut flamma per oleum in lampade, pullus eſt ſenſatus, quia ſenſitiva eſt una pars eius, in ipſo fuerunt in potentia actus ſenſitivę utputa videre per viſum, audire per auditum, & huiuſmodi, & reducuntur ad actum per me, quia bonum, magnum, &c. eſt pullus, videt figuram in grano, colorem, & huiuſmodi, & ideo viſibilitas grani non ſenſati per accidens eſt genita, aliter non ſe haberet pullus ad granum quæ viſibilitas eſt genita per me.

Ait generatio & per meam bonitatem, magnitudinem, &c. quæ ſunt in me genita principia ſuperiora innata, ut ſupra dictum eſt. Dum pullus comedit granum ſive herbam, generatur ſapor, & hoc per me & meam bonitatem & magnitudinem, &c. ſapor autem non eſt in grano in potentia, niſi per accidens, ſed proprie, eſt per ſenſum genitus & deductus de potentia in actum, pullus eſt imaginatus per imaginationem ſicut per ſenſitivam ſenſatus: & ideo actus imaginationis conſiſtit in potentia, & reducitur ad actum per ſpecies abſtractas à ſenſibilibus, & ideo gallus imaginatur locum : ubi comedit granum, & ſic de fonte ubi potavit aquam.

Ait generatio, ſicut dixi de pullo, ita poteſt dici de ſpermate in matrice mulieris, & huiuſmodi, in quam venit ſemen cum humido radicali nutrimentali. Radicale autem vivit mediante humido nutrimentali & menſtruo mulieris movet ſe augmentando, lineando, figurando, & huiuſmodi, & hoc per me, quia per meam bonitatem bonum eſt, & per meam magnitudinem magnum eſt.

Ait generatio. Pullus non viuit in aqua ſicut piſcis, nec piſcis in terra ſicut pullus, & ſic de ſalamandra quæ vivit in igne & nõ in aqua, nec in terra, & hoc quia ſum diffuſa & fœcunda per plures modos. Unde cum ita ſit, quid mirum ſi iuſtitia Dei extra meam naturam ſive ſupra agit de me, ad placitum conſervãdo corpora damnatorum in clibano ſempiterno, ſicut ignis qui conſervat ſalamandram in ſua flamma, in qua ſalamandra eſt genita, nutrita & augmentata, & maximè quia iuſtitia Dei eſt magis bona, magna, &c. quam ego ſim ſine comparatione.

Ait generatio. Multa dixi & plura dicere poſſem de memet ipſa, naturaliter ſecundum ſubſtantiam & accidentia, in quibus ſum diffuſa & extenſa & huiuſmodi, bene, magnè, potenter, &c. ſed volo dimittere iſtam materiam & tranſire ad generationem virtutum, & hoc ſic. Iuſtitia eſt habitus (ait generatio) ſub quo iuſtus iuſtè agit, & eſt per me genitus, & primo in potentia poſitus, & ſecundario in actum deductus, & objectivè *Generatio virtutum. & 1. quidem iuſtitia*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per animam humanã nutritus & augmentatus, ipſe habitus eſt deſcenſus ab influentia & fœcunditate principiorum innatorũ, quæ ſunt bonitas, magnitudo, &c. anima autẽ objectando ſpecies iuſti, rocolendo, intelligẽdo & amando generat ipſum de ipſis ſpeciebus collectis. & hoc eſt poſſibile, quia bonum magnum, &c. eſt quod bonum magnum eſt datum à principijs primitivis divinis, utputa à bonitate, magnitudine, &c. ut anima habeat iuſtum intelligere, recolere & amare, cum quibus cauſet iuſtum ſentire, videndo, audiendo, &c. Iuſtũ imaginari objectum & omnia iſta deſcendunt a iuſtitia divina, quæ eſt cauſa primitiva & finis, & ut gentes habeãt pacem, & iuſticia invicẽ, & ſint diſpoſitæ ad bene agendum, & malum euitandum

2. *Prudẽtia.* Ait generatio. Prudentia eſt habitus, ſub quo prudens prudenter agit, eligendo bona & euitando mala, & ante eligendo, bona magna quam parva: & ante dimittendo magnum malum quam paruum, & omne malum ſimpliciter ſi poſſit: ipſe habit' per me eſt genitus, & eſt deciſus ſicut ramunculus à ſapientia, quæ eſt ſuperius, quæ cauſat ipſum de ſimilitudinibus, Poſtmodum per me & per hominem eſt deductus de potentia in actum mediante me ut prudenter agat per animã objectiue & movendo potentias inferiores ad utilitatem corporis ſentiendo & imaginando, ut anima ſit diſpoſita ad agendum ſub habitu prudentiæ: ipſe homo prudẽs eſt, recipiens ſimilitudines entiũ, bonas & malas, bonas eligens per exemplum, & ſic de maliſ vitando ipſas.

3. *Fortitudines.* Item dicit generatio, Fortitudo eſt habitus per quem habituatus eſt fortis corde maxime cauſatus per voluntatem, quæ tendit ad ſuum finem primitiuum optatum ſub ipſo, voluntas habet pœnas & languores per ea quæ eueniunt contra ſuũ agere, per ipſum habitum eſt fortificata & quietata in ſuo vigore, ipſe habitus eſt genitus de ſimilitudinibus objectatis per voluntatem mediante me in quantum in potentia eſt poſitus & per agentem utputa per hominem, per me & per ipſam voluntatẽ eſt deductus practicatus exiſtens actu ſub ipſo habitu. homo eſt bellicoſus contra vitia cum virtutibus iunctis & connexis fortitudini in tantum quod ſenſus nec imaginatio non poſſunt reſiſtere per videre, audire, &c.

4. *Temperãtia.* Rurſus dicit generatio. Temperantia eſt habitus ſub quo tẽperatus temperate agit comedendo, bibendo, induendo, & huiusmodi. Iſte habitus eſt ramus iuſtitiæ ratione æqualitatis ut ſane vivat, & huiuſmodi eſt genitus de ſimilitudinibus collectis per animam, & de potentia in actum eſt deductus per hominem & per me: ipſe autem habitus vivit & durat tantum quantum eſt fœcunditas potentiarum animæ, quas temperate objectat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

objectat ſicut objectare debet:& hoc benè, magnè.&c.

Item dicit generatio. Fides eſt habitus à Deo datus,per quẽ intellectus intelligit ſuper vires ſuas ea quæ per ſuam naturam attingere non poteſt: utputa articulos fidei& huiuſmodi ipſo habitu remanente eo quia eſt genitus de ſimilitudinibus ſuperioribus,utputa de ſimilitudine divinæ bonitatis, magnitudinis,&c. Ego in hoc non ſum generativa naturaliter, ſed diſpoſitiva, inſtrumentativa ſub gratia divinâ. per ipſum habitum cõſiſtit credere:& ſub credere, intelligere. Nam quantum ipſum intelligere aſcendit ad objectum ſuperius tanto magnis aſcendit credere ſüper ipſum ſicut oleum ſuper aquam,quoniã quãto plus aqua aſcendit,tanto plus oleum aſcendit ſuper ipſam,& ideo intellectus per intelligere & per credere idem objectum attingit, ſed diverſimode: ſcilicet magis per credere quam intelligere. *5. Fidei.*

Rurſus ait generatio: ſpes eſt habitus,ſub quo ſperans ſperat adiuuamentum & à Deo veniam:ipſe habitus eſt datus à Deo, & ego ſum inſtrumentum in generando ſpem mediante anima obiectivè : ipſe habitus eſt nuncius inter Deum & hominẽ & eſt fœcundatus per divinas rationes in meis principijs innatis. Ipſe habitus eſt delectatio hominum & conſolatio poſito quod ſit formatus, non dico de illo habitu ſpei deformato ſub quo peccatores permanentes in peccato, credunt ſe habere à Deo adiuuamentũ & veniam,talis autem habitus eſt ſpurius eo quod deformatus eſt & non genitus de illis ſimilitudinibus: de quibus ſpes vera eſt genita quæ ſunt de meis principijs innatis. *6. Spei.*

Itẽ dicit generatio; Charitas eſt habitus ſub quo homo charitatiuus diligit Deum ſuper ſeipſum, & proximũ ſuum tanquã ſeipſum. Ipſe habitus à Deo datus eſt: voluntas humana & ego non ſumus ſufficientes ad generandũ ipſum cum ſit ſuper vires voluntatis exiſtens & permanens: verũ tamen ego ſum diſpoſitio ad colligendum habitum charitatis & ad ipſum generandũ, & divina voluntas ponit ipſum in potentia,& mediante voluntate de ipſo habitu habituata deducit ipſum de potentia in actum, ut agat ſub illo habitu bene,magne,&c. Rurſus ait generatio, ſapientia eſt habitus à deo datus,qui elevat intellectum dando ei ſcientiam infuſam, ut aſcendat ſuper prudentiam diſpoſitam per inferiora,& ut exiſtat ita altus,& ita bene diſpoſit ad intelligendum vera per ipſum habitum ſicut voluntas per charitatem, ſine autem tali habitu eſſet intellectus injuriatus in via cum ſit ita alta potentia cauſata per divinum intellectum ſicut voluntas humana cauſata per divinam voluntatẽ.Sub iſto autem habitu agit ſapienter intellectus, ego autem præparo ſectas quibus utitur. *7. Charitatis.*

Ait

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ait generatio, dixi de ſeptem virtutibus principalibus: & per ea quæ de ipſis dixi, poteſt cognoſci quæ ſunt eſſentiæ ipſarum, quomodo generantur, creſcũt & nutriuntur, & ſic de virtutibus quæ ab ipſis derivantur, utputa humilitas, patientia, conſtantia & huiusmodi: & iſta ſcientia eſt valde præparativa ad acquirendum vitam æternam, cum virtutes ſint viæ eius.

Virtutes à 7. principib. derivata.

DE CORRUPTIONE,
CAP. IV.

AIT corruptio, ſum exitus ab eſſe, in non eſſe, & ideo me habeo contradictorie ad hoc, quod dictum eſt de generatione. Ait corruptio, ſum duplex: uno modo ſimpliciter ſum, alio modo ſecundum quid & accidentaliter. Simpliciter, ut quando aliud amittit eſſe ſubſtantiale, ſicut quando homo amittit formam accidentalem, ut quando aliquis amittit albedinem, quam habebat, dicitur corrumpi ſecundum quid: quia ſecundum illud accidens, quod eſt albedo.

Hoc in loco deſunt hæc aut ſimilia; ſcluti cum homo amittit animam: Tunc enim corrumpi eſſeq; deſinere ſimpliciter dicitur. Corrumpi autẽ ſecundum quid nil aliud eſt quam amittere eſſe accidentale

Rurſus ait corruptio, quando ſubſtantia conſiſtit in potentia cum ſuis accidentibus per viam generationis, ut dictum eſt, & ego ſum ibi in potentia, ut puta in ovo, in quo animal eſt in potentia: ſi frangatur illud ouum, corrumpitur illa potentia, & ego ſum exiſtens de eſſe in privationem [illegible] us animalis

Ait corruptio, corrumpitur flamma in lampade, quando deficit oleum: dum durabat flamma, ego eram in potentia: corrupta flamma ſum deducta in actum. Granum in area habet ſpicam in potentia, & ad conſequentiam contrariam ego ſum ipſa in potentia: & quando granum eſt ſeminatum ſpica eſt genita, per me granum eſt corruptum quo ad ſuum numerum: ſua autem eſſentia tranſmutata eſt in pluribus granis, quæ ſunt in ſpica genita, & in quolibet grano eſt alia ſpica in potentia per viam generationis, & ad conſequentiam contrariam, Ego ſum in ipſis in potentia, & ideo ſum ſucceſſive conſequentia contraria generationi, ipſa generatio evenit ad eſſe, & ego evenio ad privationem ipſius eſſe.

Item ait corruptio, in ſpermate deducto in matricem eſt animal in potentia per generationem, & ego ſum in ſpermate in potentia per viam privationis; quoniam genito animali corrumpitur ſperma, & eſſe ipſius ſpermatis tranſit per viam tranſmutationis in aliam eſſentiam: in qua eſſentia nova ego ſum noviter in potentia Ad quod ſequitur quod generatio & ego ſumus connexæ tamen aliter & aliter: & hoc eſt neceſſe, ut motus naturæ ſit continuus de potentia in actum, & de actu in potentiam circulorum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rursus ait corruptio pullus comedit granum, in quo est spica in potentia: comesto autem grano ait corruptio ego sum deducta in actum successive privando potentiam spicæ & numerum grani: genita autem carne pulli de grano, ego sum in potentia in carne: mortuo pullo, ego sum causa privationis eius, & ideo ostenditur, per quem modum generatio & ego sumus contradictoriæ.

Ait corruptio, multa alia possem dicere de me, sed per ea quæ dicta sunt intellectus bene speculatiuus & actiuus potest cognoscere alia, quæ de me possunt dici. Volo autem nunc transire ad virtutes morales, & ostendere per quem modum corrumpuntur, & vitia generantur eo quod sunt cõtradictoria.

Iustitia Auaritia.

Rursus ait corruptio, iustitia & auaritia se habent contradictorie, & ideo per illum modum, per quem iustitia generata est (ut supradictum est) per oppositum generatur auaritia: dũ autem homo est habituatus de iustitia, auaritia consistit in potentia: & quando iustitia corrumpitur, auaritia exit de potentia in actum: habitus autem auaritiæ est collectus & genitus per malitiam contra finem bonitatis, qui finis est deductus in privationem: & ideo auarus sub suo habitu est malus, & extra quietem, & retinet danda & eius appetitus est perversus, insatiabilis & privatiuus.

Gula. Temperantia.

Item ait corrupuio, gula & temperantia sunt contradictoriæ, & ideo genita temperantia ego sum in subjecto in potentia, quia corrupta temperantia genita est gula, & deducta de potentia in actum: & ideo ostensum est, per quem modum habitus gulæ est de malitia genitus, & perversus appetitus; ad quod sequitur, quod homo gulosus est sine quiete, cum extra finem sit deductus & privatus: & ideo quando multum comedit, dolet respectu nimiæ comestionis, & quando parum comdit, & non habet quid comedat, etiam dolet, & semetipsum disponit ad infirmitatem, corruptionem & mortem.

Luxuriæ Castitas.

Dicit corruptio, luxuria & castitas sunt contradictoriæ. Castitas est habitus genitus de similitudinibus principiorum innatorum, & luxuria de dissimilitudinibus eorum & ideo similitudines virtutum, & dissimilitudines sunt contradictoriæ, ad quod sequitur, quod habitus castitatis & habitus luxuriæ sunt habitus contradictorij per bonam magnitudinem & per malam, per bonam durationem & per malam, per bonam potestatem & per malam, per bonum instinctum & per malum, per bonum appetitum & per malum, per virtutem & per vitium, & per formatam veritatem & per difformatam, per formatam dilectionem & per difformatam, per perfectionem & imperfectionem, & huiusmodi.

Rursus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Superbia Humilitas

Rurſus ait corruptio, ſuperbia & humilitas ſunt contradictoriæ, & ideo quando generatur humilitas, corrumpitur ſuperbia, & econverſo: ad quod ſequitur, quod humilitas eſt contra omnia vitia quæcunque ſint, & ſuperbia contra omnes virtutes: & ideo ſequuntur duo habitus, unus contradictorius, & alius contrarius: & contrarius oritur à contradictorio eo quod termini magis diſtant per contradictoriam quam per contrarietatem. Ego autem ait corruptio ſum intenſa per contradictoria, & extenſa per contraria, & in iſto paſſu oſtenditur per quem modum generatio & ego ſumus contradictoria & oppoſita in moralibus: unde cum ita ſit homo ſuperbus, eſt habituatus de ſuperbia contra ſua principia innata, ratione cuius eſt inquietatus: & quia homo humilis eſt habituatus de humilitate conſtituta, de ſimilitudinibus principiorum innatorum eſt quietatus, patiens, benivolus, prudens juſtus, & huiuſmodi.

Fides. Infidelitas

Ait corruptio, Fides & infidelitas ſunt contradictoria. fides autem eſt habitus (ut dictum eſt) cap. de generatione, Infidelitas eſt habitus conſtitutus ex ſimilitudinibus contradictorijs, & ideo infidelis contradicit articulis fidei: & hoc duobus modis, credendo & intelligendo, ſicut Sarracenus, qui non credit Deum eſſe trinum in perſonis & verbum divinum incarnatum, & huiuſmodi: alio modo ſicut Auerroiſta Chriſtianus, qui aſſerit quod ſecundum modum intelligendi impoſſibile eſt Deum eſſe trinum in perſonis, & verbum incarnatum: ſed dicit ſe credere quod Deus ſit trinus et incarnatus, cum ſe dicat eſſe Catholicum, & ideo Catholicus & Sarracenus ſe habent contradictoriè: & etiam Catholicus & Averroiſta, quoniam ſi vero & ſimpliciter eſt impoſſibile trinitatem & incarnationem eſſe, impoſſibile eſt fidem Catholicam veram eſſe. Fides autem eſt habitus ſub quo Catholicus verus ponit altitudines divinarum rationum per infinitatem omnimodè ſimplicem: Satracenus autem & Averroiſta negant, & ideo Catholicus ponit Deum eſſe habentē bonitatem optimā, infinitam, magnitudinem, maximam infinitatē, &c. & eſt Dominus naturæ creatæ licentians ipſam naturam, quod ipſa agat naturaliter, & quod non ſit aliquid reſiſtens ei quod impediat, quod nō poſſit agere ſuper naturam ad placitum & miraculoſe, & hoc ponit fides per infinitam bonitatem & magnitudinem, &c. ad quod ſequitur quod fides eſt poſitiva & infidelitas per me priuativa. Dico per me quia intellectus per me eſt corruptus & perverſus, & hoc quia homo infidelis vilis eſt.

Rurſus ait corruptio, ſpes & deſperatio ſunt contradictoria. ſpes autem habitus genitus eſt, ut dictum eſt, & quia ſum contra magnificationem per me deſperatio genita eſt: & eſt genita de contra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de contradictorijs principiorum ſpei. Spes autem eſt contra me per iuſticiam, prudentiam, &c. Et ego ſum contra ſpem, per auaritiam, gulam, &c. & ideo deſperatus ſemper eſt in triſtitia, & dolore, & quia ſuus habitus qui eſt deſperatio, eſt conſtitutus de multis malis magnis durabilibus, &c. Sub quibus habet carentiam, de omnibus magnis bonis. Charitas & crudelitas ſunt contradictoria, ad quod ſequitur quod crudelitas eſt habitus conſtitutus de ſimilitudinibus contradictorijs principiorum ex quibus eſt cõſtituta charitas, & ideo crudelis plus diligit ſemetipſum quam Deum: & ſemetipſum, quam proximũ ſuum, ad quod ſequitur quod finis appetitus eſt perverſus, cum quo eſt contra iuſticiam, prudentiam, &c. & eſt privatus ab omni quiete, & in faciendo malum credit invenire quietem: ſed non invenit, cum facere malum ſit, per habitum priuationis & corruptionis. Sapientia & ſtulticia ſunt habitus, qui ſe habent contradictorie: & ſunt conſtituti de principijs contradictorijs, ex quibus ſequitur contradictio, & ideo ſtultitia poteſt cognoſci per ea quæ dicta ſunt de ſapientia. homo ſtultus habet intellectum perverſum, cum qua perverſitate quando credit facere bonum, facit malum, & econverſo: homo autem ſtultus eſt meus magnus amicus, non autem homo ſapiens, eo quod amicus eſt generationis in bonis, magnis, durabilibus &c. Finivit corruptio ſermonem ſuum, & dixit quod ſatis apertè dedit notitiam de ſeipſa, per ea quæ dicta ſunt.

Charitas.
Crudelitas.

Sapientia.
Stultitia.

DE ELEMENTATIVA.

CAP V.

DIXIT elementativa, ego ſum virtus naturalis progredens à formis elementorum ſubſtantialibus & accidentalibus. A ſubſtantialibus, quia ex quatuor formis elementorum ſum conſtituta: & ab accidentibus: quia ex quatuor qualitatibus ſum conſtituta, utputa ex caliditate, frigiditate, humiditate, & ſiccitate, & ſic de alijs accidentibus: & ſicut dixi de formis ſubſtantialibus, ita dico de quatuor materijs elementorum. Per formas autem ſum activa & per materias paſſiva, & ideo tota ſum progreſſa ex ipſis, & tota in ipſis permanens. Elementa autem inquantum ſunt habitus, ſunt ſub me agentia & patientia in generabilibus & corruptibilibus. ſecundum quod dictũ eſt de generatione & corruptione, & de forma & materia.

Ait elemẽtativa, principia innata elementorum ſunt bonitas magnitudo, duratio, &c. & ipſa principia in ipſis exiſtentia ſunt in me contracta mediantibus elementis, ut habeam naturam ipſo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipſorum principiorum, bonam, magnam, etc. ſub qua natura ſunt elementata, metalla, plantæ, & animalia.

Rurſus ait elementativa, ignis eſt ſubſtantia ſimplex, & dicitur, quod eſt ſimplex per hoc, quia habet ſuam formam, materiam & accidentia ſpecifica, & ſimpliciter in ipſo contracta, ut ex ipſis ſit ſubſtantia diſtincta ab alijs elementis. Et ſicut dico de igne, ita intelligitur de ſimplicitate aliorum elementorum: ad quod ſequitur, quod mea natura eſt ſimplex, quam ſimpliciratem deduco in elementata, per viam generationis. Element. componuntur invicem, ut patet per quatuor maſſas ſenſibiles, ut puta flamma eſt calida & ſicca, aer humidus & calidus: per frigiditatem frigidus, aqua in olla percuſſa à flamma eſt calida: per aerem humida, terra per aquam frigida & per cõſequens per aerem humida & per flammam calida, per iſtas autem quatuor maſſas, ait elementativa, ſum compoſita, & habeo naturam compoſitam, quam compoſitionem deduco in elementata per me compoſita, ſicut caliditas eſt propria paſſio ſive qualitas ignis & hoc ſimpliciter, & humiditas aeris, & frigiditas aquæ, & ſiccitas terræ. quia ſic ipſæ qualitates conſtituuntur in me ſimpliciter, & quia per accidens componuntur ratione compoſitionis elementorum, ſic in me ſunt compoſitæ & ipſæ ſecundum quod ſunt in me intrant elementata & in ipſis habent permanentiam.

Quatuor ſunt colores principales ait elementativa, ſcilicet luciditas quæ ſimpliciter eſt color ignis, diaphanitas quæ ſimpliciter eſt color aeris: albedo aquæ: nigredo terræ. Et imò iſti colores ſunt in me ſimpliciter & quia componuntur elementa & ego ſum compoſita, & ipſi ſunt in me compoſiti & ideo naturaliter deduco ipſos colores in elementata quo ad ſimpliciratem & compoſitionem. Colores autem intenſi in elementatis ſimpliciratem ſignificant: colores extenſi & confuſi ſignificant compoſitionem.

Ait elementativa. Ignis & aer habent levitatem: aqua & terra ponderoſitatem & per hoc ſequitur motus à ſuperiori ad inferius & è converſo & ratione obuiationis per accidens quòd habet naturam aſcendendi. Et è converſo ſecundum magis & minus in ſubjecto, in quo ſunt, deſcendit. Ex hoc generatur motus rectus & obliquus & ſecundum quod ſunt & eueniunt in me. ego extenſa per omnia elementa cauſo illos motus rectos & obliquos.

Rurſus ait, elementativa, quia quatuor ſunt elementa & quodlibet agit in aliud, ut pura ignis in aerem calefaciendo, & aer in aquam humectando, & aqua in terram frigefaciendo & terra in ignem deſiccando, oritur motus circularis continuus & quia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quia mea essentia est ex ipsis meus motus in parte est circularis naturaliter, quamquam naturam pono in elementis.



Dixit elementatiua, per ea quæ dicta sunt per me & de me cognoscitur mea essentia & mea operatio in elementatis, nutrimentum, augmentatio, generatio, corruptio, & huiusmodi.

DE VEGETATIVA.

CAP. VI.

AIT vegetatiua, ego sum virtus contracta in vegetato, cuius sum anima, per quam ipsum vegetatum est vegetans, & per quam ipsa vegetabilitas est sua propria passio, & vegetare abvtroque est processum. Vegetans autem vegetat de elementatis in sua propria passione transmutatis & vegetatis peregrinatis & acquisitis mediante vegetare ex peregrinato in vegetare extrinseco, nutrito, genito & augmentato ex mea essentia quæ sum vegetatio.

Dixit vegetatiua, habeo tres species in mea natura quæ sunt generatio, augmentatio & nutrimentum. De istis autem speciebus dictum est cap. de generatione. Ego autem sum vna pars mundi diffusa & extensa in arboribus & animalibus. Mea principia innata sunt bonitas, magnitudo, duratio, potestas, instinctus, appetitus, virtus &c. in me contracta & specificata ex istis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

omnibus eſt mea eſſentia & natura : & omnes meæ operationes & meus motus.

Ait vegetatiua, arbor eſt bona & eſt bona per bonitatem, eius ſum ego, ſum ergo bona. Ex mea bonitate abſoluta in me contracta arbor animã, recipit generationem, augmentum & nutrimentum. Sua bonitas autem ſic viuit & creſcit de bonitate elementorum ſicut flamma in lampade de oleo. Et ideo ſi arbor bonum fructum facit, ipſe fructus eſt generatus, nutritus & augmentatus in mea bonitate & de mea bonitate & in me permanens. Et quia mea bonitas eſt ſecunda, per meam bonitatem eſt poſitus alius fructus in ipſo fructu in potentia & hoc bonum eſt ut mea bonitas ſit permanens & de vna ſpecie in aliam tranſiens, ut mea natura bona non ſit ocioſa nec in nihilum deducta.

Dixit vegetatiua, in me eſt contracta magnitudo in me ſpecificata & nutrita & data eſt mihi, ut ſit mea natura magna per ipſam, eſt arbor magna habens magnam quantitatem, virtutem & naturam cum quibus habet aliam arborem in potentia: & quando illa arbor, quæ eſt in potentia, eſt deducta in actum, habet aliam arborem in potentia, ut ego ſim magna vegetatiua: magna autem non poſſum eſſe ſic ſucceſſiue ſine magnitudine elementorum ex qua augmento magnitudinem arboris. Magnitudo autem elementorum non ſufficit ad hoc niſi magnitudo cœli ſit efficiens per motum. Motus autem eius eſt magnificatus per magnitudinem, quæ eſt ſuum principium innatum à diuina magnitudine tantum: quæ magnitudo eſt affectrix magnitudinis cœli & magnitudinis elementorum & facit meam magnitudinem: & hoc eſt quia eſt ambiens & finis ſuper omnes magnitudines extrinſecas: & ſi mea natura poſſet tantum pati quantum magnitudo diuina poſſet dare in me magnitudinem; tunc extenderet meam magnitudinem in infinitum. Sed nõ pót quo ad me quia non poſſum recipere infinitatem, cum ipſa infinitas non poſſet eſſe de mea natura nec in mea natura permanens: & ideo confiteor quòd plus põt cauſa in ſuo effectu dare magnitudinẽ quã effectus poſſet ipſam recipere, & hoc dignum & iuſtũ eſt cũ cauſa ſit altior per finem quã effectus eius. Et de hoc exemplũ habemus per formã & materiã, quoniã forma habet altiorẽ finẽ quã materia cũ det ei eſſe. & non propter hoc ſequitur ocioſitas in forma ſi materia nõ poſſit tãtũ recipere eſſe quãtũ ipſa poteſt dare: eo quòd eſt permanẽs in ſua intenſa magnitudine actiua & materia in ſua extenſibilitate paſſiua.

Ideo dixit vegetatiua, maledicũt illi qui aſſerũt quòd diuina magnitudo nõ poſſet magis augere ſiue ꝓducere magnitudinẽ in mũdo quã mũd⁹ recipere, quæ magnitudo dũ intrinſecè non exiſtit ocioſa in ſua intenſa natura ſicut intellectus diuinus, qui eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt in tanto magnus per ſuum intelligere, quantum eſt magnus per ſuum exiſtere: non eſt ergo Deus ocioſus per magnitudinem intrinſecè ut nec extrinſecè probatum eſt.

Ait vegetatiua, ſũ durabilis p durationẽ in me cõtractã & ſpecificatã in meis indiuiduis, ut puta in roſa, lilio & viola, & ſic duro & perſeuero de vno indiuiduo in alio ſucceſſiue. poſtquã duratio eſt mea anima ſubſtantialiter nata & abſoluta, & in meis particularib⁹ diffuſa & ꝑfũda, & ſi nõ durat iſta roſa, iſta viola, non propter hoc ſũ ocioſa, quia duro in alia roſa, & in alia viola, deductis de potẽtia in actum, duro autem dum ſunt in potentia & etiam quando eueniunt in actum, & quando corrumpuntur, remaneo in me abſoluta duratione, & natura.

Dixit vegetatiua, potẽs sũ. Poteſtas autẽ quã habeo eſt mea natura mihi data & contracta à poteſtate abſoluta in me ſubalternata. Dico autẽ quòd eſt abſoluta p hoc quia habeo poſſe in roſa & viola, & etiã in equo, homine, & huiuſmodi. Poteſtatem autẽ quam habeo in iſta roſa, habeo formaliter & materialiter, per hoc, quia poteſtas ipſi⁹ roſæ eſt de mea poteſtate abſoluta, & ideo ſua poteſtas eſt de mea poteſtate genita, augmẽtata, & nutrita, & ſi ipſa roſa poſſet habere tãtã poteſtatẽ, quãtũ mea poteſtas eſt abſoluta, ipſa eſſet tantũ magna quantũ eſt mea, quod eſt impoſſibile: quoniam ſpecies ipſius roſæ hoc nõ poſſet ſuſtinere, nec etiã mea natura. Quia particulare non poteſt eſſe ita potens, ſicut vniuerſale: & ideo licet mea poteſtas non poſſit tota capi in iſta roſa nõ propter hoc ſequitur, quòd ſim ocioſa, nec corrupta: & corrupta ipſa mea poteſtas eſt ſpecies in roſario: & poſito, quod roſarium eſſet corruptum; & etiam omnes aliæ arbores: mea poteſtas eſſet permanens in mea abſoluta natura, ſubalternata à prima poteſtate in me contracta, & ipſa forma à divina cauſata.

Rurſus dixit vegetatiua, habeo inſtinctum mihi datum in me ſubalternatum & naturatum, cum quo inſtĩctu habeo naturam in cauſando in roſario talem roſam ſic figuratam, foliatam, coloratam, ſapidam, quaſi haberem intellectum ad hoc faciendũ, ſicut pictor per ſuum intellectum & ſuam imaginationem pingit talem roſam in pariete, & ſicut dico de roſa, ita poteſt dici de lilio, viola, & huiuſmodi.

Item dixit vegetatiua, habeo appetitum cum quo vegetare appeto vegetata. Ipſe appetitus eſt mihi datus per appetitum ſuperiorem in me contractum, & in me abſolutum, ſubalternatum, cũ quo habeo appetitũ ad iſtã roſam, ad iſtud lilium, & ad iſtam violã: & ideo quales appeto, tales habeo: tũ indigeo adiumamẽtũ à primo motore, qui eſt prima cauſa, ut puta divina voluntas, quæ per meũ appetitũ eſt ſignificata: ipſa aũt eſt abſoluta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& meus appetitus eſt ſubalternatus, & per ſuam virtutem in partibus contractus: ego in mea natura per meum appetitum ſum ſuſtentata.

Dixit vegetatiua, ſicut exemplificaui de bonitate, magnitudine, &c. in oſtendendo meam eſſentiam & naturam, meas operationes, & mea primitiua principia, ſic poſſem dicere de mea virtute, veritate, delectatione, perfectione, & huiuſmodi.

DE SENSITIVA.

CAP. VII.

DIXIT ſenſitiua; Ego ſum virtus & natura, per quam ea quæ ſunt, in me ſunt ſenſata & naturata de mea natura: ut puta elementatiua, vegetatiua, imaginatiua cum omnib' quæ in me habent, & hæc per ea quæ dicta ſunt de mea forma, generatione, & corruptione nota ſunt intellectui bene intuenti & de ſcientia naturali habituato.

Ait ſenſitiua, in me ſunt plures formæ euenientes, & plures materiæ cum accidentibus earum, ut dictum eſt. ſ. elementatiua, vegetatiua, & imaginatiua, & ſimul conſtituunt vnam naturam: & in mea naturali relatione, & mea relatio in ipſis componimus animal iunctis relationibus earum in me, ut puta ſentiés, elementans, vegetans, imaginans, tanquam vna forma, etiam ſenſibile, elementábile, vegetabile, imaginabile, tanquam vna materia, ſentire, elementare, vegetare, imaginari, tanquam vna natura connexiua, & ideo per talem modum conſtituimus animal compoſitum ex prædictis potentiis, quod per me eſt ſentiens, ſenſibile, & habet ſentire elementando, vegetando, &c.

Ait ſenſitiua, meæ relationes prædictæ per principia innata ſunt conſtitutæ, & relatæ: ut puta per bonitatem, magnitudiné &c. iſta ſunt principia noſtra ſubalternata à principiis ſupremis deſcendentia, tanquam à cauſis primitiuis, ut puta à diuina bonitate, magnitudine, &c. ſub quibus principia noſtra comprehenduntur ad placitum, ſicut finitum compræhenditur per infinitum, & nouum per æternum & huiuſmodi. Et ſi nos plus poſſemus recipere fœcunditates & influentias ſuperiores, ipſæ poſſent plus agere in nobis, ſed non poſſumus, quia finitas naturas habemus, & finitas relationes, & per conſequens nouas, & quia inter infinitum & finitum, æternum & nouum, nulla eſt proportio, ſicut euenit in me elementatiua ut ſit in me ſenſata: ſic ego & ipſa ut ſemel elementata: & per hoc ſum ſentiens in ſubjecto ſenſato in quo ſum: hoc eſt ipſum per me habet ſenſum agentem cum quo ſentit calorem, frigiditatem, famem, ſitim, dolorem, delectationem, & huiuſmodi; aliter non habé-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rem

rem actionem, nec naturam agentem , quod eſt impoſſibile. Quoniam deficiente mea ſenſitiuitate deficeret propria ſenſibilitas,& per conſequens ſentire, & meæ relationes nihil eſſent in natura,nec aliæ relationes in me venientes ſupra tactę.

Rurſus ait ſenſitiua,vegetatiua eſt in me ſenſata,quæ per motum eſt iũcta ſuis tribus ſpeciebus in ſuo capit. prætactis,ad quod ſequitur in mea natura generare,nutrire & augmentare:per generare genero ſenſibilitates,ut puta per potentiam viſiuam viſibilitatem:per auditiuam audibilitatem , & huiuſmodi. Ipſa autem nutrio & multiplico per objecta extrinſeca, ut puta per colorem lapidis & figuram ſimilitudines ponendo eorum in mea ſenſibilitate, abſolutaque eſt mea propria paſſio , in quo facio ipſas ſenſatas,hoc eſt viſibiles,cum quibus per accidens facio lapidem viſibilem,qui lapis non eſt ſenſatus.

Ait ſenſitiua,roſarium non eſt per ſe potens , quod producat roſam de potentia in actum ſine poteſtate cœli, nec ego à ſimilî ſum potens per meam poteſtatem ſine poteſtate cœli,ut faciam lapidem viſibilem. Et ſicut dico de poteſtate,ſic dico de mea bonitate,magnitudine,&c.quę requirunt habere adiuuamentum, naturaliter ad bonificandum & magnificandum viſibilitatis lapidis. & magis indigeo adiuuamento per primitiuam bonitatem,magnitudinem,&c.quæ ſunt primæ cauſæ: quam per ſecũdarias. Et quia magis indigeo primis cauſis quam ſecundariis: magis ſum paſſa ſub primis quam ſub ſecundariis. Et ſicut ſecũdariæ me lædunt in meis ſenſibus exterioribus cauſa infirmitatis,multo magis & ſine comparatione cauſæ primæ poſſunt agere in me ad placitum,& ſuper meam naturam miraculoſe.

Dicit ſenſitiua : meus appetitus eſt , quod ſenſus ſit ſentiens ſiue agens , ut habeat actiuam naturam , & per conſequens paſſiuam & connexam perſentire. Et ideo quando habeo licentiam ad agendum naturaliter per me meus appetitus eſt quietatus ſiue in quieſcere , & quando aliquid ad extra me impedit , per meam naturam eſt mihi odibile, ut ita loquar,ſiue horribile, ut puta quando appeto videre,aut audire,aut comedere, aut bibere,& huiuſmodi.

Item ait ſenſitiua , meus appetitus habet duas ſpecies inter alias,vna eſt intenſitas & alia extenſitas. Sua autem propinquitas eſt ſub ſua intenſitate , & ſua ſubſtantia ſub ſua extenſitate: ſicut nimia caliditas in aqua feruente , eſt magis per me ſenſibilis,quam frigiditas in glacie ſiue in niue. Ratio huius eſt,quia magis eſt nociuum ſubjectum ſenſatum , nimis calidum quam nimis frigidum , cum ignis ſit magis actiuus quam aqua : hoc idem poſſum dicere de odorabili & viſibili,quoniam nimius fœtor eſt magis nociuus,quam ſit magnus odor delectabilis; & ſic

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de videre ſuo modo & de aliis ſecundum quod eueniunt obiecta magis intenſa aut minus intenſa.

Rurſus ait ſenſitiua anima, abſoluta ſum in ſenſato, hoc eſt, per ſenſum communem & particulata ſum in ſenſibus exterioribus,& ſubalternata ſum in quolibet ſenſu exteriori,ut puta in potentia viſiua quæ ſentit organum, ſcilicet oculum qui poteſt videre album & nigrum,& colorem tertium confuſum:ipſa autem potentia viſiua eſt tantum generalis ad videndum colorem confuſum,ſiue mixtum in colorato, quantum albedinem intẽſam in albo : & ſic de nigredine intenſa : ſed color confuſus non eſt tantum diſpoſitus, ut ſit per eam obiectatus ſicut color intẽſus, & ideo patet per hoc quod non deficit potentia viſiua quo ad ſe,ſed ſubiectum deformatum & improportionatum:& ideo dico & confiteor , quod plus poteſt diuina poteſtas in me per ſeipſam & propter ſeipſam,quam ego per me,atque propter me & hoc dignũ & iuſtũ eſt,cũ ipſa ſit cauſa & finis,& ego effectus.

Item ait ſenſitiua. multa alia verba poſſem dicere de me, ſed per ea quę de me dixi, ſum cognoſcibilis quo ad meã naturam, eſſentiam,exiſtentiam, & agentiam.

DE IMAGINATIVA. CAP. IIX.

DIXIT imaginatiua, ego ſum virtus eueniens de ſenſitiua, & in ipſa ſum permanens:dico quod ſum eueniens de ipſa, quia in ipſa ſum exiens in potentia ad omnia imaginabilia, & in ipſa ſum permanens, cum ſit meum ſubiectum, à quo extraho imaginabilia.

Rurſus ait imaginatiua:ſum abſoluta vna pars vniuerſi : eo quod vna pars bonitatis abſolutè eſt in me contracta, & ſic de alia parte vniuerſi,quæ eſt magnitudo,&c.de omnibus iſtis attributis ſum conſtituta ſubſtantialiter & accidentaliter, ratione cuius ſum ſubſtantia abſoluta,quo ad meam eſſentiam & naturam, & habeo accidentia abſoluta à mea ſubſtantia & progredientia in me permanentia.

Dixit imaginatiua, quodlibet meorum principiorum abſolutorum, eſt in me relatum, eo quod de correlatiuis ſenſitiua ſunt euenientia. Ipſa autem correlatiua conſiſtunt in me communia correlatiua,ut puta imaginatiua, imaginabile & imaginari:& ideo quodlibet eſt correlatiuum abſolutum ad plura,eo quod meum imaginatiuum poteſt imaginari plura indiuidua ſub pluribus ſpecibus exiſtentia per meam communem & propriam paſſionem,quæ eſt imaginatiuitas, in qua ſunt deducibilia de potentia ad actum cum communi imaginari.

Rurſus ait imaginatiua : ego & ſenſitiua ſumus connexæ, & æquale

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quælibet in alia tota extenſa. Aliter non poſſem imaginari: omnia ſenſibilia abſtrahendo ſpecies ſenſibiles in me imaginatas, quoniam ſum connexa cum ſenſitiua , ut imaginer ſenſibilia: moueo ſenſitiuam ad ſentire, ſecundum magis & minus , & per conſequens ſuum inſtinctum & appetitum ad delectationem ſiue ad oppoſitum.

Rurſus dixit imaginatiua : in memetipſa ſum abſoluta , cum abſoluto ſenſu & communi coniuncta & in ſenſibus exterioribus ſum contracta, & ſubalternata, ut puta per viſum, auditum, &c. Per viſum autem ſum generalis potentia ad imaginandum viſibilia: ut puta albedinem in albo , figuram in caſtro , & huiuſmodi : & ſic de auditiua per auditum imaginando plures ſonos ſiue voces.

Ait imaginatiua: Quia in ſenſibus exterioribus ſum contracta per ipſos ſum contracta in particularibus , ut puta ad imaginandum vnum caſtrum, vnam roſam, vnũ ſonum, & huiuſmodi.

Iterum dixit imaginatiua : ſenſitiua non poteſt multiplicare Chimæram , eo quod non poteſt agere de me , cum ſit meum ſubjectum & non econuerſo. Sum autem ſuperius , & ipſa inferius, & per conſequens mea bonitas eſt ſuper ſuam , & mea magnitudo ſuper ſuam, & ſic de aliis: ad quod, ſecundum quod ſum ſua perfectio per accidens : ut puta , quando indiget calore , aut cibo, aut coitu, imaginor ſuam indigentiam , & dirigo ipſam ad objectum deſideratum, & idem objectum per ipſam eſt ſenſibile, & per me imaginabile.

Dixit imaginatiua, cùm ſim cum ſenſitiua coniuncta , cõpono ad placitum Chimæram, & facio ipſam compoſitam ex pluribus ſimilitudinibus particularium differentibus in ſpecie : ut puta. Chimæram habentem caput hominis , corpus leonis , pedes, bouis, caudam piſcis, & huiuſmodi.

Rurſus ait imaginatiua , mea imaginabilia ſũt bona per meã bonitatem, & ſi ſint mala id eſſet per accidens, cum mea magnitudine imaginor magna imaginabilia, & ſi velim poſſim imaginari parua, eo quod abſoluta ſum ſuper ſenſitiuam. Mel dulce etiam poſſum imaginari dulce, & ſi vellem poſſum ipſum imaginari amarũ , & de dulcedine & amaritudine poſſum facere Chimæram. Senſitiua non poteſt me impedire, nec mirum quia ego ſum ſupra ipſam tanquam forma, & ipſa ſub me tanquam materia , & hoc per meam bonitatem ſuper bonitatem eius , & per meã magnitudinem ſuper ſuam & huiuſmodi. Et hoc quia mea principia innata natãt ſuper ſua, ſicut oleũ ſuper aquam: & ideo cũ ita ſit, quid mirũ ſi Deus poteſt cum ſuis principiis ſiue dignitatibus primitiuis & neceſſariis agere ſupra meam naturam miraculosè , & ſuper naturam ſenſitiue , cum ſimus potentiæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inferiores, & dignitates ſint Dei ſuperiores.

Item dixit imaginatiua, ſenſitiua non poteſt extendere vires ſuas ſupra meas: quoniam quicquid ipſa poteſt ſentire, poſſum imaginari: & ego poſſum imaginari Chimęras, & ipſa non poſſet ſentire, nec objectare. Intellectus autem eſt potentia ſuper me multo magis quam ego ſupra ſenſitiuam, cum ipſe ſit ſubſtantia ſpiritualis, & nos ambæ ſumus de genere corporeitatis: & ideo quid mirum ſi intellectus humanus poteſt objectare ſpecies, & genera abſtracta, & ego non poſſum ipſas ſpecies, nec generaimaginari. Et ſicut dico de intellectu, ita dico de voluntate & memoria, ex quibus anima rationalis eſt conſtituta, habens altiora principia innata quam ego habeam.

Multa alia, ait imaginatiua, poſſum dicere de me phyſicè, ſed ſufficiant ea, quæ dixi: quia per ea, quæ dixi, poteſt cognoſci mea eſſentia, natura & operatio. Poſito autem quod intellectus ſit phyſicus & naturalis aliter non: cũ mea dicta ſint alta & profunda.

DE MOTU. CAP. IX.

DIXIT motus. Ego ſum ens exiſtens in potentia ad actum, & ſum exiſtens in ſubjecto, in quo ſum, cum quo mouens mouet mobile de potentia in actum.

Dixit motus, ſum ens abſolutum, primò progrediens à principiis innatis cœli, utputa bonitate, magnitudine, &c. quoniam, inquam, tum bonitas bonificat magnitudinem, & magnitudo magnificat bonitatem, & ſic de aliis: ſum genitus & progrediens à correlatiuis eorum. Et conſtituitur cœlum compoſitum ex forma & materia, & decem prædicamentis, quæ forma mouet ſe per me actiuando: & mouet materiam paſſionando: & hoc cum quantitate, quia quantus ſum: cum qualitate quia qualis ſum: cum relatiuis quia relatus ſum, & huiuſmodi

Ait motus, anima ſum cum qua cœlum mouet ſeipſum ſicut habitus naturalis, ſub quo mouens mouet ſeipſum per me ſicut ignis qui ſub ſua caliditate mouet ſe ad caleſaciendum, & ſub habitu leuitatis ad aſcendendum: & aqua ſub habitu grauitatis ad deſcendendum, & huiuſmodi.

Sum motus abſolutus per octauam ſphæram, ſubalternatus per Saturnum, & ſic deſcendendo per alias ſphæras, & per ſphæras aliorum vſque ad vegetabilia particularia, utputa vſque ad lapidem, roſam, equum, & huiuſmodi: per omnia iſta ſum mobilis, & mouens, & exiens de potentia in actum continuè & ſucceſſiuè, & hoc ſignificatum eſt per ea quæ dicta ſunt in capitulis formæ, materiæ, generationis, corruptionis, &c.

Iterum ait motus, ſum continuus in quantũ ſum vna eſſẽtia abſoluta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

abſoluta ſecundum totum univerſum continuè extenſus, cum totum univerſum ſit unum individuum continuum corporale conſtitutum ex ſuis principijs generalibus, utputa, ex bonitate, magnitudine, &c. ut dictum eſt de generali forma, materia & decem prædicamentis. Omnia iſta ſunt continua non contigua, quo ad ſuperius, nec quo ad inferius: quia ſi ſic, mundus eſſet individuum diſcontinuatum. & non unum, & etiam implicaret vacuum: & ego non eſſem continuus, ſed ſucceſſiuus diviſus, quod eſt impoſſibile: ſum autem diſcontinuatus in particularibus, ſecundum quod differunt ſpecies, ut aſinus, capra, & huiuſmodi: & remaneo indiviſus quo ad meam eſſentian, ut omnia ſunt in me, & ego in ipſis ab omni vacuitate denudat ua perſe xiſtentiam & agentiam.

Rurſus ait motus, habeo tres ſpecies inter alias, utputa augmentationem, alterationem, ut ſignificatum eſt per generationem & corruptionem. Alia eſt per loca, utputa nubes in cœlo quæ moventur de uno loco in alium: & ſic pluvia, quæ movetur de ſuperius ad inferius, quia ponderoſa eſt, & ſicut piſcis, qui movet ſe in aqua cum cauda ſua, & equus in terra, qui mouet ſe cum pedibus ſuis.

Ulterius dixit motus, habeo quatuor ſpecies, quæ ſunt elementativa, vegetativa, ſenſitiva, & imaginativa: per omnes iſta ſum motus & mouens, ſicut in capitulis prædictarum ſpecierum ſignificatum eſt.

Iterum ait motus, habeo tres ſpecies: utputa motum circularem, rectum, & obliquum. Circularem, ut patet per cœlum. Rectum, ut patet per deceníum aquæ, & per aſcenſum ignis, & per ſagittam motam in aëre, & ſic de vento, & huiuſmodi. Motus autem meus obliquus conſiſtit per angulos acutos rectos ſive obtuſos.

Ulterius ait motus, ſum per quatuor qualitates, quia cum ipſis ſum mouens & mobilis, ſicut in flamma, in aqua calida, in glacie. & huiuſmodi, conſtituendo quatuor qualitates, vtputa choleram, ſanguinem, phlegma. & melancholiam.

Rurſus dixit motus, ſum movens & mobilis artificialiter, ſicut nauis mota per ventum, & nauta motus ad motum navis, & figura arcæ mota de potentia in actum, & ſic de alijs mæchanicis.

Item ſum motus ad privationem, & hoc patet per cæcitatẽ, ſurditatem, &c. & per ſenſum infectum, ſive imaginationem infectam, & ſic de alijs

Ulterius dixit motus, ſum motus in ſubjecto moto per cibum, potum, & huiuſmodi.

Rurſus ait motus, multa alia poſſem dicere de me, oſten-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dendo meam eſſentiam, exiſtentiam, & agentiam, meum inſtinctum, appetitum, meam originem, meam bonitatem, magnitudinem, quantitatem, qualitatem, &c. ſed per ea, quæ de me dixi, poſſunt cognoſci omnia, quæ de me dici poſſunt, & hoc per intellectum ſubtiliter intuentum.

DE INTELLECTU.

CAP. X.

AIT intellectus, Ego ſum ſubſtantia creata conjuncta cui propriè competit intelligere, & per accidens credere.

Dixit intellectus, per divinum intellectum ſum creat', bonitas eſt mihi aſſociata, & mecum conjuncta per divinam bonitatem, magnitudo per divinam magnitudinem, duratio per divinam æternitatem, poteſtas per divinam poteſtatem, voluntas per divinam voluntatem, virtus per divinam virtutem, veritas per divinam veritatem, delectatio per divinam gloriam, & huiuſmodi. Per bonitatem ſum bonus, per magnitudinem magnus, per æternitatem durabilis, per poteſtatem potens, &c. & ideo cum ſim ſic aſſociatus, ſum potens ad intelligendū generalia, utputa genus, ſpecies abſtracta eò: quod unum, magnum, &c. cum omnibus ſum iſtis compoſitus, ut bene, magne, &c. & objectum primum, qui eſt meus finis, & omnia peripſum cum iſtis facio ſcientiam profundam de bonitate, magnitudine, &c.

Rurſus ait intellectus, quoniam cum omnibus iſtis ſum compoſitus in tanto, quod quilibet eſt in me, & ego in ipſis eſſentialiter, multiplicabimus extenſionem & unam eſſentiam: & hoc idem eſt de voluntate & memoria in tanto, quod ſumus una eſſentia, una anima inmortalis compoſita ex prædictis.

Rurſus dixit intellectus, divinus intellectus eſt infinitus, & compræhendit omnia, & ideo cognoſcit me quantum & finitum, ratione cuius neceſſitatus ſum, quod ſim quantus, & ſic de qualitate mea, relatione & alijs prædicamentis in mea ſubſtantia ſuſtentatis, & cum ipſa conjunctis, & ideo oportet me eſſe particulatum, ſecundum quod ſum cum corpore Petri cōjunctus, & eſt alius intellectus, à me diſtinctus, cū corpore Guillermi conjunctus, & ſic de alijs: & hoc eſt quod ſummus intellectus requirit quo ad ſuam dignitatem, quod pluries intellectus ſit cognitus, & laudatus, & in gloria ſempiterna beatificans intellectus beatos.

Itē ait intellectus, ſum correlatiuus, eo quòd ſum intellect' agens, intelligens, & ſum intellectus poſſibilis qui eſt appria paſſio in qua ſunt ſpecies intelligibiles, & per eas entia realia ſunt cognita, & ſuum intelligere intrinſecum. Omnia iſta ſunt per eſſentiam, quia ſunt partes meæ, ipſa autem ſunt diſtincta, quia ſunt relata: ſine qua diſtinctione non eſſent relata, vel

(c) 2006 Ministerio de Cultura

haberent naturam, nec inueniet ipſe facere ſcientias, nec poſſum extra ipſas facere, quia nulla potentia agit naturaliter extra ſuam eſſentiam.

Rurſus ait intellectus, quia ſum intellectus agens, ſum forma: & quia ſum intellectus paſſibilis, ſum materia: & cũ forma cũ forma bonitatis, & materia cũ materia bonitatis, & ſic de magnitudine, &c. & sũ cõnexio, ut puta intelligere cũ bonificare, &c.

Item ait intellectus, per meam formam ſum actiuus, ipſa actio eſt primitiua & non prædicamentalis, quia cum ipſa forma eſt conuerſa: & ideo ipſa actio eſt ſubſtantialis: ab ipſa autem oritur act o accidentalis prædicamentalis. Et ſic de materia ſuo modo actio & paſſio prædicamentales ſunt inſtrumenta, cum quibus acquiruntur ſpecies abſtractæ à ſenſu & imaginatione, illuminatæ & radicatæ in mea propria paſſione, in qua ſunt factæ intelligibiles, ipſæ intelligibilitates ſunt peregrinæ acquiſitæ per accidens. Et ſic de intelligere peregrino orto ab intellectiuo, & intelligibili prædicamentalibus.

Rurſus dixit intellectus, ſum vita & in quantum ſum vita, ſum vita corporis & forma, cum quo ſum conjunctus: ratio huius eſt, quia reduco quatuor potentias corporis: ut puta, elemẽtatiuam, vegetatiuam, ſenſitiuam & imaginatiuam in ſpeciem humanam. Ipſe autem homo eſt per me factus, & mouet me ad intelligendum, cum mea natura ſit intelligere & hoc naturaliter: moraliter autem ſi mouear bene me ad intelligendum, ſum verus & bonus. ſi autem ipſe homo eſt malus moraliter, & mouet me ſophiſticè, ſum malus & falſus, quia à fine meo ſum deuiatus, & de peccato habituatus.

Rurſus ait intellectus, meus ordo eſt quod ſim primitiua in acquirendo ſpecies, diſtinguendo, concordando, contrariando: & non poſſum ipſas intelligere, faciam ipſas credibiles, & ſic per accidens ſum creditiuus, poſitiuus: & qñ ſum in medio inter intelligere & credere, ſum opinatiuus, dubitatiuus, & extra quietem, & in labore poſitus in tantum, quod ſum promptus ad concludendum verum aut falſum, ſi concludo verum, ſum quietatus, ſi falſum ſum de ignorantia habituatus.

Rurſus dixit intellectus, inter me & hominem in quo ſum eſt differentia, cum ſim vna pars eius, quo ad meam naturã nũq̃ ſum fallax, cũ meum proprium objectũ ſit intelligibile, & mea natura ſit ad hoc diſpoſita. Homo autem eſt compoſitus ex pluribus potentiis, ipſe mouet me ſicut totum mouet ſuas partes: & ideo per ipſum ſi fallor, deficio non per me contra meam naturam, quoniam quandoque homo habet ita magnam voluntatem ad deſideratum, quod non habeo libertatem antecedendi, nec inquirendi veritatem; & ſic de ira & huiuſmodi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rurſus dixit intellectus, duobus modis intelligo & facio ſcientiam, primò per ſenſum & per imaginationem de rebus inferioribus, tanquam in artibus liberalibus & mœchanicis, & de moralibus: alium modum habeo per ea, quæ ſunt ſuperiora, ut puta per Deum, & per ſuas dignitates, & per ſubſtantias ſeparatas: & ſicut facio ſcientias inferiores per poſſibile & impoſſibile, ſic facio ſcientias ſuperiores per poſſibile & impoſſibile: & magis ſum altus & aſſertiuus per poſſibilitatem & impoſſibilitatem ad ſuperiora, quam ad inferiora: cum Deus ſit ſuperius agens cum ſua bonitate, magnitudine, &c. bene, magnè, etc. ea quæ ſunt apud eum poſſibilia, & evitet impoſſibilia, cum non poſſet malè agere, etc.

Confiteor quod Deus eſt altius objectum, quam ego poſſim intelligere, & magis eſt per ſe intelligibilis ſua bonitas, magnitudo, etc, & etiam ſuum agere intrinſecum & extrinſecum, quam ego poſſim intelligere, cum ſim potentia inferior, & ipſa objectum ſuperius. De iſtis autem alijs ſcientijs, quæ ſunt inferiores non eſt ſic, quæ fiunt per ſenſum & per imaginationem, quoniam ego ſum magis diſpoſitus & prōptus ad intelligendū ſuperiora, cum ſim ſpiritus: quam ſenſus & imaginatio ſint mihi ſufficientes, quia ſunt de genere corporeitatis.

Item dixit intellectus, confiteor quod divinus intellectus eſt infinitus, & profundus per ſe & per ſuam bonitatem, magnitudinem, etc. cum ſit ab omni materia & accidente diſparatus, & cum ipſis rationibus converſus. Talis autem infinitas & profunditas, quam habet quo ad ſua correlativa infinita, à nullo ente poteſt impediri: cum omnia alia ſint inferiora, & ipſæ dignitates ſuperiores in ſuperlativo gradu exiſtentes. Hoc autem quod confiteor, neceſſarium eſt eſſe verum: quia ſi non, altior eſſem in objectando Deum fictum ſive Chimeram ſpiritualē, quam objectando Deū verum & realē, quod eſt falſum & impoſſibile: aliter eſſem altior in virtute objectando, quam per Deum eſſem quantus: quod eſt abſurdum dicere.

Rurſus dicit intellectus, multa alia poſſem dicere: ſed eſſet longum narrare, & per ea quę dixi poteſt cognoſci, quicquid de me dici poteſt.

DE VOLUNTATE.

CAP. XI.

DIXIT voluntas, Ego ſum ſubſtantia creata, cui propriè competit velle, & per accidens credere. Dicit voluntas mihi competit propriè velle: quia ſum ex trib⁹ meis correlativis conſtitutа: utputa, ex volente, volibili, & velle, cum quibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quibus ſum profunda. Cum velle autem appeto volibilia-utilia, cum nolle odio odibilia inutillia.

Itē ait voluntas, ſicut ſubſtantia aſſociata cum bonitate, magnitudine, etc. ſicut de intellectu fratre meo, dictū eſt: ipſa autem bonitas eſt ei & mihi communis, & ſic de magnitudine, etc. ratione cuius ſua correlativa & mea ſunt communiter bona, magna, etc. Ratio huius eſt quia ſummum objectum ſcilicet Deus eſt æqualiter bonum magnum, etc. ratione cuius bene magnè' etc. eſt à me & ab intellectu fratre meo objectabilis contemplando, & in alia vita beatificando.

Dixit voluntas, ego facio amationem duobus modis (ſicut dictum eſt de intellectu, qui facit ſcientiam duobus modis) facio ei amationem per ſenſum & imaginationem, ut ſatisfaciā corpori cum quo coniuncta de eo, quod ipſi neceſſarium eſt in volendo ea, quæ ſunt ipſi utilia, & in nolendo ea, quæ ipſi ſunt inutilia: & hoc maximè facio propter me cum ſim forma eius, & cum per ipſum ſim diſpoſita ad faciendum amationem de ſupremo objecto quod eſt meus finis, & finis corporis, amatio autem quam facis ad ſuperius eſt ſpiritualis, cum vero ſim ſpiritus tranſcendens cum mea bonitate: bonitatem corporis cum mea magnitudine. etc. magnitudinem corporis, ad quam ſequitur, quod meum poſſibile, quod habeo ad ſuperius, eſt altius quam poſſibile quòd habeo ad inferius in faciendo amationem: & ſic de impoſſibili, hoc eſt quod objecta quæ ſunt inferiora ſunt tantum amabilia naturaliter, quantum objecta quę ſunt ſuperiora, utputa Deus & ſuæ rationes, ſua intrinſeca operatio & extrinſeca, & ſic de angelis, de alia vita, & huiuſmodi.

Dixit voluntas, ſum ſic compoſita meo modo ſicut dictum eſt de intellectu ſuo modo, & ideo ſum abſoluta in volendo bene magnè, etc. & ſi bene magne, etc. diligo, bona ſum, ſi in oppoſito mala ſum, & de peccato ſum habituata. In volendo habeo libertatem, duobus modis poſſum velle bonum: quia bona ſum naturaliter: & maximè, quia divina bonitas cauſat in me meam bonitatem naturalem, & dat mihi liberum arbitriū ad volendum bonum. alio modo habeo in contrarium liberum arbitrium ad volendum malum, & hoc, quia ſum de nihilo creata: malum autem eſt habitus privatiuus, ſicut bonum poſitiuus, & ideo homo, cuius ſum una pars, de me poteſt agere bene aut male, ſi per me diligit bona, bonus eſt moraliter: & ſi per me diligit mala, malus eſt moraliter: & ideo malè dicunt illi, qui aſſerunt. quòd ego ſum bona voluntas in omnibus hominibus: quia ſi ſic, non eſſem ſubjectum iuſticiæ Dei in tribuendo bonū pro bono, & malum pro malo; divina aūt voluntas

hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hoc non vult,quia idem eſt cum iuſticia: & me expectat ſi bona ſum in agendo ad bonificandum in vita ſempiterna, ut meum objectum ſit æuiternum per amorem: & hoc bonū magnū,&c.

Rurſus dixit voluntas, ego ſum particulata in Petro: & quia ſum aſſociata cum bonitate,magnitudine,&c. mea correlatiua ſunt generalia,cum quibus tranſcendo objectiuè ſenſum & imaginationem, quæ non poſſunt attingere genera, ſpecies abſtracta: ut puta abſtractam ſubſtantiam, quantitatem & ſic de aliis prædicamentis abſolutis. Ego autem ſic diligendo, cum habeam altiorem naturam,quam ſenſus & imaginatio, & magis bonam per bonitatem ſpiritualem, magis magnam per magnitudinem ſpiritualem, &c. quam ipſe habeat per corporalem: et jam quid mirum cum ego habeam objectum primum diligendo, ſenſus autem non ſentiendo,nec imaginatio imaginando: quoniã Deus nec eſt ſenſibilis,nec eſt imaginabilis: ſed per me eſt amabilis, & per meum fratrem intellectum intelligibilis, & per memoriam ſororem meam recolibilis: nõ eſt autem quod Deum poſſit obiectare,niſi anima & angelus recolendo, intelligendo, & amando: & ad iſta tria ſunt creata & ordinata omnia alia.

Ait voluntas,ſum potentia imperatiua, eo quod ſum optatiua. Imperatiua ſum,quia impero intellectui,& memorię,ut obiectent meum objectum deſideratum: intellectus autem & memoria imperant mihi, ut objectem objectum eis deſideratum: & hoc naturaliter eſt ordinatum, ut bene nos agamus, & mutuo cem coadiuuemus ad hoc,ut bene magne, &c. objectemus,& meritum beatitudinis acquiramus,cum habitu iuſticiæ,prudẽtiæ, &c. ſed homo malus, quando eſt peruerſus, difformat nos, quando eſt habituatus de avaritia in prudentia, &c, nos autem ſine ipſo nihil agere poſſumus, cum ipſe ſit motor & nos ſimus mobilia, ipſe vniuerſalis & nos particulares.

Item ait voluntas,ſum cum habitu charitatis ordinata & exaltata,ſicut intellectus per habitum,& quandoque habitus ſuus & meus eodem modo ſe habent ad idem objectum amando & credendo, & quãdo intellectus eſt altiſſimus per habitum fidei, ſub quo habitu eſt habituatus de ſapientia,tunc habitus ſuus & meus æqualiter ſe habent ad idẽ objectũ amãdo & intelligendo, & tũc ſum⁹ in actu perfecto,ſecũdũ qp perfectio poteſt dici in vita.

Ait voluntas, ego ſum potentia electiua, & hoc duobus modis eligendo, amando ſpecies,aut odiendo, quas intellectus invenit, & intelligibiles facit, aut credibiles: ipſas autem ſpecies inuentas per intellectum, & per me electas,ponimus in memoria ſorore noſtra: ut ipſas cuſtodiat, & ſint antiquæ, ut poſſimus acquirere nouas,& quando volumus recuperare ipſas antiquas, ponimus nouas in ipſa memoria,ut ſint antiquæ,& quod reddat nobis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nobis illas,quas primo posuimus. Multoties autem ipsa memoria ad hoc est valde fatigata in recipiendo & reddendo,quia non potest in eodem nunc,& quia tempus est prolongatum: & ideo quando non potest nobis reddere species antiquas, intellectus & ego sumus in magno labore, & per consequens ipsa memoria:& quando reddit tunc sumus in quiete.

Item dixit voluntas, intellectus frater meus habet magnum auantagium super me, quoniam si ipse appetat objectare objectum bonum,magnum, &c. intelligendo & non possit, sensatus est: sed ego non possum habere sensationem, quoniam priuata sum,si velim ad diligendum bonum,& si nolo culpam habeo,de qua culpa memet habituo:intellectus autem de ignorantia non se habituat,optando ipsam,eo quod est sua inimica,sed ego heu tristis!quare opto malitiam,cum sit mea inimica,non dico quod sit per meam naturam,quoniam nullum agens appetit agere suum contrarium: est autem per hominem cuius ancilla sum, quia quandoque agit per me malè, eo quod peruersus est.

Ait voluntas, multa alia de me dicere possem: sed ea quæ dicta sunt sufficiant intellectui subtiliter intuenti, quoniam per ea quæ dicta sunt, potest cognosci mea essentia,agentia & natura,mea quantitas,qualitas,&c.

DE MEMORIA. CAP. XII.

DIXIT memoria. Ego sum substantia creata coniuncta cui propriè competit recolere & per accidens obliuisci.

Dixit memoria,sum sic associata de bonitate,magnitudine,&c.sicut intellectus & voluntas: & ideo in simul sumus participantes per vnam bonitatem, magnitudinem, &c. & iam in meo bono recolere est bonum intelligere & amare: ex istis tribus bonis sequitur vnus bonus actus communis,in quo sunt plures actus differentes eo quod sumus tres potentiæ differentes: & sicut dico de bonitate,ita dico de magnitudine, &c.

Iterum ait memoria,sum composita de meis principiis innatis scilicet de bonitate, magnitudine, &c. & ista est prima compositio:secūda aūt cōpositio est quia sū substātia cōposita de forma & materia:tertia cōpositio quia sū cōposita cum intellectu & volūtate, quia omnes tres sum⁹ vna anima hominis:mortuo aūt homine remanemus hoc quod sumus, quia remanent tres species compositionis prædictæ,ad quod sequitur, quod ipsa anima est immortalis, cum istas tres species compositionis habeat per se & per suam naturam. Rursus dicit memoria, sum relata eo quia habeo tria relatiua, cum quibus simul sum creata, ut puta memorabilem, memorabile & memorari: omnes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tres ſumus una & una natura. Per meum memorativum colligo ſpecies mihi traditas per intellectum & voluntatem, ipſas pono in mea propria poſitione, hoc eſt in mea memorabilitate, in qua facit memorabiles & antiquas, & quando reddo ipſa meum memorativum converſum eſt in recolitum, quod reducit eaſdem ſpecies de potentia in actum, quas meum memorativum poſuit in mea memorabilitate.

Patet ergo, dixit memoria, quod habeo duas ſpecies, & per conſequens duos actus ſcilicet memorari & recolere: per primam memoror, per ſecundam recolo, hoc eſt reddo, quod memorabar: cum iſtis autem ſum magna & profunda. Ait memoria, per meam naturam reſtauro ea, quæ ſunt præterita, & ſic cauſo ſcientiam de præteritis: intellectus autem præcedens inveniens ſcientias eſt antecedens, & ego ſum ejus conſequentia diſtinctè poſita ab intellectu, quia ſi non: ſtatim, quando intellectus cauſaret ſcientiam, ſequeretur conſequens, & intelligendo in tempore præſenti intelligeret ea quæ intellexit in tempore præterito, quod eſt impoſſibile. Patet ergo, quod ſumus duæ potentiæ diſtinctæ per antecedens & conſequens: & poteſt probari per voluntatem ſororem noſtram, quæ conſiſtit in medio, optando ſpecies novas per intellectum & ſpecies antiquas per me: ſi autem non eſſemus diſtinctæ potentiæ intellectus & ego, voluntas in eodem inſtanti optaret ſpecies novas & antiquas, & perderetur ſucceſſio, quod eſt impoſſibile: & ideo cum hæc ita ſint. malè dicunt qui aſſerunt, quod ego & intellectus ſumus eadem potentia. Meum poſſibile & impoſſibile ſunt mea inſtrumenta: per poſſibile poſſum recipere ſpecies & reddere: per meum impoſſibile quandoque non poſſum reddere ſpecies antiquas in me ſimpliciter privatas, & hoc quia tēpus prolongatum, aut quia à contingentia ſpecies mihi fuerunt datæ, hoc eſt per lētum intelligere & velle: & quia ipſa non deduxi frequenter à potentia in actum reddendo.

Iterum ait, memoria per ſimile & per diſſimile reddo ſpecies quandoq;, & ſine ipſis non poſſum reddere: quod oſtendo per illud exemqlum, ſi obliviſcar nomen alicuius hominis, & intellectus voluntas requirunt, quòd reddam eis illud nomen quod in me poſuerunt, ſi recolam, de aliquibus operationibus, quas fecit ille homo bene aut male, cum amicitia aut cum inimicitia, & memoror finem, quare intellectus & voluntas appetunt, quòd reddam illud nomen hominis, tunc per meam bonitatem, magnitudinem &c.; ſum quoad innatam ad reddendum ipſam ſpeciem memorando ipſum finem bonum aut malum, qui ſequitur, & ſic de magnitudine aut de paruitate &c. & ideo per talem diſpoſitionem rarò erit quin reddam illud nomen, quod eram oblita.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rurſus ait memoria, effectiue mea natura eſt melancholia,

quoniam per f rigiditatem reſtringo ſpecies & conſeruo metaphoricè loquendo,quoniam aqua habet naturam reſtringendi, & quia terra habet naturam vacuatiuam, habeo loca in quibus poſſum ponere ipſas ſpecies, ſed quòd evacuauerunt: voluntas autem cum effectiuè habeat naturam aeris,multotiens me impedit ad reddendum ſpecies,ratione nimij appetitus, & intellectus,qui habet naturam ignis:effectivè eſt per nimiam voluntatem deformatus & non poteſt deliberare mecum,quòd reddam ipſas ſpecies: & ideo multotiens homo eſt tantùm intentus ad recuperandum ſpecies per nimiam voluntatem,aut tantùm frequentat ipſas objectando, quòd efficitur ſtultus eo quòd intellectus eſt difformatus,quia neſcit coniungere ſpeciem cum ſpecie nec ligare ordinatè: & ego à caſu moueo hominem ad memorandam vnam ſpeciem, & poſtmodum aliam ſine mea ſecũda ſpecie, ut puta recolentia ſupra tacta.

Vlterius ait memoria, ſicut dixi de voluntate quæ impedit me quandoque,ita dico de intellectu,fratre meo, qui quandoq; impedit me: ut puta quando homo legit diu in libro, ut intelligat veritatem optatam,ſi diu perſeueret in legendo,tantùm extat intellectus ad intelligere, quòd difformat me ad recipiendũ ſpecies & hoc per nimiam fatigationem ſui ipſius & mei. Remedium autem conſiſtit in hoc,quòd breviter legat,& hoc frequẽter poſſim recolere ipſam lecturam.

Ait memoria, ſicut intellectus qui eſt meum antecedens per intelligere,& ego conſequens per recolere eius, habet duos modos faciendi ſcientiam,ut dictum eſt in cap.ſuo: ſic ego habeo duos modos in agendo, quoniam ſenſum & imaginationem cõcipio primitiuè,& ſuper ſenſum & imaginationem aſcendo,quãdo objecto Deum & ſuas rationes,& ſuas operationes,per ſuperius ſum leuis,delectabilis,ſana,recta,& ſolicita: ſed per inferius ſum pigra, lenta, rudis &c. hoc autem non eſt per meam naturam:ſed quia objecta ſunt inferiora, & de genere finis corporis, quæ objecta impediunt me ad obiectandum objecta ſuperiora, quæ ſunt de fine animæ.

Rurſus dixit memoria, multa poſſunt dici de me, & multa poſſum dicere, ſed per ea quæ dixi poteſt cognoſci mea natura, mea eſſentia,& meæ operationes,poſito quòd intellectus ſit futilis infundatus cum ſuis correlatiuis diſtinctis, non rudis, quia in ruditate ſua ſum per accidens rudificata eo quod ſum conſequentia eius.

CONCLUSIO LIBRI.

POSTQVAM duodecim principia Philoſophiæ fuerunt locuta, quodlibet de ſeipſo:dixit Philoſophia Dominabus & Raymundo:audiuiſtis ea,quę dicunt mea principia de ſe-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipsis,& consilium quod dedit meus intellectus in prologo: & ideo rogo vos quantum possum, quòd ea quæ audiuistis referetis Serenissimo Domino Philippo Regi Francorum, ut mihi satisfaciat de iniuria mihi facta, sicut satisfacit sanctæ fidei Catholicæ,cum sit pugil verus & legalis:& tu Raymunde,dixit Philosophia, debes habere contritionem, si ad hoc non facias satisfactionem,secundum totum posse tuum.

Ait Raymundus,Domina Philosophia,sum paratus ad ponendum totum me, & quicquid sum,ad tuum honorem & ad honorem Dominæ Theologiæ, quam diligo super omnia,& tu Philosophia scis quamdiu ad hoc laboraui, & omnia bona mea terrena propter hoc dimisi:sed quid potest ad hoc meum parum posse, cum sim ad tam altum negotium & ponderosum improportionatus:tu autem,cuius est negotium,impetres cum Serenissimo Francorum Rege, quòd ad hoc manum teneat virilite & deuotè,& etiam cum Magistris & Baccalaureis in divina scriptura, & cum illis sume Artistas tibi,ut videbitur expedire,ut tanto contrarietatem, sed puram concordãtiam atque meram, quòd inter te & Theologiam non sit dare aliquo modo te existente ancilla & Theologia Domina tua: cum sit tuus finis,eo quod Deus est subjectum eius.

Respondit Philosophia,Raymunde,bene dicis, & ego faciam ad hoc quicquid potero,cum tenear facere, tu autem non sis timidus,nec lentus,sed confidens atque audax, & prædica philosophicè ea quæ de me & de meis principiis audiuisti in Ecclesiis, scholis, & plateis: habeas confidentiam in Deo, & in prædictis imperatricibus,& in me & meis principiis,quia te associabimus & fortificabimus, & te dirigemus quando prædicabis sive disputabis,

Finito autem sermone Philosophiæ: Dominæ & Raymundus ad Regem Serenissimum Franciæ accesserunt,& ea quæ audiuerunt ei dixerunt humiliter & deuotè. Rex autem quia humilis,verus,& deuotus est,ea quæ dixerunt benigniter accepit, & permotus fuit ad misericordiam per ea quæ audiuit ad magnum bonum faciendum. Dominas autem in bonam spem posuit & Raymundum.

Ad laudem & honorem Dei finiuit Raymundus istum librum Parrysij mense Februarij, Anno M.CCCX Incarnationis Domini nostri Iesu Christi.

DIALE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DIALECTICA SEV LOGICA NOVA.

M. RAYMUNDI LULLII, DILIGENTER EMENdata: restitutis iis quæ olim fuerant sublata : & additis Tractatu de inuentione medij, item Tractatu de conuersione subjecti & prædicati per medium: per M. Bernardum Lauinhetam.

Deus cum tua summa perfectione, incipit Logica breuis & noua.

LOGICA est ars, qua verum & falsum ratiocinando cognoscuntur, & argumentatiue discernuntur. In Logica considerantur tria inter alia : scilicet terminus. propositio, & argumentum. Terminus est dictio significatiua, ex qua propositio constituitur, vel constitui potest: sicut bonitas, magnitudo &c. Deus, Angelus &c. iusticia, prudentia &c. Auaritia, gula &c. Terminus est duplex, sc. communis & discretus. Communis est ille, qui significat vel significare potest multa sub vna impositione : sicut homo, animal & similia. Discretus est ille qui significat vel significare potest vnum sub vna impositione: ut Iesus Christus, Maria, &c. Quidam termini dicuntur signa vniuersalia, & quædam particularia. Signa vniuersalia affirmantia sunt, ut omnis, quilibet, vterque, quocunque, vbicunque, semper. Negatiua nullus, nemo, neuter, nunquam, nusquam, &c. Signa particularia sunt, ut aliquis, quidam, alter, aliquando, alicubi. &c. In propositione quidam terminus est subjectum, alius prædicatum, alius copula. Copula est prima persona, secunda vel tertia, singularis vel pluralis, indicatiua, explicita vel implicita huius verbi sum, es, fui. Subjectum est terminus, qui est ante copulam : ut bonitas est ens : ly bonitas est subjectum &c. Prædicatum est ille terminus qui post copulam stat, & dicitur de termino stante ante copulam scilicet de subjecto : ut bonitas est magna, iste terminus magna est prædicatum. Signa autem vniuersalia, & particularia supra dicta nunquam sunt subjectum, nec prædicatum.

Logicæ defin.

Diuisio seu partitio.

1. *pars de Terminis.*

Exempla.

1. *Diuisio.*

1. *Communis.*

2. *Discretus.*

2. *Diuisio.*

3. *Diuisio.*

1. *Copulæ.*

2. *Subiectũ.*

3. *Prædicatũ.*

Reg de signis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PROPOSITIONE.

2. pars de propositione.

Definitio.

1. Diuisio pr.

1 Vera.

2. Falsa.

2. Diuisio.

1. Categorica.

Subdiuisio.

1. Vniuersalis.

2. Particular.

3. Indefinita.

4 Singularis

Subdiuisio.

1. Affirmans.

2. Negans.

1. quoad quãtit. aut qual.

2. quoad subiect. aut prædicat.

3. quoad hæc utraque.

PROPOSITIO est oratio constituta ex terminis, significans aliquid esse vel non esse: ut bonitas est magna, auaritia non est bona. Propositio est duplex, scilicet, vera & falsa. Propositio vera est illa, quæ significat sicut est: ut iustitia est virtus. Propositio falsa est, quæ sicut ipsa significat, non est: ut bonitas est mala: homo non est ens, &c. Propositio dicitur duobus modis: quędam est categorica, alia est hypothetica. Propositio categorica est vna oratio in qua est subjectum, & prædicatum, & copũla: ut bonitas est amabilis: Deus est æternus: fides est magna virtus: auaritia est mala. Propositio categorica est quadruplex. scilicet, vniuersalis, particularis, indefinita, & singularis. Vniuersalis est illa, cujus subjectum est terminus communis additus signo vniuersali, ut omnis lapis est sensualis: omnis potestas est bona, &c. Propositio particularis est illa, cuius subjectum est terminus communis additus signo particulari: ut quædam bonitas est magnitudo: aliqua virtus est sensualis. Propositio indefinita est illa cuius subjectum est terminus communis sine signo: vt bonitas est potens, homo est creatus, &c. Propositio singularis est illa cuius subjectum est terminus discretus, vel terminus cõis iunctus pronomini demonstratiuo. Exemplum primi: ut Iesus Christus est Deus, & homo Bernardus est scholaris. Exemplum secundi: ut iste homo est theologus. Item propositio cathegorica est duplex, scilicet affirmatiua & negatiua. Affirmatiua est illa, cuius prædicatum subjecto attribuitur vel attribui videtur, ut homo est creatus, homo est rationalis. Negatiua est illa, cuius prædicatum à subjecto remouetur, vel remoueri videtur: ut homo non est lapis, homo non est planta &c. Logicus vtitur tribus petitionibus in propositione, scilicet quæ, qualis, quanta, per ly quæ quærit vtrum propositio est cathegorica, an hypothetica. Per quãta petit si est vniuersalis, particularis, indefinita, an singularis. Per qualis autem an est affirmatiua, an negatiua. Quædam propositiones cum alijs concordant tribus modis: vno modo quando sunt eiusdem quantitatis vel qualitatis: ut si vna est vniuersalis, quod alia sit vniuersalis, &c. vel si vna est affirmatiua quod alia sit affirmatiua. & sic de negatiua. Secundo modo quando habent simile subjectum vel prædicatum: ut bonitas est durans, magnitudo est durans, &c. Tertio modo quando sunt similes in subjecto & prædicato: ut bonitas est magna: bonitas non est magna: & sic de aliis.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CONVERSIONE.

2. Propositionis affectio.

CONVERSIO est mutatio subjecti in prædicatum, & econuerso. Logicus facit duas conuersiones, vna dicitur simplex, alia per accidens. Simplex conuersio est mutatio subjecti in prædicatum, & econuerso, remanentibus in vtraque propositione eadem quantitate & qualitate. Ut nulla bonitas est odibilis: conuertitur sic: nullum odibile est bonitas: similiter quædam bonitas est magnitudo, conuertitur sic: quædam magnitudo est bonitas. Per istam conuersionem conuertuntur vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua. Conuersio per accidens est mutatio subjecti in prædicatum, & econuerso: remanente in vtraque eadem qualitate & variata quantitate: ut omne sensuale est differens: conuertitur, quoddam differens est sensuale. Similiter nullum animal est lapis: conuertitur, quidam lapis non est animal, &c. Per istam conuersionem conuertuntur vniuersalis affirmatiua & negatiua: & sic conuertitur particularis affirmatiua: similiter indefinita & singularis secundum suum modum. De particulari negatiua non fit propriè cõuersio: eo quod propositio vera posset conuerti in falsam: ut si quoddam animal non est homo: conuerteretur, quidam homo non est animal: falsa esset: & eodem modo potest dici de aliis similibus. Vnde versus. *Fecit simpliciter conuertitur * ea per acci.*

Conuersionis definitio.

Diuisio.

1. Simplex.

Exempla.

Quænã propositiones hoc modo conuertantur.

2 p accidens.

Exempla.

Quænã propositiones hoc modo conuertantur.

Cur particular. negat. nõ conuertatur.

Versic. * æi

DE OPPOSITIONIBVS.

3. Propositionis affectio.

IN propositionibus, quæ concordant in simili sub ecto & prædicato, fiunt quatuor oppositiones: scilicet contraria, contradictoria, sub contraria, & subalterna. Contrariè oppositæ sunt vniuersalis affirmatiua & vniuersalis negatiua concordantes in subjecto & prædicato: ut dicendo omnis bonitas est magna, nulla bonitas est magna, & sic de aliis. Contradictoriè oppositæ sunt vniuersalis negatiua & particularis affirmatiua: vel vniuersalis affirmatiua & particularis negatiua. &c. De primo sic, nulla bonitas est magna, quædam bonitas est magna. De secundo sic, omnis bonitas est magna, quædam bonitas non est magna. &c. Subalternæ sunt vniuersalis affirmatiua & particularis affirmatiua: vel vniuersalis negatiua, & particularis negatiua. De primo sic: omnis bonitas est magna quædam bonitas est magna. De secundo sic, nulla bonitas est magna, quædam bonitas non est magna, & sic de aliis. Subcontrariæ sunt particularis affirmatiua & particularis negatiua concordantes in subjecto & prædicato: dicendo sic, quędam bonitas est magna, quædam bonitas non est magna. & sic de aliis: vel ut patet in sequenti figura, & sicut dicitur de particulari ita potest dici de infinita & singulari.

4. Oppositiones propos.

1. Contrariæ.

Exemplum.

2. Contradicentes.

Exempla.

3. Subalternæ.

Exempla.

4. Subcontrariæ.

Exemplum.

Infinita.

Singulæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura



2. Extrema propoſitionis categorica.
1. Subiectum & 2. Prædicat.
Propoſitio categorica de extremo diſiuncto & copulato.
Cõtradictio.

Extrema propoſitionis categoricæ ſunt ſubjectum & prædicatum. Categorica eſt duplex: quædam eſt de diſiuncto extremo: alia de copulato extremo. Illa categorica eſt de diſiuncto extremo in cuius ſubjecto vel prædicato ponitur diſiunctiua coniunctio: vt bonitas vel magnitudo eſt per ſe magna &c. vel dicendo ſic, homo eſt animal vel lapis. Illa categorica eſt de copulato extremo, in cuius ſubjecto vel prædicato eſt copulatiua coniunctio, ut bonitas & magnitudo ſunt amabiles: vel dicendo ſic, bonitas eſt magna & potens. Et aliquando eſt categorica de vtroque extremo diſiuncto vel copulato: & aliquando de vno extremo diſiuncto & altero copulato. Contradictio eſt affirmatio: & eius contradictorium negatio, ad idem, ſecundum idem, ſimiliter & in eodem tempore prædicatæ.

DE MATERIA PROPOSITIONIS.

1. Naturalis.
2. Contingẽs.
3. Remota.

MATERIA eſt triplex naturalis, contingens, & remota. Naturalis eſt illa, in qua prædicatum eſt de eſſentia ſubiecti vel proprium eius: ut homo eſt animal: homo eſt riſibilis. Materia contingens eſt illa, in qua prædicatum poteſt eſſe vel abeſſe præter ſubjecti corruptionem: ut homo eſt albus. Materia remota eſt illa, in qua prædicatum non poteſt conuenire ſubjecto: ut homo eſt aſinus.

(c) 2006 Ministério de Cultura

DE LEGIBUS.

LEx contrariarũ talis eſt, quod in nulla materia poſſunt ſimul eſſe verę: falſę tamen in materia contingenti. Lex ſubcontrariarum talis eſt, quod in nulla materia poſſunt ſimul eſſe falſæ: veræ autem in materia contingenti. Lex contradictoriarum talis eſt, quod in nulla materia poſſunt ſimul eſſe veræ vel falſæ. Lex ſubalternarum talis eſt, quod ſi vniuerſalis eſt vera & eius particularis, non tamen econtrario: niſi in materia naturali vel remota.

1. *Contrariarum.*
2. *Subcontrariarum.*
3. *Contradictoriarum.*
4. *Subalternarum.*

DE PROPOSITIONE hypothetica.

3. *Hypothetica.*

Definitio.

PROPOSITIO hypothetica eſt oratio, in qua duæ categoricæ per coniunctionem ad inuicem vniuntur: ut bonitas eſt magna, & magnitudo eſt bona, &c. Propoſitio hypothetica eſt ſeptuplex: copulatiua, diſiunctiua, conditionalis, rationalis, temporalis, & localis. Copulatiua eſt illa hypothetica, in qua ſunt duę categoricæ coniunctæ per coniunctionem copulatiuam, ut bonitas eſt magna, & differentia eſt concordans, &c. Diſiunctiua eſt illa hypothetica, in qua ſunt duæ cathegoricæ coniunctæ per coniunctionem diſiunctiuam, ut homo eſt animal, vel leo eſt ſenſibilis, &c. Conditionalis eſt illa hypothetica, in qua ſunt duæ categoricæ coniunctæ per hanc dictionem, ſi, ut ſi duratio eſt potens, poteſtas eſt durans, &c. Rationalis eſt illa hypothetica, in qua ſunt duæ categoricæ coniunctæ per has coniunctiones, igitur, vel ergo: ut ſapientia eſt amabilis, igitur bonitas eſt potens, &c. Temporalis hypothetica eſt, in qua ſunt duæ cathegoricæ coniunctæ cum aduerbio temporali, ut bonitas eſt magna, quando magnitudo eſt bona, &c. Localis eſt illa hypothetica, in qua ſunt duæ categoricæ coniunctæ cum aliquo aduerbio locali, ut virtus eſt vbi iuſticia eſt, &c.

Diuiſio.

1. *Copulatiua*

2. *Diſiunctiua.*

3 *Conditionalis.*

4. *Rationalis*

5. *Tẽporalis.*

6. *Localis.*

Ad hoc quod copulatiua ſit vera requiritur, quod ambæ eius categoricæ ſint veræ, ſed quando aliqua categoricarum eſt falſa, tunc ipſa eſt falſa, ut dicendo, homo eſt animal & homo eſt capra, & ideo dicitur, copulatiua pro vna parte falſa, tota falſa. Ad hoc quod diſiunctiua ſit vera, ſufficit aliquam ſuarum categoricarum eſſe veram: ut dicendo bonitas eſt virtuoſa, vel homo non eſt animal, &c. Et ideo dicitur, diſiunctiua vna parte vera, tota vera. Sed ad hoc, quod diſiunctiua ſit falſa, oportet quod ambæ ſuæ categoricæ ſint falſæ: ut dicendo homo eſt irrationalis, vel lapis eſt animal, &c. Ad veritatem conditionalis requiritur, quod antecedens nequeat ſtare ſine conſequenti;

1. *Regula copulatiuæ.*

2. *Reg. diſiunctiuæ.*

3. *Reg. itidem diſiunctiuæ.*

4. *Reg. conditionalis.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ut tu es homo, ergo tu es ens. Ad cuius cognitionem habendam consideretur, si oppositum consequentis repugnat antecedenti.

5. Reg. itidem eõditionalis. Ad falsitatem verò requiritur, quod antecedens possit stare sine consequente, quod etiam poterit videri, considerando quod oppositum consequentis non repugnat antecedenti, &c.

3. Propositionum diuisio à materia subiecta. Omnis propositio est necessaria, possibilis, impossibilis, vel contingens. Necessaria illa, quæ sic est vera, quod nullo modo potest esse falsa: ut dicendo, Deus est bonus, magnus & æternus, homo est animal, &c. Possibilis est illa quæ potest esse vel non esse: ut homo erit scholaris, homo non erit cerdo, &c. Sed quando illud quidem poterat esse, & non esse, est contingens: ut glacerandus est scholaris, vel ipse est lusor, &c. Impossibilis est illa, quæ significat rem, quæ nullo modo potest esse, ut homo est irrationalis, homo non est animal, &c.

DE SUPPOSITIONIBUS.

2. Terminorũ proprietas. Definitio. Diuisio. SVPPOSITIO est acceptio termini pro re vniuersali vel singulari: & est triplex: videlicet simplex, personalis, & materialis. Simplex est acceptio termini pro re vniuersali, ut homo est species. Personalis est acceptio termini pro re singulari, ut homo currit. Materialis est acceptio termini pro re materialiter capta, ut homo est dictio dissyllaba.

DE AMPLIATIONIBVS.

3. Terminorũ proprietas. Definitio. 1. Regulæ. AMPLIATIO est statio termini communis pro diuersis temporibus, de qua dantur regulæ. Prima est, quod in omni propositione, in qua ponitur verbum præteriti perfecti vel participium, terminus præcedens ampliatur pro eo quod est vel fuit, ut virgo fuit meretrix. Secunda regula, in omni propo-

2. Regula. sitione in qua ponitur verbum vel participium futuri temporis terminus præcedens stat pro eo, quod est vel erit, ut senex erit

3. Regula. puer. Tertia regula est, omnis terminus in propositione positus respectu huius verbi, potest, vel ejus participij, stat pro eo quod est vel esse potest, ut album potest esse nigrum.

DE RESTRICTIONE.

4. Termini proprietas. Definitio * *requiratur.* RESTRICTIO est statio termini in propositione pro paucioribus significatis, quam eius * requiratur natura, ut omnis homo albus currit: omnis homo pius Deo grat⁹ est.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PRAEDICABILIBUS & prædicamentis.

QUINQUE ſunt prædicabilia, ſcilicet genus, ſpecies, differentia, proprium, & accidens. Genus eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Species eſt ens quod prædicatur de pluribus differentibus numero. Differentia eſt ens per quod quædam ab alijs differunt. Proprium eſt id, quod uni convenit & alteri non, ut homini convenit, quod ſit riſibilis, cani quod latrabilis, &c. Accidens eſt ens, quod nec per ſe nec in ſe exiſtere poteſt.

Prædicamenta ſunt decem, ſcilicet ſubſtantia, quantitas, qualitas, relatio, actio, paſſio, ſitus, quando, ubi, habitus. Subſtantia eſt id, cui propriè competit eſſe & exiſtere per ſe. Quantitas eſt ens menſurabile ſubſtantiæ. Qualitas eſt ſecundum quam quales eſſe dicimur. Actio eſt actus ſecundum quem agere dicimur. Paſſio eſt id ſecundum quod pati dicimur. Relatio eſt id, quo unum refertur ad aliud. Situs eſt habitudo rei ſituantis ad rem ſituatam. Quando eſt durario, ſecundum permanentiam rei. Ubi eſt habitudo rei ubificantis ad rem ubificatam. Habitus eſt habitudo rei habituantis ad rem habituatam. Prædicamentum eſt ordinatio terminorum ſecũdum ſub & ſupra, ut patet in ſequenti figura,



Sicut eſt facta iſta arbor in prædicamento ſubſtantiæ, ita poteſt fieri in alijs prædicamentis: propter hoc ut appareant ad ſenſum ea, quæ ſunt ſuperiora & inferiora in quolibet prædicamento, ut per talem cognitionem melius poſſit homo rerũ varietates inquirere, & eas faciliùs invenire.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ARGVMENTO.

x. Pars de argumento. Definitio. Diuisio.

ARGUMENTUM est sermonum aggregatio, ex quib' alij sermones sequuntur, ut bonitas est, ergo aliquid est. Argumentum est oratio ex antecedente & consequente composita.

Argumentum habet quatuor species: scilicet syllogismum, inductionem, enthymema, & exemplum.

Probatio est argumentum, in quo veritas est apparens: & potest fieri tribus modis scilicet authoritate, necessaria ratione, & demonstratione.

Demonstratio est manifestatio alicuius ignoti per aliquid notum, vel minus noti per magis notum. Et potest fieri tribus modis: scilicet per quid, per quia, & per æquiparantiam. Demonstratio per quid est, quando effectus demonstratur per causam, vel inferius seu posterius per superius sive prius: Demõstratio per quia est, quando per effectum causa demonstratur, vel quando per inferius seu posterius demonstratur superius vel prius. Demonstratio per æquiparantiam est, quando aliquid æquale ignotum vel æquale minus notum demonstratur per æquale magis notum, & hæc est magis bona & magis necessaria probatio, quam duæ prædictæ quoniam per ipsam alia demonstrantur.

DE SYLLOGISMO.

SYLLOGISMUS est argumẽtatio, in qua ex duabus præmissis propositionibus in debito modo & figura ordinatis sequitur conclusio. Syllogismus in se debet habere duas præmissas, & unam conclusionẽ, ut dicendo sic, omne bonũ est amabile: omnis virtus est bona, omnis virtus est amabilis. Et istarũ duarum præmissarum, Prima dicitur maior, secunda minor, & ista quæ sequitur ex ipsis vocatur conclusio. Tres termini sunt necessarij ad faciendum syllogismum, quorum unus dicitur mediũ, alius maior extremitas, alius minor extremitas. Medium est ille terminus, qui ponitur bis ante conclusionem, scilicet semel in præmissa maiori, & semel in minori. Maior extremitas est ille terminus, qui cum medio facit primam propositionem. Minor extremitas est ille terminus, qui cũ medio facit secundam propositionem. Medium nunquam debet poni in conclusione, sed ipsa debet fieri ex maiori extremitate & minori. Et omnia ista patent in syllogismo prædicto. Et est notandum quod quædam est conclusio directa, & quædam indirecta. Conclusio directa illa in qua maior extremitas prædicatur de minori. Conclusio indirecta est illa, in qua minor extremitas prædicatur de maiori.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Etiam eſt notandum, quod omnis bonus ſyllogiſmus debet eſſe in figura, & in modo. Figura eſt debita ordinatio terminorum in ſubijciendo & prædicando. Figurę ſyllogiſmorum ſunt tres: & quælibet habet ſuos modos. Modus eſt debita ordinatio propoſitionum in quantitate & qualitate. In modis figurarum ſunt iſtæ vocales a. e. i. o. A. eſt univerſalis affirmativa. E, eſt univerſalis negativa I. eſt particularis affirmativa. O, eſt particularis negativa. unde verſus:

Aſſerit. A. negat. E. ſunt univerſaliter ambæ.
Aſſerit. I. negat. O. ſed particulariter ambo.

Conditiones generales ad omnes figuras ſunt quinque. Prima, quod in omni ſyllogiſmo aliqua pręmiſſarum ſit univerſalis. Secunda, quod in omni ſyllogiſmo aliqua præmiſſarum ſit affirmativa. Tertia, quod ſi aliqua præmiſſarum ſit particularis. concluſio ſit particularis, ſed non econverſo. Quarta, quod ſi concluſio eſt negativa, quod aliqua præmiſſarum eſt negativa, & econverſo. Propter quod eſt notandum, quod in ſyllogiſmo ex puris negativis & puris particularibus nihil ſequitur. Quinta, quod in nulla figura medium ponatur in concluſione.

DE PRIMA FIGURA.

PRIMA figura eſt illa, in qua terminus, qui eſt ſubjectum in præmiſſa maiori, eſt prædicatum in minori: ut dicendo omne bonum eſt verum, duratio eſt bona, ergo duratio eſt vera. Et habet quatuor modos directè concludentes, & quãdoque indirecte concludentes. Quatuor primi ſunt, qui ſignificantur per iſtas dictiones. Barbara, Celarent, Darij, Ferio. Primus modus conſtat ex præmiſſis. A. concludentibus A. ut ſic, omne bonum eſt durans, omnis magnitudo eſt bona, ergo omnis magnitudo eſt durans, &c. Secundus modus fit ex maiori præmiſſa E. & minori A. concludentibus E, ut ſic, nullum malum eſt amabile, omne vitium eſt malum, ergo nullum vitium eſt amabile.

Tertius modus fit ex maiori A. & minori I. concludentibus I: ut omnis poteſtas eſt intelligibilis, Deus eſt poteſtas, igitur Deus eſt intelligibilis.

Quartus modus fit ex maiori. E. & miñori. I. concludentibus. O, ut nullum ſpirituale eſt viſibile, quidam Angelus eſt Spiritualis, ergo quidam Angelus non eſt viſibilis.

Quinq; autem modi indirecte concludentes ſunt qui ſignificantur per iſtas dictiones Baralipton Celantes, Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum. Baralipton conſtat ex maiori A. & minori. A. concludentibus I, ut omne bonum eſt poſitiuum, quicquid

Deus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Deus facit eſt bonum, ergo poſitiuum facit Deus. Celantes conſtat ex maiori. E. & maiori. A. concludentibus E. ut nullum virtuoſum eſt vitioſum, omnis gloria eſt virtuoſa, ergo nullũ vitioſum eſt gloria. Dabitis conſtat ex maiori. A. & minori. I. concludentibus I: ut omne ens eſt intelligibile, quoddam particulare eſt ens, ergo quoddam intelligibile eſt particulare. Fapeſmo conſtat ex maiori. A. & minori E concludentibus O: ut omnia noua placent, nullum antiquum eſt nouum, ergo quoddam placidum non eſt antiquum. Friſeſomorum conſtat ex maiori. I. & minori. E. concludentibus, O: ut, quidam homo eſt ſervitor Dei, nullus aſmus eſt homo, ergo quidam ſervitor Dei non eſt aſinus. Conditiones propriæ figuræ ſunt duæ. Prima, quod in ipſa concluditur omne genus propoſitionum, ſcilicet univerſalis affirmativa & negativa, & particularis affirmativa & negativa. Secunda, quod Medium ſit in maiori ſubjectum, & in minori prædicatum.

DE SECUNDA FIGURA.

SECUNDA figura eſt illa, in qua terminus qui eſt prædicatum in maiori eſt prædicatum in minori: ut dicendo, nullum animal eſt planta, omnis herba eſt planta, ergo nulla herba eſt animal: & habet quatuor modos qui ſignificantur per iſtas dictiones, Ceſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco. Primus modus fit ex maiori, E, & minori, A, concludentibus E: ut in ſyllogiſmo prædicto. Secundus modus fit ex maiori A. & minori. E. concludentibus E, ut, omnis homo eſt animal, nullus lapis eſt animal, igitur nullus lapis eſt homo. Tertius modus fit ex maiori E, & minori I, concludentibus O, ut ſic, nulla virtus eſt odibilis, quoddam vitium eſt odibile, igitur quoddam vitium non eſt virtus. Quartus fit ex maiori. A. & minori. O. concludentibus O: ut ſic, omne creatum eſt bonum, peccatum non eſt bonum, igitur peccatum non eſt creatum. Conditiones ſecundæ figuræ ſunt duæ. Prima, quod Medium in utraque ſit prædicatum. Secunda quod maior ſit univerſalis in quocunque ſyllogiſmo.

DE TERTIA FIGURA.

TERTIA figura eſt illa, in qua terminus qui eſt ſubjectũ in maiori eſt ſubjectum in minori. Et habet ſex modos qui ſinificantur per iſtas dictiones, Darapti, Felapton, Diſmis, Datiſi, Bocardo, Feriſon. Primus modus conſtat ex præmiſſis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

præmiſſis à concludentibus I. ut, omnis bonitas eſt magna, omnis bonitas eſt durans, ergo quoddam durans eſt magnum, Secundus modus fit ex maiori A. concludentibus O: ut ſic, nullum bonum eſt vitioſum, omne bonum eſt amabile, igitur quod dam amabile non eſt vitioſum. Tertius modus fit ex maiori I. & minori, A. concludentibus I: ut ſic, quædam bonitas eſt æternitas, omnis bonitas eſt magna, ergo quoddam magnum eſt æternitas. Quartus modus fit ex maiori A. & minori, I. concludentibus I: ut ſic, omnis homo eſt rationalis, quidam homo eſt cerdo, igitur quidam credo eſt rationalis. Quintus fit ex maiori, O. & minori A. concludentibus, O. ut quoddam ſenſibile non eſt mortale, omne ſenſibile eſt viſibile, igitur quoddam viſibile non eſt mortale. Sextus fit ex maiori E. & minor, I, concludentibus O: ut, nullum intellectuale eſt coloratum, quoddam intellectuale eſt anima: ergo quædam anima non eſt colorata, &c. Condiriones tertiæ figuræ ſunt tres. Prima quod medium in utraque ſit ſubjectum. Secunda quod maior ſit affirmativa. Tertia quod non concluditur, niſi particulariter.

DE INDUCTIONE.

INDUCTIO eſt argementatio, in qua arguitur à ſingularibus ſufficienter numeratis ad ſuam immediatam univerſalem: ut Petrus eſt bonus, Iohannes eſt bonus, & ſic de alijs: Ergo omnis homo eſt bonus: & ſic de alijs.

DE ENTHYMEMATE.

ENTHYMEMA eſt argumentatio, in qua arguitur ab una ſola præmiſſa ad concluſionem: ut omnis homo eſt animal: ergo Petrus eſt animal: & ſic de alijs.

DE EXEMPLO.

EXEMPLUM eſt argumentatio, in qua arguitur ab uno particulari ad aliquod aliud per ſimile in eis repertum: ut ſic, Petrum ſeruire Deo bonum eſt: igitur Martinum ſeruire Deo bonum eſt. Similiter magnitudo eſt amabilis, igitur duratio eſt amabilis: tenet argumentum per hoc ſimile quod eſt bonum, eo quod omne bonum eſt amabile.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE LOCIS, ET PRIMO DE loco à maiori.

LOcus à maiori eſt argumentum, quod fit de maiori ad minus: ut ſic, Deus poteſt mundum creare: igitur poteſt ipſum conſervare, vel ſic, Rex poteſt habere C milites. ergo poteſt habere L. Et hoc affirmative, ſed negative ſic: Rex non poteſt expugnare caſtra: ergo nec miles. Similiter ignis non poteſt comburere lignum: ergo nec aer. etc. Et ſic patet qualiter per iſtum locum poteſt homo arguere affirmativè & negativè, ut ſupra patet. Conditio huius loci eſt, quod magis & minus concordent in hoc in quo de uno ad aliud arguitur. Et propter hoc non ſequitur, homo non poteſt facere poma, ergo nec pomarius: ratio quare non valet, quia homo & pomarius non concordant in faciendo poma, nec per conſequens homo eſt maior pomario, nec econverſo: in hoc quod eſt facere poma, & ſic de alijs.

DE LOCO AB AEQUALI.

LOcus ab æquali eſt argumentum, quod fit de æquali ad æquale: ut homo eſt compoſitus ex anima & corpore, ergo ſenſualis creatura & intellectualis eſt compoſita ex anima & corpore: ſimiliter dicendo, riſibile eſt bonum: ergo homo eſt bonus, etc. vel ſic, divina bonitas eſt infinita ſine quantitate, etc. Conditio huius loci eſt: quod res æquales concordent in hoc, in quo de uno ad aliud arguitur: & propter hoc non ſequitur, Raymundus eſt Medicus: ergo Ioannes eſt Medicus: quia poteſt eſſe cerdo: & ſic de alijs.

DE LOCO A MINORI.

LOcus à minori eſt argumentum, quòd fit de minori ad maius: ut ſic, miles poteſt habere equum, ergo Rex poteſt habere equum. Homo non poteſt ferre decem quintalia, ergo non poteſt ferre viginti. Aer poteſt calefacere, ergo ignis. Ita quod iſte locus procedit affirmativè, & negativè, ſicut dictum eſt de loco à maiori. Conditio huius loci eſt, quod minus & magis concordent in hoc de quo, de uno ad aliud arguitur, & propter hoc non ſequitur, aquila poteſt volare, igitur homo poteſt valere: quoniam homo & aquila non concordant in volare & ſic de alijs.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CONSEQUENTIIS.

PRINCIPIA conſequentiæ ſunt antecedens & conſequẽs, & nota conſequentię. Antecedens eſt illud, quod ponit in neceſſitate hoc, quod per ipſum ſequitur Conſequens eſt illud, quod neceſſitatem ante ſe oſtendit. Nota conſequentiæ dicitur illa conjunctio, mediante qua propoſitio quæ eſt antecedens, & illa quæ eſt conſequens conjunguntur: ſicut ſunt, igitur, ergo & ſimilia. Conſequentia eſt quædam ratiocinatio, in qua eſt antecedens & conſequens cum nota conſequentiæ: ut dicendo, bonitas eſt, igitur duratio eſt: ſimiliter bonitas eſt magna, igitur bonitas eſt durans: ſimiliter homo eſt, igitur corp' et anima ſunt: ſimiliter angelus eſt, ergo intellectuale eſt &c. Et de prædicta conſequentia dantur regulæ ſpeciales, quarum prima eſt: quod ex veris non ſequitur niſi verum, ex falſis verò aliquando verum & falſum. Exemplum: ut homo eſt Aſinus, ergo eſt animal, quod eſt verum, & habet animam rationalem, quod eſt falſum. Item, quicquid ſequitur ad conſequens bonæ conſequentiæ, ſequitur, & ad antecedens. Et quicquid antecedit ad antecedens, antecedit ad conſequens. Et quicquid repugnat conſequenti, repugnat antecedenti. Præterea ab univerſali ad ſuam particularem vel indefinitam ipſi ſubalternam eſt bona conſequentia, & non è contrario, niſi in materia naturali vel remota: & à particulari ad ſuam indefinitam & econverſo, eſt bona conſequentia: & generaliter à diffinitione ad diffinitum, à deſcriptione ad deſcriptum, ab interpretatione ad interpretatum, ab uno ſynonymo ad aliud ſynonymum.

DE FALLACIIS.

PARALOGISMUS eſt argumentum indicans eſſe verũ, quod falſum eſt, & econverſo: & ideo dicitur paralogiſmus quaſi apparens ſyllogiſmus. Paralogiſmus fit duobus modis: uno modo in dictione, alio modo extra dictionem, Paralogiſmus in dictione fit ſex modis, ſecundum quod fallaciæ in dictione ſunt ſex, ſcilicet æquivocatio, amphibologia, compoſitio, diviſio, accentus, figuræ dictionis: & dicuntur in dictione ex eo, quia in dictione & per dictionem fit deceptio, ut patebit inferius.

Definitio.

Diviſio.

1. *In dictione.*

Fallacia æquivocationis eſt deceptio proveniens ex eo, quod aliqua dicto plura diverſimodè ſignificat, ſicut hęc dictio, canis, ſignificat canem latrabilem & quendam piſcem marinum, & quoddam ſignum cœli, & hominem mordacem & ſceleratum ac impurum.

1. *Æquivocationis.*

Fal-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

2. *Amphibogiæ.* Fallacia amphibologiæ est deceptio proveniens ex eo quod oratio penitus eadem plura significat: sicut hæc oratio, liber magistri habet duos sensus: unus est, liber magistri, idest, factus à magistro: alius est, liber magistri, id est possessus à magistro

3. *Compositionis.* Fallacia compositionis est deceptio, proveniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis, cuius dictiones adinvicem componi possunt: & in sensu composito sunt falsæ & in sensu diuiso sunt veræ: sicut hæc oratio, quicquid vivit semper est: hæc dictio, semper, si ponatur cum hoc verbo, vivit, sic est vera: si autem ponatur cum hoc verbo, est, sic est falsa: similiter de ista: Quicquid existit, ubique est &c.

4. *Divisionis.* Fallacia divisionis est deceptio, proveniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis, cuius dictiones adinvicem dividi possunt, & in sensu diviso est falsa, in composito autem vera: sicut hæc oratio. Omnis creatura est sensualis vel intellectualis, potest habere duos sensus: unus est, quod omnis creatura sit sensualis, vel quòd omnis creatura sit intellectualis, & sic est falsa: vel potest esse iste sensus: omnis creatura est sensualis vel intellectualis simul: & sic est vera.

5. *Accentus.* Fallacia accentus est deceptio, proveniens ex eo quòd aliqua dictio pronuntiata diversimode diversa significat: sicut hæc dicto occidit, quando in penultima syllaba est longa significat interficere, sed quando in penultima syllaba est breuis, tunc significat cadere.

Figuræ dictionis. Fallacia figuræ dictionis est deceptio, quæ fit ex eo quòd aliqua dictio est similis alteri dictioni, & videtur eundem modū significandi habere, sed tamen non habet, ut sic: omnis aqua est frigida, mare est aqua: igitur est frigida.

II. Extra dictionem. Fallaciæ extra dictionem sunt septem, scilicet accidentis, secundum quid & simpliciter, ignorantia elenchi, petitio principij, consequens, non causa, ut causa, plures interrogationes ut una. Et dicuntur extra dictionem, quia fit fallacia de sophisticis propositionibus, & causa apparens sumitur ex parte rei. Et in hoc differunt à fallacijs in dictione, in quibus causa apparens sumitur ex parte vocis.

I. Accidẽsis. Fallalia accidentis est deceptio, quæ fit ex eo quod aliquid significatur simpliciter in esse utrique eorum, quæ aliqualiter unũ sunt: ut sic, homo est animal, & animal est neutrius gẽeris, ergo homo est neutrius generis, nõ valet, quoniã homo & animal non sunt idem simpliciter.

2 Secundum quid & simpliciter Fallacia secundum quid & simpliciter est deceptio, quæ fit ex eo quòd dictum secundum quid sumit ut tanquam si esset simpliciter, ut sic, Adam est homo mortuus, ergo est homo, non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non valet: quia arguitur à dictione ſecundum quid ad dictionem ſimpliciter.

Fallacia ignorantiæ elenchi eſt deceptio, quæ fit ex eo quod non ſeruantur ea, quæ requiruntur ad diffinitionem contradictionis: ut ſic, homo eſt in eccleſia, & non eſt in mari, ergo eſt & non eſt. *3. Ignorantiæ elenchi.*

Fallacia petitionis principij eſt deceptio, quæ fit ex eo quòd idem ſumitur ad probationem ſui ipſius ſub alio vocabulo: ut ſi quis velit probare, quod homo legat, probet ſic: animal rationale mortale legit: ergo homo legit. *4. Petitio principii.*

Fallacia conſequentis eſt deceptio, quæ fit ex eo quòd conſequens exiſtimatur omnino idem eſſe antecedenti: ut, ſi eſt homo: eſt animal, ergo ſi eſt animal, eſt homo, non valet. *5. Conſequentis.*

Fallacia non cauſæ ut cauſa, eſt deceptio quæ fit ex eo quòd inter præmiſſas, ex quibus ſequitur concluſio ponitur aliqua propoſitio, quæ nihil facit ad concluſionem, & propter hoc dicitur non cauſa. *6. Non cauſa ut cauſa.*

Fallacia ſecundum plures interrogationes ut vnam, eſt deceptio quæ fit ex eo, quòd ad interrogationem, quæ * eſt * plures, datur vna reſponſio: velut ſi quæratur, mel & fel ſuntne dulcia, ſi reſpondeatur non, ergo mel non eſt dulce, ſi reſpondeatur ſic, concludatur: ergo fel eſt dulce &c. Quia ad interrogationes plures debes dare varias reſponſiones. *7. Secundum plures interrogationes ut vnam.*
* conſtat ex
* cõpluribus.

DE DISPUTATIONE.

DISPUTATIO eſt contrarietas ſpiritualis, quæ per verbum manifeſtat conceptionem, quam habet vnus intellectus contra alium. *Definitio.*

DE CONDITIONIBUS *diſputationis.*

DISPVTANS enim primo debet habere intentionem cognoſcendi & amandi veritatem, & cognoſcendi & odiendi falſitatem, & propter hoc verus diſputator debet concedere vera cognita, & falſa negare. Secundò quòd ſupponatur in principio, quod vtraque pars quæſtionis ſit poſſibilis, ſc. affirmatiua & negatiua: ut intellectus in inueſtigatione ſit liber & non ligatus. Tertiò quod arguens probet vel improbet per aliquam ſpeciem argumentationis fundando argumentum ſuper aliquam ſpeciem demonſtrationis. Quartò quod inter diſputantes ſit communis amicitia: ut infrenetur particularis contrarietas, quam habent circa hoc, de quo diſputant. *1. Amor veri & odium falſi. 2. Intellectus libertas. 3. Methodus. 4. Communis amicitia.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TRACTATVS
M. RAYMUNDI LULLII, DE VENATIONE MEDII
inter ſubjectum & prædicatum.

DE MEDIO NATVRALI ET LOGICO.

1. *Naturale.*
2. *Logicum.*

MEDIVM exiſtens inter ſubjectum & prædicatum intendimus venari duobus modis. Primo modo medium naturale, & ſecundo modo medium logicale: & hoc facimus, ut cognoſcamus verum medium reale & etiam naturale, & per conſequẽs neceſſarium ſyllogiſmum, ac etiam ut per medium probatiuum & opinatiuum cognoſcamus ſyllogiſmum dialecticum ſiue logicalem & intentionalem.

Venatio medii naturalis

Ad venandum medium naturale facimus ſyllogiſmos quatuordecim. Primus fit ſic, ponatur quod A.B C. ſint vna ſubſtãtia ab omni accidente denudata poſtea fiat ſyllogiſmus ſic: omne B. eſt A. omne C. eſt B. ergo omne C. eſt A Iſte ſyllogiſmus eſt demonſtratiuus, verus, & neceſſarius, & qui non poteſt impugnari: & ratio huius eſt, quia medium eſt ſubſtantiale naturale & reale, & ad hoc nullum accidens poteſt cõtradicere: quia A.B.C. ab omni accidente ſunt remota.

1. *Syllog.*

2. *Syllog.*

Secundus ſyllogiſmus fit ſic, omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Iſte ſyllogiſmus non videtur eſſe neceſſarius, eo quòd medium non eſt ſimpliciter naturale, cum ſubſtantia ſit ſuperius, animal inferius: & animal ſuperius, & homo inferius, & idcirco remouere hoc per quod ſuperbia eſt ſuperius, & aſcendere hoc per quod animal & homo ſunt inferius, ut termini ſint æquales, neceſſitat ſyllogiſmum: & hoc ſic, omne animal rationale eſt ſubſtantia rationalis, ſed omnis homo eſt animal rationale: ergo omnis homo eſt ſubſtantia rationalis, & ſic iſte ſyllogiſmus eſt neceſſitatus propter coæquationem terminorum: quia per hoc ipſum medium eſt naturale.

3. *Syllog.*

Tertius ſyllogiſmus ſic fit facta hypotheſi, quòd omnis bonitas ſubſtantialis ſit ratio bono quòd producat bonum ſubſtantiale: & poſito quod bonus & bonitas ſubſtantialis ſint idem, neceſſitatus eſt bonus quod producat bonum ſubſtantiale: idcirco ſyllogizo ſic, omnis bonitas ſubſtantialis eſt ratio bono quod producat bonum ſubſtantiale, ſed A. eſt bonitas ſubſtantialis, ergo A. producit bonum ſubſtantiale, & ſic neceſſitat eſt

ſyllogiſmus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſyllogiſmus per hoc, quod medium eſt ſubſtantiale, in quo ſubjectum & prædicatum eſſentialiter conuertuntur.

Quartus fit ſic, omnis bonitas infinita eſt ratio bono infinito quod producat bonum infinitum, ſed A. eſt bonitas infinita, ergo A. eſt ratio bono infinito quod producat bonum infinitum, & quia bonum infinitum eſt medium, neceſſitatus eſt ſyllogiſmus ratione cuius eſt demonſtratiuus & realis. *4. Syllog.*

Quintus eſt talis, omnis bonitas infinita & æterna eſt ratio bono infinito & æterno, quod producat bonum infinitum & æternum, ſed A. eſt huiuſmodi, igitur A. producit bonum infinitum & æternum. Majorem & minorem non oportet probare, quia neceſſario ſequitur, quare inuentum eſt medium. *5. Syllog.*

Sextus eſt talis, omnis poteſtas infinita habet actum infinitum, ſed A eſt huiuſmodi, ergo A. habet actum infinitum. *6. Syllog.*

Septimus talis, omnis intellectus exiſtens idem per eſſentiã cum poteſtate poteſt exiſtere & agere, ſed A eſt huiuſmodi, ergo &c. Vnde ſequitur medium naturale, rationale, & reale inter agens, agibilia, & agere, & per conſequens diſtinctio: alioquin agens ageret ſeipſum, & ſic de agibili & agere: & intellectus non poſſet intelligere, quod eſt intelligibile. Et quia omnia iſta ſunt impoſſibilia, per talem impoſſibilitatem inuenimus medium quod quærimus. *7. Syllog.*

Octauus erit iſte, ponatur quod intellectus & voluntas ſint idem per eſſentiam, idcirco arguo ſic: in omni eſſentia, in qua intellectus & voluntas ſunt, idem neceſſarium eſt quod intelligibile & volibile ſint idem, ac etiam intelligere & velle: ſed in A. ſunt idem, ergo &c. & ſicut inuenitur mediũ, quid quęrimus. *8 Syllog.*

DE SEX SPECIEBUS MEDII ſupradicti.

DE ſyllogiſmo, in quo omnes termini ſunt ſubſtantiales. Primò ſic, omnis poteſtas infinita & æterna poteſt exiſtere & agere infinitè & æternè, ſed A. eſt huiuſmodi, ergo &c. Iſte ſyllogiſmus eſt neceſſarius, eo quod omnes eius termini ſunt ſubſtantiales, & non multiplicant plures eſſentias: vnde ſequitur inuentio medij, quod quærimus. *1. Syllog.*

Secundus eſt iſte, Nullus color eſt quantitas, rubedo eſt color. ergo rubedo non eſt quantitas. Iſte ſyllogiſmus non eſt neceſſarius, eo quod accidens non eſt per ſe neceſſarium ſed per ſubſtantiam: ideo non inuenitur per ipſum medium naturale, quod quærimus, ſed intentionale. *2. Syllog.*

Tertius eſt, quando præmiſſæ ſunt ſubſtantiales & medium *3. Syllog.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

accidentale, & hoc ſic: omne muſicum eſt homo, omne muſicum eſt animal, ergo quoddam animal eſt homo. Iſte ſyllogiſmus non eſt neceſſarius, eo quod medium non participatur cum extremis in natura ſubſtantiali, & ſic non inuenitur per ipſum medium ſubſtantiale.

4. Syllog. Quartus eſt quando præmiſſæ ſunt accidentales & medium ſubſtãtiale, & hoc ſic: nullus coruus eſt albus, quoddam nigrum eſt coruus, ergo quoddam nigrum non eſt album. Iſte ſyllogiſmus non eſt neceſſarius, eo quod medium eſt compoſitum ex ſubſtantia & accidente, ratione participationis præmiſſarum.

5. Syllog. Quintus eſt, quando maior eſt ſubſtantialis, & medium & minor accidentales, & hoc ſic: omnis muſicus eſt homo, omnis muſicus eſt ſciens, ergo quidam ſciens eſt homo. Iſte ſyllogiſmus non eſt neceſſarius, eo quòd ſubjectum & prædicatum participant per diuerſas naturas.

6. Syllog. Sextus eſt, quando maior eſt accidentalis, & medium & minor ſubſtantiales & hoc ſic: quidam homo eſt albus, omnis homo eſt animal, ergo quoddam animal eſt album. Iſte ſyllogiſmus non eſt demõſtratiuus, eo quod ſubjectum & prædicatum claudicant per prius & poſterius.

DE VENATIONE MEdij inuentionalis.

1. Syllog. PRIMVS ſyllogiſmus eſt talis. Bonitas eſt ens, ratione cuius bonus agit bonum. Sed modò ponatur quòd A. ſit bonitas, ergo A. erit ratio, quare bonus agit bonum. Iſte ſyllogiſmus eſt dialecticus ſiue probatiuus, & ratio huius eſt, quia eius medium eſt indeterminatum, quoniam aliquis bonus agit bonum, de ſua eſſentia, ſicut agens naturale quod agit bonum de ſua bonitate, ut pater filium & granum frumenti ſpicam: & alius bonus qui agit bonum, ſed non de ſua eſſentia, ſicut artifex qui facit bonam arcam de ligno.

2. Syllog. Secundus ſyllogiſmus eſt talis, Magnitudo eſt bona & ideo arguo ſic. omnis magnitudo hona eſt ratio magno, quod agat magnum bonum, ſed A. eſt huiuſmodi, ergo quod agit magnũ bonum. Iſte ſyllogiſmus eſt dialecticus & probatiuus ſed non neceſſarius: ratio huius eſt, quia ſola bonitas ſubſtantialis eſt ratio bono quod producat bonum: non bonitas accidentalis eo quod per accidens eſt, de qua bonitate magnitudo eſt habituata per accidens. Habitus verò non producit, ſed habituatus cum habitu producit, ſicut albedo quæ non albificat: ſed album albificat per albedinem.

Tertius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Tertius ſyllogiſmus eſt ſic, duratio per poteſtatem poteſt exiſtere & agere, poteſtas per durationem poteſt durare, & idcirco arguo ſic, omnis duratio poteſt exiſtere & agere per poteſtatem ſed A. eſt duratio, ergo A. poteſt exiſtere & agere. Iſte ſyllogiſmus non eſt demonſtratiuus, eo quod compoſitus eſt ex ſubſtantia & accidente. Ratio huius eſt in hoc, quod duratio per ſe non poteſt exiſtere & agere, neque per conſequens agere: patet ergo quod iſte ſyllogiſmus eſt dialecticus, in quo conſiſtit medium intentionale. 3. *Syllogiſmus.*

Quartus ſyllogiſmus eſt ſic, ponatur quod intellectus & voluntas non ſint idem per eſſentiam, quæ potentia vera eſt in creatis, & tunc arguo ſic: quicquid eſt dilectum, eſt dilectum per voluntatem, & quicquid eſt intellectum eſt intellectum per intellectum, ſed A. eſt dilectum & intellectum, ergo A. eſt dilectum per voluntatem & eſt intellectum per intellectum. Iſte ſyllogiſmus eſt probatiuus ſed non demonſtratiuus neque neceſſarius: & ratio huius eſt, quia voluntas non eſt neceſſitata ad diligendum intellectum: Neque intellectus ad intelligendum voluntatem: quoniam quælibet iſtarum potentiarum eſt libera quo ad ſuam naturam & ad habendum ſuum proprium appetitum ad ſuum proprium finem, hoc eſt, ad ſuum proprium objectum, ſicut voluntas ad volendum, & intellectus ad intelligendum. Verumtamen ſi iſtæ eſſentiæ eſſent vna eſſentia & non plures, voluntas eſſet neceſſitata ad intelligendum intellectum, & intellectus ad intelligendum voluntatem, & ſic ſyllogiſmus eſſet demonſtratiuus. 4. *Syllogiſmus.*

Cur hic repetendæ nõ ſint ſex ſpecies medii.

Prædictas ſex ſpecies medij non oportet repetere ad venandum medium intentionale, quia de ipſo iam certificati ſumus in ipſo capitulo per ea quæ dicta ſunt de venatione medij exiſtente inter ſubjectum & prædicatum, quia intellectus logicalis & naturalis eſt valde altus ad inueniendum media naturalia & intentionalia, & differentias eorum & poteſt ſibi cauere à fallaciis & ſophiſmatibus.

Finit cum gratia Dei tractatus de Venatione medij.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TRACTATVS
M. RAYMUNDI LULLII, DE CONVERSIONE SVBIECTI & Prædicati per medium.

Deus cum tua altiſſima ſapientia, charitate & virtute, incipit de Conuerſione Subjecti & Prædicati per medium tractatus.

QVONIAM opiniones creſcunt, quibus intellectus eſt offuſcatus & multotiens poſitus in errore, & demonſtrationes in diſputationibus, & libris rariſſimè ſeminantur, propter quod ſcientia quaſi perit: idcirco intendimus doctrinam tradere in hoc libro, qua poterimus demonſtrationibus habituari, & per conſequens vera vigebit ſcientia, & opiniones ceſſabunt.

Subjectum iſtius libri eſt medium, per quod inueſtigamus conuerſionem prædicati & ſubjecti.

Iſte liber diuiditur in decem diſtinctiones, quæ ſunt hæ: Ordinatio, Deus, Angelus, Cœlum, Homo, Imaginatiua, Senſitiua, Vegetatiua, Elementatiua, & Inſtrumentatiua. Ratio, quare diuidimus in decem diſtinctiones eſt, quia intellectus eſt diſcurſiuus quatuor modis: ſcilicet per prędicationem, per conuerſionem, per opinionem: & per demonſtrationem: & ideo iſta quatuor diſcurremus per iſtas decem diſtinctiones.

DE PRIMA DISTINCTIONE.

DISTINCTIO iſta eſt ordinatio, & præambulum aliarũ diſtinctionum, ut per ipſam pateant maioritates. Eſt autem vnum medium omnino generale, quod eſt origo omnium mediorum exiſtentium inter ſubjectum & prædicatum: ut puta, quando terminus omnino vniuerſalis trahitur ad terminum non omnino particularem, ut puta quando bonitas omnino generalis contrahitur ad magnitudinem, & dicitur bonitas magna, quæ bonitas magna non eſt omnino generalis nec omnino particularis. Sed quando contrahitur & dicitur bonitas Petri eſt magna, tũc eſt omnino ſpecialis, & ideo bonitas magna eſt mediũ exiſtẽs inter ōnino generale & ōnino particulare. Tale mediũ requirit tres ſpecies, quãdo conuertũtur per ipſum ſubjectum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubjectum & prædicatum : ſcilicet medium menſurationis, medium coniunctionis, & medium extremitatum. Medium menſurationis eſt, quando exiſtit æqualiter inter extremitates: ut puta intelligere naturale, quod exiſtit æqualiter inter intelligentem & intelligibile. A tali medio oritur relatio & conuerſio inter ſubjectum & prædicatum. Medium coniunctionis eſt cauſa quare extremitates connectuntur, & ſequitur vnio. Medium extremitatum eſt reſpectu continui ſubjecti, ſicut linea inter duo puncta. Prædicationes autem multæ ſunt & diuerſæ, ut puta bonitas eſt magnitudo, & magnitudo eſt bonitas. Alia autem ſpecies prædicationis eſt, quando ſubjectum & prædicatum non conuertuntur, ut puta quando dicitur, omnis homo eſt animal, & non conuertitur. Per primam prædicationem cognoſcitur medium, à quo oritur ſyllogiſmus demonſtratiuus. Per ſecundam oritur ſyllogiſmus opinatiuus. Et etiam opinio oritur ab iſta prædicatione, bonitas eſt magna, magnitudo eſt bona, eo quod medium eſt accidens copulatiuum, & impedit quod ſubjectum & prædicatum conuertantur.

Diſcendum eſt, quod quando intellectus eſt diſcurſiuus, quia recurrit ad ſuam naturam & modum intelligendi venando medium inter ſubjectum & prædicatum, & ſi inuenit medium ſubſtantiale inter ſubjectum & prædicatum, cognoſcit quod ex tali medio fiat demonſtratio, & ſic non fiet ſyllogiſmus opinatiu⁹.

Vlterius ſi intellectus diſcurrat per opiniones & intellectum philoſophorum, & non recurrat ad ſuam naturam & modum intelligendi, tunc eſt creditiuus ſiue opinatiuus, & de contingentia habituatus. Si non recurrat ad ſuum intelligere naturale & ad ea quæ dixerunt alij, & habet notitiam naturæ medij inter ſubjectum & prædicatum, tunc eſt aſſertiuus: & iſta regula eſt infallibilis, & per ipſam intellectus fugat ſophiſticationes, & coram ipſo intellectus logicus ſtare non poteſt.

Syllogiſmus demonſtratiuus requirit principia vera & neceſſaria, & primitiua: quæ requirimus cum conuerſione ſubjectorum cum prædicatis, & cum medio inter iſta, & alios ſyllogiſmos, in quibus termini non ſunt conuertibiles, appellabimus opinatiuos.

DE SECUNDA DISTINCTIONE, quæ eſt de Deo.

DISTINCTIO iſta in quinque prædicationes eſt diuiſa, & primò de prima. Suppono quod Deus ſit bonitas intelligẽtiſſima, volũtas volẽtiſſima, virtus virtuoſiſſima, veritas veriſſima, & gloria glorioſiſſima, & pfectio pfectiſſima, ſimplicitas ſimpliciſſima, & infinitas infiniciſſima. Et ſi prędicatio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

falsa est, necessario sequitur quod intellectus humanus habeat altiorem virtutem in objectando Deum & eius rationes, quam Deus & eius rationes sint, quod est impossibile: quia non esset tantus ab ipsa prima causa, cum esset superius objectatiuè. Et igitur prædicatio prima vera & necessaria eo quod ex primitiuis, primis, veris, & necessariis est constituta. Et ideo arguo sic, quicquid est Deus, est bonitas optima, sed magnitudo maxima est Deus: ergo magnitudo maxima est bonitas optima, Iste syllogismus est demonstratiuus, eo quod ex principiis primis, veris & necessariis. Et sicut est exemplificatum de bonitate & magnitudine faciendo demonstrationem, sic potest exemplificari in aliis rationibus, sed dimittimus gratia brevitatis.

Probatum est, quod optimitas & maximitas conuerti non potest sine medio, quod sit purus actus, scilicet optimare, maximare, cum quibus rationes sunt in superlatiuo gradu existentes, habentes naturam ab omni ociositate prolongatam: tale autem medium nõ potest esse sine extremitatibus, (ut ita loquar) cum sit purus actus: quas extremitates vocamus maximans & maximatum. Medium autem coniunctionis coniungit, quod optimans, maximans gignit vnum suppositum optimatum, & maximatum aliud suppositum: & sic oritur relatio, & per consequens distinctio trium suppositorum. Medium autem extremitatum (ut ita loquar) ponit quod omnia tria suppositа divina in suo numero remanentia sint vna essentia indiuisa. Vnde cum ita sit, ostensum est per quem modum intellectus humanus de divina trinitate potest habere notitiam.

Secunda prædicatio est ista, Deus est infinitas infinitissima, infinitas infinitissima est Deus. In ista prędicatione termini sunt conuertibiles, & coæquati, & simpliciter. Et ideo arguitur sic. Omne ens infinitum est Deus: trinitas est ens infinitum, ergo trinitas est Deus. Iste syllogismus est demonstratiuus, eo quod est ex primis, veris & necessariis. Et quia æternitas & infinitas conuertuntur cum Deo optimitate & maximitate, necessariò sequitur, quod in isto syllogismo sic existat medium sicut in primo, & per consequens sit beatissima trinitas.

Deus est bonus, bonus est Deus, in ista prædicatione termini non sunt cõuertibiles, cum alia entia sint bona, ut puta angelus, cœlum, &c. Et ideo ex talibus non fit syllogismus demonstratiuus, quia deficit medium mensurationis.

Deus est creator, creator est Deus, ex hoc arguitur sic: Omnis infinitas infinitissima est creator, sed Deus est infinitas infinitissima: ergo Deus est creator. In isto syllogismo est sic medium sicut in primo & secũdo, ut patet per hoc quia in creatione necessariũ est dare creãs, creabile & creare: quoniã creare nõ coæquat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

coæquat trinitatem & creatum,nec medium conjunctionis cõjungit ipſos in eſſentia:& ſic de medio extremitatum.

Deus eſt cauſa optima, cauſa optima eſt Deus,& ideo arguo ſic: Omne id quod eſt cauſa optima, eſt cauſa maxima, ſed Deus eſt cauſa optima, ergo eſt cauſa maxima : Deus autem non poteſt eſſe cauſa maxima ſine effectu maximo, quem vocamus Chriſtum, cum relative ſe habent. Medium autem converſiuum non poteſt convertere cauſam & effectum,& ſic de medio extremitatum naturaliter loquendo.

Declarauimus venationem converſionis ſubjecti & prædicati in Deo: per conſequens medium & per talem prædicationem cognoſcitur quid iſtorum in altiori gradu exiſtit. Et ſicut diximus de iſtis,ita poteſt dici de alijs. Et talis doctrina valde eſt utilis ad cognoſcendum Deum quo ad eius operationes intrinſecè & extrinſecè,& quo ad eius rationes reales.

DE TERTIA DISTINCTIONE, quæ eſt de Angelo.

ANGELUS eſt ſpiritus creatus non conjunctus, Spiritus creatus non conjunctus eſt angelus. Iſta prædicatio non eſt ita neceſſaria ſicut illa, in qua prædicantur rationes divinæ de ipſo Deo: eo quod ſpiritus & creatum eſſe ſunt ſuperius, & angelus eſt inferius, ut patet per contractionem primæ diſtinctionis. Et ideo arguo ſic, omnis angelus eſt ſpiritus creatus non conjunctus. Gabriel eſt angelus, ergo eſt ſpiritus creatus non conjunctus. Iſte ſyllogiſmus eſt verus & neceſſarius,ſed non eſt primitiuus, quia medium menſurationis non coæquat extrema, neque convertibilia facit, ut puta Angelus & ſpiritus,&c. Medium autem conjunctivum conjungit ipſa principia. Medium extremitatum ponit,quod omnia illa conſtituant unam eſſentiam angeli. Et ideo medium, quod inquirimus,æqualiter intrat iſtum ſyllogiſmum, quod exiſtit inter ſubjectum & prædicatum.

Angelus eſt ſua ſpecies,una ſpecies eſt angelus. Iſtam prædicationem converſam ſic declaramus, ut medium inter ſubjectum & prædicatum poſſimus invenire. Omnis angelus eſt una ſpecies, Gabriel eſt angelus, ergo eſt ſua ſpecies. In iſto ſyllogiſmo eſt contractio ſpeciei ad Gabrielem. Medium menſurationis non convertit terminos, ſed ratio eſt contractionis, Medium conjunctiuum conjungit quod eſt ſuperius cum inferiori. Medium extremitatum ponit quod iſta ſint una eſſentia indiviſa ; & ideo per talem doctrinam cognoſcit intellectus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod medium intrat talem ſyllogiſmum ſecundum quid & non ſimpliciter inter ſubjectum & prædicatum.

Angelus eſt bonitas, bonitas eſt angelus. Iſta prædicatio eſt falſa, eo quod non eſt ibi bonitas contracta. Si enim angelus eſſet bonitas ipſe æquipararetur Deo in bonitate, & ſic de alijs ſuis principijs, quod eſt impoſſibile: ratione cuius impoſſibilitatis medium quæſitum intrare non poteſt inter ſubjectum & prædicatum prædictũ, quia nulla trium ſpecierum intrare poteſt: ut patet per iſtud argumentum, quod falſum & erroneũ eſt. Omnis bonitas eſt angelus, Gabriel eſt bonitas, ergo Gabriel eſt angelus. Per iſtud autem argumentum falſum cognoſcitur tanquam ex contrario, quomodo intrat verum ſyllogiſmum & non iſtud argumentum: & oſtenditur medium quod inquiritur.

Angelus eſt bonus, bonus eſt angelus: Iſta prædicatio falſa eſt: cum angelus ſit inferius & bonus ſuperius. Et arguo ſic: Omnis angelus eſt bonus. Gabriel eſt angelus, ergo eſt bonus. Et quia prædicatio eſt falſa, ſequitur falſum argumentum. Et ſic cognoſcitur, quare medium in ipſo intrare non poteſt, ratione cuius impedimenti mediũ & ſpecies eius nobis revelatur.

Diabolus eſt malus, malus eſt diabolus. Iſta prædicatio eſt falſa, quia non convertuntur ſubjectum & prædicatum quia medium intrare non poteſt: & ut pateat, arguo ſic: omnis diabolus eſt malus, Lucifer eſt diabolus, ergo Lucifer eſt malus. Paralogiſmus eſt falſus, & quando medium menſurationis non poteſt convertere malum reale & naturale bonum, cum diabolus ſit bonus naturaliter: neque medium conjunctionis poteſt conjungere quod accidens & ſubſtantia ſunt idem eſſentialiter, & ſic de medio extremimatum.

DE QUARTA DISTINCTIONE, quæ eſt de Cælo.

COELUM eſt corpus movens omnia mobilia, Corpus movens omnia mobilia eſt cœlum. Iſta converſio iſtorum prædicatorum eſt contracta. Et ideo arguo ſic, Omne cœlum eſt corpus, Octaua ſphera eſt cœlum, ergo eſt corbus. Medium converſiuum non convertit corpus & cœlum. Medium autem conjunctiuum contrahendo conjungit. Medium autem extremitatum conjungit in eadem eſſentia. Et ſic apparet quod ſyllogiſmus non eſt ſimpliciter demonſtratiuus, cum medium converſiuum non poſſit convertere cœlum & corpus.

Cœlum eſt maximum corpus, Maximum corpus eſt cœlũ Ideo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ideo arguo ſic, Quicquid eſt maximum corpus eſt cœlum, Octava ſphera eſt maximum corpus, ergo eſt cœlum. De iſto ſyllogiſmo poteſt ſic dici ſicut de primo, ſo, quod ſua principia non ſunt coæqualia.

Cœlum eſt ſubſtantia primò mota, Subſtantia primò mota eſt cœlum: quia principia non ſunt coæqualia, iſte ſyllogiſmus eſt ſicut duo præcedentes.

Cœlum eſt æternum, æternum eſt cœlum. In iſta prædicatione termini non coæquantur, nec contrahuntur; quoniam quod eſt æternum non eſt non æternum: & ideo arguo ſic, Nullum cœlum eſt æternum, Octava ſphera eſt cœlum, ergo octava ſphera non eſt æterna. In iſto ſyllogiſmo non intrat medium cum ſuis ſpeciebus, quoniam æternum eſt infinitum, & cœlum eſt finitum: & talia non convertuntur, nec poſſunt eſſe eadem eſſentia: & ideo non eſt verus ſyllogiſmus, licet ſit in forma ſyllogiſtica.

Cœlum eſt ens incorruptibile, ens incorruptibile eſt cœlum. In iſta prædicatione termini non coæquantur, quia ſunt per contractionem: & ideo arguitur ſic, Omne cælum eſt incorruptibile, Saturnus eſt cœlum, ergo eſt incorruptibilis. In iſto ſyllogiſmo non intrat medium converſionis, medium autem conjunctionis & extremitatum ſic, quoniam medium converſionis in terminis contractis ſtare non poteſt, cùm ſit extremis coæquatum.

DE QUINTA DISTINCTIONE, quæ eſt de Homine.

SUBSTANTIA rationalis ſenſata eſt homo, Homo eſt ſubſtantia rationalis ſenſata. Iſta converſio eſt continuationis, & ideo arguo ſic, Omnis ſubſtantia rationalis ſenſata eſt homo, Petrus eſt ſubſtantia rationalis ſenſata, ergo Petrus eſt homo. In iſto ſyllogiſmo apparet, quomodo medium converſionis non intrat, ſed alia duo media bene: quia conſtituũt quod Petrus & ſubſtantia ſenſata ſint idem in eſſentia Animal eſt ſubſtantia; ſubſtãtia eſt animal: Homo eſt animal, animal eſt homo: Et ideo ut videatur, ſi dico verũ an falſum, an verum & falſum, arguo ſic: Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia: Animal ut ſubjectũ in majori eſt neceſſitatum, & homo ut ſubjectum in minori & hoc apparet ſecundũ quod mediũ intrat, per quod mediũ aliquo modo dico verum, & alio modo non: diſtinguendo intermedium naturale, demonſtratiuum & opinatiuũ. Nam ut animal eſt ſubjectum naturale, & ut prædicatum in minori eſt

quo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quo dammodo demonſtratiuum & opinatiuum: & ſic eſt ſubſtantia, ut eſt prædicatum in maiori. Et ex hoc patet, quæ eſt differentia inter medium naturale, demonſtratiuum & opinatiuum

Homo eſt riſibilis, Riſibile eſt homo: ſecundum vocem iſta converuntur, cum homo ſit ſubſtantia, & riſibilitas ſit proprietas, non converuntur ſecundum rem, & ideo arguo ſic, Omnis homo eſt riſibilis, Petrus eſt homo, ergo eſt riſibilis. In iſto ſyllogiſmo ſubſtantia contrahitur ad proprietatem per accidens, medium autem converſionis non convertit ſubſtantiam & accidens. Medium vero conjunctionis conjungit ipſa & ſic eſt medium compoſitiuum, & medium extremitatum, continuatiuum.

Subſtantia rationalis ſenſata alba eſt homo, Homo eſt ſubſtantia rationalis ſenſata alba: iſta prædicatio eſt converſio ratione contractionis ſubſtantiæ & accidentis, & ideo arguo ſic. Omnis ſubſtantia rationalis ſenſata alba eſt homo. Petrus eſt ſubſtantia rationalis ſenſata alba, ergo eſt homo. In iſta prædicatione non intrat medium converſiuum. Medium autem conjunctionis & extremitatum intrat, quia eſt ibi copulatio & continuatio: & ideo quando dicitur homo eſt albus, album eſt ſuperius, & homo eſt inferius. Si medium converſionis intraſſet eſſent termini coœquati. Et in iſto paſſu cognoſcitur & ex prædictis, quod medium converſiuum non intrat niſi in ſubſtantia Dei, ut patet in primo & ſecundo ſyllogiſmo ſecundæ diſtinctionis.

Homo currit, quidam currens eſt homo: prædicatio iſta eſt per contractionem ſubſtantiæ & accidentis, & ideo arguo ſic: Omnis homo currit, Petrus eſt homo, ergo Petrus currit: & ideo quia medium converſionis non intrat iſtum ſyllogiſmum, eo quod non convertit ſubſtantiam & accidens, & medium conjunctionis conjungit & medium extremitatum continuat, naſcitur iſta, Quidam homo currit: & ex hoc apparet quod quidam & aliquis, & huiuſmodi nõ ſunt de genere omnino univerſalis, ſed ſunt omnino particularia.

DE SEXTA DISTINCTIONE, quæ eſt de Imaginatiua.

SUBSTANTIA ſubjectiuè imaginata eſt animal, animal ſubjective imaginatum eſt ſubſtantia, & ideo arguo ſic: omnis ſubſtantia ſubjectivè imaginata eſt animal: homo eſt ſubſtantia ſubjectiuè imaginata: ergo homo eſt animal. Medium menſurationis non poteſt cõvertere niſi terminos coæquatos: nihil

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tos: nihil ſuperius, nihil inferius: & ſic non poteſt converti ſubſtantia & animal, cum ſint ſicut ſuperius & inferius. Sed medium conjunctionis conjungit ſubſtantiam & animal: & medium extremitatem ponit, quod iſta ſint una ſubſtantia indiviſa.

Subſtantia ſubjectivè intrinſecè rationata imaginata eſt homo. Homo eſt ſubſtantia ſubjectivè intrinſecè rationata imaginata. Et ideo arguo ſic, Omnis ſubſtantia rationata & imaginata ſubjectivè & intrinſecè eſt homo, Petrus eſt huiuſmodi, ergo eſt homo. Medium vero menſurationis non intrat, & ſic non poteſt fieri converſio: ſed intrat medium conjunctionis conjungendo terminos & medium extremitatum, continuando ipſos, ut ſit una ſubſtantia conſtituta: non autem intendo dicere, quod ſit ſubſtantia imaginata per ſenſum, ſed compoſitive naturaliter ut totum ex partibus.

Subſtantia ſubjective imaginata eſt leo, Leo eſt ſubſtantia imaginata ſubjectivè: in iſta prædicatione ſubjectum & prædicatum non convertuntur, & ideo arguo ſic: Omnis ſubſtantia ſubjective imaginata eſt leo: Matzotus eſt huiuſmodi: ergo eſt leo. Iſtud argumentum eſt falſum & erroneum, quia non intrat ibi medium naturale, nec ſpecies eius.

Nulla ſubſtantia ſine imaginatione eſt animal, lapis eſt ſubſtantia ſine imaginatione: ergo non eſt animal. In iſto ſyllogiſmo non intrat medium naturale, nec eius ſpecies.

Nulla ſubſtantia ſine actione & paſſione imaginationis eſt intrinſecè imaginata, homo eſt ſubſtantia intrinſece imaginata: ergo non eſt imaginata per actionem & paſſionem imaginationis: medium autem non poteſt convertere actionem & paſſionem, cum actio ſit ſuperius ratione formæ, & paſſio inferius ratione materiæ: veruntamen medium conjunctionis ponit quod extremitatum per ſubſtantiam: & medium conjunctionis ponit continuationem eorum: ut imaginatio in ſubjecto in quo eſt agens & patiens.

DE SEPTIMA DISTINCTIONE, quæ eſt de Senſitiva.

EST autem ſenſitiva ſubſtantia, ſubſtantia eſt ſenſitiva, termini non convertuntur: quia ſubſtantia ſuperius eſt, & ideo arguitur ſic: Omnis ſubſtantia ſenſata eſt actionata & paſſionata, homo eſt ſubſtantia ſenſata, ergo eſt actionatus & paſſionatus. In iſto ſyllogiſmo medium menſurationis non poteſt coæquare actionem & paſſionem in virtute: medium vero conjunctionis componit conjunctionem remanente relatione: medium autem extremitatum facit ipſa continua.

Subſtantia ſenſata eſt quanta, quantum eſt ſubſtantia ſenſata, & ideo arguo ſic: omnis ſubſtantia ſenſata eſt quanta: homo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non intrat, quia ſubſtantia eſt in plus quã homo. Sed medium conjunctionis conjungit partes ſubſtantiales, & etiam iſtas cũ quantitate: & medium extremitatum continuat corpus, quod eſt ex ſubſtantia & accidente.

Subſtantia ſenſata eſt qualis, quale eſt ſubſtantia ſenſata, & ideo arguo ſic. omnis ſubſtantia ſenſata eſt qualis, aſinus eſt huiuſmodi, ergo eſt qualis. Medium menſurationis non intrat: in plus enim eſt ſubſtantia quam aſinus. Sed medium conjunctionis componit ſubſtantiales terminos ad ſe invicem & cum qualitate, ſed medium extremitatum continuat corpus quale & qualitates.

Subſtantia ſenſata eſt relata, relatum eſt ſubſtantia ſenſata, & ideo arguitur ſic, Omnis ſubſtantia ſenſata eſt relata, capra eſt ſubſtantia ſenſata, ergo eſt relata. Medium verò menſurationis non poteſt convertere ea, quæ ſunt relata, ut puta actio, paſſio, quia ſi ſic annihilaretur medium conjunctionis, quia nõ haberet, quod conjungeret, & per conſequens medium extremitatum cum non poſſet continuare aliquid in ipſis.

Senſitiva eſt in ſenſibilibus particularibus radicata, radicatum in particularibus ſenſibilibus eſt ſenſitiva: & arguo ſic, omne radicatum, in particularibus ſenſibilibus tanquam ſibi ſubſtantiale eſt cauſa ſenſibilium, ſenſitiva eſt huiuſmodi, ergo eſt cauſa ſenſibilium. Medium menſurationis non intrat, quia ſi ſic, deſtrueretur differentia ſenſibilium particularium & objectorum eorum quod eſt impoſſibile. Medium conjunctionis copulat omnia, ex quibus medium extremitatum continuat unum ſecum communem.

DE OCTAVA DISTINCTIONE, quæ eſt de vegetativa.

VEGETATIVA eſt ſubſtantia tranſmutativa, ſubſtantia tranſmutativa eſt vegetativa: & ideo arguo ſic, omnis vegetativa eſt tranſmutativa unius ſubſtantiæ in aliam, potentia augmentativa eſt vegetativa, ergo eſt tranſmutativa unius ſubſtantiæ in alteram. Medium menſurationis non coquat partes tranſmutabiles: veruntamen poteſt dici, quòd ponit proportiones. Medium vero conjunctionis conjungit illa quæ veniunt de potẽtia in actum per viam generationis: & medium extremitatum ipſa continuat, ut ſubſtantia genita ſit continua

Vegetativa eſt potẽtia digeſtiva, potentia digeſtiva eſt vegetativa: & ideo arguo ſic, omnis potẽtia vegetativa eſt, trãſmutativa digeſtiva eſt huiuſmodi, ergo eſt tranſmutativa Mediũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

connectans intrat ſed proportionat, quoniam quod eſt in potẽtia ſine proportione non vadit ad actum, ſed medium conjunctionis conjungit unibilia, & etiam medium extremitatum ipſa continuat.

Vegetativa eſt retentiva potentia, potentia retentiva eſt vegetativa: unde arguo ſic, omnis potentia vegetativa eſt retentiva: expulſiva eſt potentia vegetativa, ergo expulſiva eſt potentia retentiva. Iſtud argumentum eſt falſum eo quod attribuit medio menſurationis, quod connectat quæ non poſſunt connecti, & privat ſubſtantiuum conjunctionis, & per conſequens ſubſtantiuum continuationis.

Vegetativa eſt expulſiva potentia, expulſiva potentia eſt vegetativa: ex hoc arguo ſic, omnis potentia expulſiva eſt motiva &c. In iſto argumento non intrat medium menſurationis niſi proportionando, ſed medium conjunctionis componendo, & medium extremitatum continuando.

Potentia vegetativa eſt nutritiva: ergo eſt vegetativa. Medium converſionis non intrat niſi per proportionem, ſed mediũ conjunctionis conjungit ipſa tanquam ſuperius & inferius & medium extremitatum ipſa in unum continuat.

DE NONA DISTINCTIONE, quæ eſt de Elementativa.

ELEMENTATIVA eſt potentia, per quam elementa intrant mixtionem: potentia, per quam elementa intrant mixtionem eſt elementativa, & ideo arguo ſic, omnis elementativa eſt compoſitiva elementatorũ, ſed in iſta roſa eſt elementativa: ergo eſt ibi compoſitiva elementatorũ. In iſto ſyllogiſmo non intrat medium converſionis, eo quod non convertit principia ſyllogiſmi, ſed diſponit ea ut medium conjunctionis componat: iſtud medium diſponit, medium extremitatũ continuat in roſa. Potentia elementativa eſt, per quam elemẽtata cum accidentibus componuntur, id per quod elementata cum ſuis accidentibus componuntur eſt elementativa: & ideo arguo ſic, Omnis elementativa componit elementa cum ſuis accidentibus, ſed in roſa eſt elementativa, ergo eſt ibi cõpoſitiva elementatorum & accidentium eorum. Medium autem converſionis non intrat iſtum ſyllogiſmum, ſed diſponit terminos, ut medium conjunctionis conjungat & iſtud diſponit, ut medium extremitatum continuet.

Elementativa eſt potentia, quæ componit elemẽtata, id quod componit elementata eſt potentia elementativa; & arguo ſic, omnis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

omnis potentia compositiva elementatorum est elementativa, sed quædam potentia, quæ est in lapide est compositiva elementati, ergo illa potentia lapidis est elementativa. In isto argumento non intrat medium conversionis nisi disponendo terminos, ut per medium conjunctionis componantur, & medium conjunctionis disponit, & per medium extremitatum continuantur.

Elementativa est instrumentum, in quo natura causat puncta, lineas, angulos: & figuras, & motum, & etiam appetitum, & instinctum in subjecto in quo est, id quod est instrumentum est quo natura causat puncta, lineas & prædicta cuiusmodi est elementativa. Et arguo sic, omnis elementativa causat puncta, lineas & figuras, motum, appetitum & instinctum, sed in rosa est potentia quæ causat ista, cuiusmodi est prædicta: ergo est in eo elementativa. In primo argumento non est medium conversionis, nisi disponendo ipsi medio conjunctionis ut terminos ipsius argumenti componat: & medium istud disponit, ut medium extremitatum principia syllogismi.

Elementativa est potentia per quam elementatum est plenum, & ob omni vacuitate & ociositate remotum, Et hoc est elementativa. Et arguo sic, omnis potentia elementativa est id per quod elementatum est plenum, & ab ipso removetur vacuum & ociositas: sed in lapide est potentia per quam ipse plenus est & remotus à vacuo & ocio: ergo in lapide est potentia elementativa. In isto argumento non est medium conversionis, nisi disponendo terminos argumenti, ut per medium conjunctionis componatur: & istud medium conjunctionis disponit ut per medium extremitatum continetur.

DE DECIMA DISTINCTIONE, QUAE est de subjecto artificiato

ARTIFICIUM est actus animæ, quæ per ipsam agit in artibus liberalibus & mechanicis. De medio autem artificiato sive facto ab anima non intendimus concludere in libro, sed de medio naturali, ut exemplificauimus in octo dist, supradictis. Medium autē reale naturale est illud, à quo anima accipit medium intentionale, & ideo per id, quod dictum est de tali medio, potest artista acquirere scientias, & agere de medio intentionali & breviter de hoc exemplum dabimus. Logicus facit istum syllogismum, Omnis canis est latrabilis: cæleste sydus est canis: ergo latrabile. Per medium naturale cognoscitur istud sophisma, eo quod media sunt contraria: quoniam medium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

medium menſurationis non coæquat, neque medium coniunctionis componit, neque medium extremitatum continuat.

In ſcientia iuris poteſt fieri iſte ſyllogiſmus: omnis iuſtitia eſt eſſentia iuris, reddere vnicuique quod ſuum eſt iuſtitia: ergo eſt eſſentia iuris. In iſto ſyllogiſmo termini non coæquantur, quia medium menſurationis non intrat in ipſum, ſed medium coniunctionis copulat, & extremitatum continuat, & ſic verus eſt ſyllogiſmus per ſcientiam iuris.

Moralis facit iſtum ſyllogiſmum, omnis prudentia eſt virtus, eligere bonum & euitare malum eſt prudentia: ergo eſt virtus. In iſto ſyllogiſmo non intrat medium menſurationis, eo quod non poteſt terminos coæquare: ſed medium coniunctionis contingit ipſos, & medium extremitatum continuat.

Omnis auaritia eſt peccatum, ſed retinere danda eſt auaritia, ergo eſt peccatum. Ita autem eſt de medio iſtius ſicut de medio prædictorum.

Omnis cura fit per contrarium, ſed remouere febrem eſt cura, ergo fit per contrarium. Medium menſurationis non coæquat terminos, ſed medium coniunctionis coniungit, & mediũ extremitatum continuat ipſos.

Sicut autem diximus de medio intentionali in prędictis ſciẽtiis, ſic poteſt dici in aliis ſuo modo. Et quia anima iuuat ſe medio reali ad cognoſcendum intentionale, ideo iſta ſcientia valde eſt vtilis, & generalis ad alias ſcientias.

Ad laudem & honorem Dei finiuit Raymundus iſtum librum, Parryhſij menſe Iulio, Anno M. CCCX. Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

EPISTOLA DEDICATORIA IN RHETORICAM LVLL.

REMIGIVS RVFVS CANDIDVS AQVITANVS, ANTONIO BOHERO Thesaurario regio, & Francisco eius fratri Camotensi Pręposito, ingenuis adolescentibus fœlicitatem.

GRATVLOR *egregiæ indoli vestræ morumque suauitati, quibus splendidè illustrati estis generosi adolescentes: gratulor itidem mihi, fortunæque meæ, quòd à me instituendi tales occurristis, quales iampridem exoptaueram: ut pote modesti, faciles, benigni, mihi denique vobis imperanti non segniter obtemperantes. Nam tametsi priore intuitu rigida appareant literarum rudimenta, his potissimum qui suauiter in gremio luxuriantis fortunæ enutricati fuerunt, nunquam tamen arroganter repugnastis: verum illud M. Porcij Catonis togatorum eloquentissimi vobis à me identidem repetitum, quo ait literarum radices amaras esse, fructus vero iucundiores, facilè persuasum habuistis: quo deinde factum est, ut spe uberioris fructus ducti, in pulcherrimo Musarum stadio, ac florentissimo literarum campo hucusque magnanimè certaueritis, frugemque uberrimam non sine magna omnium admiratione retuleritis. Superest bene cœptum opus auspicatiori omine absoluere, ad quod fœlicissimum vobis suppeditabit adminiculum Raymundi Lulli Doctoris illuminati Rhetorice, omnigena benedicendi copia scaturiens: opus dubio procul admirandum, ut pote à Deo Optimo Maximo concessum: velut reliqua eius opera numero supra milia quatuor, ab eo ut piè credimus diuinè reposita. Quam quidem Rhetoricen impellẽte Bernardo Lauinetha amico nostro, Raymundi studiosissimo atque in eius disciplinam im-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

na impensè edocto veluti primitias quasdam primam in lucem idcirco damus quòd in eam vires omnes neruosque ita impendit, ut opus vndecunque absolutissimum conflaret, utque in eo tanquam in nitidissimo speculo omnium disciplinarum imaginem conteplari, vel potius mirari liceat. Nam cum oratorem esse oporteat polyhistora, & orbem illum disciplinarum, quem Encyclopædian vocant, diligenter percalere, voluit breuiter & succinctè illa complecti, quæ, vniuscuiusque disciplinæ perceptionem concernunt: quo fit ut tanta scateat vbertate, copia, facultate ac varietate omnium, quæ in cœlo & terra collocantur: ut nesciam an illius vobis lectio vtilior an voluptuosior futura sit. Quare hunc libellum colite, adamate, admiremini: qui longo temporis curriculo squalidus & puluerulentus situ & carie sparsus delituit. Vobis enim secundis auibus dicatur atque tanquam enchiridion (ut in procinctu omnia vobis succurrant) in manu geritote. Valete & me ut cœpistis perpetuo adamate. Parrhysij ad Kalendas Octob. Anni. M. D. XV.

ISAGOGE IN RHETORICAM

M. RAYMUNDI LULLII, ARTI IPSIVS ACCOMMODATA: & nunc demum quibusdam in locis emendata & aucta.

Deus cum tua ope & gratia, incipit ars Rhetorica quæ † chalcimia verborum nuncupatur.

† *Alchimia.*

EX tenebris lux ipsa emergit. Ipse enim posuit tenebras latibulum suum, qui apparuit in monte circumdato caligine & nebula, Exodi. XIX. Qui rationem dicendi discere volunt, opus habent ut eam silentio adipiscantur. Hinc silentium Pythagoræ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Perfunctoriè attinguntur omnes artes in hac ſcientia.

Oratoris officium eſt poſſe dicere de rebus, inquantum pertinent ad remp.& vtilitatem ciuilem,nec non ad cauſas.

Homo eſt animal articulatè loquens. Palamedes autem per cauillationem Vlyſſis dicitur alphabetum didiciſſe à gruibus.

Tota ars dicendi diuiditur in { Subjecta / Et Applicationes.

Subjecta, quæ plerique loco ſeu terminos ſiue res appellant, in toto ſunt nouem: Deus, Angelus, Cœlum, Homo, Imaginatiua, Senſitiua, Vegetatiua, Elementatiua, Inſtrumentativa. Et dicuntur ſubjecta, quia de iis principaliter loquimur: aut quia ab iis ſumuntur confirmationes & confutationes.

Ab omnibus ſubjectis ſumuntur confirmationes { Authenticè / Similitudinariè / Exemplariter.

Inſtrumentatiuum eſt ſubjectum, quo intelliguntur omnia inſtrumenta, quæ vnicuiq; in ſua operatione inſeruire poſſunt.

Inſtrumenta ſunt in triplici differentia { Naturalia. / Artificialia. / Moralia.

Naturalia ſunt, vbi res vtitur partibus ſibi cognatis, aut aliquibus extra ſe, quæ natura in vſum aliquem formauit. Et ſic dicimus oculos inſtrumenta viſionis, pedes ambulationis. Item angelos, cœlum, homines, inſtrumenta Dei: equum, aſinum, bouem, inſtrumenta hominis.

Artificialia, quæ ab artificio aut induſtria rebus inſeruiunt ad earum operationes: & ſic dicimus malleum inſtrumentum * findendi, forpicem ſcindendi, & ſecurim ſecandi.

* *tundendi*

Moralia ſunt illa quibus mores noſtros componimus & corrigimus aut deprauamus, ut virtutes & vitia. Sic iuſtitia eſt inſtrumentum, quo iuſtus agit iuſtè. Iniuſtitia quo iniuſtè. Inſtrumenta naturalia & artificialia ſic ſe habent, ut illis vtamur, & ad bonum & ad malum. Moralia verò propriè aut tantum in bonum ſi ſunt virtutes, aut tantum in malum, ſi ſunt vitia, vſum ſui nobis præbent: quanquam eſt quædam cognatio vitiorum cum virtutibus, ut cum dicimus Superbos, magnificos: Temerarios, fortes: Leues, faciles: Adulatores, comes: Timidos, humiles: Ignauos, mites: Garrulos, eloquentes: Prodigos, liberales: Auaros, frugi: Pertinaces, conſtantes: Vnde illud Poëtæ:

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.

Sub inſtrumento ſubjecto compræhenduntur etiam omnia prædicamenta accidentium, & omnia accidentia totius mundi.

Inſtru-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Instrumentum poreſt ſe habere in oratione, ut ſit aut
- Principale propoſitum.
- Acceſſorium.

Principale propoſitum, ut cùm abſolutè dicendum eſt de ſecuri, vel de paternitate, vel de iuſtitia, vel ingratitudine, & ſic manendum eſt ſub inſtrumento.

Acceſſorium, ut cum dicendum eſt de calore ignis: nam inſtrumentum calor accidit elemento, quod eſt ignis: ſic contingit dicere de manſuetudine Dauidis, Iuſtitia Traiani.

Accidens eſt id, quod non habet eſſe per ſe, ſed in alio.

Accidentium prædicamenta ſunt nouem, ut patet apud Ariſtotelem. Vnicuique autem prædicamento abſolutè conſiderato poſſunt applicari omnia alia prædicamenta, ut cum dicimus albedinem magnam, aut actionem fortem.

Prædicamenta nouem accidentium ſunt hæc: Quantitas, Qualitas, Ad aliquid, Actio, Paſſio, Situs, Habitus, Vbi, Quãdo.

Inſtrumenta & accidentia applicari poſſunt ad omnia genera cauſarum: demonſtratiuum, deliberatiuum, iudiciale: ut patebit in exemplis. Applicatur enim,

Quantitas, ut cum laudamus Platonem ab humeris latis, & a præcordiis magnis.

Qualitas, ut cum laudamus eius ſapientiam.

Ad aliquid, ut cum laudamus præceptionem eius & diſcipulos.

Actio, ut cum recenſemus eius opera & res geſtas.

Paſſio, ut cum laudamus eum à patientia & laborum tolerantia.

Situs, ut cum laudamus eum à ſymmetria membrorum.

Habitus, notatur in veſtibus eius, ut in pallio Diogenis.

Vbi, ut in conſideratione patriæ, peregrinationum in Siciliam, &c.

Quando, quo tempore claruit, qua mundi ætate: quid noui tunc accidit.

Plura exempla collige ex Biblia, ut de Golia. 1. reg. 17. Et de ſancto Ioanne Baptiſta, cui erat veſtis de pilis camelorum & zona pellicea circa lumbos eius.

Et nota ita procedi per vitia. Eleganter enim laudamus victorem, ſi prius laudamus victum. Et ſimile eſt de Vituperio.

Elementatiuum eſt ſubjectum, quo intelliguntur quatuor elementa ſimplicia principaliter, & quæ ex illis compoſita ſunt, ita ut ſenſu & vita careant.

In elementis conſiderantur
- Gradus, ut ſunt ſimplex, compoſitio, mixtio, digeſtio.
- Situs, Actio, Paſſio, Quies, Motus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura.

Elementa ſunt in duplici differentia, perfecta & imperfecta.

Perfecta, ut ex metallis aurum & argentum. Ex animalibus, greſſibilibus homo, ex volatilibus Aquila.

Imperfecta, ut plumbum, Talpa, Vermes, & ſimilia ſecundum gradus ſuos.

Elementorum ad omne genus cauſarum accommodatio.

In iudiciali genere cõſideratur Terra, ut de agris dividũdis, de terræ-motu: Aqua, ut de aqua pluviali arcẽda, &c. Aer, ut de molẽdinis vẽto mobilib⁹: Ignis, ut de incẽdio, ruina cõflagratione.

In deliberativo conſideratur Terra ut cum dicimus de finibus regnorum & imperiorum: Aqua, ut ſecundum acceſſum & receſſum maris: Aër, ut cum eligitur in prælio ventus à tergo: Ignis, ut cum deliberatur, an caſtra hoſtium nocturno tempore invadi debeant, an diurno.

In demonſtrativo conſideratur Terra, cum laudamus eam à frugibus, hominibus, mineris, &c. Aqua, ut mater aquarum eſt mare, Nilus, Iſter, & Moſes laudavit terram promiſſionis abaquis, quia cœlitus irrigaretur: Aër, ut commoditas venti laudatur, & lenitas Zephyri: Ignis, ut vitæ dator & origo. Et myſticè nota quamplurima de his omnibus.

Sunt autem elementa vel principale propoſitum orationis, vel acceſſorium, ut etiam de demonſtratiuo dictum eſt. Sed in laudando oportet duplicem habere conſiderationem. Laudamus enim vel per affirmationes, vel per negationes.

Compræhenſa ſub elementatiuo ſunt Margaritæ, metalla, impreſſiones aëriæ, ut niues, grandines, ros, pruina, nebula, cometæ, bolides, & his ſimilia.

De Vegetatiuo.

Vegetativum eſt inſtrumentum, quo intelliguntur omnia quæ animantur: animantia, vegetatiua & partes earum, ut ſunt Arbores, Herbæ, Semina, Flores, Lucus, Gramina. Etiam ligna mortua, Cortices, Fœnum, Chordũ, Poma & cæteri fructus, &c.

Hîc nota applicationem ad medicinas ſimplices copioſe: nihil eſt enim adeo paruum, adeoque vile, quod non plurimum commodi habeat, de quo multa ſe offerant oratori. Et de ſummis ad infima, & ab imis ad ſumma aſcendere & deſcendere per gradus cauſarum oratorem oportet.

Salomon diſputauit de cedro Libani vſque ad hyſſopum parietis, ut eſt 4. cap. regum. 3.

Omnia vegetatiua ſunt morti obnoxia.

Vegetativa ſe habent, ut ſunt propoſitũ vel
- Principale, ut dum dicendum eſt de balſamo.
- Acceſſorium, ut dum de arboribus Italiæ dicendum. Herbæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Herbas dicimus, quæcunque non lignitant, seu ligna producũt. Frutices qui non excrescunt ad iustam mensuram arboris.

Plantæ sunt — Fœcundæ. / Steriles.

Planta triplex — Domestica. / Hortensis. / Syluestris.

Plantarum quædam — Masculæ, quæ citius pullulant. / Fœminæ, quæ maiora folia emittunt.

De Sensitiuo.

Sensitiuum est subiectum, quo intelliguntur animalia, in quibus non apparent iudicia sensuum interiorum, ut sunt, vermes, muscæ, talpæ, & his similia, q̃ dicimus animalia imperfecta.

Vnumquodque tamen in suo genere potest demõstrari perfectum: vidit enim Deus cuncta q̃ fecerat & erant valde bona.

De Imaginatiuo.

Imaginatiuum est subiectum, quo intelliguntur animalia perfectiora, in quibus apparent indicia sensuum interiorum; ut in canib⁹ memoria, in ouib⁹ electio, in vulpe fraus & his similia.

Differẽtiæ animalium, quas considerare oportet, sunt enim quędam

- Terrestria, oues & boues, pecora campi.
- Aquatilia, pisces maris & quæ præambulant semitas maris.
- Volatilia, volucres cœli & aues pennatæ.
- Igneæ, ut Phœnix qui se igni reuiuificat. Et Pyrausta quod animal viuit in fornacibus Cypri. Plin. & Salamandra secũdum aliquos.
- Amphibia, quæ viuunt in aqua & terra. ut ranę, phocæ, anates, anseres, castores, crocodili.
- Solipedia solidos pedes habentia, ut equus, mulus, asinus.
- Bisulca in duo fissos habentia: ut oues, boũes, capræ, porci.
- Multifida in multos articulos fissos habentia: ut aues, canes.

Vnipara,	Elephas,	Equus.
Paucipara,	Vacca,	Capra.
Multipara,	Canis,	Homo, Sus.

- Lignea, ut vermes rodentes ligna, teredines.
- Lanea, ut tineæ, blattæ, nocentia lanæ, & bombyces.
- Mystica, ut animalia Ezechielis & Ioan. in Apocalypsi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

In laudando res vel vituperando oportet oratorem reſpectum habere eorum, apud quos dicit. Porcus enim ſi in orationem veniat apud Iudæos vituperandus eſt. Apud Boios verò laudandus. Pediculi apud Hungaros non ſatis tutè vituperantur. Ciconiam apud Theſſalos occidere capitale eſt. Ibim apud Ægyptios. Ibis .n. apud Ægyptios in maxima veneratione fuit.

Oportet præterea animalia conſiderare ſecundum omnia prædicamenta, ut ſecundum ipſorum magnitudines, partus, induſtrias, vtilitates, regiones, ætates, harmoniam ac compoſitionis ſymmetriam, pelles & ſimilia. Ciconiæ docuerunt nos uti cliſteribus. Serpentes, feniculo. Canes palam fecerunt vtilitatem vomitus. Hirundines Celidoniam. Ceruus dictamum aperuit. Araneæ cadunt cum domibus ſuis ante ruinas domorum. Plin, Formicæ exemplo docent eſſe laborandum. De muſca fecit orationem Lucianus, & Homerus comparauit magnanimos duces in prælio vſque adeo conſtantes, & regredientes muſcis, quę ſemel pulſatæ non meminerunt ſecundò periculum euitare.

In animalibus oportet conſiderare.
- Manſuetudinem ouis.
- Amicitiam turturum.
- Auguria vulturum.
- Similitudinem ſimiæ.
- Imitationem hyenæ.
- Proprietates ouium.

Leæna ſemel tantum in vita parit ſecundum Herodotum propter acutiem vnguiculorum fœtus. Ariſtoteles contrarium aſſeruit.

Homo eſt ſubjectum, in quo omnia animalia ſubjecta conſiderari poſſunt & ſuperiora, & inferiora. Ideo dictus microcoſmos, quia habet participia & coniunctiones cum omnibus rebus mundi.

Conſideratur homo vel ſecũdũ animã vel ſecundum corpus.

Conſideratur anima ſecundum
- Intellectũ à Capite à Deo.
- Vitam à corde à Cœlo.
- Appetitũ Renibus Elementis.

Conſideratur corpus ſecundum membra principalia, minus principalia.

Principalia ſunt quatuor, Cerebrum, Cor, Hepar, Renes.

Minus principalia, conſideremus ibi
- Oſſa. 248. Muſculos. 520.
- Neruos Chordas
- Venas Ligamenta
- Arterias Ventres.

De homine oportet præterea conſiderare omnia prædicamenta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eamenta, ut ſecundum corpus, & animam, Magnitudinem, Genus, Virtutes, Opera, Labores, Patriam, Aetates, Harmoniã compoſitionis, & veſtimentorum habitum. Præterea etiam ſecundum linguas, artificia, conſuetudiens, dona naturæ peculiaria, ut pſilli quibus venena non nocent, & elementa. Nam

Hominum quidã ſunt:
- Terreſtres, ut agricolæ Metallarij.
- Aquatici, ut nautæ & piſcatores.
- Aerei, ut funambuli & ſchenobatæ.
- Igneí, ut fabri, Cyclopes.

Sunt etiam homines:
- Domeſtici, ut civiles
- Sylveſtres, ut Fauni, & Satyri.
- Carbonarij. ruricolæ.

Membra ſecundum ſitus domeſtica, ſcilicet quæ ad interiora reſpiciunt, & ſylveſtria quæ hirſuta magis,

Nulla ætas hominis peculiaribus ſibi vacat virtutibus, ſic etiam nulla ſingularibus miſerijs & calamitatibus.

Oportet etiam huminem conſiderare myſticè, ut qui homines erant tempore gratiæ, tempore legis, & quales in Prophetis frequenter legimus.

De cœlo.

Cœlum eſt ſubjectum, quo intelliguntur omnes ſpheræ & chori ſtellarum, ſpirituum & angelorum: & ut omnia alia ſubjecta poſſunt conſiderari, vel naturaliter, vel myſticè, ita etiam cœlum: ut cum dicimus cœli enarrant gloriam Dei, id eſt Apoſtoli.

Cœlum ſe habet velut:
- Principale propoſitum.
- Acceſſorium.

Principale propoſitum, ut cum dicitur de cœlo ſimpliciter: ubi latus campus patet Aſtronomis & philoſophis naturalib⁹.

Acceſſorium, ut cum dicendum eſt de motu, lumine, influentia, fato, tempore, vere, æſtate. acceſſoriè nobis ſemper in his occurrit cœlum. Omnia referendo ad cauſas cœli, naturas animalium, fertilitatem terræ, mores hominum & his ſimilia: ut columbam addicimus Veneri, picum Marti.

Oportet autem in hoc ſubjecto meminiſſe eorum, quæ ſcripſerunt Aſtronomi de cœlo: & generales habere diviſiones cœli & terræ, circulorum, ſignorum, temporum, & myſticè recordari aliquando, & eorum quæ poetæ fabulantur de cœlo.

De Angelo.

Angelus eſt ſubjectum, quo intelliguntur ſpiritus ad imaginem Dei facti, in quibus divina imago relucet: & non ſolum angeli veri & boni, verùm etiam diaboli & angeli myſtici, ut. 4. Regum, Angeli pacis amare flebant. Et etiam Chriſtus ipſe. E-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

saias enim dicit. Magni consilij Christus er t angelus, unctus, & angelus cum gladio. Gene. 3 & iterum. 18. Venerunt tres angeli ad Abraham: & Esa. 6. Vbi angelus cum carbone purgauit labia Esaiæ. Hic nota Hierarchias angelorum ternas, & cuiusliber hierarchiæ choros etiam ternos. De his Dionysius, & tota sacra scriptura ubique plena est uberrimè.

Hierarchia Angelorum
- Summa
  - Cherubin.
  - Seraphin.
  - Throni.
- Media
  - Dominationes.
  - Principatus.
  - Potestates
- Infima
  - Virtutes.
  - Archangeli.
  - Angeli.

In considerando angelus oportet respectum habere ad facilitatem appræhensionis, & perfectionem maiorem vel minorem: & quomodo & q uare sint alati, fortè propter muscas. Nota facetiam Et multitudinem & magnitudinem, immò secundum omnia prædicamenta considera eos.

Imo apage huiusmodi facetias quæ si suo nuncupentur nomine, scurrilitates potius sunt dicẽda.

Milia milium ministrabant ei, & decies milia milium volabant ante eum.

De Deo.

Deus subjectum est, quo includitur Deus verus, & etiam idola, & Dij poetarum, & sacerdotes, & principes: ut, dixi, Dij estis & filij excelsi: ubi de rebus maximis contingit sermonem facere, debemus parcè loqui. Propositio Dionysij de divinis nominibus. Sed in consideratione huius subjecti habendus est respectus omnium rerum ad Deum, quæ sunt tanquam instrumenta sua: & ut ipse sit finis, principium, medium, & omnia: & quod ipsi militent omnia. Præterea eius bonitas patebit in prædicatis.

De prædicatis.

Sequitur de prædicatis, quæ numero sunt novem: videlicet, Bonitas, Magnitudo, Duratio, Potestas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria. Et dicuntur prædicata, quia per aliquem modum prædicationis prædicantur de subjectis.

Subjectorum conversio in prædicata.

Ex ipsis vero subiectis possunt etiam fieri prædicata: ut cum dicimus, Paulus divinus, Paulus humanus: hissopinus, per hissopum in sacris litteris significatur humilitas Et illa novem prædicantur de omnibus rebus mundi, & unum de omnibus, & omnia de omnibus: sed non uniformiter. Bonitas enim per se prædicatur primò de Deo & respectivè de angelis.

Prædicata

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Prædicata tria essentialia.

Bonitas	Magnitudo	Duratio
Theologi	Physici	Mathematici
Bonitas pater	Essentia	Punctum.
Magnitudo filius	Esse	Explicatio sive fluxus in esse.
Duratio Spiritus sanctus		Permanentia puncti in magno.
Existentia		

Ut unitas virtualiter est omnis numerus, ita punctum omnis quantitas. Sic bonitas ut punctum non potest se explicare sine effluxu in magnitudinem : Duratio autem habet se ut persistentia, ne imaginemur illum fluxum infinitum. Bonitas est principium & terminus omnis appetitus.

Bonitas.
- Parmanens un iuscuiusque rei secundum se, ut qui dæmones sunt boni.
- Fluens quã habet unares respectu alterius: ut bonitas hominis erga Deum, homines, arbores, &c.

Magnitudo
- Molis, & illa est propria rebus corporalibus.
- Virtutis, & illa est spiritualium & virium.
- Permanens, & est eorum quæ non crescunt nec decrescunt, ut cœli.
- Succrescens, quæ est mutabiliter & successiva, ut hominis, animalium.

Duratio.
- Aeterna quæ soli Deo congruit & nulli alij.
- Aeviterna eorum, quæ fine carent & principium habuerunt, ut angelorum.
- Temporalis eorum, quæ cæperunt & desinunt in tempore : tamen differunt, non enim æqualiter desinit ceruus & homo, elephas & canis.

Est autem vix ulla res, de qua bonitas minus prædicari queat, & cui periculosius accommodetur quam mulieri. Dixit enim sapiens, Qui inuenit mulierem bonam, invenit bonum. Iurisconsulti dicunt, Deus est remunerator adverbiorum non nominum : magis respicit actus nostros, ut bene fiant, quam ut boni sint. Per participationem omnis res mundi est bona, per essentiam tamen solus Deus.

Dionysius de divinis nominibus, Deus est omnis vitæ essentiæque principium, atque causa ob propriam bonitatem, omnia ut essent, producentem & conservantem. Hic tangit alia tria prædicata, quæ sunt causalia.

Potestas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Poteſtas, Sapientia, Voluntas.
Theologice, Phyſice, Mathematice.

Poteſtas	Pater	Mens	Punctum
Sapientia	Verbum	Mundus	Linea
Voluntas	Amor	Nexus	Superficies.

Poteſtas eſt in omni re mundi, ſed non uniformiter, etiam in elementis, hinc dictum eſt in Pſalmo, Tu dominaris poteſtati maris |Abuſivè :oportet autem illis vocabulis abuti, nam abuti eſt uti in illa ſcientia.

Potentia
- Ordinaria, quæ procedit ex cauſis ſecundis,
- Abſoluta, qua Deus operatur abſque medio cauſarum ſecundarum.

Poteſtas.
- Naturalis eſt in omnibus, ut potentiæ maris eſt ſubmergere naves.
- Legitima, & ſic illud poſſumus quod iure poſſumus.
- Violenta, ut ſi abutitur quis virtutibus, & viribus.

Sapientia attribuitur etiam irrationalibus, ut Iob ubi de ſtruthione loquitur cap. 30. dicit. Negavit ei Deus ſapientiam, & non dedit illi intelligentiam: & formicæ ineſt ſapientia, ut Salo. Proverb. 6. Valde ad formicam ô piger, & conſidera vias eius & diſce ſapientiam.

Sapientia
- Divina, quæ eſt in contemplationem & ſupra homines, deſurſum.
- Terrena, humana, diabolica, quæ, ut Iacobus dixit, coram Deo eſt ſtultitia fluxa, caduca & inſtabilis.

Solus ſapiens dives, & nemo niſi ipſe, & ſi diſtortus tamen formoſus.

Sapientia
- Animalis dicitur magis accommodato vocabulo inſtinctus.
- Humana eſt in rebus agendis & contemplandis largè.
- Angelica eſt in contemplatione diuini amoris.
- Divina eſt per ſe, & primò ſapientia veri Dei.

Apoſtolus dicit, elegit Deus ſtulta ut ſapientiam huius mũdi cõfunderet: & 7. Sapient. Sapiẽtia eſt emanatio claritudinis omnipotẽtis Dei, & eſt imago bonitatis eius: & Pſalm. Lucerna pedibus meis verbum tuum, per pedes in ſacris litteris intelligimus affectus intrinſecos.

Voluntas eſt id per quod bonitas, magnitudo, &c. ſunt deſiderabilia, vel amabilia, aut volibilia, ſi ſonat auribus ita dicere, *Appetitus.* & in rebus quæ ratione carent magis proprie id quod hîc voluntatem dicimus appellabimus appetitum: ut voluntas rerum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rum grauium eſt, ut naturaliter deſcendant, appetitus. Boetius de conſol. Duo ſunt principia actuum humanorum, videlicet voluntas & poteſtas. Sapientia autem media eſt, quia alia duo omnino videntur cæca, niſi intercedat lumen ſapientiæ.

Prædicata Finalia.

Virtus	Veritas	Gloria.
Theologice	Phyſice	Mathematice.
Virtus	Pater	Potentia	Centrum
Veritas	Filius	Actus	Diameter
Gloria	Spiritus ſanctus	Nexus	Circulus.

Vbicunque mentionem facimus alicuius virtutis, debet nobis ſtatim ſuccurrere contrarium eius in exceſſu vel defectu, ſe accomodet. Virtus eſt principium omnis operationis ſecundum phyſicos & omnes, habetque ſymbolum maximum cum potentia, ita ut unum pro altero plærunque ponatur.

Virtutes ſunt multiplices.
- Naturales.
- Medicinales.
- Theologicæ.
- Morales.

Naturales, quæ ſunt in omnibus rebus & ſubjectis in cœlo. Virtus hæc eſt frigida & temperata, & chorus angelorum, qui dicuntur virtutes.

Medicinales
- Animalis in cerebro
  - Attractiva.
  - Retentiva,
- Vitalis in corde
- Naturalis in hepate
  - Digeſtiva.
  - Expulſiva.

Theologicę
- Fides
- Spes
- Charitasa

Gratiæ
- Gratis datæ
- Gratum facientes.

Morales.

Iuſtitia	Magnanimitas	Humilitas
Prudentia	Liberalitas.	Religio
Fortitudo	Caſtitas.	Patientia
Modeſtia	Conſtantia.	Clementia.

Virtus
- Mulieris eſt ſupellectilem ordinare, & res domeſticas.
- Viri prouidere, & in negotijs ſuis eſſe ſedulum.
- Pueri præ ſe ferre verecundiam, ac indicium bonæ indolis.
- Senis conſilio valere, & authoritatem ſibi conciliaſſe.

Socrates apud Platonem fatetur ſe non poſſe diffinire quid ſit virtus,

Veritas ut lux in omnibus rebus ſedem poſuit, ſe autem habet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habèt quodammodo * quasi ut finis sapientiæ. Quia omne studium fit propter veritatem. Est apud Platonem dialogus Hippias minor, ubi per longum sermonem de veritate & mendacio, tractatur.

* Abundat.

Veritas.
- Theologica, scilicet fidei cuius contrarium est hæresis, in illa veritate nihil hæsitare, aut disputare licet.
- Physica, quæ est adaptatio rei intellectæ ad intellectum, & illa est in omnibus subjectis secundum ordinem considerando.
- Ethica quæ consistit in operatione, & sic dicimus quempiam vere devotum & hypocritam ficte, & homines falsos.

Gloria est finalis delectatio, ubi appetitus uniuscuiusque quiescit, & illa similiter currit per omnia subjecta secundum suos gradus.

Gloria est aut
- Theologica
- Physica
- Humana.

Theologica est illa gloria æterna, quæ est omnibus sanctis beatitudo, & finis ad quem omnes laboramus.

Physica est summi boni fruitio, & suæ naturæ triumphus. Ut gloria gravium est pervenisse ad centrum, Levium ad summum, Arborum pervenisse ad fructum.

Humana est secundum propositum hominum diversa, per illa omnes laboramus, & est quodammodo stimulus virtutis.

Bion, Gloria est annorum mater. Seneca Gloria est umbra virtutis: etiam invitos comitabitur. epist. 79.

Prædicata respectiva.

Prædicata respectiva,

Sequitur de respectivis, quorum etiam numero sunt novem, & partiuntur in tres ternarios secundum ordinem, videlicet hos, differentia, concordia, oppositio, principium, medium, finis, maioritas, æqualitas, minoritas. Et dicuntur illi termini respectivi seu loci capacissimi, in quibus ordo rerum consideratur facillimè & copiosissimè, & primus quidem ternarius est per æquiparationem, secundus per suppositionem, tertius per excessum & diminutionem accidentalem. Et sic de omnibus rebus mundi illa tria possunt considerari valde copiosè.

Differentia Concordia. Contrarietas.

Differentiæ officium est, ut rem à re distinguat. Et ita sub illo termino consideramus * si sit aliqua ratio distinctionis in eo, quod orationi nostræ opponitur, ubi considerabimus distinctiones verum & alterationes.

*Num.

Non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Non eſt tamen lis adeo capitalis & extrema inter res differentes, ſicut inter oppoſitas. Nam differentiæ multæ compatiuntur ſe in plæriſque ſimul, ut riſibile, flebile, ſermocionale: nec laborant pro deſtructione, ut oppoſita.

Differentia
- Eſſentialis, ut rationale, hominis eſt differentia.
- Accidentalis, communis, ut dominari: propria, ut riſibilitas.
- Generica, & ſic lapis differt ab homine.
- Specifica, & ſic homo differt ab equo.
- In divi dualis & ſic Petrus differt à Paulo.
- Moralis, & ſic religio differt à religione.
- Omnium ab invicem: unde tot ſenſus quot capita, & mille hominum ſpecies, & rerum diſcolor uſus.

In homine oportet etiam conſiderare differentias omnium prædicamen torum, & etiam in qualibet re mundi: puta Magnitudinis, Scientiæ, Dominationis, Laboris, Patientiæ, Patriæ, Aetatis, Habitus qui eſt in veſtimento. Item differentia ſonorum, colorum, ſaporum. In habitu humano tot ſunt differentiæ, ut videantur homines omnium aliarum rerum indumenta induiſſe. Omnia vanitas.

Concordantiæ vinculum à ſummo uſque ad infima durat. Eſt enim quædam univerſalis amicitia omnium rerum in qua omnia participant, & illum nexũ plerique, ut Homerus, auream mundi catheram appellant, cingulum Veneris ſeu vinculum naturæ: ſive ſymbolum quòd res inter ſe habent. Et quod ſpecies nobis fingimus differentię, tot licet etiam fingere concordiæ. Eſt concordantia inter Deum & angelum & diabolum, inter hominem & angelum eſt etiam differentia.

Contrarietas ſeu oppoſitio eſt capitalis lis rerum contra ſe invicem pugnantium, & extrema, quibus nullum eſt vel poteſt eſſe vinculum concordiæ, ut eſſe & non eſſe.

Lis & amicitia apud Platonẽ per longũ demonſtrantur eſſe principia rerũ omniũ. Hic nota orationẽ de odio ſeu lite.

Empedoclis id dogma fuit: quæ de re Ariſtot. Metaphyſ. 3 c ap 4 Her. Stephe. poeſi philoſ. pa. 88.

Oppoſita quædam ſunt.
- Contrariè, ut album & nigrum.
- Relativè, ut pater & filius.
- Privativè, ut lux & tenebræ.
- Contradictoriè, ut eſſe & non eſſe.

Omnia iura eo pertinent, ut mitigetur contrarietas rerum Cũ dicimus ſubſtantiæ nihil eſſe contrarium, intelligendum eſt de contrarietate rerum accidentali & ſubſtantiali.

Principium	Medium	Finis
Principium	Pater	Punctum
Medium	Filius	Fluxus
Finis	Spiritus	Status

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Principium habet ſe latiſſimè ad omnes res mundi omneſq; ſcientias: uſque adeo, ut omnibus rebus applicari queat.

Princi pium multi plex,
- Ordinale, quod habet rationem aliquam prioritatis.
- Originale, unde aliquid ſcatet & originem ſumpſit.
- Principale à quo res primùm dependet.
- Occaſionale, quod eſt alicuius occaſionalis cauſa.
- Quantificatiuum, ratione cuius res fiunt quantæ & ſic per omnia prædicamenta.
- Temporale eſt ſtatim cum motu.

Cauſale,
- Materiale.
- Formale.
- Efficiens.
- Finale.

Scire eſt rem per cauſas cognoſcere.

Res malę ſunt aliquando principia bonorum, & res bonę malorum: ut lex ſecundum Paulum fuit principium & cauſa peccati: & ut Salluſtius inquit, Omnia mala exempla ex bonis rebus orta ſunt: & contra, Vitia dicuntur etiam eſſe principium occaſionale lurium & legum: & ut dicit Seneca, vix quiſquam in bonum niſi ex malo tranſit.

Principium
- Grammaticæ ſunt literæ, characteres, & elemẽta, id eſt ſoni ſignificati per characteres: & hic nota benè de virtute conſonantium quomodo proferantur voce æquali.
- Logicæ ſunt propoſitiones per ſe notæ, & illa ſunt omnium ſcientiarum principia.
- Oratoriæ exordium, inſinuatio potiſſima orationis pars.
- Mathematicæ, unitas, quantitas, proportio, poli.
- Theologiæ principium eſt revelatio.
- Medicinæ, agrotationes, experimenta, divinationes.

Principia rerum naturalium à diverſis philoſophis diverſimodè ſunt aſſignata.

Anaximenes	Aëra.	Pherecides, Iovem, tempus, terram.	
Anaxagores	Mentem.	Plato Deum, materiam.	
Philolaus	Harmoniã.	Ariſtot. materiam, formam, Privationem.	
Heraclius	Ignem.	Parmenides	ignem, terram. (aquam.
Democritus	Atomos.	Thales	

Chriſtianè loquendo vnicum eſt principium, quod apud plæraſque gentes quatuor literis ſcribitur, & ſignificatur Gott θεὸς יהוה Iehouah. ut hodierna die vulgo enunciant, ſeu Iova ut ſervetur quaternarius numerus, de aliorum ſententia.

Medium in omnibus conſiderari poteſt ſive in rebus ſive ſcien-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in scientiis, ita peruagatur omnes res mundi & speculationes. Nec ad finem alicuius à principio deuenitur nisi per medium.

Medium
- Coniunctioni, quod aliquas res iungit, ut aqua (quæ est * inter) terram & aërem
- Operationis, quod explicatum est in instrumentatiuo.
- Extremitatum, quod inter duo extrema puncta deducitur.

Media
- Dialectica, quæ non intrant conclusionem.
- Astronomica, sunt medij motus erronum, & sphærarum.
- Iuris, æquitas epieikeia, moderatio legum.
- Theologicè dicimus Christum esse mediatorem inter Deum & homines
- Physicè, homo est medium mundi superioris & inferioris.

* *fortè in terra.*

Finis habet magnum symbolum cum prædicato, quod est gloria eadem, tamen res potest esse principium & finis respectu diuersorum: ut Deus in Euangelio Ioannis, Ego sum A. & ω. in Apocalipsi. Et Dionysius de diuinis nominibus per longum deducit, quomodo Deus est principiū & finis sine principio & fine,

Finis
- Priuationis, ut tenebræ lucis, mors vitæ &c.
- Terminationis: in vnaquaque re extremum.
- Perfectionis extrema rerum intentio, ut beatitudo & de illo fine venit ad propositum diuersimoda philosophorum consideratio de finibus bonorum & malorum.

Maioritas: Aequalitas: Minoritas.

Ista tria deducuntur per omnia subjecta, prædicata, & per omnes sciētias & res mūdi, per prędicamēta accidētiū suo ordine.

Deus est maximus, quia Iupiter est quodcunque vides, quocunque moueris, Iouis omnia plena. Et Psal. vbi me abscondam à facie tua, si ascendero in cœlum, tu illic es, &c. Et Salom. Si cœlum & cœli cœlorum te Deum non capiunt, quanto minus domus illa, quam ædificaui? Est etiam minimus: etenim omnium rerum essentias penetrat: quo autem res est minor & subtilior: eo magis videtur posse penetrare. Et Apostolus ad Hebræos quarto inquit: Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ & corporis, compagum quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Est etiam æqualitas in Deo personarum, ut habetur in symbolo Athanasij apertè.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et descendendo per scalam Iacob in omnibus subjectis inuenitur maioritas, aut æqualitas, aut minoritas simili demonstratione à Dionysiana: ut in Angelis, Cherubim maiores sunt thronis & throni virtutibus. Et in cœlis, Cœlum enim Saturni maius est cœlo Martis, & cœlum Martis cœlo Lunæ.

In Homine est maioritas, &c. de hac enim est titulus de maioritate & obedientia, dicimusque Pontificem Romanum maximum. Et quod Archidiaconus est oculus Episcopi.

In Bruto animali non est dubium vlli, elephantem maiorem esse culice.

In Elementis tamen dicimus spheram ignis maiorem aqua: oportet enim, ut omne continens sit maius contento, ut ait Aristoteles. Et dicimus quòd vncia aurj sit maior vncia argenti intensiuè in valore, non magnitudine molis sed virtutis.

Instrumentum, hic nota per omnia prædicamenta discurrendum accidentium, per omnes scientias & speculationes, quoniam suscipiant maius & minus.

Quantitas, ut vnitas & punctum sunt maximum in virtute, & cum hoc etiam minimum, quia indiuisibilia & in hoc conueniunt cum Deo: & sic inter numeros, proportiones & figuras est æqualitas maioritas & minoritas.

Qualitas & sic dicimus intensum vel remissum.

Ad aliquid, relatiua suppositionis & sic minus, superpositionis & sic maius: æqualitatis, ut frater & soror & sic æqualitas.

Actio & sic dicimus, quòd sit vehementior, atrocior, debilis, infirma.

Passio per excellentiam Christi, & damnatorum, per diminutionem vituperiorum.

Situs, monstrositas diaboli, ut habetur maior & minor in pictura.

Habitus, Galli cataphracti magis armati quam seminudi Germani, qui nec satis contra culices armati fuerunt in Pannonia.

Vbi, locus, regio, prouincia, amplior: splendidior.

Quando, quamuis sit punctum eorum quæ relinquuntur ex tempore, ut canitiei, & iuuentutis, & senij: tamen hic oportet longius vti illis terminis, vnde hic etiam occurret nobis quod dicimus annum maiorem mense, & sic de aliis.

Maioritas, Æqualitas, Minoritas } Habet in se significationem superioritatis alicuius medij, inferioritatis, vel concordiæ.

Est præterea maioritas, minoritas, & æqualitas in scientiis: ut in Grammatica vocales dicimus maiores consonantibus. Et in Logica dicitur propositio maior, prima præmissarum syllogismi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

logiſmi alicuius:& locus à ſimili vel æquali. In Aſtronomia circuli maior & minor. Inſuper coniunctiones maior & minor. Et ſunt quædam dignitates ſcientiarum & gradus ſecundum quas doceri iubemur à Platone, ita ut non prius imbuantur iuuenes in dialecticis quam mathematicis.

Quare adducat exempla ſacræ ſcripturæ, quia nihil digniusː & ut Caſſiodorus inquit ſuper Pſal.& legitur 38.diſtinctione.

Omnis ſplendor Rhetoricæ eloquentiæ, omnes modi poeticæ elocutionis, quælibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis ſcriptoribus ſumpſit exordium.

Quæſtiones.

Sequitur de quæſtionibus quæ ſunt etiam numero nouem quamuis aliqui decem velint eſſe. Et non eſt ita hic accipiendus ille terminus quæſtio, ut Logici capiunt, qui dicunt quod quæſtio eſt dubitabilis propoſitio, ſed pro illis terminis per quos quærimus, qui ſunt tanquam ſigna quæſtionum.

Dubitare de ſingulis non eſt inutile. Omnis ſcientiarum inquiſitio à dubitatione proficiſcitur.

Quæſtiones ſunt in duplici differentia, ut infra patebit.

- Quæſtiones
  - Eſſentiales ſunt quatuor
    - Vtrum eſt } Abſolutæ.
    - Quid eſt }
    - De quo eſt } Reſpectiuæ.
    - Quare eſt }
  - Accidentales ſunt 5. ſecundum alios 6.
    - Quantum } Rationem denotãtes in ſubjecto exiſtentẽ.
    - Quale. }
    - Quando. } Ea denotantes q̃ ſunt circa ſubjectum.
    - Vbi. }
    - Quomodo & cum quo.

Vtrum aliter, An, vel ſi eſt, dici poteſt. *1. Vtrum. ẽ in 2 nũ ſit.*

Latior eorum ſignificatio eſt apud Philoſophos quam Theologos: Philoſophus enim poteſt dicere, vtrum Deus eſt & ſimilia, de quibus nihil dubitat Theologus. Et iſta quęſtio vtrum fecit Moyſem non intrare terram promiſſionis: cum dixit eſt ne Dominus an non, petram percutiendo.

Reſpõdemus ad vtrum tripliciter, vel.
- Affirmatiuè, aſſertiuè.
- Dubitatiuè, probabiliter.
- Negatiuè, per contrarium.

Et non capitur hic quæſtio omnino propriè, ſed pro quæſtione cuiuſmodi formant ſibi oratores per figuram, antypophoram, vbi quis interrogat & ſibi ipſi reſpondet, ut in colore habetur apud Ciceronem, diciturque Latinis ſubjectio: ut quid ſi Brutus nunc ſurgat, nunquid dicet: ego libertatem comparaui, vos vendidiſtis: ego reges expuli, vos intruſiſtis &c. *Αντιπροσ.*

Quid eſt, interrogat de quantitate rei ſed non ita omnino *2. Quid.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtrictè, quemadmodum logici loquuntur. Sufficit.n. reſpondere per periphraſes & tranſlationes: ut cum dicimus quid eſt ſenectus, eſt portus malorum Quid eſt pulchrum matrimonium, eſt compedes aureæ. Quid eſt ſol? eſt oculus mundi.

*etiam. De Quo, capitur large, pro ut ſignificat * eſſentiam à quo, &
3. De quo. interroget deriuationem rei, ut ſciamus vnde vel res originem ducat vel ex qua materia ſit: & interroget quaſi cauſam efficiẽtem & materialem: ut de quo eſt domus? Reſpondemus ex lateribus, lapidibus, cæmento &c.

4. Quare. Quare, interrogat de cauſa finali, ut dicimus quare eſt homo creatus? Reſpondetur, ut contempletur Deum & ſtelias. Quare ædificatur domus? ut protegat ab imbribus.

5. Quãtum. Quantum, interrogat de quantitate rei vel continua, ut de Longitudine, Latitudine, Profunditate: vel diſcreta, & illa tractantur latius in extrema parte.

6. Quale. Quale, interrogat de qualitate vel propria, ut de riſibilitate hominis: vel appropriata, ut de albedine hominis.

7. Quando. Quando, eſt quæſtio temporis, & illa eſt in duratione inclusiuè? an res ſit æterna, an æuiterna, an temporalis: ut Deus, angelus, homo.

8. Vbi. Vbi, eſt interrogatio localitatis, per quam quærimus an res ſit in loco circumſcriptiuè, diffinitiuè, vel repletiuè: eſt autem magnitudini appropriata.

9. Quomodo. Quomodo, & cum quo interrogamus per illa, quibus modis res ſe habet. Et illa quæſitiua habent reſpectum ad inſtrumentatiuum, ut quid ſit res in ſe, quid in alio per quid in alio, & modi eſſendi in alio, & modi habitionis.

Nemo dubitat de illo, Omne totum eſt maius ſua parte. Et tamen inuentus eſt qui dixerit, Dimidium eſſe plus toto, &c.

Regula X.

De omni re mundi poſſunt formari 10. quæſtiones, quarum explicationes ſubdiuidendo inuenimus. 25. quæſtiones.

1. An ſit, explicatur per affirmationem, dubitationem, negationem, & de illa raro exordimur.

*definitionẽ. 2. Quid, explicatur per * diuiſionem rei ſubſtantialem vel accidentalem, docens eſſe rei in ſe vel in alio.

3. De quo, explicatur per demonſtrationem cauſarum, materialis & effectiuæ.

4. Quare, explicatur per oſtenſionem cauſæ finalis, formalis, efficientis.

5. Quantum, explicatur per reſpectum magni vel multi.

6. Quale, explicatur per aſſignationem proprij vel differentiæ, paſſionis vel habitus appropriati.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

7. Quando, explicatur per declarationem rei, quomodo & à quo, & quid sit in tempore.

8. Vbi, explicatur per expositionem rei, quomodo & à quo & quid sit res in loco.

9. Quomodo, explicatur insinuationẽ modi & sit⁹ ad respectiua.

10. Cum quo, explicatur per relationem mediorum seu instrumentorum & signorum.

Diuisio omnium disciplinarũ ex Politiani panepistemone mutuata. Vnde & quadam latius deduci poterunt. Omnia ab Vno. Omnia ad Vnum.

Ad maiorem autem expressionem primæ & secundæ partis sequitur omnium disciplinarum diuisio, ut liberius orator in omni materia & per omnes disciplinas discurrere possit.

Omnis doctrina est triplex { Inspirata. Inuenta. Mixta.
vel

Inspirata est Theologia, quæ Deum speculatur, & cuncta sunt in eo & ab eo proficiscuntur, & ad eundem reducuntur.

Inuẽta ẽ Philosophia { Speculatiua { Mathematica. Naturalis. Metaphysica.
Actualis, { Moralis. Sermonis.
Rationalis,

Mixta est Diuinatio vel prophetia, & de hac primum dispiciemus, consequenter de reliquis secundum ordinem.

Diuinatio est quintuplex, scilicet { Naturalis. Spiritualis. Artificiosa. Popularis. Damnata.

Naturalis est triplex { Brutorum. Furentium. Dormientium.

Brutorum, qua hirundines, grues, &c. aduentantem præsentiunt hyemem & cornices pluuiam,

Furentium, Vatum, Poetarum, Baccharum, Amentium.

Dormientiũ { Insomnia, quæ diuinatione vera carent { Phantasma seu virum. Ephialtes seu incubus.
Somnia { Propria. Communia. Aliena. Publica. Mundana. Allegorica. Theorematica.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Horum fit coniectura, Natura, Lege, Consuetudine.

- Spiritualis
  - Ecstasi.
  - Voce.
  - Parabola.
  - Afflatu.
  - Visione triplici.
    - Oculari.
    - Imaginaria.
    - Mentis.
- Artificiosa
  - Medicorum, ad fines morborum.
  - Consiliariorum, ad genus deliberatiuum.
  - Gubernatorum, ad ventos & tempestates.

Popularis est. quæ vulgo est nota, sicut hyemis finem præscire ex osse dorsi anatis, & ventos ex flatu ignis.

Damnata, quæ malo ascribitur Dæmoni.

- Diuinaculi prophani
  - Pythiæ seu phœbeades Apollinis vates.
  - Dodonides, columbæ seu mulierculæ in Dodona sylua Iouis.
  - Homoplatoscopi ominum.
  - Obseruatores.
  - Aruspices qui extra inspiciunt: hinc extispicia, & ars ipsa Aruspicina.
  - Augures qui volatus & cantus auium obseruant, hinc auspicia & auguria.
  - Qui monstra, tonitrua, fulgura, sidera.
  - Sortes, symbola, aut sternutamenta considerant.
  - Qui aurium tinnitus, oculorum saltus.
  - Foliorum crepitacula, Pomorum semina.
  - Nomina Imagines, Phialas, Specula.
  - Genios malos elementorum obseruāt: hinc sunt

Necyomantia seu Necromantia, Alphitomantia, Hydromātia, Gyromantia, Sternomantia, Aleuromantia, Geomantia, Astragalomantia, Alectromantia, Crithomantia, Tyromantia, Coscinomantia, Pyromantia, Aëromantia, Chiromantia.

- Rationalis Philosophiæ species sunt quinque
  - Grammatica, quæ indicat,
  - Historica, quæ narrat.
  - Dialectica, quæ demonstrat.
  - Rhetorica, quæ suadet.
  - Poëtica, quæ oblectat.
- Grammatica est aut
  - Methodica in
    - Loquendo
    - Scribendo
    - Quarum vicia
      - Rusticitas
      - Scribiligo
  - Historica in
    - Legendo.
    - Enarrando.
    - Interpretando.
  - Mixta in iudicādo, vnde & Critice proprie dicta Historia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Historia narrat aut
- Fabulas gratia
  - Voluptatis.
  - Adhortationis
    - Fictas: ut Aesopi.
    - Veras: ut Poëtarum.
- Ad fidem, quorum elementa
  - Res.
  - Personæ.
  - Causæ.
  - Loca. Vnde Geographia.
  - Modus.
  - Tempus. Vnde Chronicæ.
  - Materia.
  - Instrumentum.

Dialectica demonstrat in
- Loquendo
- Eloquendo
- Proloquendo
- Iudicando

docet
- Recte nominibus vti.
- Subjectam orationis sententiam.
- Differentiam proloquiorum.
- Refellendi rationem.

Rhetorica oratio duo considerat, Vbi & Vnde.

Vbi
- Quæstio, An sit, Quid sit, Quale sit.
- Causa
  - Demonstratiua, laudem, vituperium
  - Deliberatiua, vtilitatem, turum, honestum.
  - Iudicialis, æquum, iniquum concernens.

Vnde sunt partes Orationis & Officij oratoris.

Orationis partes sunt quinque
- Exordium.
- Narratio.
- Propositio.
- Argumentatio.
- Peroratio.

Exordium facit
- Attentos
- Dociles
- Beniuolos

Narratio sit
- Lucida.
- Verisimilis.
- Breuis.

Propositio fit
- Principalium.
- Simplex, Nuda.
- Summata.

Argumentatio
- Confirmat.
- Reprehendit.

Peroratio
- Epilogizat.

Species sermonum sunt septē
1. Adhortatiuum.
2. Dehortatiuum.
3. Laudatiuum.
4. Vituperatiuum.
5. Accusatiuum.
6. Defensiuum.
7. Exquisitiuum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Partes officij Oratoris sunt quinque
  1. Inuentio.
  2. Dispositio.
  3. Elocutio.
  4. Memoria.
  5. Pronunciatio seu Actio.
- Inuentio
  - Quæstionum: An, Quid, Quale.
  - Causæ.
  - Ductus.
  - Eorum quibus fieri possit fides.
- Causæ
  - Genus
    - 1. Demonstratiuum. / Deliberatiuum. / Iudiciale.
    - 2. Sermocinatiuum, dialogismus. / Concionale. / Forense.
    - 3. Honestum. / Admirabile. / Humile. / Anceps. / Obscurum.
  - Natura: Simplex. / Multiplex.
- Ductus
  - Ex consilio nascens.
  - Simplex.
  - Figuratus.
  - Mixtus.
  - Subtilis.
  - Obliquus.
- Fides fit: Conciliando, in Princip. / Docendo, in Narratione. / Commouendo, in Peroratione.
- Conciliamus ex
  - Persona.: Auditorum. / Nostra. / Aduersarij.
  - Re.: Honesta. / Vtili.

Docemus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Docemus argumenta.
  - Artificiali
    - Principali à: Nota. Toto. Parte.
    - Accessorio à: Differenti. Contrario. Conjuncto
  - Inartificiali: Necessitate. Scriptura. Auctoritate.
- Commovendo: Miseriam, Odium, Spem. Iram, Metum, Invidiam.
- Officia oratoris sunt quinque
  - Inventio, quæ expedita est in præcedentibus.
  - Dispositio,
    - Naturalis, ordinem tenens.
    - Artificialis, ordinem secundum causam mutans.
  - Elocutio, vide A.
  - Memoria. Naturalis. Artificialis, quæ est in: Divisione. Locis. Imaginibus.
  - Pronunciatio, vide B.
- A. Elocutio curus.
  - Fundamentū: Latinè, Planè — Dicere Singulis * * * — In verbis.
  - Fastigiū: Copiosè, Ornatè — Eloqui Copulatis † †
- * * * Singula sunt aut
  - Propria: Antiqua. Nova
  - Translata gratia: Decoris. Inopiæ.
- † † Copulata
  - Aut: Constructione. Conclutione. Figuris.
  - Sunt aut
    - Continuata & fusa,
    - Periodica quę: Constat: Incisis. Membris. Ambitu. Monocolos est
    - aut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

B. Pronunciatio
- Voce
- Vultu
- Gestu.
- Cultu
- Habitu.

In legendo Demosthene magna pars Demosthenis abest. Finitimus oratori poeta est iuxta sententiã Ciceronis. Sunt autem sex genera poetarũ passim vulgata satis apud authores.

Actualis philosophia triplex est.
- Dispensativa.
- Moralis
- Civilis

Dispensativa est
1. Domini, Mariti, Patris. — In quærendo: servando: adornando: usu.
2.
- Regia
- Satrapica
- Civilis
- Idiotico.

Moralis consistit in
1. Fine felicitate, scilicet politica quæ bonum est εὐπραξία
2. Mediis ijs quibus finem hũc assequimur. Cuiusmodi sunt
- Virtutes. Vide literam A.
- Animi quædam affectiones
  1. Ad virtutem colẽdam pertinẽs Amicitia.
     1. Adulatio.
     2. Inimicitia.
  2. Virtutũ simulacrũ gerentes
     1. Verecundia
        1. Pudor rusticus.
        2. Impudentia.
     2. Continentia
        1. ἀναισθησία
        2. Incontinentia.
     3 Patientia
        1. ἀναισθησία
        2. Mollities.
     4 Nemesis indignatio
        1. ἐπιχαιρεκακία
        2. ἀχθηδία
        3. Invidia

A. virtutes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- A. Virtutes
  - 1. Vulgo quoq; parabiles
    - 1. Definitio, cuius partes sunt
      - 1. Genus. Quod est aut
        - 1. Affectus.
        - 2. Potestas.
        - 3. Habitus.
      - 2. Differentiæ quædam cuiusmodi est quod habitus est
        - 1. Electionis autē
          - Pars est Principium est
            - 1. Ratio
            - 2. Appetitus sub quo
              - Cupiditas.
              - Furor.
              - Volūtas
          - Pars est
            - 1. Consultatio.
            - 2. Arbitriū.
        - 2. In mediocritate versans cui adversantur
          - 1. Excessus.
          - 2. Defectus.
    - 2. Species: sunt enim aliæ
      - Ethicæ
        - 1. Fortitudo
          - 1. Audacia.
          - 2. Timiditas.
        - 2. Temperantia
          - 1. Intemperantia,
          - 2. Stupiditas.
        - 3. Liberalitas
          - 1. Prodigalitas.
          - 2. Illiberalitas.
        - 4. Magnificentia
          - 1. Profusa largitio.
          - 2. Modicitas tenuitas.
        - 5. Magnanimitas
          - 1. Animi elatio.
          - 2. Animi demissio.
        - 6. Honestas
          - 1. Ambitio.
          - 2. Honorū contemptus.
        - 7. Mansvetudo
          - 1. Iracundia.
          - 2. Lentitudo.
        - 8. Candor animi
          - 1. Arrogantia.
          - 2. Dissimulatio.
        - 9. Urbanitas
          - 1. Scurrilitas.
          - 2. Rusticitas.
        - 10. Humanitas
          - 1. Obsequium nimium.
          - 2. Inhumanitas.
        - 11. Iustitia
          - 1. Rigiditas.
          - 2. Iniustitia.
      - Dianoëtica.
        - 12. Prudentia.
          - 1. Versutia.
          - 2. Imprudentia.
  - 2. Heroicæ: quibus adversa est ἀγριότης
    - immanitas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Civilis philosophia habet
  - Partes 3. referentes
    - Rationem, Philosophos.
    - Iram, milites.
    - Cupiditatem, fellularios artifices.
  - Genera
    - Recta 3.
      - Regnum.
      - Optimates.
      - Rempub.
    - Prava 3.
      - Tyrannidem.
      - Oligarchiam.
      - Democratiam.

- Ex philosophis secũdum rationem fiũt
  - Consules, Magistratus Sacerdotes. Iudices quorum scientia in septẽ dividitur artes
    - Probata àpopulo.
    - Iudicia.
    - Res.
    - Hypothecas.
    - Testamenta.
    - Possessiones.
    - Contractus.
  - Senatores.

- Militũ scientia bellica consistit in
  - Viris
    - Duce, in quo debet esse
      - Scientia.
      - Auctoritas.
      - Peritia.
      - Fortuna.
    - Milite q est
      - Eques.
      - Pedes.
    - Turba reliqua cuius modi sunt
      - Fabri.
      - Tubicines.
      - Lixæ.
  - Armis qbus
    - Oppugnãtur inimici
      - In prælio
        - Nauali.
        - Campestri.
    - Defendimus nos.

- Agricultura habet
  - Principia
    - Aquam.
    - Terram.
  - Animam quæ est sol.
  - Partes
    - Utilitas
    - Voluptas.
  - Fines
    - Naturalis
      - Campestris.
      - Collina.
      - Montana.
    - Forma
      - Artificiosa ad
        - Speciem.
        - Fructum.

- Partes agriculturæ sunt
  - Fundi cognitio ibi notatur
    - Genus terræ
      - Macrum.
      - Pingue.
      - Mediocre.
    - Quantitas à iugo ad centuriã & saltũ.
  - Requisita : vide A.
    - Tutela
      - Naturalis
      - Agrestis.
      - Militaris.
  - Facienda : vide B.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Requi-

- A. Requisita ut necessaria
  - Homines
    - Servi, curatores, opifices.
    - Liberi.
  - Instrumenta
    - Naturalia, animalia, Equi.
    - Artificiosa: currus.
- B. Facienda, hic tur considere.
  - ubi, locus.
  - Quando, tempus secundum Solem & lunam.
- Pasto est duplex
  - Ruralis: ut pecorū
    - Primariorū
      - Minorum seu gregalium
        - Ovium.
        - Caprarum.
        - Suum.
      - Maiorū seu armentorum
        - Bovis.
        - Asini.
        - Equi
    - Primariorum paratorum causa
      - Mulus.
      - Canis.
  - Villatica.
    - Aviaria in qua
      - Turdi.
      - Columbæ
      - Turtures
      - Phasiani
      - Gallinæ
      - Anseres
      - Anates.
      - Pauones.
    - Leporaria.
      - Prima nutriens
        - Apros
        - Capreas
        - Lepores.
      - Secunda nutriens
        - Apes,
        - Cochleas.
        - Glires.
    - Piscina
      - Fluvialium.
      - Marinorum
- Venatio.
  - Considerat
    - ubi
    - Quando
  - Requirit
    - Retia, Laqueos.
    - Tela.
    - Aves, Canes.

Lege Xenophontem & eius præcepta de Venatione & Hippolytum, & Oppianum.

Dispositio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Architectura cuius sunt duo officia.
- Dispositio est apta rerũ collocatio.
  - Ichnographia circini & regulæ usus in plano. (tantum lateris operis futuri.
  - Orthographia imago depicta uniꝰ.
  - Scenographia integri operis tantum non viva delineatio.
- Ordinatio est membrorũ operis cõmoda ꝓportionatio.
  - Eurythmia est venusta species, cõmodusque in compositionibus membrorum adspectus.
  - Symmetria commensuratio partium ad basim.
  - Decor emendatus totius operis aspectus.
  - Distributio: cõmoda loci dispensatio ad omnium.
    - Vtilitatẽ,
    - Firmitatẽ,
    - Venustatẽ.

Lege Vitruuium de architectura, ut & Bapt. Albert.

Graphica cuius sunt.
- Dimensio
  - Hexapeda
    - Pes.
    - Vnciola
    - Minuta.
  - Norma
    - Stans
    - Basis.
- Finitio per organum cuiꝰ ꝓtes sunt
  - Horizon
  - Radius
  - Perpẽdiculum.

  Quibus colligitur singulorum mẽbrorũ relatio ad totã corporis ꝓceritatem &c.

Theatrica in se habet
- Scenicos.
- Gladiatores.
- Gymnicos.
- Agitatores.

Scenici sunt
- Hypocritæ, Comœdi, Tragœdi, Mimi.
- Thymelici
  - Citharœdi.
  - Citharistæ.
  - Tibicines.
- Saltatores. Saltatio quadruplex
  - Cordax
  - Sincinis.
  - Emmelia
  - Pyrrhicha.
- Chironomi.
- Choragi.

Gladiatores
- Retarij. Hoplomachi, Dimachæri.
- Secutores Mirmillones. Orbela.
- Thraces Aridarij.
- Samnites Probactiones. Equestres
  - Essedarij.
  - Velites.
  - Laquearij.
- Lanistæ qui eruditi sunt in his.

Gymni.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Gymnici	Stadiodromi	Pugiles	Pancratiastæ
	Dolichodromi	Paleſtritæ	Sciomachi
	Diaulodromi	Acrochiriſtæ	Xyſtici.
Agitatores	Ruſſati.	Aurati	Deſultores.
	Albati.	Lutei.	Auriga.
	Praſini.	Purpurei.	Bigarij.
	Veneti.		
Cognata ria cuiº ſpecies græce.	Epimeles	Pandectes	Polyteles
	Artoptus	Oſprion	Tetrapus
	Cepurica	Trophetes	Thalaſſa.
	Medicinæ	Adulatrix	

Victui inſervientes

Hamiotæ.	Piſcatores	Urinatores	Cetarij
Macellarij.	Cupedinarij.	Salſamentarij.	Sironæ.
Dardanarij.	Caupones.	Tabernarij.	Hoſpites.
Scabularij.	Factores	Condimentarij	Obſonatores.
Vinarij,	Piſtores.	Piſtrinarij.	Saginarij.
Popinarij,	Biberarij.	Cruſtularij.	Lactarij.
Pomarij.	Herbarij.	Seplaſiarij.	Medicamentarij.
Holitores.	Ficitores	Aquarij. & ſimiles.	

Fabri.

Tignarij.	Cæmentarij.	Materiarij.	Aerarij.
Ferrarij.	Plauſtrarij.	Carpentarij.	Vehicularij.
Pegmarij.	Aurifices.	Inauratores.	Bractearij.
Monetales.	Argentarij.	Vaſcularij.	Muſivarij.
Gemmarij.	Dolearij	Figuli.	Tectores.
Imbricarij.	Carbonarij.	Calcarij.	Laterarij.
Fornacarij.	Lapidarij.	Lapicidæ.	Serrarij.
Tornatores.	Loricarij.	Fibularij.	Vitrearij.
Sulphurarij	Cultrarij.	Ahenarij.	Caldeatores.

Corpori inſervientes.

Tonſores.	Balnearij.	Pilicrepi.	Alipili.
Mediaſtini.	Mangones.	Aliptæ	Pędotribæ. Ciniflones.
Arcularij.	Coronarij.	Coſmetæ.	Funerarij.
Libitinarij.	Deſignatores.	Præficæ.	Propolæ. Pigmętarij.

Lanam Tractantes.

Lanarij.	Sericarij.	Linteones.	Braccarij.
Fullones.	Textores	Netrices.	Infectores.
Lanipendiæ.	Carminatores	Panicularij.	Sagarij.
Palliones.	Interpolatores.	Funicularij.	Sarcinatores.
Paregiarij.	Hammearij.	Violarij.	Manuleatij.
Ræticularij.	Molochinarij.	Pemizonarij.	Limburarij.
Plumarij.	Polymitarij.	Phrygiones.	Caligarij.
Cerdones.	Zonarij.		

Sutores

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sutores { Calceārij, Solearij. / Crepidarij. Veteramentarij.

Scripturæ inſervientes.

Notarij Scriniarij. Pragmatici. Calculatores.
Exceptores. Scribæ. Librarij. Bipliopolæ.
Chartularij. Capſarij. Cõmentariẽſes. Nomenclatores.

Navibus inſervientes.

Gubernatores. Nauarchi Naucleri. Ductores.
Remiges. Epibatæ. Nauigeri. Nauicularij.
Proretæ. Vectores. Sentinarij. Naupegi.

Equis & Mulis inſervientes.

Stratores. Stabularij. Curſores. Ciſiarij.
Muliones. Agaſones. Proxenetæ. Equiſones.

Rei nummariæ & mercibus inſervientes.

Nũmularij. Argentarij. Collibiſtæ. Trapezitæ.
Negociatores. Mercatores. Inſtitores. Propolæ.

Venditioni inſervientes.

Precones. Sectores. Coactores. Venalitiarij.

Artes 7. mechanicæ utiles. { 1 Agricultura. / 2. Venatio. / 3. Nauigatio. / 4. Lanificium. / 5. Fabrica. / 6. Architectura. / 7. Medicina.

Artifices nugatitij. { Petauriſtæ. / Circulatores. / Schænobatæ ſeu Funambuli. / Neurobatæ.

Speculativa ſeu theorica eſt triplex. { Metaphyſica. / Mathemaica. / Naturalis.

Theo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Penitus, ut Philoſophia prima quæ omnium ſcientiarum indagat principia, axiomata.
- Theoretica verſatur circa res
  - A materia abſtractas aut
    - Ratione tantum quatenus ſunt.
      - Magnæ
        - Permanẽter
          - Quatenꝰ abſtractæ, Geometria.
          - Quoad cũ terra cõcretę, dicitur q; Geodeſia.
        - Mobiliter Spherica.
      - Multæ
        - Abſolutè.
          - Seipſis, Arithmetica.
          - Quoad inſunt rebus ſub numerum cadẽtibus dicitur q; Logiſtice ſeu calculatoria.
        - Relatiuè, Muſica.
  - Cum materia cõcretas q̃ rebus.
    - Videntur ineſſe nec inſunt, Inane, Infinitum.
    - Rarò inſunt: Monſtrum, fortuna.
    - Communiter inſunt
      - Principia ꝑ ſe
        - Cauſæ
          - Efficiens
          - Finalis.
        - Concauſæ
          - Formalis
          - Materialis.
      - Principiis
        - Annexa
          - Motus
          - Locus
          - Tempus
          - Continuum,
        - Orta
          - Simplicia
            - Sempiterna — Cœlum
            - Fluxa — Elementa
          - Compoſita
            - Imperfecta genita in aëre
            - Perfecta
              - Inanimata
              - Animata
                - Vegetatiua
                - Senſitiua
                - Zoophyta

Orta principijs

Muſica eſt duplex
- Naturalis eſt duplex
  - Humana.
  - Mundana.
- Artificialis eſt triplex
  - Harmonica.
  - Rythmica.
  - Metrica

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Musica humana consistit in

- Intellectu, q totidē cōplectitur, quot & diapason concentus.
  - Mentem — Tonus
  - Imaginationē — Tonus
  - Cogitationē — Semitō.
  - Memoriam — Tonus
  - Opinionem — Tonus
  - Rationem — Semitō.
  - Scientiam. — Tonus.
- Sēsu, q totidē cōplectitur q& diapē te. Habitu q totidem cōplectit quor & diatessaron.
  - Visum — Tonus
  - Auditum — Tonus
  - Olfactum — Semitō.
  - Gustum. — Tonus
  - Augmentum — Tonus
  - Fastigium — Tonus
  - Decrementū. — Semitō

Diapason. Diapason. Diapason.

- Artificialis rursum triplex est
  - Harmonica quę 7. considerat.
    - Sonorum potestates
      - Ratione sola.
      - Sensu q̃ & pprie canonica dicitur adhibẽs canonem
        - Monochordum.
        - Polychordum.
    - Spatiorum differentias.
    - Systemata indolis initia.
    - Genera tria
      - Enarmonium.
      - Chromaticum.
      - Diatonicum.
    - Tonos Aristoxeni 13.
      1. Hypodorium.
      2. Hypophrygiũ grauem.
      3. Hypophrygium acutũ.
      4. Hypolydium grauem.
      5. Hypolydium acutum.
      6. Dorium.
      7. Phrygium grauem.
      8. Phrygium acutum.
      9. Lydium grauem.
      10. Lydium acutum.
      11. Mixolydium grauem.
      12. Mixolydium acutum.
      13. Hypermixolidium.
      14. Hyperæolum. } ab recentioribus additos
      15. Hyperlydiũ } ab recentioribus additos
    - Commutationes ex præcedentibus.
    - Modulationem cuius partes 3.
      - Assumptio.
      - Mixtio.
      - Vsus.
        - ἀγωγὴ
        - πλοκὴ
        - πενταφθογγία
  - Rhythmica.
    - Oritur ex numeris.
      - Cõnumeratis.
      - Dinumeratis.
      - Complicatis.
      - Sesquatis.
    - Discernitur.
      - Visu
      - Auditu
      - Tactu.
      - } in
        - Saltatione.
        - Cantu.
        - Venis.
    - Habet partes 5.
      - Tempora.
      - Pedes.
      - Agogen.
      - Mutationes.
      - Rhythmopoeian.
- Metrica de qua vide in arte versificandi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Partes animi sunt tres
  - Ratio : cuius partes septem, diapason
    - Acumen.
    - Ingenium.
    - Solertia.
    - Consilium.
    - Sapientia.
    - Prudentia.
    - Experientia.
  - Iracens: cuius quatuor sunt, diapente
    - Aequanimitas
    - Impauiditas.
    - Fortitudo.
    - Tolerantia.
  - Concupiscens : cuius tres, diatesseron
    - Temperantia.
    - Continentia.
    - Verecundia.
- Arithmetica quæ numerum conficit est duplex.
  - Naturalis, quæ est anima.
  - Mathematica.
- Mathematica, cuius objectum numerus perpensus
  - Respectu ad
    - Se
      - Par
        - Pariter par, 2.4.8.
        - Pariter impar, 6 10.14.
        - Impariter par, 12.24.
        - Abundans, 12 24.
        - Deminutus, 8.9.
        - Perfectus, 6.18.
      - Impar
        - Primus & incompositus 1.3.5.7.
        - Secundus & compositus 9.15.
        - Per se compositus & secūdus, sed cum alio collocatus primus & incompositus vna perpensi, ut 9.25.
    - Alium numerum
      - Aequalis.
      - Inæqualis
        - Multiplex.
        - Superparticularis.
        - Superpartiens.
        - Multiplex superparticularis.
        - Multiplex superpartiens.
    - Figurā geometricam Estque
      - Linearis.
      - Planus.
        - Pyramidalis
          - Integer.
          - Curtus seu colurus.
        - Cubus.
      - Solidus
        - Cuneus seu arula.
        - Laterculus.
        - Asser seu trabs.
        - Sphæricus.
  - Ad proportionem seu medietatem,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Ad proportionem interminis
  - Duobus, quæ Græcis proprie ratio dicitur.
  - Tribus, ut minimum quæ analogia, quæ priſcis mathematicis triplex fuit
    - Arithmetica.
    - Geometria.
    - Muſica.

- In geometria conſideratur
  - Punctum à quo linea oritur.
  - Linea
    - Recta-
      - Iacens — Baſis
      - Erecta — Kathetus
      - Coniungens — Hypotenuſa.
      - Diameter — Diagonus.
    - Regularis
      - Conica: Ellipſis. Hyperbole. Parabole.
      - Helix, Spiralis } de qua Archimedes.
      - Quadrans ſeu tetragonizuſa.
      - Conchiformi.
    - Irregularis de qua parum mathematici.
  - Angulus
    - Planus
      - Intrinſecus : extrinſecus.
      - Egrediens.
      - Contingentiæ.
      - Incidentiæ.
      - Rectus.
      - Acutus.
      - Obtuſus.
    - Solidus qui ex tribus ſuperioribus angulis conſtituitur ad minimum.
  - Figura
    - Plana, vide poſtea.
    - Solida, nimis altæ ſpeculationis ex qua multa demonſtrantur myſteria.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Figura plana triplex est
  - Circularis.
  - Rectilinea.
  - Mixta: quæ relinquitur perfectis.

- Circularis in qua
  - Peripheria: Diameter: Semicirculus.
  - Chorda quæ est minor semidiametro in impares arcus secto circulo.
  - Sinus rectus dimidium chordæ arcus duplatæ.
  - Sinus versus pars semidiametri super mediam chordam.
  - Kardaga arcus quindecim graduum.

- Rectilinea
  - Egredientium circulorum
    - Primi Ordinis, vbi latera egrediuntur
      - Semel pen. Bis hep. Ter nona.
    - Secūdi
    - Tertij
  - Simplex ex parte
    - Trium
      - Laterū
        - Isosceles
        - Scalenia
        - Isopleurª.
        - Laterū æqualium
          - Duorum.
          - Nullorum.
          - Omnium.
      - Angulorum
        - Orthogonius vnius recti.
        - Amplygonius, vnius obtusi.
        - Oxigonius, omnium acutorum.
    - Quatuor anguli ex parte
      - Laterum vel angulorum, ut supra.
      - Laterū
        - Æquè distantium, parellogrammum.
        - Inæqualiter distantium, penthagonum, hexagonum, &c.

- Astrologia
  - Spherica.
  - Genethliaca quæ & propriè Astrologia hodie dicitur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Spherica

- Spherica considerat
  - Conuersiones cœlorum.
  - Ortus, obitus, motus siderum.
  - Axes, polos, cardines mundi.
  - Zonæ quinque
    - Septentrionalis. } Frigidæ.
    - Australis. } Frigidæ.
    - Solstitialis. } Temperatæ.
    - Brumalis. } Temperatæ.
    - Aequinoctialis, Torrida.
  - Circuli maiores. 6 minores. 4.
  - Orbes homocentrici: eccentrici.
  - Luna
    - Intermenstrua.
    - Edita.
    - Noua.
    - Corniculans.
    - Diuidua.
    - Prætumida.
    - Plena.
- Medicina est duplex
  - Theorica à quappendunt
    - Naturæ, Physiologicè, cuius objectum res naturales.
    - Causæ Aetiologicè
      - Procatarcticas præuertentes.
      - Proegumenas antecedentes.
      - Synecticas, continentes causas perpendens.
    - Signa Simiotice
      - Præsentium discernicula.
      - Futurorum præsagia.
      - Præteritorum memoratrix.
  - Practica
    - Conseruans salubrium prophylactice quidem & τὸ ὑγιεινὸν scil. μέρος τῆς ἰατρικῆς vocant.
    - Curãs therapeutice
      - Diæretice
        - Geroconomice.
        - Analeptice.
        - Prophylactice.
      - Pharmaceutice.
      - Chirurgice.
      - Occupatæ in
        - Victu.
        - Medicaminibus.
        - Manuum ministeriis, &c.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

PARS RHETORICES SECVNda de Applicatione.

Locus de mẽdo ſuſpectus.

EST apud Vitruuium lib. 2. ab initio exemplum de Dinocrate Architecto pulchrum valde, cuius applicationem nota ad hominem frugi, de inuentione gemina : quaſi mater partum edat & non habeat quo alat. Simile de Ariſtippo apud Laërtium quære de eius naufragio.

Profeſſio Sophiſtarũ ſeu oratorũ, ſeu obiectum in quo verſatur.

Oratoris eſt ex tempore poſſe dicere de quacunque re ſibi propoſita. Primus autem Gorgias Leontinus de omni re mundi auſus eſt diſſerere , dixitque oratoris materiam eſſe totum mũdum : huic ob eloquentiam ſtatua aurea erecta eſt Delphis. Ariſtoteles autem & quem imitatus eſt Cicero ad Herennium dicit oratorem verſari circa 3. genera cauſarum. Demonſtratiuum , deliberatiuum , iudiciale , & ad omnia illa genera cauſarum habent ſe ſubiecta tanquam materia.

2. Obiectum propius.

3. Dicẽdi genera.

Prædicata Reſpectiua Quæſtiones { Applicantur generi { Demonſtratiuo. Deliberatiuo. Iudiciali.

Quot ſunt oratores, tot ſunt genera dicendi Cic.

Inſtrumenta oratoria.

Oratoris inſtrumenta ſunt {

Inuentio, eſt rerum , quæ cauſam probabilem reddunt : hinc ſyluam verborum & rerum debemus nobis comparare.

Diſpoſitio eſt ordo rerum. Et hoc eſt præcipuum oratoris.

Elocutio eſt accommodatio verborum idonea

Memoria , quam duo firmant, ut Ariſtotel. ait, Poſitio ſub ordine, & frequens meditatio.

Pronunciatio , quæ ineſt ſecundum naturam diuerſimodè.

I. GENVS DEMONSTRATIVVM.

Finis.

In genere demonſtratiuo finis eſt laus vel vituperium : & vbi de omnibus rebus dicere volumus, & Gorgianam illam oratoriam ſectari , patet nobis campus latiſſimus in genere demonſtratiuo. Laus verò & vituperatio tribus rebus comparantur: videlicet ex rebus Animi, Corporis, Externis. Nunc ergo mollius & vſitatius prædicata illa applicare oportet, ne ſemper illis terminis vtamur: oportet enim cautè diſſimulare artificiũ in quo eſt haud parum de artificio.

Media. Occultatio artis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Loci laudis personarum.

Bonitas
- Animi, est usus mentis, acuties ingenij, memoriæ, &c.
- Corporis, est pulchritudo, sanitas, mundities.
- Externa, divitiarum, quas per * essentiam bona dicimus.

* *Natura. Stoici adiaphora vocãt.*

Quæcunque sunt animi, habent potiorem laudationem & vituperationem quam omnia ea, quæ sunt corporis aut externa. Laudantur & vituperantur per respectum ad res animi: vituperamus ergo per contraria bonitati, ut sunt abusus ingenij, deformitas & paupertas, quæ mala dicimus; quanquam nihil adeo malum, quod non laudari certo modo possit, & contrà de bono.

Magnitudo
- Animi, est magnanimitas: & pusillanimitas, audacia.
- Corporis, est proceritas & crassitudo, venter S. Thomæ.
- Externa, est latifundia & magna imperia possidere.

Et possumus etiam per illarum contraria aliquem laudare vel vituperare, ut si quis laudetur corpore paruus, & corpore robustior: qui possidet paruum prædium eo contentus, ut* Tellus atheum.

* *Fort. Telephus.*

Duratio
- Animi; est constantia: ut durate & vosmet rebus servate secundis.
- Corporis, est vitæ longæuitas, & interim multis profuisse.
- Externa, est nobilitas, quæ est antiquæ divitiæ.

Et per illarum contraria, laudamus vel vituperamus secundum opportunitatem propositi nostri: ut brevitas vitæ in laudem trahitur, tanquam mundus non esset dignus, ut hoc homine frueretur: & nonus homo qui non ex sanguine suam nobilitatem duxit, Cicero,

Potestas
- Animi, est libertas arbitrij. Hinc Cicero libertas est potestas vivendi, ut velis: & sic dicimus, quod pupilli sunt in potestate aliena: hinc laus & vituperatio Ecclesiastici. 31. potuit transgredi, & non est transgressus.
- Corporis, est cælibatus: & qui agit vitam cælibem, dicitur habere potestatem corporum, ut contra ad Corinth. 7. Mulier non habet potestatem corporis sui sed vir, hic nota coniugiũ.
- Externa, est imperium, uti tyranide: ut Dionysij, per semper imperavit & regno & scholis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sapientia quæ dicitur cognitio
- Animi, eſt mediocritas quæ non facit homines ſapere pluſquam oportet. & ſic dicit Hora. ſumite materiam viris, qui ſcribitis, æquã viribꝰ.
- Corporis, eſt ea quæ facit hominem cognoſcere illa quæ ſunt corporis. Et ſic vituperamus Narciſſum & ſui admiratores.
- Externa. quæ facit hominem eſſe frugi: videlicet ut ſecum expendat & cenſus ſuos & quamtũ habeat: hac cognitione caret prodigus, & eam nimis habet auarus.

Voluntas
- Animi, eſt deſiderium boni: in lege domini voluntas eius.
- Corporis eſt libido, id eſt, corruptus quidam animi affectus.
- Externa, eſt obedientia aut morigeratio.

Et voluntas impropriè attribuitur corpori ſeu rebus externis: tamen ut ad Rom. Apoſtolus inquit. Habeo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis, meæ, videtur hic tetigiſſe voluntatem corporis. Et dicimus ſeruum habere voluntatem externam, cum vult quod dominus vult.

Virtus
- Animi, eſt fortitudo præcipua: & inde aliæ virtutes.
- Corporis, eſt robur, vires: hic nota *citharœdum robuſtum. (*Athletam.)
- Externa, ſunt Copiæ, Claſſes, Exercitus.

Veritas
- Animi, eſt adæquatio rei intellectæ ad intellectum.
- Corporis, eſt naturalis & ſimplex non fucata diſpoſitio corporum. Moyſes conceſſit mulieribus fucum.
- Externa, eſt operationis cui contraria eſt hypocriſis: ut Matth. 23. Similes eſtis ſepulcris dealbatis.

Gloria
- Animi eſt tranquillitas mentis, huic contrariæ ſunt perturbationes & furiæ: de hac gloria Epicurei fuerunt: & Apoſtolus, Gloria noſtra, hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ.
- Corporis eſt requies corporis non ignava, ſed qualem aſſecutus eſt Mecœnas, & aſſequuntur milites emeriti. Contrarium huic eſt ſaxum Siſypheum.
- Externa, eſt fama qualem Liuius aſſecutus eſt.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

De * respectivis in genere demonstratiuo personali versatur Plutarchus de vitis, ubi confert Romanos Græcis. Et est valde genus uberrimum ad dicendum, præsertim ad laudandum: ubi enim confertur pulchrum pulchro, & ostenditur unum pulchrius, comparando ita res adinvicē duplicatur semper oratio. Sed tamen ne utamur arte nimis aperta cavendum est.

* *Parallela ipse vocat.*

Cautio.

Differentia

Differentia, discrimen, distantia, intercapedo, discerniculum, interesse.

Concordia, amicitia, Symbolum, similia, vinculum naturæ.

Oppositio, contrarietas, distantia maxima, lis extrema.

Hoc nota, ut in comparandis vivis & mortuis, parcus laudentur viventes. Laudatio enim licentior in mortuis: quæ nescio quid invidiæ & suspicionis habet in vivis, si non adhibeatur modus.

Differentia, concordia, Contrarietas.

- Animi, inter homines sunt infinitę quot homines tot sensus: exemplum apud Salustiū in Catili. de Cæsare & Catone.
- Corporis, ex harmonia compositionis, & sic dicimus similem Christum Iacobo, Seuerum Neroni, nota numismata.
- Externa, & sic dicimus de rebus comparādo eas p diuitias, fama, gloria, nomine.

A nomine locus laudatiuus, aut per interpretationem nominis, ut dicimus Iacobus, id est, supplantator, & alia plura ut scis: aut per similitudinem, *, ut Augustus auxit remp. litterarum & ecclesiæ, ut Augustinus Romanam.

* *Vt Augustus rempub. auxit Romanam: ita litterarum & Ecclesiæ Augustinus.*

Clementia & severitas differentia sunt non contratia, quia virtutes inter se contrariæ non sunt sententia Stoicorum: Cæsar, Cato.

Principium

- Animi est indoles bona vel mala, qualis erat Catonis adhuc puelli volentis interficere Syllam, & rempu. liberare, & S. Io. Baptistæ, qui teneris annis aufugit à patre in desertum, & plura alia.
- Corporis, parentes, alimentum, nutrices, & ipsa educatio, quamuis illa sæpius etiam inter externa numeretur.
- Externarum, & sic dicimus de inventoribus artium & fundatoribus studiorum, & princpia boni vel mali, aut etiam si quis dives, vnde sumpserint divitię eius principium, aut ab hæreditate, aut industria, studio. Plinus. 7. lib. fecit caput de inventoribus artium.

Medi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Medium
- Animi, sunt præceptores bo ni vel mali. Aristot Alexandro fuit medium ad tantas virtutes assequendas.
- Corporis, & sic ingluuies est medium, quo devenitur ad crassitudinem, leiunium ad gracilitatem, exercitium ad agilitatem.
- Externum, & sic dicimus pecunias esse medium, per quod deuenitur ad magistrat⁹ ac honores.

Consummatissimam laudem habet finis, exemplo Crœsi & Solonis. Historiam nota apud Ausonium de septem sapientibus, &c. Extrema dies iudicat de omnibus. Plin.

Finis
- Animi, an comparatus inter sanctos, an desperauerit.
- Corporis, an dign⁹ sepultura, an rota, vel laqueo perijt.
- Externorum, an bona ludo amiserit, an genus finem in eo habuerit: ut gentis suæ finis fuit Nero, Tarquinius finis Regum Romanorum.

Est genus laudatiuum, quod simpliciter unius rei absque respectu est adhuc aliud respectiuum, ubi consideratur natus, minus, æqualis, æquali ordine & modo: ut differentiæ, concordiæ, & contrarietatis.

Maioritas, æqualitas, minoritas.
- Animi, inter virtutes, scientias, ingenia.
- Corporis, inter pulchritudinem, robora vires.
- Externorum, inter divitias, nobilitates, fauores.

III, Genus Iudiciale.

De quæstionibus, illi termini accommodantur generi iudiciali. Genus autem iudiciale, ut Cicero ait, est quod positum
3. *Status.* in controversia, &c. Et habet tres constitutiones. Hic nota quid sit constitutio apud Ciceronem & Quintilianum.

Constitutio
- Coniectura
- Legitima
- Iuredicialis

> cui applicat quæstio.

- Utrum, vel an.
- Quid est, & de quo est.
- Quare, Finalis.

Et aliæ quæstiones accidentales applicantur magis ad iudiciale in constitutione coniecturali, ut factum est furtum.

Quantum, de hospite crasso, & suspecto, quod iuerit per fenestram.

Quale, de occiso veneno, liuor in corde.

Ubi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ubi, videlicet consideratur dignitas, vicinitas, amplitudo loci.

Quando, considerantur tempora, ætates, partes anni, dies.

Quomodo & cum quo, discurremus per instrumentativum, an ferro, veneno.

Utrũ, qdẽ
De quo
Quare
Quantum
Quale
Quando
} Applicatur {
Bonitati & omnibus alijs cum hoc.
Principio accommodatius.
Fini primo & principaliter.
Magnitudini triplici; ut supra.
Instrumentativo per longum & latum.
Durationi, de qua vide in terminis.

Dictum est in prima parte huius scientiæ, quod ab omnibus subjectis possunt sumi confirmationes & confutationes tripliciter, videlicet authentice, similitudinarie & exemplariter. Et ideo dicimus de confirmationibus & confutationibus principaliter, quia vigor & omne fundamentum & totus succus orationis consistit in alijs. *Cõfirmat & confutat. Confirmationis præstantia.*

Authentice sumuntur igitur ex Deo, angelo, homine: ubi citamus locos, quos aliquis horum dixerit, ut est illud Dei, γνῶθι σεαυτὸν & apud Hermetẽ, audivi bonum dæmonem dicentem mihi, &c. & hominum auctoritas, legum, imperatorũ. *1. Authentice.*

Similitudinariè possumus capere ab omnibus subjectis, ut de instrumento, à naui, à lira, ab arcu, ad animam, ab organo. Imaginativo, ab hirundinibus tempore veris ad falsos amicos, de amicitia. Vegetativo, ut homines similes seminibus, quæ ceciderunt super petram. Elementativo, ut terram dicimus nobis ostendere exercitium gratitudinis. Cœlo, ut fluctuat animo velut solis radius in aqua. Aeneas. Oportet autem similitudines esse non difficiles, non obscœnas: ut, si dicere-mus Rempub. castratam, quia privata fuit Scipione: non alienas & impertinentes, sed accommodatas ad nostrum propositum. Et est liber de similitudinibus rerum valde utilis ad hanc artem, & vidi ego compositiones poetarum excerptas per Pet. Copinum non inutiles huic proposito. *2. Per similitud. Virtutes similitud.*

Exemplares sumimus ex his, vnde deducimus exempla formicæ, leonis, terræ, alicuius sancti: tum principaliter sumuntur exempla à tribus illis subjectis, à quibus capimus authoritates, videlicet à Deo, angelo & homine, & exemplorum copia sumitur ex historijs sacris. *2. Per exempla.*

Omnia quæ hucusque dicta sunt de personis, possunt similiter applicari ad omnes res mundi, ad omnia subjecta, modo & *Laudatio aliarum rerũ*

ratione

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ratione ſeruatis, dummodo illud fiat commodè. Et ſic laudamus.

Canem à fidelitate.
Aſinum à ſtoliditate.
Elephantem à docilitate,
Pelicanum à ſolitudine,
Apes ab utilitate,
Leonem à magnanimitate.
Leporem à timiditate.
Pſittacum à pulchritudine.
Simiam ab imitatione.
Tigrim à pernicitate.

Ineſſe videtur etiam ſenſus floribus, qui ſequuntur ſolem. Similiter à rebus corporis poſſumus laudare omnem rem mundi ſecundum ſuum modum, & debito ſervato reſpectu.

Licet oratoribus in uno loco plures afferre comparationes, ut eſt apud Ciceronem de Oratore locus latus. Sed poëtis non licet, & ſunt qui arguunt in hoc Flaccum, quod nimias de una re comparationes fecerit. Omnia, quæ hucuſque dicta ſunt de genere demonſtrativo, alio reſpectu finis poſſunt applicari ad genus deliberatiuum & iudiciale. Vulgò placet argumentatio ex tuto, Sapienti placet tamen ex honeſto.

Accomodatio præced. præcept. ad genus delibe ratiuum & iudiciale.

Simulatur ars vel per
- Synonyma: ut non utamur niſi rarò illis terminis, ſed ſimilibus, ut dictum eſt.
- Inverſionem ordinis & tranſpoſitionem, ut non de bonitate in magnitudinem & ſic per ordinem.
- Digreſſiones ſimilitudinum & exemplorum * inſinuatas narrationi.

* *inſertas.*

Lacryma cędri præſervat res à putrefactione. Hinc locus eſt apud Perſium, Et cædro digna locutus.

Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem olei compoſitionis. Filius honorat patrem & ſeruus timebit dominum ſuum.

Omne qđ proponitur aut eſt.
- Complexum, ut propoſitio, omnis ſapiens dives. Complexa diſcutimus per rationem incomplexorum, videlicet declarando terminos propoſitionis.
- Incomplexum vel eſt
  - Subſtantia, ut homo, Petrus, & illa declarata ſunt in prima parte.
  - Accidens: ut bonitas, iuſtitia.

Exordium.

Exordium eſt principium orationis, quo animus auditoris paratur ad audiendum, & finis exordij eſt, ut captetur benevolentia ad docilitatem, & ipſum poſtremum debet cudi in oratione meditata. Sed extemporalia exordia fiant ad imitationem Platonis in dialogis ſuis.

Exor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Exordium sumitur vel occasione
- Temporis vel
  - Sacri.
  - Sereni.
  - Luctuosi.
- Loci vel
  - Sacri.
  - Publici.
- Auditorum vel unius personæ excellentis dignitatis.
- Rerum propositarum, si quadrant.
- Personæ nostræ, humiliando se excusando.

Si causa fuerit honesta, tunc præcepto Tullij licet uti, vel non uti exordio, sed possumus accipere ab aliqua auctoritate: ut ubi res est humiliso, potest eo magis laborare ad captandam benivolentiam, eo luculentius maiora polliceri, ut aucupentur animi auditorum ad docilitatem & attentionem.

Docilitas autem comparatur si summatim enumeramus, & dividimus orationem & materiam orationis. *Docilitas.*

Narrationes in hoc genere sunt diversæ & sparsæ: nam quædam sunt comparativæ, aliæ naturales, aliæ principales, aliæ extrinsecæ, aliæ exemplares. Sed omnis narratio tunc laudatur, si hæc tria habuerit: videlicet si est brevis, dilucida, verisimilis. *Narratio.*

Divisio in hoc genere dicendi sedato: fit per enumerationem partium orationis, vel per expositionem, ut late Quintilianus & Cicero *Divisio.*

Conclusio illa debet efficaciores locos orationis repetere, & breviter sub quodam epilogo omnia revocare, quæ prius dicta sunt, ita ut principium revocetur ad finem, & finis ad principium, & sic est finis. *Conclusio.*

Nihil tamen adeo videtur difficile in hoc artificio quam facere exordium, quia non videtur nasci ex terminis artis. Bene concludere adhuc difficilius.

FINIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ORATIO EXEMPLARIS.

Vide Apuleium in florid.

SOCRATES ille Philosophorum princeps facilè & pater omnium, adolescentem quendam ingenua & liberali forma præditum intuens, cum is quidem tacitus diutulè astaret: quin, inquit, loquere, age ut te videam ô adolescens: scilicet super animo & oratione magis quam specie exteriori iudicandum ratus. Atque equidem nunc quoque haud aliter censeo Excellentiam tuam, Doctor Egregie, seu potius omnes vos qui adestis (unus enim pro omnibus locutus est) velle animi ingeniolique mei ex oratione periculum facere. Et equidem tametsi nunc vereor, ut expectationi vestræ parum satisfaciam: tamen quia non est quo possim hoc onus dicendi honestè aversari: in eum enim ultro descendi campum, ut Gorgiano more quæcunque dere velletis dicturum spoponderim, ne mihi nunc pedem retro licet referre, quippe galeatum serò duelli pœnitet. Esto igitur, quod mihi Excellentia Tua proposuit, dictionis huius thema ex media philosophorum ac dialecticorum schola depromptum: Accidentia conferunt magnam partem in eo quid quod est. Et quoniam non brevitate dialectica quin oratorio syrmate propositionem hanc tractare contendimus, primum omnium dispiciamus, sint ne accidentia & quid sint: deinde quid sibi velit hoc quod quid est: ac postremò, quomodo magnam partem accidentia in eo quod quid est conferant. Esse accidentia quodam modo sed non similiter tradunt philosophi, id quod accidentis pervulgata dictio declarat: quippe accidens est, quod potest ad esse & ab esse præter subjecti corruptionē. Nimirum igitur esse accidentium à subjecto dependet ita sanè, ut absque subjecto omnino quidem non sint: cuius ratio est, quia sunt in alio & non quidem ut pars, impossibile est tamen ipsa esse absque eo in quo sunt: commensurantur igitur subjecto, & subjecti numerositate numerantur. Sic nempe hæc albedo & hæc triangularitas sunt, quatenus hoc aut hoc (cui insunt) subjectum permanet: simulque cum eo (ut ita dixerim) adolescunt, & senescunt & intereunt, & locum mutant, & circumscribuntur: & peregrinantur, & sedent, & complicantur. Atque ad hunc quoque modum sæpenumero invicem cedunt, scilicet calore pulso frigus admittitur, & calamitosam paternitatem orbitas excipit, & dulce olim Coniugiũ tristi viduitate mutatur. Iam verò ex his quæ de accidente dicta sunt, id quod quid

Propositio.

Partitio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quid eſt, quid aut cuiuſmodi ſit , patere arbitror: non ſemel enim ſubjecti mentionem fecimus , cui quantum &, ut ita loquar, entitatis ratio propriè conuenit: ut quod ſuæ entitatis robore accidentia ſuſtinet & fulcit atque ſuſtentat. quippe à ſubſtando haud dubium ſubſtantiæ nomen deductum eſt. Et prima quidem ſubſtantia, quæ principaliter & maximè ſubſtantialiter dicitur. Hoc itaque quod ſubſtat ex his quæ ei accidunt perſæpè cognoſcitur: ſiquidem ſubſtantia intelligibilis eſt, accidentia fere ſenſibilia, quæ ſenſibus interioribus exterioribusque percipiuntur. Ut autem ſenſus * noſtri ſunt intellectus , ſic ea quoque quæ ſenſibus percipiuntur miniſterio quodam ad eius cognitionem * quod intelligibile eſt quaſi manu ducunt. Enimuero ut multiplex eſt accidentium varietas, ſic multiplex quoque ad cognitionem eius quod quid eſt inſinuatio. Hanc autem accidentium varietatem nouem Philoſophi diſtinxere capitibus , quæ principia ſeu prædicamenta appellant : mirumque illud eſt in tãta ipſorum varietate ſummam ad hoc eſſe cõcordiam, & aſperrimas rurſum inimicitias. Nam, ut verbi gratia, dicamus calor & frigus conueniunt quidem maximè , nam ſub eodem ſunt genere qualitatis : & maximè quoque diſcrepant , nam mutuo ſe expellunt neque inuicem compatiuntur. Capitaliuſque omnino eſt inter accidentia principalia ſeu extrema diſſidium. Nam media quanquam vtrunque non participant, tamen atrociter inuicem non confligunt. Omnino verò ut in præliando quod efficacius eſt alterum vincit atque expugnat , inque eius locum ſuccedit , at vbi æquo Marte pugnatur longius eſt certamen, ſic ſanè in iis quæ ex contrariis compoſita ſunt aſſidua eſt belligeratio & lis illa Platonica, donec mixtum ſoluatur & compoſitio ea labefactetur. Sunt autem hæc quæ diximus hactenus vulgo quoque Philoſophantium notoria : & quæ ſcholarum omnium (ſiquidem ſentiant) parietes & tabulata percallent. At (ſi quidem libet altius audire & dignitatibus veſtris accommodatius) alia ratione hanc ipſam proportionem pertract:mus. Accidentia nunc itaque libet appellare omnia, quæ extra Deum ſunt, & quæ Deus non ſunt. Solum autem Deum id quod quid eſt. Atque ne id nouè aut nimium dicere videamur, Dei ad Moyſem loquentis vnum afferatur verbum. Interogauit Moyſes Dominum, Quinam eſſet & quod haberet nomen, *Ille autem ego*, inquit, *ſum qui ſum ſic loquere filijs Iſrael:* qui eſt, qui miſit me , propterea quòd quid eſt , bonum hoc eſſe neceſſe eſt, ſolus autem Deus bonus : ſolus igitur Deus eſt, qui ergo non ſunt Deus, haud ineptè hac conſideratione accidentia dicemus. Sed bonitas creata eſt illius increatæ bonitatis velut vmbra quædam. Nempe illa immenſa eſt atque æterna, hæc au-

* miniſtri.

*. quod quid eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rem finibus certis conscripta,& temporis anguſtiis incluſa. Poteſt illa diuina quidem bonitas abſque mundana ſubſiſtere, mundana autem abſque diuina nequaquam Atque hæc teſtatur Simonides ille noſter cum ait. *Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate*. Iam verò cognitio & induſtria, quæ omnibus quidem rebus aliqua quodammodo ineſt, his ſiquidem clarius illis autem obſcurius. Similiterque ardor & ſtudium ſui aut rerum ſimilium & ſibi conuenientium: omnia hæc ſunt ex cognitione amoreque diuino expreſſa, ſed adeò fane longè, ut reſpectu lucis illius quæ ſolem vincit & amoris flagrãtis,tenebræ Cimeriæ & gelu glaciale poſſunt appellari. Quid dicam de virtute: quæcunque ea rebus ineſt niſi diuina ſit virtute fulcita, nonne omnis fragilis eſt & caduca? Fallaces vero rerum conditiones & inſtabiles,ut ita loquar,ſtatus quis non videt,niſi qui ſciens ac volens quocunque ſe vertat, corporis animique oculos claudit? O vanas hominum ſpes: ô deſideria cæca:qui inter tantam tamque inſignem rerum omnium fragilitatem gloriæ ſtudent qui in his quæ dixi accidentibus firmamenti aliquid collocant, & non potius in eo qui eſt. Aſtruit ille ædes marmore pario, & ſummo auro* lacunaria obducit. Excauat alius montes, & abdita inde eruit metalla. Alius agris atque hortis colendis ſtudet,& frequentius alius cogit armenta. Multò vero magis plerique hominibus ſub poteſtatem ſuam redigendis incumbunt, & nec ſuo nec alieno, dum id efficiant ſanguini parcunt: quòd ſi quis eſt animo paulò erectiore ſidera contemplatur, aut intelligentias quas appellant inueſtigat. Sed non eſt ſtudiorum fructus,ſi quis in eo ſubſiſtit: quin maius fuerit operæ precium in eius,qui eſt,cognitionem pergere ex accidẽtium horum contemplatione: magnam quippe partem conferunt in eo quod quid eſt hoc eſt,ad eius,qui quod quid eſt Eſt,cognitionem. Inſenſibilia enim Dei, ut ait Paulus ad Rom. à creatura mundi per ea quæ facta ſunt in intellectu conſpiciuntur: ſcilicet domorum atque turrium præſidia, quibus ciuitates priuatim publiceque firmantur,Deum rerum omnium oſtendunt præſidem eſſe monſtrantque tutorem. Quippe ſi quid in his præſidij eſt,quæ manus fabrefecit humana,quanto magis in eo qui ipſas hominum fabricatus eſt manus? Recte igitur propheta ille Pſalmographus, *Niſi,inquit,Dominus ædificauerit domum,in uanum laborauerunt,&c* Quare ſi ab iis quæ artificio conſtant ad naturam magis libet accedere,per omnes gradus oſtendemus aliqua eorum quæ nos in eius qui eſt cognitionem adducant, ſcilicet (ut verbi gratia aliqua attingamus) inexhauſtæ fontium ſcaturigines, indeficientem nos credere mouent Dei bonitatem, quæ aſſidua largitione nihil minuitur aut euacuatur, ceu fon-

Laquearia.

ses per-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tes perpetua aquarum emanatione non deficiunt vnquam neque ſiccantur. Terræ vero ipſius latitudo ſeu ampliſſima dixerim potius cœli capacitas immenſam Dei imaginem teſtantur. Iam vero perpetua hæc elementorum inuenta minimè ſeneſcentem Dei indicant æternitatem. Quid innumerę arborum & plantarum vires vimne Dei omnipotentem approbant? Mirum hercle ſi Medici ex harum contemplatione in poſitione diuinæ admirationis non rapiuntur. Alia verò multo luculentius eum qui eſt, nobis oſtendunt: nempe formicæ, apes, fibri, canes, milleque huius generis induſtria ſibi ingenita creatoris ſapientiam, quanquam mutæ, prædicare videntur. Hinc Salomon, *Nunquid non ſapientia clamitat in ſummis excelſiſq; verticibus*: Rurſus alia quoque affectibus ſuis diuini animi quaſdam exhibent notas, pugnant quippe pro catulis & coniugia ſua particularia defendunt. Virtutes autem diuinas nullum animal tam clarè exprimit quam homo: in eo enim iuſtitia, miſericordia, prudentia: ita quidem ut ſi ſemet homo ſedulo contemplętur, poſſit bonam magnamque partem cognitionis eius qui eſt, ex ſui ipſius conſideratione venari. Nec mirum: eſt enim ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus. Siue *enim inferiora ſe ſiue ſemetipſum homo rimetur, abunde inueniet quibus in eius qui eſt cognitionem aliquam adducatur. Quare ſi ſuſpiciat, & in ea quæ ſupra ſe ſunt oculorum mentisque aciem dirigat, papæ! quanto inſignius eum qui eſt cognoſcet? Cœli enim narrāt gloriam Dei. Et certè veritatis diuinæ haud vſquam alibi tam clara sūt quam in cœlo documenta, vbi ſtellæ etiam quæ errones appellantur minime errant: ſed lege certiſſima oriuntur & occidunt. Igitur is qui mihi ſæpe vocandus ad partes Dauid Propheta ait: *Sol cognouit occaſum ſuum*. Denique ſi daretur nobis angelos penitus cognoſcere, ibi omni perſpicacitate Dei gloriam intueremur. Sunt enim ceu ſpecula certiſſima nulli obnoxia corruptioni; quæ diuinitas aſſidua ſui contemplatione nitidiſſimè expoliuit. Sed iam quidem diutius ac propoſitum fuit in accidentium ſerie immoratus ſum, & multo tamen minus quam res ipſa poſtulat. Nullus enim dicendi finis eſſet ſi quis velit, quæ in rebus ſunt, divinitatis imagines ſingulas perſequi. Et omnino authore Dionyſio de rebus ſacris perfectiſſimè loquendum eſt. Ergo poſtquam accidentia magnam partem conferre in eo quod quid eſt monſtrauimus, idemque & mathematicè & theologicè fieri admonuimus: nunc quæ in eandem ſententiam ex Medicis atque Iuriſconſultis dici poſſent conſultò omittimus, tum quòd ex his quæ dicta ſunt pleraque horum trahuntur; tum ne ad clepſydram, quod aiunt, declamans nouum ab integro ſermonem ordiamur.

* igitur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ARS MAGNA ET VLTIMA.

M. RAYMUNDI LULLII BONARVM ARTIVM MAGISTRI, & sacræ Theologiæ Professoris amplissimi.

PROOEMIVM.

Deus cum tua summa perfectione, incipit ars magna, generalis & vltima.

QVONIAM multas artes fecimus generales, ipsas volumus clarius explanare per istam quam vocamus vltimam, quia de cætero non proponimus aliam facere, ipsam quidem ex aliis compilamus : & aliqua noua explicitè addimus. Quoniam intellectus humanus est longè magis in opinione quàm in scientia constitutus : quia quælibet scientia habet sua principia propria, & diuersa à principiis aliarum scientiarum: idcirco requirit & apperit intellectus, quòd sit vna scientia generalis ad omnes scientias, & hoc cum suis principiis generalibus, in quibus principia aliarum scientiarum particularium sint implicita & contenta, sicut particulare in vniuersali. Et ratio huius est, ut cum ipsis principiis alia principia subalternata sint, & ordinata, & etiam regulata : ut intellectus in ipsis scientiis quiescat per verum intelligere, & ab opinionibus erroneis sit remotus ac prolongat⁹. Per hanc quidem scientiam possunt aliæ scientiæ perfacile acquiri. Principia enim particularia in generalibus huius artis relucent & apparent: dum tamen principia particularia applicentur principiis huius artis, sicut pars applicatur suo toti. Principia verò huius artis sunt hæc: Bonitas, Magnitudo, Aeternitas siue duratio, Potestas, Sapientia, Voluntas, Virtus, Veritas, Gloria, Differentia, Concordantia, Contrarietas, Principium, Medium, Finis, Maioritas, Aequalitas & Minoritas Et dicuntur generalia : quia omnes bonitates aliarum scientiarum ad vnam bonitatem generalem sunt applicabiles. Et idem dico de omnibus magnitudinibus ad vnam magnitudinem generalem. Et sic de consimilibus aliis, suo modo dicendum. Amplius quidem hæc scientia generalis potest nuncupari : quia quæstiones generales habet ad omnes alias quæstiones, quæcunque sint, applicabiles. Omnes enim in istis implicantur, & sunt hæ, scil. Vtrum sit; Quid est; De quo est; Quare est; Quantum est; Quale est; Quando est; Vbi est; Quomodo est; & Cum quo est. Et sunt decem,

Intellectus humanꝰ magis cõsistit in opinione quã in scientia.

Hæc scientia ad alias est præuia.

Principia huius artis generalia.

Quare hæc scientia generalis vocetur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

decem, ut apparet numeranti. Item ars ista est generalis ratione mixtionis principiorum & regularum, quam habet: ut inferius patebit. Nam sicut propositio in communi sumpta, est generalis ad omnes propositiones: sic suo modo ista principia composita, in communi sumpta, sunt generalia ad omnia principia particularia composita. Sed ut dubium remoueatur: dico quod omnia alia principia sunt particularia respectu istorum principiorum huius artis: sicut bonitas magna, quæ est composita: est communis quidem ad bonitatem Petri & Guillelmi, & equi, & sic de aliis. *Nota bene*

De Diuisione huius artis.

Diuiditur ars ista in 13. partes: scil. Alphabetum, Figuras, Diffinitiones, Regulas, Tabulam, Euacuationem tertiæ figuræ, Multiplicationem quartæ figuræ, Mixtionem, Nouem subjecta, Applicationē, Quæstiones, Habituationē; Et modū docēdi. *Diuisio huius artis.*

PRIMA PARS PRINCIPALIS
de Alphabeto.

Prima pars principalis huius operis.

ALPHABETVM verò huius artis, est illud. *Expositio alphabeti.*

B. significat bonitatem; Differentiam; Vtrum; Deum; Iustitiam; & Auaritiam.

C. significat Magnitudinem, Concordantiam, Quid, Angelum, Prudentiam, & Gulam.

D. significat Aeternitatem sive Durationem, Contrarietatem, De quo, Cœlum, Fortitudinem, & Luxuriam.

E. significat Potestatem, Principium, Quare, Hominem, Temperantiam, & Superbiam.

F. significat Sapientiam, Medium, Quantum, Imaginationem, Fidem, & Acidiam.

G. significat Voluntatem, Finem, Quale, Sensitiuam, Spem, & Inuidiam.

H. significat Virtutem, Maioritatem, Quando, Vegetatiuam, Charitatem, & Iram.

I. significat Veritatem, Aequalitatem, Vbi, Elementatiuam, Patientiam, & Mendacium.

K. significat Gloriam, Minoritatem, Quomodo, & Cum quo; Instrumentatiuam, Pietatem, & Inconstantiam.

Hoc vero alphabetum, cordetenꝰ oportet scire: quod si non: artista minimè poterit vti ista arte siue ipsam practicare. Et est positum hoc alphabetum in hac arte, ut per ipsum significentur principia, & quæstiones huius artis, & ea quæ in ipsis continentur, & ad propositum adducatur id, de quo quæritur: ut intellectus sit verus, certus, & non dubitatiuus. *Nota.* *Quare hoc alphabetum institutū fit*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

PRIMA FIGVRA.



SECVNDA PARS PRINCIPALIS HVius operis, quæ est de figuris: & primò de prima figura per A significata. CAP. 1.

Quatuor figuræ.

De prima figura, quæ est circularis.

Circulatio primæ figuræ ad quid prodest.

FIGVRÆ sunt quatuor: ut patet in præsenti pagina. Prima figura est designata per A:& est circularis, diuisa in nouem cameras. In prima quidem camera consistit B: in secunda vero C:& sic de aliis. Et dicitur circularis: quia subiectum mutatur in prædicatum,& è conuerso:ut cum dicitur: bonitas magna,magnitudo bona,magnitudo æterna. Aeternitas magna. Deus bonus; bonus Deus, & sic de aliis:suo modo. Per talem circulationem quidem poterit artista cognoscere ea quæ conuertuntur, & ea quæ non conuertuntur: sicut Deus est bonus, & huiusmodi:quæ possunt conuerti. Non autem Deus & angelus conuertuntur:neque bonitas & angelus: neque sua bonitas & magnitudo & sic de aliis terminis. In ista figura implicantur omnia,sicut quando dicitur: Deus est bonus, magnus, æternus, & ita de reliquis. Angelus est bonus, magnus, durabilis: & reliqua. Auaritia non est bona, sed mala: & sic de aliis suo modo. In figura ista cognoscuntur propriæ passiones, & appropriatæ existentes inter subiectum & prædicatum. Propriæ, sicut Deus est bonus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bonus,magnus, & huiuſmodi. Et angelus qui habet innatam bonitatem,magnitudinem,& ſimilia. Appropriatæ, ſicut angelus malus,qui habet maliciam appropriatam: & hoc moraliter. Et ſic de igne,qui habet bonam,& magnam ſiccitatem, per terras Et homo moraliter, bonam & magnam prudentiam, iuſtitiam, & ſic de cæteris. Figuram quidem iſtam debet artiſta huius artis habituare & imaginari: & ad propoſitum applicare, ſecundum ea quæ diximus de ipſa, ut intellectus per ipſam veritates attingere poſſit:& hoc vere & realiter,

Paſſiones proprie. Paſſiones appropriatæ.

Notabile pro artiſtis huius artis.

Finit expoſitio primæ figuræ.

SECVNDA FIGVRA.


B
E
H
C
F
I
D
G
K
A
T
Sensuale & sensuale
Substantiæ & Accid.
Causa. Quantitas. Tempus.
Substantiæ & Accid.
Substantiæ & Accid.
Perfectionis Terminationis Principiorum
Substantiæ & Accid.
Sensuale & sensuale
Substantiæ & Accid.
Perfectionis Terminationis Principiorum

DE SECUNDA FIGURA, PER T. significata. CAP. II.

Secunda figura triangularis.

SECUNDA figura est, de tribus triangulis: scilicet de differentia: concordantia & contrarietate: ut apparet in ipsa. Supra angulum differentiæ scribuntur sensuale & sensuale: sẽsuale & intellectuale: intellectuale & intellectuale. Et sic de angulis concordantiæ & contrarietatis, ad significandam differentiam quæ est inter sensuale & sensuale: sicut inter vnum corpus & aliud. Et inter sensuale & intellectuale, sicut inter corpus & animam: & inter intellectuale & intellectuale, sicut inter Deum & angelum. Et sic de concordantia & contrarietate. Supra angulum principij scripta sunt: causa, quãtitas & tempus. Per causam, principia substantialia significantur, quæ sunt principia, efficiens, formale, materiale, finale. Per quantitatem & tempus, significantur principia accidentalia, sicut sunt nouem prædicamenta. Supra angulum medij scripta sunt, coniunctio, mensuratio & extremitas, ad significandum tres species medij; veluti medium coniunctionis, mensurationis & extremitatis. Medium coniunctionis est, sicut clauus qui duos postes coniungit. Medium mensurationis est, sicut centrum quod æqualiter existit in medio circuli. Medium extremitatum, est sicut linea in medio duorum punctorum. Supra angulum finis scripta sunt: terminationis, priuationis & causæ finalis ad denotãdum quod sunt tres species finis. Est enim finis terminationis, sicut terminus regni vel campi. Item est finis priuationis: sicut mors quæ finit viram. Et est finis causalis, sicut Deus, qui est finis & causa omnium rerum. Supra angulum maioritatis: & sic de angulis æqualitatis & minoritatis scripta sunt: inter substantiam & substantiam ad significandum quòd vna substantia est maior alia: sicut substantia hominis quæ maior est in bonitate vel virtute quàm lapidis substantia. Item inter substantiam & accidens ad significandum, quod substantia est maior accidente, veluti substantia hominis quæ maior est quam sua quantitas & similia. Et inter accidens & accidens, ad denotandum quod vnum accidens est maius alio, sicut intelligere quàm sentire. Et sic suo modo dici potest de minoritate, cùm relatiuè se habeant. Et inter substantiam & substantiam est æqualitas, sicut homo & lapis, qui æquales sunt in genere substantiæ. Et inter accidens & accidens est æqualitas, sicut intelligere & amare, quæ æqualia sunt in genere accidentis: & inter substantiã & accidẽs est æqualitas: sicut quãtitas & subjectũ suũ quæ sunt æqualia p extẽsionẽ & super-

Tres species finis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& ſuperficiem. Angulus viridis qui eſt de differentia, concordantia & contrarietate eſt peneralis ad omnia. Nam quicquid eſt, vel eſt in differentia, aut concordantia, vel contrarietate. In ipſo autem triangulo quicquid eſt implicitum eſt. Differentia tamen eſt generalior quàm concordantia & contrarietas. Plures enim res poſſunt eſſe differentes quam concordantes & contrariantes. Sicut Petrus & Martinus qui differunt & ſpecie conveniunt, ſed moribus contrarij ſunt: unus enim iuſtus, alius verò iniuſtus, & ſic de alijs ſuo modo. Differentia vero cauſa eſt pluralitatis: ſed concordantia unitatis. Quoniam ſicut differentia diſtinguit inter unum & alium: ſic concordantia componit plures res in unum. Contrarietas autem corrumpit & diſſolvit. Et ideo ſicut triangulus viridis conſiſtit in ſubjecto naturaliter, ſic intellectus moraliter eſt diſcurſiuus, diſtinguendo, concordando, deſcendendo & aſcendendo, per tres ſpecies differentiæ, concordantiæ & contrarietatis, quæ ſupradictæ ſunt. Et ideo intellectus cum differentia ſimpliciter eſt generalis objecti. Et ſic de concordantia & contrarietate. ſed quando contrahit ſe per ſcalam in tribus ſpeciebus conſtitutam, non eſt omnino generalis, neque omnino ſpecialis. Sicut quando dicitur: differentia eſt inter ſenſuale & ſenſuale, & reliqua: ſed quando deſcendit ad individua moraliter, eſt omnino particularis. Triangulus rebeus, qui eſt de principio, medio & fine, eſt generalis ad omnia, quia omnia continet in ſe. cũ quic quid ſit vel eſt in principio, medio, vel fine. Et extra iſtos tres terminos nullum ens eſſe poteſt. Principium vero, eſt ens cui omnia alia entia ſunt ſubalternata; principium tamen univerſale, abſque natura aut moralitate nequaquam eſſe poteſt, in ſe habens principiantem, principiatum & principiare. Nam ſicut natura caliditatis non poteſt eſſe ſine calefactivo, calefactibili & calefacere. Sic natura principij abſque natura trium prædictorum minimè eſſe poteſt. Et ſic artiſta debet cognoſcere hæc tria in principio univerſali: eo quòd de ſua eſſentia ſunt cauſaliter per proprias paſſiones ſubjecti. occaſionaliter verò non: nam moraliter acquiſitę ſunt. Cauſalia quidem principia, dicunt neceſſitatem: occaſionalia autem contingentiam & per bene eſſe. Et ſic artiſta debet aſcendere & deſcendere ab univerſali ad particulare & è converſo. Medium autem eſt ſic univerſale ſicut principium. Sicut enim agens cum principio principiat: Sic cum medio mediat. Et etiam per medium conjungit entia diſtincta ad unum compoſitum ſive mixtum. Sed permedium menſurationis menſurat actus, ſicut intellectus, ſuum intelligere, exiſtens in medio intelligentis & intelligibilis: & viſus, ſuum videre: generans ſuum generare, & iudex

Angulus viridis.

Triangulus rubeus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuum iudicare: & ſic de ſimilibus alijs. Per medium quidem extremitatum: ſunt eſſentiæ & continuationes, ſicut bonitas quæ eſt eſſentia ſimplex exiſtens medium inter magnitudinem & durationem, habens in ſe bonificare, exiſtens in medio bonificantis & bonificabilis, quæ ſe conjungunt in bonificare: & omnes tres ſunt una bonitas indiviſa: moraliter vero nequaquã. Iſtæ quidem tres ſpecies medij ſunt ſcala, per quam intellectus deſcendit & aſcendit inveſtigando media entium. Et ſimili modo ſequitur de fine, cum quo efficiens quietat entia in termino ultimo. Sed in termino privativo minimè, eo quod privatiuus eſt: & in termino terminativo, unum ens quidem eſt diſparatum ab alio: & una quies ab alia. Talis quidem inveſtigatio eſt multum utilis & lucida intellectui ad attingendum entia rerũ.

Triangulus croceus.

Per triangulum croceum intelligitur una maioritas univerſalis, cui omnes aliæ maioritates ſunt ſubalternatæ: cum ipſa enim maioritate, agens ſic maiorificat, ſicut cum principio principiat. Et hoc idem eſt de æqualitate & etiam minoritate ſuo modo. Sicut bonitates & reliqua ſubſtantialia in maioritate poſita ſunt, ſic bonitates & cætera accidentalia in genus minoritatis reducta ſunt. Et in bonitate quidem ſubſtantiali innata bonificans, bonificatum & bonificare ſunt æqualia per eſſentiam. Et ſic de intellectu & voluntate, igneitate & ſimilibus ſuo modo poteſt dici. Et ſic de æqualitate accidentium cauſalium & moralium. Per ipſas quidem tres ſpecies prædictas intellectus aſcendet & decendet, ut veritates rerum attingere poſſit, quo ad genus maioritatis, æqualitatis & minoritatis, & etiam quo ad genus ſubſtantiale & accidentale. Et iſte aſcenſus & decenſus eſt valde artificialis ad acquirendum ſcientias.

Epilogus.

Diximus de ſecunda figura, quæ inſtrumentum eſt intellectus, cum quo agit in prima figura, quoniam per differentiã diſtinguit inter bonitatem & magnitudinem, & huiuſmodi, & cum concordantia concordat: Et ſic de alijs ſuo modo. Item diſtinguit cum differentia in eſſentia bonitatis per bonificantẽ, bonificatum & bonificare. Et cum concordantia quidem concordat, quòd ſint idem per eſſentiam naturaliter: moraliter vero non, quoniam differentia non innata ſed acquiſita eſt eo quòd occaſione ſunt principia.

TERTIA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TERTIA FIGURA.

BC	CD	DE	EF	FG	CH	HI	IK
BD	CE	DF	EG	FH	GI	HK	
BE	CF	DG	EH	FI	GK		
BF	CG	DH	EI	FK			
BG	CH	DI	EK				
BH	CI	DK					
BI	CK						
BK							

DE TERTIA FIGURA, EX PRIMA & Secunda Compoſita. CAP. III.

TERTIA figura eſt compoſita ex prima & ſecunda quæ habet in ſe triginta ſex cameras, ut in ipſa apparet. In qualibet camera ſunt duæ litteræ: in prima B, C. In ſecunda B. D. & ſic de alijs. Et dicitur compoſita ex duabus figuris: quia ſuum B. valet B. quando eſt in prima figura, & B. quod eſt in ſecunda. Et ſic de C. quod valet C. quod eſt in prima, & C. quod eſt in ſecunda, & ſic de aliis. Intentio quare hæc figura in hac arte eſt poſita, eſt ad ſignificandum, ut cum uno principio homo applicet vel aſſociet aliud principium, ſicut ad B. applicatur C. D. uſque ad K. ut cum C. D. noticia habeatur de B. ſecundum illam notitiam de quocunque de B. quæratur, & ſicut dicimus de B. ita intelligendū eſt de C. ſicut reſpicere C, cum B. & poſtmodum cum D. & ſic deinceps uſque ad camerā de C.K. Et ſic de alijs cameris per ordinem uſque ad cameram de I.K. Et hoc ad placitū quod homo multiplicare voluerit rationes ad eandem concluſionem. Et hoc reſpiciendo, ſignificata camera, cum applicando ad propoſitum. Hæc figura docet deſcendere de univerſali ad particulare gradatim quatuor modis,

Expoſitio tertiæ figuræ per viginti ſex cameras diviſæ.

Intentio figuræ.

Figuræ applicatio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dis primo; ſic dicendo per cameram de B. C. Bonitas habet magnam differentiam & concordantiam. ſecundo; quando intellectus conſiderat angulos differentiæ, deſcendit ab univerſali ad particulare, intelligendo differentiam, concordantiam eſſe inter ſenſuale & ſenſuale: ut dictum eſt in ſecunda figura. Tertio deſcendit plus, quando conſiderat quòd differentia & concordantia bonæ ſunt in igne & aëre per concordantiam in caliditate. Quarto modo deſcendit intelligendo quod bona differentia & concordantia ſunt inter bonificatum, &c. quæ ſunt de eſſentia bonitatis. Et ſicut diximus de B. C. ita dici poteſt de alijs cameris huius figuræ.

QUARTA FIGURA.



DE QUARTA FIGURA, TRES circulos habente.

CAP. IV.

QUARTA figura tres habet circulos, ut in ipſa appareat, & comprehendit primam figuram, ſecundam & tertiam: & in ipſa colliguntur illa principia, ex quibus tabula eſt compoſita. Quoniam camera de B. C. D. facit columnam in tabula de B. C. D. compoſitum. Et camera de B. C. E. facit columnam compoſitam de B. C. E. Intentio, quare hæc figura eſt poſita

Quare hæc figura eſt in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

posita in hac arte: est ut ex ipsa fiat tabula per ordinem, & quòd homo multas rationes & multas conclusiones sciat invenire, prædictis rationibus ad unam conclusionem applicatis, respiciendo significata litterarum, & applicando ad propositum tali modo, quòd non sequatur inconveniens neque impossibile contra prædicta significata. Circulus mediocris docet invenire medium conclusionis sicut C. & sic de alijs: quod est medium per quod B. & D. participant magnitudinem. Et sic D. existens inter B. & E. quod non permittit participare bonitatem & potestatem per contrarietatem: idcirco medium concordantiuũ sive copulatiuum causat conclusionem affirmatiuam: & contrariatiuum sive disiunctiuum, negatiuam.

hac arte posita

Circulus mediocris ad quid prodest.

Finis secundæ partis principalis huius operis.

DE DIFFINITIONIBUS: ET EST *Tertia pars principalis.*

Tertia pars principalis huius operis quæ est de diffinitionibus.

ISTA tertia pars est de diffinitionibus principiorum: ut est diffinitio bonitatis, quæ est hæc. Bonitas est ens ratione cuius bonum agit bonum. Et magnitudo est ens ratione cuius bonitas, duratio & reliqua, sunt magna. Et istud vocabulum & reliqua significat alia principia, non tamen simpliciter, sicut dicere, in Deo est bonitas, magnitudo, &c. non intelligitur, quòd ideo sint maioritas, minoratas, neque contrarietas. Duratio est id, ratione cuius durant bonitas, magnitudo, &c. Potestas, est id ratione cuius bonitas, magnitudo & huiusmodi possunt existere & agere. Sapientia, est apprietas ratione cuius sapiens intelligit. Voluntas, est id per quod bonitas, magnitudo & similia, sunt desiderabilia, & per quam suppositum bonum, magnum, &c. est volens. Virtus, est origo unionis bonitatis, magnitudinis, & huius generis similium. Veritas, est id quod est verum de bonitate, magnitudine & similibus. Gloria, est ipsa delectatio in qua bonitas, magnitudo & alia quiescunt. Differentia, est id per quod bonitas, magnitudo & similia, sunt rationes claræ & inconfusæ: & etiam bonificans, bonificabile & bonificare sunt inconfusa. Concordantia, est id ratione cuius bonitas & magnitudo & reliqua in uno & pluribus concordant. Contrarietas, est quorundam mutua resistentia propter diversos fines. Principium, est id quod se habet ad omnia ratione alicuius prioritatis. Medium, est subjectum per quod finis influit principio, & principium refluit fini sapiens naturam utriusque. Finis, est id, in quo principium quiescit. Maioritas, est imago immensitatis, magnitudinis, æternitatis & reliquorum. Aequalitas, est subjectum, in quo finis concordantiæ,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dantiæ,bonitatis: magnitudinis & cæterorum quiescit. Minoritas, est ens circa nihil. Principiorum vero,aliqua sunt substantialia. aliqua accidentalia. Contrarietas tamen, semper est accidens. Sed principia quæ sunt substantialia, indigent diffinitionibus substantialibus. Et quæ sunt accidentalia, accidentalibus,sicut bonitati quæ est substantialis, competit bonificare. Et bonitati accidentali competit etiam diffinitio accidentalis,cum qua agens bonificat bonificabilia accidentaliter. Sciendum verò quod diffinitio pluribus modis fieri potest: & omnes ad duos modos reducuntur. Et quilibet modus habet quatuor species. Primus quidem modus est,quando fit per efficientem,potentiam,materiam & finem:per efficientem,sicut cum dicitur: Deo competit creare & saluare. Per potentiam vero, ut cum dicitur,potentia est ens,per quod materia propriam passionem habet. Per materiam autem, cum dicitur, materia est ens,de quo agens agit. Per finem,quod est diffinitio, sicut iam dictum est. Secundus modus est, ut in regula C. dicemus. Ad istos quidem duos modos, diffinitiones, antedictæ applicari possunt,sicut forma quæ diffinitur per actum suum:ut cum dicitur,elementativa est ens,cui propriè competit elementare: & vegetativè vegetare: sensitive sentre: imaginativè imaginari: & ratiocinativè ratiocinari. Et sic de bonitate cui propriè competit bonificare, & magnitudini magnificare: & sic de alijs. Et hocidem dici potest de efficiente. Sicut homini cui propriè competit hominificare, leoni leonare, igni calefacere, & sic de alijs. Et talis modus diffiniendi, est valde facilis & utilis Diffinitiones vero, quæ fiunt per regulam de C. sunt valde faciles, utiles & claræ. Sicut diffinitio quæ cum suo diffinito convertitur: sicut bonitas,est ens cui propriè competit bonificare. Et est ens quod propriè habet in se & innatè bonificantẽ, bonificatum & bonificare. Item est ens in subjecto,cum quo bonificans bonificat subjectum. Amplius bonitas, est ens habens actionem in subjecto. Et sicut diximus de bonitate: sic de alijs principijs disci potest. Per prædictos duos modos artifex quidem omnia difinire potest. Sed ultra artem, est aliud modus confusus, prolixus: sed quando diffinitiones fiunt, ad placitum sive per contingentiam ,non consideratis diffinitionibus proprijs, & appropriatis inter subjectum & prædicatum existentibus, sicut quando dicitur, Deus est ens infinitum & æternum: & homo est animal rationale. Et iterum, est animal: cui soli competit equitare,scribere & sic de alijs suo modo. Amplius autem diffinitiones fiũt per compositionem, videlicet quando unum principium diffinitur cum alio, ut cum dicitur bonitas magna, est ens ratione cuius bonus magnus agit bonum, magnum, & si

Nota de principijs.

Diffinitio pluribus modis fieri põt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

addatur æternitas,hoc est quod bonitas magna est æterna. Diffinitur quidem ipsa bonitas sic, bonitas magna & æterna est ens,ratione cuius bonus,magnus & æternus,agit bonum,magnum, & æternum. Per talē modum potest artista facere demōstrationes per primitiva & vera principia,& etiam necessaria,& quæ alio modo non se possunt habere. Vlterius sicut dicitur, bonitas est ens ratione cuius bonus agit bonum, sic dici potest de magnitudine, magnitudo est ens ratione cuius magnus agit magnum,& æternitas producit æternum:& sic de alijs. Amplius ad explanandum diffinitiones principiorum, potest artista explanare & declarare cum natura eorum,quoniam bonitas nō haberet naturam sine innato bonificante,bonificato, bonificare. Neque magnitudo absque magnificante, magnificato & magnificare, neque æternitas sine æternante,æternato & æternare: & sic de alijs. Et si naturam principia non haberent,bonitas quidem non esset ens,ratione cuius bonus agit bonum naturaliter. Neque duratio esset ens ratione cuius bonitas,magnitudo & reliqua durant. Et ideo destructis diffinitionib',principia quidem nulla essent: neque etiam totum universum esset, quod falsum est, eo quod de vniverso experientiam habemus quod est. Item per hoc principium sapientia,intelligendum est, quod de intellectu intelligitur, & in omni alio ente præter substantiam rationalem, per sapientiam instinctus,& per voluntatem appetitus intelligitur. Amplius aliquis forte habens dentem caninum & linguam serpentinam,principia nostra & eorū diffinitiones spernet & calumniabitur. Ars autem vult,quod unum principiū adiuuet aliud, sicut si diceretur; posito quod magnitudo sit ens ratione cuius bonitas est magna : & quòd omnes bonitates sint magnæ æqualiter:negandum est per principium maioritatis & minoritatis & contrarietatis, quæ quidem non permittunt; quod omnes bonitates sint magnæ æqualiter.

Contra anos latores huius artis.

Finis Tertiæ Partis principialis huius operis

QUARTA PARS PRINCIPALIS, quæ est de regulis.

Quarta pars huius operis, quæ est de regulis, Rubricæ.

REGULÆ sunt decem: scilicet **utrum,quid,& reliquæ,** ut in alphabeto iam signatum est. Istæ regulæ sunt decem quæstiones generales, per quas omnes esse omne quæsitum, & quomodo id de quo quęritur, ponitur, in ipsis est **lucefactū & coloratū & etiam significatum intellectui iccūdū essentiam**

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſſentiam & naturam regulæ, ſicut patet in Grammatica. Nam ſicut omnia vocabula declinabilia nominalia includuntur in quinque declinationibus: & poſſunt declinari per ipſas: Sic ſuo modo omnes aliæ quęſtiones præter iſtas huius artis (quæ fieri poſſunt) includuntur in ipſis decem, & ad ipſas quidem reducuntur, & etiam per ipſas regulantur ratione generalitatis quã habent. Et ſicut hæ quæſtiones ſunt generales: ſic & ſpecies earum Sicut enim bonitas omnino eſt generalis cum ſuis generalibus, bonificativo, bonificabili, & bonificare: ſine quibus non poteſt eſſe omnino generalis, ſic de quæſtionibus decem huius artis, quæ cum ſpeciebus generales ſunt.

DE REGULA B. CAP. I.

Quæſtio 1. de regula B.

REGULA de B. eſt utrum. & eſt de poſſibilitate, utrum hoc de quo quæritur ſit, vel non ſit: & talis poſſibilitas cauſat fidem, ſive credulitatem ſive ſuppoſitionem: quia ſupponit quod pars utraque pars ſit poſſibilis, videlicet affirmativa & negativa. Iſta quidem regula de B habet tres ſpecies: quæ ſunt dubitatio, affirmatio, & negatio. Per primam ſpeciem oportet ſupponere, quod ſit aut non, ut intellectus non ſit obſtinatus & ligatus, ſed inueſtigatiuus, ut tranſire poſſit ad attingendam affirmativam vel negativam eſſe veram. Et hoc cum tali conditione, ut ſemper concedat hoc quod magis recolibile eſt, intelligibile, & amabile, in concluſione eſſe verum adiuuando ſe cum principijs & eorum diffinitionibus, & cum alijs regulis: ut ſi quæratur, utrum ſit intellectus. Et videtur quod ſic, quoniam magis recolibile eſt intelligibile & amabile, ipſum eſſe quam non eſſe. Et hoc ſecundum prędicatam inveſtigationem principiorum. Quando dicitur, quòd hoc quod eſt magis recolibile & amabile eſt eligendum: intelligendum eſt, quod eligatur cum maiori intelligibilitate & non cum minori. Quoniam quando affirmativa aut negativa eligitur cum minori recolibilitate & amabilitate ſubjecta: talis quidem electio non eſt de genere philoſophiæ ſive ſcientiæ: ſed potius de genere fidei & credulitatis. Quoniam autem electio cum maioritate intelligibilis æquipollentis maiori recolibilitati & amabilitati, generatur quidem vera ſcientia & neceſſaria, in qua intellectus vere quieſcit: quod vere attingit objectum: Et in iſto paſſu conſiſtit tota virtus huius regulæ.

Iſta regula tres habet ſpecies.

DE REGULA C. CAP. II.

Quæſtio 2. de regula C.

REGULA de C. eſt de quidditate: eo quod eſt ſubjectum & fnos

(c) 2009 Ministerio de Cultura

Quæstio 2. de regula C. quæ habet quatuor species.

Prima spec.

Secūda spec.

& fons diffinitionum entium, ſicut ſuprà in diffinitionibus principiorum figuratum eſt. Ipſa quidem regula habet quatuor ſpecies. Prima ſpecies eſt de diffinitione, & diffinito quod cum ipſa diffinitione conuertitur, ut cum dicitur: intellectus eſt eſſe ſuæ eſſentiæ. Iterum & eſt illud eſſe cui proprie competit intelligere, & ſic de aliis ſuo modo. Secunda ſpecies eſt, quando quæritur de eo quod habet in ſe eſſentialiter & naturaliter, ſine quo ipſa res non poteſt eſſe, ſicut cum dicitur, intellectus quid habet in ſe eſſentialiter, & naturaliter ſine quo ipſa res non poteſt eſſe? Et reſpondendum eſt, quid habet innate intellectiuum, intelligibile, & intelligere. Et innato intellectus per intellectiuū eſt agens & intelligens, & cum ſuo proprio & innato intelligibile eſt intellectus poſſibilis, in quo intelligit intelligibilia peregrina, quæ non ſunt de ſua eſſentia: & ſuum intelligere eſt actus innatus & intrinſecus. Et omnes tres ſunt vnus intellectus & vna eſſentia indiuiſa: & in ipſo quidem intelligere intrinſeco ipſius intellectus caratherizatur intelligere peregrinum. Sicut caratherizatur intelligibile peregrinum, in intelligibili intrinſeco. Et hoc quidem neceſſarium eſt, ut paſſio cum paſſione; & actus cum actu ſibi ipſis adinuicem correſpondeant & decenter ſe habeant. Hoc tantum dico quando intellectus eſt practicus: quando autem theoricus nequaquam. Sed ipſe intellectus eſt id quod eſt ſimpliciter, ſicut totum quod eſt per ſuas partes ſibi coeſſentiales. Per hoc quidem quod dictum eſt de intellectu intelligitur per quem modum intellectus eſt vniuerſalis & particularis: vniuerſalis quidem eſt in quantum poteſt intelligere hoc vel illud Et ſic de ſuo intelligibili, cum quo eſt vniuerſalis ad recipiendum hoc intelligibile ut illud ſucceſſiuè. Et ſic de actu intrinſeco: ſcilicet intelligere cum actibus peregrinis ſucceſſiuè. Quod autem verum ſit quod dictum eſt de intellectu, ſatis quidem eſt probabile per diffinitiones principiorum & regu'am de B. Nam ſi non eſſet verum, intellectus quidem non haberet imaginatiuam bonitatem, neque durationem, &c. neque etiam haberet naturam, cum qua ſit vniuerſalis & particularis: neque etiam regula de B, omnino eſſet vera, quod eſt impoſſibile. Tertia ſpecies: eſt quando quæritur; Quid eſt res in alio? Et reſpondendum eſt, quod eſt ſecundum genus qualitatis: ſicut intellectus qui eſt actiuus per ſuum intellectiuum, quando attingit objectum, & eſt paſſiuus, quando recipit ſpecies. Et eſt magnus, quando habet magnum & difficile objectum: & eſt verus, quando vere intelligit: & falſus, quando falſe. Et eſt ligatus & neceſſitatus per memoriam, quando credit: in libertate autem & in quiete eſt, quando veraciter intelligit. Quarta ſpecies eſt quando quæritur, quid habet res in alio, ſicut quando

Tertia ſpecies.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicitur quid habet intellectus in obiecto? Et est respondendum, quod habet actionem & passionem, ut in tertia specie significatum est: & habet actionem in Grammatica, Logica & Geometria: & passionem in scientiis positiuis, & habet bonitates per morales virtutes & culpam per peccatum: & sic de aliis qualitatibus. Diximus de regula C & suis speciebus. Et sicut exemplificamus per intellectum, sic suo modo exemplificari potest in subiectis corporeis sicut in igne cui propriè competit ignire substantialiter & calefacere accidentaliter igne habente ignificatiuum, ignificabile, & ignificare. Et in lampade & in pipere est igniens ipso habente in elementatis actionem. Et sicut vegetatiua in corpore vegetatiuo, & sensitiua in corpore sensato, & imaginatiua in corpore imaginato, in cœlestiali vero non est sic. Stella enim non producit stellam aliam, neque angelus aliũ angelum: eo quod carent generatione substantiali, cùm sint sub inde incorruptibiles & indiuisibiles. De Deo enim intelligitur alio modo secundum diffinitionem & naturam diuinæ bonitatis atque æternitatis.

DE REGVLA. D. CAP. III.

Quæstio de regula D. quæ tres species habet. Prima species. Secunda species. Tertia species.

TERTIA quæstio est de materialitate, & habet tres species. Prima est de quo res est: sicut cum quæritur de quo est intellectus absolutè: & respondendum est, quod intellectus est de seipso: hoc est, quod non est factus de aliquo, sed est creatus in quantum est & non fuit. Secunda species est quando quæritur de quo est aliquid factum siue constitutum: sicut quærere de quo est intellectus? Et respondendum est quod ipse est de suis principiis coessentialibus, scil. de suo intellectiuo intelligibili, & intelligere. Et sic de homine qui constitutus est de suo corpore & sua anima. Et clauis qui est de ferro & sic de similibus. Tertia species est, quando quæritur de aliquo cuius est: sicut quærere cuius est intellectus, & cuius est regnum? Et respõdendum est, quod intellectus est hominis, & regnum est regis. Per hanc autem regulam quæritur de quo est res. Dictum est de regula D. & applicata est ad intellectum, & sic potest applicari aliis subiectis suo modo: ut patet de toto vniuerso quod est de seipso per primam speciem, & non de aliquo alio principio præiacente. Et per secundam speciem est dicendum quod est de forma & materia substantiali & vniuersali constitutum. Ex qua forma descendunt formæ particulares. Ex qua materia materiæ particulares. Ipsum quidem vniuersum est Dei: eo quod sua creatura est. Et hoc quod intelligi potest de bonitate vniuersali & substantiali & magnitudine, &c. quæ quidem quo ad suum

geaus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

genus primitiua sunt. Per secundam speciem huius regulæ bonitas quidem est de bonificatiuo, bonificabili & bonificare: & magnitudo de magnificatiuo, magnificabili & magnificare, vniuersalibus, & sic de cæteris suo modo ex eo quod partes eius sunt. Et hoc idem dici potest de omnibus bonitatibus particularibus, magnitudinibus, & sic de cæteris. Quæ bonitates descendunt à bonitate supradicta: & magnitudines à magnitudine antedicta, & sic de aliis: similiter de elementis & elementatis suo modo. Sic tamen non est deinde de homine per secundam speciem, compositus namque est ex anima & corpore, quæ differunt genere & natura, sicut corporea substantia & incorporea & sic de substantia & accidente sicut quantitas non est de essentia substantiæ, sed est habitus eius ratione cuius est quanta. Et sic de qualitate ratione cuius est qualis, & sic de aliis accidentibus. Veruntamen substantia & accidens componuntur in corpore, sine qua compositione non potest esse corpus. Per tertiam vero speciem huius regulæ accidentia sunt substantiæ, per seipsam quidem non existunt, sed per substantiam. Ratio huius est, quod vnum & idem accidens non est ex hoc & illo. Substantia vero sic: cum sit ex hac materia & ex illa forma constituta, ratione cuius est per se existens, & accidens est similitudo & figura & instrumentum eius. Amplius accidens sicut quantitas est de seipsa quo ad primam speciem cum qua est primitiua (inquantum est generalis) omnes aliæ quantitates sunt ex ipsa & descendunt de ipsa. Ipsa verò est indiuisa in quantum est primitiua: sed est diuisa in pluribus qualitatibus particularib⁹, sicut qualitas generalis est diuisa in pluribus qualitatibus particularibus. Hæc vero diuisio est per accidens, videlicet per diuisionem in substantialem, quæ quidem diuiditur per fractionem & generationem species differentias & numerum. Vlterius sunt alia accidentia ex quibus sunt scientiæ: quod apparet in Logica quæ est de secundis intentionibus iunctis primis. Et sic de accidentibus mechanicis: sicut figura archæ quæ est figura ligni: Et figura turris ex lapidis figuris; Et sic de aliis suo modo. Per hanc regulam inquirit artista in arte ista primitiuitates & simplicitates per primam speciem. Per secundam autem compositionem. Per tertiam vero dominationem & possessionem. Ipsa quidem regula est generalis ad omnia. Diximus de regula D. & hoc quod verum est per se patet: & per omnes diffinitiones principiorum & per regulas B.C. Satis quidem est probabile, quoniam si bonitas substantialis & sic de intellectu & huiusmodi nõ esset per secũdã speciẽ hui⁹ regulæ, careret quidẽ ipsa specie, & sic nõ haberet ex quo esset, vnde sequeret quõ esset

(c) 2006 Ministerio de Cultura

existens, sed esset sicut accidens; quod careret secunda specie. D. Neque etiam ipsa bonitas esset ratio substantialiter, neque bonus produceret bonum substantialiter de essentia bonitatis: & sic bonitas aliqua non esset substantia sed accidens: Et sic diffinitio magnitudinis, durationis & cæterorum esset destructa, & sic de aliis. Amplius quidem quia omnia essent accidentia: quod est impossibile & contra regulam B.C. Et in isto passu datur doctrina per quem modum artista huius artis probet vnam veritatem cum alia, applicando diffinitiones principiorum & regulas B.C. quod ad hoc dictum est de D.

QVARTA QVAESTIO QVAE EST de Quare. CAP. IV.

Quæstio 4. quæ est de quare, duas species continet.

QVARTA quæstio est de quare; quæ duas habet species vna est per existentiam, alia vero est per agentiam: sicut per existentiam quærere quare est intellectus? respondendum est secūdum existentiam intellectus, est propter hoc: quod est de suo proprio intellectiuo, intelligibili & intelligere: sicut totum quod existit hoc quod est per suas partes coessentiales de quibus est. Et intellectus per agentiam ut intelligat, & ad finem se moueat, qui finis est quod intelligat Deum & aliorum entium veritates. Et ut homo habitum scientiæ habeat per hanc regulam: quæritur quare sunt res? Quod intellectus sit per quare formale ut supra dictum est, verum videtur esse per diffinitionem bonitatis, magnitudinis & reliquorum: & per regulam B. & per secundam speciem regulæ C. sine quibus intellectus non haberet naturam existendi neque agendi. Vlterius sicut dictum est de intellectu: ita dici potest de substantia, quę est per suas causas & per suas occasiones. Per suas causas sicut per formam, materiam efficientem & finalem. Per occasionem sicut per diffinitionem, habituationem & contingentiam; & sic de aliis accidentibus. Per ipsum quare verò sunt genera & species, & indiuidua, & artes liberales, & mechanicę, & virtutes, & vitia.

DE REGVLA, F. CAP. V.

Quæstio 5. de F.

QVINTA quæstio quærit de quantitate, quæ duas habet species: scilicet simplicem & compositam, sicut quæritur quantus est intellectus? Et respondendum est secundum simpliciratem suæ essentiæ; quod intellectus est tantus, quantum est esse suæ essentiæ: secundum compositionem autem respondendum est; quod est tantus, quantus est per suam existentiam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtentiam & agentiam, ſiue per ſuum proprium intellectiuum, intelligibile & intelligere, de quibus eſt. Per hanc autem quæruntur menſurationes entium & numerus eorum. Quod autem ſit verum quod dictum eſt de intellectu: ſatis videtur eſſe probabile per diffinitionem bonitatis, magnitudinis & reliquorum: & per ſecundam ſpeciem regulæ C.D. Quoniam bonitas in quantum eſt eſſentia & forma ſimplex, habet quantitatem continuam & diſparatam ab aliis eſſentiis ratione ſui generis & naturæ: ſed in quantum eſt ratio ut producat bonum, habet naturam diſcretam per bonificans, bonificabile & bonificare. Et ab iſta quidem influuntur quantitates peregrinæ & diſcretæ per compoſitionem quam habet in ſubjecto indiuiduato in quo bonitas habet quantitatem continuam & diſcretam; & ſicut dictum eſt de bonitate, ita dici poteſt de aliis formis ſuperioribus, quæ cauſant quantitates continuas & diſcretas inferiores. Sicut in lapide, qui eſt habituatus de vna continua quantitate ipſo habente diſcretas quantitates ratione eſſentiarum elementorum, ex quibus eſt compoſitus. Et ſic de planta per elementatiuam & vegetatiuam, & de homine per elementatiuam, vegetatiuam, ſenſitiuam, imaginatiuam & ratiocinatiuam, ex quibus compoſitus eſt. Et ſic de turre vel naui per artificium conſtituta. Non tamen tantum continuè, ſicut ſubjectum naturatum: ſed magis diſcretè quam ſubjectum naturatum, ratione partium integralium.

DE SEXTA REGVLA G. CAP. VI.

SEXTA quæſtio quærit de qualitate, quæ duas habet ſpecies: ſcilicet propriam & appropriatam. Sicut quæritur per primam ſpeciem. Qualis eſt intellectus? Et reſpondendum eſt, quod intellectus eſt talis, qualis eſt ſua propria intellectiuitas, & ſua intelligibilitas & ſuum proprium intelligere. Et ſi quæratur per ſecundam ſpeciem? Reſpondendum eſt, quod intellectus eſt talis, qualis eſt ſuus habitus, ſiue qualis eſt ſua intelligibilitas appropriata per actionem poſitam in ſua propria intelligibilitate, per quam attingit alia entia intelligibilia. Et hoc idem eſt, ſi quæratur; Qualis eſt ignis per ſuam propriam qualitatem, quæ eſt ſua caliditas? Et reſpondendum eſt, quod eſt calidus, calefaciens & per ſuam ſiccitatem quæ eſt qualitas ſibi appropriata per terram deſiccabilis: Sed eſt in aêre deſiccatiuus per ſiccitatem. Et ſic de aliis per hanc regulam quæritur de qualitate propria & appropriata. Propriæ qualitates ſunt cauſæ ſuperiores, & appropriatæ ſunt inferiores: ſicut caliditas ignis, quæ eſt ſuperior qualitas, & ſua ſiccitas inferior. Et ſic de bonitate naturali, quæ eſt ſuperior; moralis autem inferior.

Quæſtio 6. de G.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per hanc quidem regulam inquirit artiſta ea quæ ſunt ſuperiora & inferiora inter ſubjectum & prædicatum. Qualitates propriæ dico quòd ſunt propriæ paſſiones, & appropriatæ qualitates ſimiliter ſunt appropriatæ paſſiones.

DE SEPTIMA REGVLA H.
CAP. VII.

Queſtio 7. de H. Eſſentia temporis difficilis ad intelligendum.

SEPTIMA regula quærit de tempore: & tot habet ſpecies, quot habet ſecunda regula, & tertia, & nona, & decima. Et hoc facimus, quia eſſentia temporis eſt valde difficilis ad intelligendum. Et primo applicabimus regulam H. ad regulam C per primam ſpeciem regulæ C. Sicut quando quæritur intellectus quando eſt? Et reſpondendum eſt: quod tunc eſt, quando ſuum eſſe eſt. Et per ſecundam ſpeciem reſpondendum eſt: quod eſt tunc, quando habet ſuas partes ſibi eſſentiales. Item reſpondendum eſt per ſpeciem tertiam, quando intellectus eſt in alio: & tunc eſt in alio, quando agit impio, ſicut intellectus practicus in ſubjecto Quarta ſpecies eſt, quando quæritur, quãdo habet intellectus aliquid in alio? An quod reſpondendum eſt: quod tunc quando intelligit ſimilitudinem illius; & ſicut diximus de intellectu per regulam C. Per primam vero ſpeciem regulæ D reſpondendum eſt, quod tempus eſt eſſentia primitiua, eo quod non eſt de alia eſſentia producta, neque genita, ſicut prima materia, quæ non eſt de alia materia deducta, & ſicut prima forma non eſt de alia forma. Et ſic tempus in quantum primitiuum eſt, eſt prima forma ex qua cauſantur ſuæ formæ particulares ſicut dies, & horæ, & reliqua. Per ſecundam ſpeciem regulæ D. mediante motu continente in ſe mouere, mouens & motum ſiue mobile eſt de temporificatiuo, temporificabili & temporificare: tamen non dico quod tempus & motus ſint idem per eſſentiam, ſed ſunt duo habitus, ex quibus ſubjectum eſt habituatum & paſſionatum. Per tertiam ſpeciẽ regulæ D. dicimus quod tempus eſt ſubditum agenti in agibili per agere: eo quod ſubſtantia de ipſo induit ſe naturaliter ſiue moraliter. Per regulam modalem intelligẽdum eſt, quod tempus conſiſtit in mouente, mouere, & mobili, ſiue motu: & hoc habitualiter, ſicut pars in parte ſubſtantialiter. Et ſimilitudo tẽporis conſiſtit, ſicut figura per præteritum, præſens & futurum: ſicut in habitu caliditatis ſunt figura, calefaciens, calefactibile & calefacere. Et in motu: mouere, mouens, mobile ſiue motũ. Per ſpeciem ſecundam inſtrumentalem K. Tempus eſt inſtrumentum ſubſtantiæ cum motu, ut ſubſtantia poſſit agere: in ſubjecto autem ſit agibilis, & ſua agibilitas eſt figura per tempus

Regula modalis.

Species ſecũda inſtrumẽtalis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pus & per motum. Et in iſto paſſu apparet, per quem modum intellectus attingit verè & realiter eſſentiam temporis. Et quod hoc ſit verum, probabile quid m eſt per diffinitiones principiorum, & per regulam B.C.D.E.F G. Veruntamen oportet quod intellectus valde altus & clarus ſit, & etiam à confuſione & dubitatione remotus, ratione præparationis materiæ & ſubjectiuè & objectiuè.

DE OCTAVA QVAESTIONE, *quæ eſt de Loco, ſignata per l.*

CAP. IIX.

Quæſtio 8. quæ eſt de loco: ſignificata per l. decē ſpecies habet.

OCTAVA quæſtio quærit de loco: ſicut quæreretur, vbi eſt intellectus? Et iſta regula ſiue quæſtio quindecim habet ſpecies: quæ ſunt de ſecunda, tertia, nona & decima regula. Et primo de prima ſpecie regulæ C. ſicut intellectus qui eſt in vbi, quod eſt eſſentiali & naturali, ſcilicet in ſuo eſſe ſiue eſſentia: ſicut homo, qui eſt homo in ſua humanitate & ſuo eſſe. Et etiam intellectus eſt in ſeipſo ſecundum ſecundam ſpeciem: ſicut ſuæ partes in ſuo toto. Per tertiam ſpeciem eſt intellectus in anima, ſiue in homine, ſiue in loco in quo eſt homo. Per quartam ſpeciem eſt intellectus in illa virtute per quam habet habitum ſciendi, & etiam eſt in illo ſubjecto, in quo habet actum practicum, & ſic de conſimilibus. Per hanc regulam quæritur, vbi ſunt res in loco, & vbi ſunt res ſine loco ſimpliciter? ſicut intellectus qui eſt in loco ſecundum tertiam ſpeciem & quartam, non eſt in loco ſecundum primam & ſecundam. Quoniam deduximus intellectum per locum: ideo aliqualiter cognouimus locum mediante regula C. videlicet quod locus eſt ens cui proprie competit locare ipſo habente collocatiuum, collocabile & collocare. Et eſt habitus in ſubjecto collocato, in quo ſubjecto habet ſuum eſſe: ſicut caliditas eſt in igne, & actio eſt in agente, & huiuſmodi. Item locus cognoſcitur per primam ſpeciem regulæ D. quoniam ſicut intellectus eſt primitiuus ipſo non habente aliquid præiacens, ex quo ſit deriuatus materialiter: ſic locus eſt primitiuus in quantum eſt generalis, ipſo exiſtente vna parte vniuerſi. Ipſe vero quo ad primam ſpeciem non eſt ſenſibilis neque imaginabilis, ſed intelligibilis tantum: Veruntamen per ſecundam ſpeciem regulæ D. ſua figura viſibilis & imaginabilis eſt, non dico ſecundum eſſentiam: Per tertiam ſpeciem regulæ D. locus eſt collocati poſſidentis locum: ſicut calefactum poſſidet caliditatem ipſo habituato caliditate. Per has tres ſpecies attingitur eſſētia loci p intelligere tāꝝ. Ita q; locus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

particularis in subjecto substentato est diffusus, & derivatur à loco vniuersali in subjecto vniuersali substentatus Qui quidem locus vniuersalis collocat omnia collocata Sicut omnia calida sunt calida per vniuersalem caliditatem: & sic omnia mota sunt mota per modum vniuersalem. Per regulam de modalitate locus cognoscitur. Nam per hoc quod pars est in parte, sicut ignis in aëre & econuerso, ut patet in elementato, & forma in materia & econuerso. Et omnes partes sunt in toto, & econuerso: & totum extra se transmittit suam similitudinem, siue suam figuram: sicut vnus locus in alio per accidens, & omnia loca particularia sunt in loco vniuersali. Et figura loci apparet in continente, continere & contento. Vlterius locus cognoscitur cum secunda specie regulæ K. Locus enim est instrumentum substantiæ, cum quo instrumento collocat partem in parte Sicut habitatus est in habitu videlicet, bonus in bonitate, & albus in albedine, & magnus in magnitudine, & huiusmodi. Et figura huius instrumenti apparet per sensum & imaginationem in collocante farinam in aqua, & aquam in farina, & huiusmodi. Diximus de loco per discursum, quem fecimus de ipso, mediante regula C.D K. notitiam & cognitionem habemus de eo: & hoc attestantur diffinitiones principiorum, & regula B.C.D.E.F.G.H.

Loci diffinitio & quomodo cognoscitur.

DE REGVLA MODALITATIS, signata per K. CAP. IX.

Quæstio 9. de regula modalitatis per K. significata.

NONA quæstio est de modo: scilicet quærere quomodo sunt res? Et habet quatuor species. Prima quæstio est, sicut quærere quomodo res est in se: sicut intellectus est ens per se, quando intellectus habet modum essendi per se, & est remotus ab omni alia essentia. Secunda species est, quando quæritur quomodo est intellectus in alio, & id aliud in ipso? Et est respondendum, quod intellectus habet modum essendi in voluntate: & voluntas in ipso in quantum cum ipso & memoria, anima rationalis constitui potest. Tertia species est, quando quæritur quomodo intellectus est in partibus suis, & suæ partes in ipso. Et respondendum est, quod intellectus est in partibus suis, & suæ partes in ipso per istam naturam per quam potest esse ex suo proprio intellectuo, intelligibili & intelligere, & per quem modum isti tres possunt esse partes eius. Quarta species est, quando quæritur quomodo intellectus transmittit suam similitudinem extra se? Et respondendum quod intellectus transmittere potest extra se suam similitudinem

Secunda species.

Tertia species.

Quarta species.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dinem per habitum ſcientiæ, intelligendo plures res, quas intelligibiles facit in ſuo propria intelligibili. Per hanc regulam quæritur de modis ſecundum quos quędam res habent modũ eſſendi per ſeipſas, & una in alia ut ſupra dictum eſt. Ulterius intelligendum eſt, quod differentia cauſat differentias: & ſic eſt modalis ad diſtinguendum res. Et concordantia concordat plures in uno compoſito. Et ſicut eſt modalis conjungendo. Et ſic ſequitur modus, per quem pars eſt in parte, & totum in partibus ſuis, Sicut in denario in quo aurum eſt in argento: & argentum in auro, quolibet remanente in ſua eſſentia & ſuo eſſe. Talis modalitas eſt ens generale, ſub qua ſunt omnes modalitates, particulares, & ſubjectum eſt ſimilitudo eius. Sicut figura quæ eſt ſimilitudo ſubſtantiæ: & color colorati & huiuſmodi. Et modalitas moralis, eſt ſimilitudo naturalis modalitatis. Et quod hoc, quod dictum eſt de modalitate, ſit verum: probabile videtur eſſe ratione diffinitionum principiorum: & per iſtas regulas ſcilicet B. C. D. E. F. G. H. I. Et hoc patet artiſtæ huius artis bene intuenti.

DE REGULA K, QUAE EST de Inſtrumentalitate.

CAP. X.

Decima quæſtio eſt de inſtrumentalitate.

DECIMA regula eſt de inſtrumentalitate: hoc eſt quærere cum quo res ſunt, ſive cum quo agunt? Et habet quatuor ſpecies ſimiles illis quæ ſunt de regula modalitatis. Prima ſpecies eſt, ſicut quęrere cum quo intellectus eſt pars animæ? Et reſpondendum eſt quod intellectus eſt pars animæ, cum differentia, concordantia & poteſtate; & ſic de cæteris principijs excepta contrarietate. Secunda ſpecies eſt, cum quo intellectus alia a ſe intelligit? Et reſpondendum eſt, quod intelligens intelligit acquirendo, & miſcendo unam ſpeciem cum alia, & ponendo ipſas in proprio intelligibili: ſicut oculus qui in ſpeculo ſuam ſimilitudinem attingit. Tertia ſpecies eſt, quando quæritur cum quo intellectus eſt univerſalis & particularis? Et reſpondendum eſt, quod eſt univerſalis in quantũ habet unam potentiam activam, intellectivam, formalem, cũ qua plures res attingit in uno intelligibili univerſali: quod eſt de eſſentia ipſius intellectus, cum quo & in quo ſcilicet intelligibili univerſali plures ſpecies ſunt intelligibiles, ſicut in uno ſpeculo plures imagines ſunt viſibiles. Et eſt particularis, quando deſcendit practicando ſcilicet intelligendo aliquam ſpeciẽ ſpecificatam quã acquiſivit & in memoria conſervavit. Quarta ſpecies eſt, quando quæritur cum quo intellectus extra ſe

Prima ſpecies.

Secunda ſpecies.

Tertia ſpecies.

Quarta ſpecies.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuam tranſmittet ſimilitudinem : Et reſpondendum eſt quod cum proprio intellectivo, intelligibili & intelligere, cum quibus facit ſpecies eſſe intellectas: & per memoriam recolibiles, & per voluntatem intelligibiles ad amandū vel odiendum. per hanc regulam quæritur de inſtrumentis rerum ſpiritualium ſive corporalium. Ulterius inſtrumentorum aliud eſt ſubſtantiale, ſicut maſculus & fœmella qui habent inſtrumentum ſubſtantiale cum quo generant genitum. Aliud eſt accidentale, ſicut ignis qui cum ſua caliditate calefacit calefactibile. Et ſicut homo qui cum iuſticia facit ſe iuſtum. Aliud eſt univerſale, ſicut intellectus qui cum ſuo intelligibili facit intelligibile peregrinum hoc & illud. Et ſicut maſculus qui cum una & eadem virga generat plures filios: & ignis cum ſua caliditate calefacit plura calefactibilia. Et ſicut faber, qui cum uno & eodem martello facit plures clavos, inſtrumenta verò particularia ſunt iſtud & illud, & reliqua, cum quibus domificator conſtruit domum. Et ſicut duæ propoſitiones cum quibus fit concluſio. Et ſic de alijs ſuo modo. Aliud eſt intrinſecum inſtrumentum : ſicut intelligibile, quod eſt de eſſentia intellectus. Aliud eſt extrinſecum, quod eſt peregrinum, cum quo docens generat ſcientiam Et ſicut martellus cum quo faber fabricat clauum. Quod ſit verum quod diximus de inſtrumentalitate: omnes diffinitiones huius artis principiorum & omnes regulæ atteſtantur & probant. Et ſimiliter quod de decem regulis dictum eſt, quæ regulæ ſunt vaſa ad omnia intellectibilia & proportionabiles intellectui humano.

Diviſio inſtrumentorum.

Finis quartæ partis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TABULA.

(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TABULA.

(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TABULA.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TABVLA RVBRICA.

CAPVT. I.

TABVLA iſta compoſita eſt ex lxxviij columnis, ut dictum eſt. Et eſt ſubjectum ſiue inſtrumentum, in quo inueſtigantur ſolutiones quæſtionum; recipiendo ad propoſitum affirmando vel negando; concordando principia & regulas & euitando eorum contrarietatem. Significat autem T. in tabula; quod literæ quæ ſunt ante ipſum, principia ſunt de prima figura: & literæ quæ ſunt poſt ipſum, ſunt de ſecunda: ſicut in camera b c. t b. in qua b. præcedens t. dicit bonitatem: &c. magnitudinem. Et b poſt t. dicit differentiam: & ſic de aliis. Inueſtigatio autem quæ fit in tabula, eſt in altiori gradu ſignificationis veritatum quàm illa quæ fit in figuris. Tabula vero quartæ figuræ deriuata eſt voluendo circulum ſecundum & tertiam: ut in ipſa tabula apparet vſque ad octuaginta quatuor columnas. In qua reuolutione conſiſtit ligamen columnarum b c. d. quæ conuertit ſe cum columna B. C. F. Et ſic ſucceſſiue de columna in columnam; vſque ad vltimam quæ eſt h. i. k. ut in tabula apparet. Et ſic in qualibet columna ſunt omnes columnæ coadiuuatiua alterius. Ad quamlibet ſolutionem vnius quæſtionis poſſunt applicari omnes ſignificationes omnium quæſtionum abſtractarum & manuductarum ad ipſam quæſtionē. Et in iſto paſſu apparet magna generalitas iſtius tabulæ huius artis. Amplius in qualibet columna ſunt viginti quæſtiones per ordinem ſuperficialiter, Et de hoc dabimus exemplum in prima columna, quæ eſt B. C. D. prædicando primo de bonitate, deinde de magnitudine, poſtmodum de æternitate, & hoc ſic. Prima eſt vtrum bonitas ſit in tantum magna, quod ſit æterna; Secunda, vtrum ſit aliqua bonitas in tantum magna, quod contineat in ſe res differentes & ſibi coeſſentiales; Tertia, vtrum bonitas ſit in tantum magna quod contineat in ſe res concordantes & ſibi coeſſentiales. Quarta, vtrum bonitas continens in ſe res contrarias ſit magna? Quinta, vtrum bonitas æterna ſit differens? Sexta vtrum bonitas æterna ſit concordans? Septima vtrum bonitas æterna habeat in ſe contrarietatem? Octaua, vtrum bonitas contineat in ſe differentiam & concordantiam? Nona, vtrum bonitas contineat in ſe differentiam & contrarietatem? Decima, vtrum bonitas contineat in ſe concordantiam & contrarietatem? Vndecima, quid eſt magna differentia æternitati? Duodecima, quid magna & æterna concordantia? Decimatertia, quid eſt magna & æterna contrarietas? Decimaquarta, quid eſt magna differentia & concordantia? Decima-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quinta,

quinta,quid eſt magna differentia & contrarietas. Decimaſexta,quid eſt magna concordantia & contrarietas? Decimaſeptima, differentia concordantiæ æternitatis de quo eſt? Decimaoctaua,differentia æternitatis de quo eſt? Decimanona,concordantia contrarietatis & æternitatis de quo eſt? Vigeſima, differentia concordantiæ & contrarietatis de quo eſt? Fecimus 20. quæſtiones per columnam B,C.D.continentem in ſe 20. cameras. Prima camera eſt b.c.d, ſecunda b.c.t.b. & ſic vſque ad 20. quæ eſt t.b c.d.Ex qualibet camera abſtraximus vnam quæſtionem,ut ſupra patet. Et ſicut fecimus 20 queſtiones in prima columna,ita fieri poſſunt aliæ 20 in ſecunda:& aliæ 20 in tertia:& ſic per ordinem vſque ad columnam vltimam,quæ eſt h.i.k,Per has quæſtiones & ſolutiones eleuatur in tam altum gradum vniuerſalitatis ipſe intellectus: quod innumerabilis & inæſtimabilis redditur: Et hoc ratione generalitatis prædicati & ſubjecti: Et in iſto paſſu patet per quem modum ars iſta eſt valde generalis & vtilis. Ad dandam doctrinam & modum ſoluendi & quæſtiones,volumus antedictas quæſtiones ſoluere:applicando ſignificationes literarum ad propoſitum tali modo, quod diffinitiones principiorum & ſpecies regularum non deſtruantur. Et primò: ad primam reſpondendum eſt cum dicitur, vtrum bonitas in tantum ſit magna quod ſit æterna? dico quod ſic. Et hoc quidem eſt manifeſtum per diffinitionem bonitatis, magnitudinis & æternitatis. Nam ſi bonitas eſt ens ratione cuius bonus agit bonum, & magnitudo magnificat bonitatem & æternitatem, & diffinitio æternitatis facit durare bonitatem & magnitudinem : neceſſarium eſt vt actus bonitatis ſit infinitus & æternus & per conſequens eſſentia bonitatis. Et ſic concluditur quod bonitas eſt magna & æterna. Nam ſine magnitudine & æternitate non poſſet habere actum infinitum & æternum, videlicet bonificare:& hoc eſt affirmabile per regulam B.& per ſecũdam ſpeciem regulæ C.& D. Vlterius per primam ſpeciem regulæ D.affirmatio eſt tenenda: eo quod æternitas eſt eſſentia primitiua vltra quam non eſt aliud præiacens, & ſua primitiuitas eſt bona & magna: & ſic ſequitur de neceſſitate quod ſit aliqua bonitas magna & æterna. Vlterius per tertiam ſpeciem regulæ D. ſignificatum eſt, quod non eſt aliqua contrarietas quæ habeat dominium in æternitate, ſed potius econuerſo: quod dominium haberet,ſi æternitas non haberet primitiuam & magnam bonitatem : ergo bonitas in tantum eſt magna, quod eſt æterna. Ad ſecundam quando dicitur vtrum ſit aliqua bonitas in tantum magna quod ſit differens? Solutio. Dico quod ſic: & hoc quidem eſt manifeſtum per diffinitiones eorum. Si enim bonitas eſt ens, ratione cuius bonus agit bonum;

Ad primam quæſtionem:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& magnitudo est ens ratione cuius bonitas & differentia sunt magnæ, necessarium quidem est quod in bonitate sint res differentes sibi coessentiales; videlicet bonificans, bonificatum & bonificare. Nam hoc est de ratione bonitatis, magnitudinis & differentiæ: quod in essentia bonitatis sint res distinctæ realiter & simpliciter. Et quod ipsa bonitas indiuisa sit essentialiter & magna & inconfusa. Item quæstio est tenenda affirmatiua per regulam B. ut per se patet & etiam per regulam C. Per primam enim speciem ipsa bonitas cum suis concretis diffinitur & conuertitur essentialiter & concretiuè. Et per secundam speciem differentia ponit cum magnitudine: quod bonitas habeat in se bonificans, bonificare & bonificatum, quæ quidem non haberet naturam absque distinctione: neque bonitas posset esse ratio bono, quod de seipsa produceret bonum. Et sic ipsa bonitas esset vacua natura magnitudinis: differentia tamen deficiente. Amplius ad idem magnitudo & differentia sunt in bonitate naturaliter: ut patet per tertiam speciem regulæ C. Et etiam bonitas est in ipsis naturaliter. Et per quartam speciem magnitudo & differentia habent actus suos in bonitate & similiter bonitas in ipsis, ratione quartæ speciei regulæ C. Ad tertiam quæstionem quando, quæritur, vtrum in tantum bonitas sit magna, quod contineat in se res concordantes & sibi coessentiales? Ad quod respondendum est quod sic: ut patet per diffinitiones eorum: quoniam si bonitas non contineret res concordantes & sibi coessentiales siue naturales: iam bonitas magna non distaret à contrarietate, neque esset magna sine tali concordantia, quod est impossibile: quam impossibilitatem necessitant diffinitiones bonitatis, magnitudinis, æternitatisque. Viterius ad hoc idem consentit affirmando prima species regulæ C. quæ ponit conuersionem diffiniendo bonitatem & suas res concordantes; videlicet bonificans, bonificatum & bonificare: & concordans, concordatum & concordare: cum quibus conuertitur suprema bonitas & concordantia cum suprema magnitudine. Amplius per secundam speciem ostenditur; quod bonitas habet in se res bonas, concordantes, sine quibus bonitas magna non posset esse. Et etiam tertia species regulæ C. ponit, quod magnitudo & concordantia sunt in bonitate cum actibus suis, videlicet cum magnificare concordare. Et bonitas cum ipsis cum bono agere. Et quarta species dicit, quod quælibet ratio habet in alia actum suum & essentiam suam. Et in isto passu apparet altitudo intellectus qui vere & realiter hoc attingit: ad quam altitudinem non posset ascendere nisi Deo adiuuante. Ad quartam quæstionem quando, quæritur, vtrum bonitas continens res in se contrarias & sibi coessentiales sit magna? Respondendum est quod non:

Ad tertiam quæstionem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non: quia caret concordantia, quæ quidem est plus absolutè quàm contrarietas. Ratio huius est, quod concordantia cum bonitate ponit esse generando. Et contrarietas cum malicia ponit priuationem bonitatis corrumpendo: & hoc volunt diffinitiones boniratis, magnitudinis & contrarietatis: quod sit verum quod diximus, regula equidem B. hoc requirit: & etiam prima species regulæ C. Quoniam si bonitas magna contineret in se res contrarias, magnum malum quidem esset sibi; & conuerterentur in ipsam bonitatem magnitudo & paruitas; quod est impossibile. Et etiam per secundam speciem regulæ C. quæ ponit in bonitate bonificans, bonificatum & bonificare cum magnitudine: ergo de hac quæstione negatiua est tenenda. Item tertia species dicit, quod contrarietas non posset esse in subjecto bono cum magnitudine. Et idem est iudicium de quarta specie, quæ dicit quod contrarietas non posset habere actum suum in magna bonitate. Ad quartam quæstionem cum dicitur, vtrum bonitas æterna sit differens? Respondendum est quod sic: quoniam nisi bonitas æterna esset differens, non posset ab æterno agere bonum æternum: ex eo quod differentia non gubernaret agentem in suo numero actiuo: neque agibile in numero passiuo. Et illud idem dico de agere, & differentia deficiente causaretur confusio eorum: & æternitas non haberet naturam æternandi, neque bonitas bonificandi: & sic omnes istæ diffinitiones essent destructæ, quod est impossibile. Amplius ad idem regula B. consentit affirmatiue, adiuuando se cum definitionibus præfatis. Item per primam speciem regulæ D. affirmabile quidem est. Nam ipsa regula dicit, quod bonitas æterna tantum est primitiua per agere; sicut per existere: priuata enim differentia inter agentem & agibile priuatur quidem agere & per consequēs agentia. Et generatur ociositas, & priuatio naturæ bonitatis æternæ, quod est impossibile. Adhuc secunda species regulæ D. videtur hoc idem affirmare: nam absque differentia bonificantis, bonificabilis & bonificare non haberet ex quo esset: neque æternitas posset ipsam gubernare, quod sibi esset malum contra bonum æternaliter quod est impossibile. Adhuc per tertiam speciem regulæ D. manifestum est, quod si de quæstione negatiua est tenenda, sequeretur quod aliquod ens esset æternum, habens æternam malitiam; quæ impediret quod æterna ratio bonitatis non esset ratio bono æterno, quod produceret bonum æternum carens differentia: quod est falsum & etiam impossibile, & contra regulam B ergo, &c.

Ad quartam quæstionem.

Ad sextam, vtrum bonitas æterna sit concordans? Respondēdum est affirmatiuè per eorum diffinitiones: eo quod æternitas dicit, quod bonitas & concordantia durant. Et concordantia

Ad sextam quæstionem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicit,quod bonitas & æternitas in vno & in pluribus concordãt: & bonitas æterna est ratio ab æterno concordanter; quod bonus producit bonum. Hoc autem non posset esse nisi bonitas æterna esset concordans per bonificantem, æternantem & concordantem: & bonificatum,æternatum & concordatum: & per bonificare,æternare & concordare. Amplius quod diximus satis probabile est; & etiam per regulam C. affirmatio est tenenda: nam bonitas est illa forma, quę propriè continet in se differentiam,& concordantiam, & bonificantem, & bonificatum,& bonificare bene habituatos de differentia, concordantia, cum quo habitu differens & concordans sunt agentes: differentiabile & concordabile sunt patientes: & per quartam speciem habent differentiare & concordare: & bonitas bonificare.

Ad septimã quæstionem. Ad septimam quando quęritur, vtrum bonitas ęterna habeat in se contrarietatem? Respondendum est quod sic, posito quod mundus sit ęternus; quod patet per diffinitionem contrarietatis: quoniam ab ęterno & in ęterno mundus est bonus & malus: per ęternam bonitatem & ęternam maliciam, generationem,corruptionem & priuationem. Et bonitas ęterna non posset esse bona ratio, quod producat bonum ęternum sine cõtrarietate & malicia. Et ęternitas est causa; quare bonus & malus durant ab ęterno: & hoc regula B. non potest consentire, neque prima species regulę D. Nam ab ęterno essent priuatiua bonum & malum concordando. Et per secundam speciem totum vniuersum esset compositum ex bono & malo: & prima causa scilicet Deus, esset necessitatus ad causandum mundum ab ęterno tantum cum malicia, quantum cum bonitate: quod est impossibile ratione huius impossibilitatis. de hac quæstione negatiua est tenenda; & in isto passu apparet quod impossibile est, quod mundus sit ab æterno. Ad octauam cum quęritur, vtrum bonitas contineat in se differentiam & concordantiam? Respondendum est quod sic. Quod patet per eorum diffinitiones. Si enim bonitas non haberet res differentes & concordantes; non posset esse ratio bono, quod produceret bonum, & concordantia non posset esse absque differentia rerum. Et priuata differentia esset confusio & occultatio inter bonificantem, bonificatum,& inter concordantem & concordatum. Imò dico qnod esset implicita contradictio, quæ est impossibilis. Item prima species regulæ C dicit,quod æternitas est ens cui propriè competit æternare. Hæc autem proprietas esse non potest sine concordantia æternantis,æternati & æternare: quæ concordantia est naturalis necessaria, ut per secundam speciem eiusdem regulæ significatum est. Et per tertiam speciem videndum est, quod æternans in æternabili est agens: & æternatum siue æternabil ę

(c) 2006 Ministerio dei Cultura

nabile patiens , & æternans habet actum scilicet æternare; ut per quartam speciem regulæ C. significatum est. Ad nonã quæstionem quando quæritur , vtrum bonitas contineat in se differentiam & contrarietatem? Respondendum est quod sic in aliquibus subjectis: sicut in elementato, in quo elementa differũt & contrariantur: sicut ignis & aqua per calidum & frigidum, & sicut aër & terra per humidum & siccum. Et hoc bonum est, quia absque tali contrarietate elementatum esse non posset. Vlterius regula B ad hoc quod diximus cõsentit. Item per primam speciem regulæ D. negatiua de quæstione est tenenda: hoc est quod in essentia bonitatis sunt bonificans, bonificatum & bonificare non possunt contrariare, quia si sic, per secundam speciem eiusdem regulæ bonitas quidem non haberet ex quo esset. Et per tertiam speciem subdita eiusdem esset maliciæ: neque etiam haberet naturam, quod est impossibile. Ad decimam quando quæritur , vtrum bonitas contineat in se concordantiam & contrarietatem? Respondendum est quod sic, in aliquo subjecto quod est habituatum bonitate: sicut elementatum quod est bonum per bonitatem, in quo elementato aër & ignis concordant per caliditatem, & aër & aqua per humiditatem, & aqua & terra per frigiditatem , & terra & ignis per siccitatem. Et ignis & aër per siccum & humidum sunt contrarij : aër & aqua per frigiditatem & caliditatem sunt contrarij, & aqua & terra per humiditatem & siccitatem sunt contrarij , & terra & ignis in motu per leuitatem & ponderositatem. Et quod diximus manifestum est per diffinitiones concordantiæ & bonitatis atque contrarietatis. Quoniam elementans non posset esse ratio in subjecto quod produceret bonum elementatum & etiam diffinitiones concordantiæ & contrarietatis essent distinctæ. Amplius regula B. ad idem consentit affirmando : & etiam prima species regulæ C. Elementatum namque est subjectum bonum in quo concordantia & contrarietas aliquam conuenientiam & contrarietatem habent , sicut ignis & aër qui in elemento concordant per caliditatem & siccitatem, sed per humiditatem contrariantur; & sic circulariter , ut supra dictum est. Vlterius per secundam speciem regulæ C affirmatiua est tenẽda: sicut elementatum quod continet in se innatam concordantiam & contrarietatem , ut supra dictum est. Et per tertiam eiusdem regulæ speciem est in aëre concordans: & aër in igne cõcordabilis, quo ad genus caliditatis : sed quo ad genus humiditatis & siccitatis contrariantur: eo quod ignis ratione siccitatis est co trarians aëri, & aër igni per humiditatem. Adhuc per quartam speciem patet , quod quodlibet elementum habet actionem & passionem in alio circulariter; ratione cuius elementa sunt remissa , & confracta , ut ad mixtionem:

Ad nonam quæstionem.

Ad decimam quæstionem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& compoſitionem venire poſſint, exiſtente elementato bonitate habituato; & etiam de conçordantia & contrarietate. Ad vndecimam quando quæritur, quid eſt magna differentia æternitatis? Reſpondendum eſt, quod eſt forma neceſſitans æternantem, æternatum & æternare in æternitate; ut magnitudo ſit ens, ratione cuius differentia & æternitas ſint magnæ. Et æternitas ſit ens ratione cuius magnitudo & differentia durent. Et differentia eſt ens, ratione cuius vnus ſit æternans, & alius æternatus, & aliud æternare. Vlterius quod ſit verum quod diximꝰ; regula quidem B. hoc teſtatur. Et etiam prima & ſecunda ſpecies regulæ C. Et ſimiliter tertia ſpecies regulæ C. ut æternans ſit in æternitate, magnitudine & differentia: agens & producēs productum ipſo habente in ęternitate, magnitudine & differētia naturam; & hoc ratione quartę ſpeciei. Item prima ſpecies regulę C. hoc idem concedit, ut magnitudo primitiuę & ęternę habeat ęternantem, ęternatum & ęternare. Et ſecunda ſpecies regulę D. hoc idem ponit, ut ęternitas habeat ex quo ſit. Et ad hoc tertia ſpecies eiuſdem regulę concordat. Ad duodecimam quando quęritur, quid eſt magna & ęterna concordantia; Et eſt dicendum quod eſt forma neceſſitans in ęternitate & magnitudine concordantiam inter ęternantem, ęternatum & ęternare. Et hoc per primam ſpeciem regulę C. & D. ſatis eſt videndum. Et etiam per ſecundam ſpeciem C. & D. Et ſic de tertia ſpecie regulę C. ut ęternans ſit in magnitudine, & ęternitate & concordantia, magnificans & ęternans. Per quartam ſpeciem regulę C. ut habeat naturam ęternandi, ęternatum, magnificādi, magnificatum, concordandi concordatum. Et ad hoc tertia ſpecies regulę D. concordat. Amplius eorum diffinitiones hoc idem approbant & teſtantur; quoniam magnitudo abſque cōcordantia ęternantis & ęternati & ęternare non poſſet eſſe ens, ratione cuius ęternitas & magnitudo eſſent magnę. Neque etiam ęternitas haberet naturam cum qua durare poſſet; atque ſine ipſis concordantiam habere. Neque ſine concordantia diſtare à contrarietate. Ad decimamtertiam quando quęritur, quid eſt magna & ęterna contrarietas? Reſpondēdum eſt, quod eſt æternitas mundi: poſito tamen quod mundus ſit æternus. Et hoc patet per eorum diffinitionęs & per regulas eorundē. Quoniam diffinitio contrarietatis ponit, quod ęternitas Dei & ęternitas mundi magnam habent controuerſiam ipſis exiſtentibus primitiuis per primam ſpeciem regulæ C. & D. Quoniam æternitas Dei non eſt ſingularis: & priuata ſua ſingularitate magnitudo quidem non eſt ens, ratione cuius æternitas ſit magna. Et eſt ens, ratione cuius contrarietas magna eſt magna inter æternitatem Dei & æternitatem mundi, eo quia æternitas

Ad vndecimam quæſtionem.

Ad duodecimam quæſtionem.

Ad decimamtertiam quæſtionem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

æternitas mundi ponit æternum malum non quietatum :& æternitas Dei æternum bonum quietatum : & aternitas Dei ponit æternum malum esse durabile : & æternitas mundi ponit bonum esse durabile. quo ad diffinitionem æternitatis : & secunda species regulæ D. ponit, quod æternum bonum & æternum malum sunt coniuncta in composito. Et diffinitio quidem magnitudinis ponit magnam coniunctionem : & tertia species regulæ D. ponit subjectionem ab utraque parte. Et secunda species regulæ E. contrariantem & contrariatum & contrariare. Et æternitas quidem est devians in æternitate Dei & in æternitate mundi, ipsa habente in utraque dominiū, producendo æternum contrariatum inquietatum, quod est impossibile ; ratione cuius impossibilitatis mundus non potest esse æternus. Ad decimam quartam cum dicitur , quid est magna differentia & concordantia ? dicendum est , quod in essentia magnitudinis est magnificans, distinguens & concordans unam personam eandem numero : & quod magnificatus, & differentiatus, & concordatus sit alia persona : & magnificare, differentiare & concordare alia persona : & quod omnes istæ tres personæ sint idem per essentiam, naturam, magnitudinem, differentiam & concordantiam; & hoc videndum est per eorum diffinitiones. Et per primam & secundam speciem regulæ C. & D. & per tertiam C. ut magnitudo, differentia & concordantia sint in actu agentes & concordantes, & à vacuitate & ociositate disparatæ : & per quartam speciem C. una habet actum in alia, sine quibus actibus diffinitiones eorundem non essent veræ, quod est impossibile, ut regula B. testatur. Ad decimam quintam quæritur, quid est magna differentia & contrarietas ? Respondendum est, quod est illa causa causans unum contrarium in alio : sicut in elemento in quo ignis & aqua sunt mixta: similiter aër & terra : & inter bonum naturale innatum & malum morale; videlicet peccatum & hominem. Et patet per diffinitiones magnitudinis, differentiæ, contrarietatis. Et differentia quod declaret & distinguit ipsa contraria. Et contrarietas in subjecto privat concordantiam , & generat contrarios appetitus & finis. Et per regulam B. significatum est : per primam & secundā speciem regulæ C. & D. & per tertiam speciē regulæ C. Similiter est satis planum, quod unum contrarium est agens et patiens in alio. Et per quartam speciem regulę C. habet unum in alio actionem : per tertiam verò speciē regulæ D. subjectionē. Et in hoc passu figurantur magnæ pœnæ infernales. Per quartam speciē C. una habet actum in alia, sine quibus actibus diffinitiones eorum non essent veræ: quod est impossibile, ut regula B. testatur. Ad decimam sextam quæstionē

Ad decimam quartam quæstionem.

Ad decimā quintā quæstionem.

Ad decimā. sextam quæ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rioneus.

cum quæritur, quid eſt magna concordantia & contrarietas? Dicendū eſt quod eſt illud ens, quod ponit in eodem ſubjecto res concordantes & contrariantes, generādo & corrūpendo in elemento: ſicut ignis & terra qui habent concordantiā per generationē cum aëre, ipſo exiſtente calido & ſicco & recipiente ſiccitatē à terra, & dante caliditatē aeri: per tertiam ſpeciē regulæ D ipſe quidē eſt exiſtens dominās ſiccitati & humidati, in quibus ponit magnā contrarietatē corrumpendo. Et ſicut diximus de igne: ita poteſt dici de alijs elementis ſecundū qualitates eorū: & ſic videndum eſt per primam & ſecundā ſpecies regulæ C. D. & per diffinitiones magnitudinis & concordantiæ & contrarietatis: & per quem modum elementa intrant mixtū, & componunt elementatum. Et per tertiam ſpeciē regulæ C. & D. unum elementū eſt in alio agens & patiens. Et per quartam ſpeciem regulæ C. unum elementum habet actionem & paſſionem in alio: & etiam motum generādo & corrumpēdo.

Ad decimā. ſeptimam quaſtionem.

Ad decimam ſeptimam quęſtionem quando quęritur, differētia concordantię ęternitatis de quo eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt de natura & relatione. Differentia enim ponit res diſtinctas & relatas naturaliter per diſtinguentum, diſtinctum & diſtinguere in ęterna concordantia, quę quidem ſecundum ſuam diffinitionem ponit concordantem, concordatum & cōcordare; & unam eſſentiam & naturam: in qua ęternitas ponit ęternantem, ęternatum & æternare, ratione ſuæ diffinitionis. & hoc eſt manifeſtum per regulam B. & per primam & ſecundam ſpeciē regulę C. & D Et tertia ſpecies regulæ C ponit actionem & paſſionem ſine materia. Et quarta ſpecies eiuſdem regulę actus æternos naturales. Et ad hoc tertia ſpecies regulæ D. non poteſt contradicere: eo quia eſt diſparata à primitivis actibus differentibus & concordantibus. Ad decimamoctavā quæſtionem quando quæritur, differentia æternitatis & contrarietatis de quo eſt? Dicendum eſt, quo eſt de Deo & mundo, poſito quod mundus ſit ęternus: Et hoc patet per eorum diffinitiones. Aeternitas enim ponit innatum bonum, ęternum bonum, & malum morale: & differentia diſtinguit ipſa. Et contrarietas ponit ęternos fines & contrarios abſque quiete. Et hoc per regulam B. clarum eſt. Et per primam ſpeciem regulę C. & D. dicendum eſt eſſe differentias contrarias: & ſecunda ſpecies earundem regularum: ipſa tamen talis compoſitio impoſſibilis eſt. Et tertia ſpecies regulæ C. dicit quod mundus eſt infinitus per infinitam bonitatem innatam, ſed ſua moralis bonitas, malicia, ſunt ſimul duratio æterna. Et mundus habet infinitatē per æternitatem innatam, & omnes aliæ ſuæ partes infinitæ, ſunt finitæ; eo quod cœlum eſt corpus finitum per quantitatem,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

titatem, habitum & ſitum. Et tertia ſpecies regulæ D dicit primitiuas dominationes & ſubjectiones contrarias, quod eſt impoſſibiliſſimum. Ad decimamnonam quæſtionem quando quæritur: cõcordantia contrarietatis & æternitatis de quo eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt de duabus æternitatibus, ſcilicet de æternitate Dei & æternitate mundi, poſito quod mundus ſit æternus: quæ quidem concordant & diſcordant in durationc infinita. Deus namque habet ſubſtantiam infinitam, & mundus finitam: & æternitas Dei ſimpliciter eſt bona: & æternitas mundi bona & mala moraliter. Et diffinitio concordantiæ deſtruitur. Et diffinitio contrarietatis eſt æterna & neceſſitata. Et diffinitio æternitatis eſt deſtructa, eo quod non præcedit durationē magnitudinis, bonitatis, virtutis, ad durationem magnitudinis, maliciæ & vitiorum. Et hoc per primam regulam videndū eſt. Et ſic patet quod concordantia eſt primitiua bonitate & malicia: ut patet per primam ſpeciem regulæ C & D. & per ſecundam ſpeciem C. & D. Et eſt compoſita ex contrarijs primitiuis æternaliter extra ſuum genus. Et ſic eſt in ſuis contrarijs concordantia habens nomen per contradictionem implicatam, unde eſt ęterna concordantia, & æterna contrarietas, per tertiam ſpeciem regulæ D. & ſubdita, & non ſubdita, quod eſt impoſſibile. Ad vigeſimam quæſtionem quando quæritur: differentia, concordantia & contrarietas de quo ſunt? Reſpondendum eſt, quod ſunt de ſeipſis, eo quia ſunt genera generaliſſima, ut patet per diffinitionis eorum. Et hoc regula B. teſtatur: & prima & ſecunda ſpecies regulæ C. & D tamen non dico quod contrarietas cadat, ſive ſit in ſpecie ſecunda regulæ C. vel D eo quod eſt accidens & accidens non habet materiam ex qua ſit ſimpliciter. Nam ſi haberet, jam eſſet ſubſtantia compoſita ex forma & materia, quod eſt impoſſibile. Et hoc patet per tertiam ſpeciem regulæ D.

Ad decimānonam quæſtionem.

Ad vigeſimam quæſtionem.

Diximus de prima columna, & dedimus doctrinam de ipſa, per quem modum quæſtiones extrahuntur ab ipſa: & ſolutiones earum per diffinitiones & regulas. Et ſicut fecimus de ipſa, ita poteſt fieri de alijs columnis ſuo modo. Et quæſtiones quas fecimus de ipſa, ſunt generales: & poſſunt applicari ad quæſtiones particulares, deſcēdēdo per ſcalas triāguli viridis: per quas intellectus eſt diſcurſiuus, faciendo ſcientias differentes. Et de hoc damus exmplum in eadem columna ad ſolvendum quæſtiones per viginti rationes differentes ratione dictarum camerarum, à quibus extrahuntur.

Epilogus.

UTRUM MUNDUS SIT æternus. CAP. II.

SOLUTIO huius quæſtionis patebit per primam columnā tabulę:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tabulę: & poteſt fieri per alias columnas, eo quod columnę ſunt colligatæ. Et primo per primam cameram columnæ: & deinde per ſecundam; & ſic per ordinem uſque ad cameram ultimam, multiplicando viginti rationes ad eandem quæſtionem, tenendo de quæſtione negativam per diffinitiones & regulas in ipſa columna implicatas.

De doctrina huius artis

Doctrina huius artis eſt, quod accipiantur termini explicati, qui ſunt in quæſtione: ſicut quando dicitur, utrum mundus ſit æternus. In iſta quæſtione eſt æternitas, quæ eſt terminus explicatus, cum ſit in prima figura. Et per æternitatem requiritur D. & per D. acquiruntur termini per ipſum D. ſignificati. Et ſcala quæ eſt in angulo D. videlicet contrarietas. quæ eſt inter ſenſuale & ſenſuale, & inter ſenſuale & intellectuale, & inter intellectuale & intellectuale. Item per utrum acquiritur B. & per B. acquiruntur ea quæ ſub eo exiſtunt: ut patet in alphabeto. Et quoniam volumus applicare in quæſtione C. ipſo implicato in quæſtione, acquiritur quicquid C. continet. Et ſic datur doctrina ad applicandum primam columnam: ad ſolvendum quæſtionem antedictam: adinveniendum terminos explicatos & implicatos, applicando ipſos ad propoſitum: videlicet ad ſolutionem quæſtionis cum tali modo, quod diffinitiones principiorum & regulæ remaneant illeſæ, adiuuando ſe cum ſpeciebus aliarum regularum: ad dandam doctrinam quomodo homo poteſt ſe iuuare cum alijs. Et primò per primam cameram ſic.

DE PRIMA CAMERA B.C.D.

CAPUT. III.

Quæſtio 1. de camera B. C. D.

QUANDO quæritur utrum mundus ſit æternus? & dicimus per B. C.D. quod non. Quoniam ſi eſſet æternus, ſua ratio eſſet ab æterno producens æternum bonum: & magnitudo magnificaret illam rationē bonā ab ęterno, & in æterno, ut patet per ſuā diffinitionem: & æternitas ab æterno, & in æterno ipſam productionē durare faceret: & ſic nullum malum eſſet in mundo, eo quod bonū & malum ſunt contraria ſed malum eſt in mundo: ut patet per experientiam, Concluditur ergo quod mundus non eſt æternus. Ulterius regula B. ponit, quod de quæſtione negativa eſt tenenda ſecundū diffinitiones ſupradictas, & ſecundū quod proponimus dicere per regulam C. D. dicendo ſic: ſi mundus eſt æternus, ſua æternitas eſt cauſans tantum durationem malicię, quantum durationem boni. quod patet per primam ſpeciem regulæ C. & per primam ſpeciem regulæ D. malum tantum primitiuum. quantum bonū.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nullus

Nullus enim dies est primitiuus neque ultimus. Et per secundam speciē regulæ C. & D. mundus quidē est compositus de bono & malo ab æterno & in æterno. Et per tertiam speciē regulæ C. mundus est in æternitate infinitus, & in bonitate & malitia finitus. Et per quartam speciem regulæ C. habet quietem in generalibus & corruptibilibus: in generabilib⁹ ratione boni & in corruptibilibus ratione mali. Et per secundā speciem regulæ C. divina æternitas & sua bonitas necessitant malum, & quietem causando æternitatem mundi, & cum omnia ista sint impossibilia, patet quod de quæstione negativa tenenda est.

DE CAMERA B. C. T. D.

CAPUT. IV.

Quæstio 2. de camera B. C. T. B.

SI mundus est æternus, sunt duæ æternitates differentes; scilicet ęternitas Dei, & æternitas mundi. Et sic differentia quæ est inter sensuale & sensuale, inter sensuale & intellectuale, inter intellectuale & intellectuale ponit quidem tres ęternitates generales differentes. Et bonitas ponit ipsas bonas, & magnitudo magnas, sed hoc est falsum & impossibile; eo quia differentia ponit ipsas malas secundum quid: & sic deficit magnitudo bonitatis; & per consequens bonitas magnitudinis ponit confusionem: quod est impossibile. Concluditur ergo quod de quæstione negativa est tenenda.

DE CAMERA B. C. T. C.

CAPUT. V.

Quæstio 3. de camera B. C. T. C.

SI mundus est æternus, concordantia innata quæ est de essētia mundi inter sensuale & sensuale, &c. est æterna: & sic sūt tres concordantiæ & tres æternitates subalternatæ generales cū magnitudine bonitatis & æternitatis: & cum duratione æterna magnitudinis & bonitatis: quod falsum est & impossibile, eo quod sunt tres contrarietates subalternatæ & eis oppositæ cū magnitudine maliciæ & æternitatis. Ulterius per regulā B. & per C quod de diffinitionibus diximus, negatio est tenēda, & hoc idem patet per primā speciē regulæ C. & D. quoniā concordantia generalissima per suam scalam ponit, quod æternitas Dei & æternitas mundi in uno bono cum magnitudine concordant, quod falsum est: & quod contrarietas magna & æterna hoc impedit. Item ad idem secunda species regulæ C. & D. ponit, quod si mundus est æternus, quod concordantia bona, magna & æterna ambit totam essentiam mundi disparatam ab omni contrarietate, quod falsum est. Ulterius per tertiam speciem regulæ C. posito quod mundus sit æternus, est essentia

mund

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mundi æterna cum magnitudine æternitatis, quod falsum est: cum in mundo sit corruptio & culpa, quæ sunt effectus magnitudinis & contrarietatis & maliciæ. Ad idem per quartam speciem regulæ C. concordantia habet magnam bonitatem & æternitatem in subjecto in quo est, quod falsum est, cum subjectū sit habituarum de magna malicia & æternitate per contrarietatem. Ad idem per tertiam speciem regulæ D. significatum est, quod mundus sit æternus, & est tantum subditus maliciæ, quantum bonitati, quod non est dicendum ut manifestum est per divinam æternitatem, quę prima causa est cum magna concordantia bonitatis, durationis, &c.

DE CAMERA. B. C. T. D.

CAPUT. VI.

Quæstio. 4. de camera B. C. T. D.

SI mundus est ęternus, sequitur quod est bona, & magna contrarietas ęterna inter sensuale & sensuale, &c. quod est impossibile. Quoniam contrarij fines non possunt esse boni cum magnitudine ęterna. quod si sit bonitas, est & ratio quod produceret bonum & malum. Et magnitudo magnificaret bonum & malum infinitè cum ęterna contrarietate, & ęternitas faceret durare illam contrarietatem magnam, bonam & malā, quod est impossibile. Regula B. dicit quod mundus non est ęternus per hoc quod dictum est de diffinitionibus. Et prima species regulę C. D. ponit primitiuas contrarietates bonas, & magnas & ęternas, & secundę species. C. & D. ponunt compositionem bonitatis & malicię, magnitudinis & paruitatis, ęternitatis, & temporis & contrarietatis, atque concordantię: quod est impossibile Ad idem tertia species regulę C. ponit, quod contrarietas est bona & magna in ęternitate, & per consequēs bonitas & malicia sunt bonę & magnę in ęternitate, quod est impossibile. Ad idem per quartam speciem regulę C. etiam tertia species regulę D. habent dominium in ęternitate: & bonitas & magnitudo habent possessiones ęternas super ęterna contrarietare, quod est impossibile. Concluditur ergo per prędicta, quod mundus non est ęternus.

DE CAMERA B. D. T. B.

CAPUT VII.

Quæstio 5. de camera B. D. T. B.

POSITO quod mundus sit ęternus, differentia quidem quę est inter sensuale & sensuale, &c. ponit quod sunt tres æternitates bonę & ęternę, in quib⁹ bonitas est ratio producens bonum inconfusum & ęternum, quod falsum & inopinabile est. Differentia quidem existens inter sensuale & intellectuale,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lectuale, scilicet in Socrate & Platone, non sit producta ab ęterno & in ęterno eo quod non est. Et simili modo potest dici de brutis corruptis, elementatis & vegetatis. Sed posito quod mundus non sit ęternus. Differentia quę fuit inter sensuale & intellectuale, & sic de alijs hominibus defunctis, potest quidem reduci in ęternitatem per resurrectionem cum habitu bono & ęterno a Deo per meritum dato. Item regula B. hoc idem affirmat, & prima species regulę C. nam Deus est ens remuneratis in ęternum. Adhuc prima species regulę D. dicit, quod ęternitas Dei simpliciter est primitiva per ęternitatem differentem ab omni tempore. Et bonitas quidem ponit talem differentiam bonam. Secunda species vero regulę C. ponit quod in æternitate mundi non est innatū æternare: quia si esset innatiplicaret extensive infinitum æternatum, quod est impossibile. Ad idem secunda species D. ponit. quod si mundus est æternus, quod est cum differentia, ipsa tamen æternitate continēte in se aternantem, æternatum & æternare: ex quibus æternitas mundi est, quod est impossibile. Ad idem potest dici per secundam speciem regulæ C. & tertiam D. quod differentia in æternitate Dei & mundi est bona: quod falsum est, eo quia submittit æternitatem Dei in quantum aufert ab ipsa singularitate æternam. Ulterius quarta species regulæ C. ponit, quod si mundus est æternus, quod habet nimis de similitudine cum Deo per infinitam durationem, quod est malum æternum & confusum: ergo, &c.

DE CAMERA B. D. T. C.

Caput. IIX.

Quæstio 6. de camera B. D. T. C.

POSITO quod mundus sit æternus, æternitas Dei & æternitas mundi bene quidem concordant, quod est impossibile: cum æternitas mundi in se contineat æternam malicā per corruptionem & peccatum: & hoc apparet satis per regulam B. cum diffinitione bonitatis, æternitatis & concordantiæ. Ulterius prima species regulæ C. ponit, quod si mundus est æternus: sequitur quod sua æternitas est ens, ultra quod non est aliud præiacens per durationē, quod est contra æternitatē Dei: ut patet per tertiam speciem regulæ D. quæ quidem ponit subjectionē, quæ non potest producere in non esse hoc quod est sibi simile in duratione. Et hoc etiam affirmatur per primam speciē regulæ D quæ quidē dicit quod mundus semper fuit, & erit. Item secundæ species regula C. & D hoc ponunt. nam substātia mundi est de æternitate, æternabili & æternare: et sic impossibile est ipsū reducere in nō esse, Ad idē tertia species regulæ C. ponit,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

C. ponit, quod bonitas & æternitas ſunt ſubditæ in æterna contrarietate. Et qūarta ſpeeies eiuſdem regulæ dicit, quod habet paſſionem cum malicia, ergo, &c.

DE CAMERA B. D. T. D,
CAPVT. IX.

Quæſtio 7. de camera B. D. T. D.

SI mundus eſt æternus, ſua contrarietas innata eſt bona & æterna, quod falſum eſt. Cõtrarietas enim æterna eſt contra bonitatem æternam cum malicia & econuerſo. Vnde ſequitur, quod æternitas mundi eſt ſubjectum ex contrarijs innatis compoſitum. Et hoc patet per primam & ſecundam ſpeem regulæ D. & per primam ſpeciem regulæ C. quod ſubſtantia eſt compoſita ex primitiuis contrariis & æternis. Et per ſecundam ſpeciem regulæ C. mundus habet æternaliter innatos, contrariantem, contrariatum & contrariare. Et per quartam ſpeciem regulæ C. bonitas æterna habet actionem in æterna malicia & econuerſo, quod eſt valde impoſſibile, cum regula B, minimè ad hoc conſentire poſſit. Concluditur ergo quod impoſſibile eſt quod mundus ſit ab æterno.

DE CAMERA B. T. B. C.
CAPVT. X.

Quæſtio 8. de camera B. T. B. C.

SI mundus non eſt æternus, bonitas & differentia exiſtẽtes inter ſenſuale & intellectuale, &c. poſſunt habere concordantiam in æuo æterno. Sed ſi eſt ab æterno, nequaquã: cum nunquam fuerit primus homo neque ultimus erit. Et ſic mundus eſt ſubjectũ confuſum, in quo bonitas moralis non haberet concordantiã ab æterno, neq; cõcordantia in ipſo haberet ſuam diffinitionem: quod patet per æuiternam corruptionem, privationem & culpam, quod eſt contra primam regulam. Et per primam ſpeciem regulæ C. mundus eſt ſubjectum in quo bonitas non habet concordantiam neque quietem, Et per primã ſpeciem regulæ D. bonitas, differentia, concordantia ſunt primitiuæ formæ & innatæ à perfectione ſeparatæ: & mundus eſt confuſus per ſecundam ſpeciem regulæ D. Et per ſecundã ſpeciem regulæ C. habet innatos, confuſiuum, confuſibile & confundere. Per tertiã vero ſpeciem regulæ D. eſt aliquod ens dominans quod ponit mundum confuſum. Adhuc per tertiam ſpeciem regulæ C. prima cauſa mundi eſt mala, ipſa quidẽ habente in mũdo dominiũ. Et hoc ratione quartæ ſpeciei regulæ C. quod eſt impoſſibile; ergo concluditur quod mundus non eſt æternus.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CAMERA B.T.B.D.

CAPVT. XII.

Quæstio 9. de camera B. T.B.D.

SI mundus est æternus, contrarietas sua est innata & æterna & sustentata in bonitate & malicia, contra claram differentiam: & hoc per æternam & vniuersalem scalam existentem inter sensuale & sensuale, &c. Talem quidem scalam contrarietas nequaquam sustinere posset. Vlterius prima regula consentit omnimode, & affirmat quòd de quæstione negatiua est tenenda. Ad idem prima species regulæ C. ponit quod si mundus est æternus: quod contrarietas est impediens omne bonum diuisum per sensuale & sensuale, &c. Et bonitas quidem æterna est ens perficiens scalam existentem inter sensuale & sensuale, &c. Et differentia existens inter sensuale & sensuale, est ens distinguens inter bonum & malum. Et iterum per secundam speciem regulæ D. mundus est compositus ex primitiuis contrarietatibus bonis & differentibus. Quod quidem est falsum & manifestum per primam speciem regulæ D. Per secundam verò speciem regulæ C. & tertiam speciem eiusdem regulæ: & tertiam speciem regulæ D. patet, quod mundus est subditus suis partibus innatis. Adhuc per tertiam speciem regulæ C. est in suis partibus innatis corruptibilibus, ipso habente rationem quartæ speciei habitum æternum. Et cum omnia sint impossibilia: ergo, &c.

DE CAMERA B.T.C.D.

CAP. XIII.

Quæstio 10. de camera B. T.C.D.

SI mundus est æternus, sua bonitas quidem æterna & innata est per scalam de sensuali & sensuali, &c. ipsa scala existente habituata de æterna concordantia atque cõtrarietate, quod est impossibile, ex eo quod est contra diffinitiones prædictarum rationum. Vlterius regula B. idem testatur negatiue. Adhuc prima species regulæ C. dicit, quod mundus est substantia composita ex contrariis æternis ipso existente corruptibili, cum sit æternus: quod est valde impossibile & dissonum rationi. Item prima species regulæ D. ponit quidem primitiuam corruptionem, ratione primitiuæ contrarietatis existentis inter bonitatem & maliciam. Concordantia autem primitiuæ ponit oppositum, & secundæ species regulæ C. & D. ponunt, quod mundus est commixtus ex contrariis, vno posito in alio. Amplius tertia species regulæ C. dicit quod mundus est, corruptibilis in sua cõtrarietate, & incorruptibilis in sua concordantia, & bonus in sua bonitate, & malus in sua malicia. Vlterius regula D. ponit, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mundus eſt ſubditus ſuę imperfectioni per aliquod ens exiſtens extra ſuam eſſentiam. Et etiam eſt à Deo in tantum ſeparatus, quod Deus bonus non eſt; ſed eſt Deus malus, quod eſt impoſſibiliſſimum: quare, &c.

DE CAMERA C.D.T.B.

CAP. XIV.

Quæſtio 11. de camera C. D.T.B.

POSITO quod mundus ſit ęternus, quęritur quid eſt differentia magna ſuę ęternitatis per ſcalam de ſenſuali & ſẽſuali. &c. Et reſpondendum eſt, quod eſt iſta eſſentia quę ponit ęternitatem diſtinctam inter ſenſuale & ſenſuale per ęternantem, ęternatum & ęternare; quod eſt impoſſibile: quia illa generabilia ſunt incorruptibilia, quod eſt contra eorum diffinitiones. Regula etiam B. de prędictis teſtatur negatiuè. Adhuc prima ſpecies regulę C. ponit & conſentit, quod diffinitio antedicta eſt falſa & impoſſibilis. Amplius prima ſpecies regulę D. affirmat primitiuas eſſe corruptiones & incorruptiones per magnitudinem, magnas, & per ęternitatem, ęternas, & per differentiam, differentes ſiue claras. Item ſecundæ ſpecies C. & D. ponunt mundum eſſe compoſitum ex ipſis. Adhuc tertia ſpecies regulæ C. dicit quod mundus eſt in cœlo incorruptibilis, mundo habente naturam incorruptibilem ratione quartæ ſpeciei regulæ C. & eſt incorruptibilis æternaliter cum magna differentia, quod eſt contradictio, & etiam contra tertiam ſpeciem regulæ D. ergo, &c.

DE CAMERA C.D.T.C.

CAP. XV.

Quæſtio 12. de camera C. D.T.C.

SI mundus eſt æternus: quæritur quid eſt magna concordantia æternitatis ſuæ? Et reſpondendum eſt per diffinitiones magnitudinis, concordantiæ & æternitatis. per ſecundam ſpeciem regulæ C. quod eſt ens habens in ſe innatos æternantem, æternatum & æternare. Adhuc per ſecundam ſpeciem regulæ C. & per primam & ſecundam ſpeciem regulæ D. quod ſit de ipſis ab omni contrarietate remota, & quod habeat per magnitudinem ſic extenſitatem, ſicut habet per æternitatem infinitam durationem ſecundum quartam ſpeciem regulæ C. & per tertiam quod ſit in magnitudine infinita, ſicut in æternitate à tertia ſpecie regulæ D. ſeparata, quod eſt falſum; ut patet per ſcalam de ſenſuali & ſenſuali, &c.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CAMERA C.D.T.D.
CAP. XVI.

CONCESSO quod mundus sit æternus: quæritur quid est magna contrarietas magnitudinis & æternitatis? Et respondendum est per primam speciem regulæ C quod est infinita resistentia inter diuinam magnitudinem & æternitatem. Et ad hoc testatur prima species regulæ D. nam diuina æternitas causat infinitam durationem sibi similem : & magnitudo causat magnitudinem cœli finitam sibi dissimilem, & per tertiam speciem regulæ D. magnitudo Dei est impedita in suo effectu agendo: æternitas verò nequaquam. vnde sequitur per accidens magna & æterna cõtrarietas inter diuinam æternitatem & magnitudinem per secundam speciem regulæ C. & D. vnde sequitur quod magnitudo Dei est in sua æternitate contrariãs, & econuerso. Et etiam videtur, quod diuina æternitas habeat altius posse & vigorem, quàm magnitudo sua : quod est falsum & impossibile, & hoc probatur per regulam B. & diffinitiones magnitudinis, bonitatis & æternitatis: ergo, &c. *Quæstio 13. de camera C. D.T.D.*

DE CAMERA C.T.B.C.
CAP. XVII.

DATO quod mundus sit æternus : quæritur quid sit magnitudo suæ differentiæ & concordantiæ? Et respondendum est per primam speciem regulæ C.D. quod sunt primitiuæ essentiæ & æternæ ab omni contrarietate separatæ, & per secundam speciem regulæ C D. est compositus ex ipsis absque contrarietate : quod est impossibile, ut apparet per scalam de sensuali & sensuali, &c. Quæ quidem scala est propria passio mundi cum tertia specie regulæ D. quæ ponit, quod mundus sit subditus corruptioni ratione contrarietatis habentis in mundo magnam & æternam actionem. Hæc autem regula B. & diffinitiones prædictorum principiorum sustinere non possent, ergo &c. *Quæstio 14. de camera C. T.B.C.*

DE CAMERA C.T.B.D.
CAP. XIIX.

SI mundus est æternus : quæritur quid est magna contrarietas suæ differentiæ? Et est respondendum per primam speciem regulæ C.D. quod est, illa scala existens est inter sensuale & sensuale, &c. habituata simpliciter de contrarietate cõposita per secundam speciem regulæ C.D. Solutio qua differentia coessentialis mundi est subdita. & ꝑ tertiã speciẽ regulę C.D. cõtrarietas est actiua in differẽtia. Et ꝑ quartã speciẽ, cõtrarietas *Quæstio 15. de camera C. T B.D.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habet actus æternos ſimpliciter: quod eſt impoſſibile, ut eſt manifeſtum per ſcalam ſenſualis & ſenſualis, &c. & etiam per regulam B. & diffinitiones dictorum principiorum. ergo, &c.

DE CAMERA C. T. C. D.

CAP. XIX.

Queſtio 16. de camera C. T. C. D.

POSITO quod mundus ſit æternus: quæritur quid eſt magna diſtantia exiſtens inter ſuam magnam concordantiam & contrarietatem? Et reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulæ C. D. quod eſt illa forma quæ cauſat contradictionem: quod apparet per ſcalam æternam exiſtentem inter ſenſuale & ſenſuale, &c. eo quod coniungit ſe in æternitate quæ eſt ſimplex principium, in quo ſunt compoſita per ſecundam ſpeciem regulę C. D. Et vnum quidem principium eſt ſubditũ alteri, per tertiam ſpeciem regulę D. & ſecunda & tertia ſpecies regulę C. ponunt magnam diſtantiam & ęternam: cum concordantia & contrarietas ſint oppoſitę in ſubjecto, vna habente in alia contrariam naturam per quartã ſpeciem regulę C. & quod ęternitas mundi ponit ſibi coeſſentialem contradictionem, quę quidem contradictio minime poteſt eſſe. Concluditur ergo quod mundus non eſt ęternus.

DE CAMERA D. T. B. C.

CAP. XX.

Queſtio 17. de camera D. T. B. C.

DATO quod mundus ſit ęternus: quęritur de quo eſt ſua ęternitas? Reſpondendum eſt per primam ſpeciem C. D. quod eſt de primitiuis infinitis & finitis differentiis, concordantiis in ſcala ſenſualis & ſenſualis, &c. ſubſtentatis. Aeternitas quidem quo ad ſuum genus, eſt infinita duratio differentię atque concordantię, quę ſunt in ſcala quo ad genus earum: & ſunt finitę in extenſitate, quantitate atque habitu & ſitu: & in ęternitate ſunt ęternę, vnde ſequitur per ſecundam ſpeciem regulę C. D. quod mundus eſt compoſitus ex partibus infinitis & finitis, ęternitate habente dominationem per quartam ſpeciem regulę C. per omnes alias partes innatas, quę finitę ſunt. Adhuc habet ſubjugationem per tertiam ſpeciem regulę D. quod eſt falſum & impoſſibile, & etiam comprobatum per regulam B. & per diffinitiones antedictorum principiorum. ergo, &c.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CAMERA D.T.B.D.

CAP. XXI.

Quæstio 18. de camera D.T.B.D.

SI mundus est ęternus : quęritur de quo sunt suę contrarietates & differentię innatę & sibi coessentiales, quę sunt proprię passiones eius in scala sensualis & sensualis, &c. substentatę? Et respondendum est per primam speciem regulę C.D. quod sunt de primitiuis & ęternis differentiis, & contrarietatibus, quę componuntur per secundam speciem regulę C.D. ipsis habentibus dominationem & subiugationem per quartam speciem C & per tertiam speciem D. vna ratione siue principio existente in alio subjecto ęterno, sicut vnus punctus naturalis in alio puncto ex quibus linea est continua & composita : quod est falsum & impossibile, & etiam est manifestum per regulam B. & per diffinitiones principiorum: ergo, &c.

DE CAMERA D.T.C.D.

CAP. XXII.

Quæstio 19. de camera D.T.C.D.

POSITO quod mundus sit ęternus : quęritur de quo sunt suę naturales & sibi coessentiales concordantię & contrarietates per scalam de sensuali & sensuali &c. designatę? & similiter quęritur, de quo sunt suę morales concordantię & cõtrarietates? Et respondendum est per primam speciem regulę D. quod sunt de seipsis : & per primam speciem regulę C. Aeternitas est ens ex contrariis compositum : quod patet per secundam speciem regulę C.D ipsa habente in seipsa concordantem, contrariantem & ęternantem: & concordatum, contrariatum & ęternatum: concordare, & contrariare & ęternare: quod quidem est ponere oppositum in objecto. Et mundus est in partibus suis corruptibilibus & incorruptibilibus, ut est manifestum per tertiam speciem regulę C. ipsa habente per quartam speciem eiusdem regulę infinitas in numero reuolutiones, multiplicando infinitum numerum & ęternum, mundo existente in infinito, quiete & labore, quod est falsum & impossibile: & hoc probatur per regulam B. & diffinitionem æternitatis & concordantiæ & contrarietatis. Cõcluditur ergo satis manifestè, quod mundus non est æternus.

DE CAMERA T.B.C.D.

CAP. XXIII.

Quæstio 20. de camera T.B.C.D.

SI mundus est æternus: quæritur vtrum suæ differentiæ, concordantiæ & contrarietates sint æternæ? Et respondendum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt quod ſic, ut patet in ſecunda figura per triangulum viridem. Nam priuata vniuerſali differentia, concordantia atque contrarietate, mundus quidem non haberet ex quo eſſet. Et ſic patet per ſecundam ſpeciem regulæ D. & C. quod mundus eſt ex partibus primitiuis ad aliquem finem æternum ordinatis per differentiam & concordantiam, & non ex partibus primitiuis ordinatis ad aliquem finem æternum per differentiam & contrarietatem. Et ſic diuina æternitas eſt cauſa mundi & non cauſa. Et per ſecundam ſpeciem regulæ C.D. mundus eſt compoſitus & non compoſitus, ipſo habente per quartam ſpeciem partes innatas & non innatas. Et per tertiam ſpeciem regulæ C. eſt in fine & non in fine. Et per tertiam ſpeciem regulæ D. mundus eſt ſubditus Deo & non ſubditus, neceſſitatus & non neceſſitatus, & à contingentia remotus, & cum contingentia coniunctus & ſic eſt & non eſt. Et cum omnia iſta ſint contradictoria, falſa & impoſſibilia: quod patet per regulam & diffinitiones antedictorum principiorum. Demonſtratum eſt ergo ſatis euidenter, quod mundus non eſt æternus. Probauimus mundum eſſe nouum, per quam probationem eſt neceſſarium Deum eſſe, cum mundus non poſſit ſeipſum cauſare atque deducere de non eſſe in eſſe: quia ſic, iam eſſet antequam eſſet, quod eſt contradictio.

Correlatiuũ. Inuenimus ergo Deum eſſe cum ſua gratia & benedictione, ex qua inuentione gaudeamus valde, ex eo quod habebimus eſſe poſt mortẽ ratione ſuę magnę bonitatis & iuſtitię & charitatis.

Concluſio. Data eſt ergo doctrina practicæ iſti⁹ artis, videlicet per quem modum intellectus deſcendit ad particularia, multiplicando viginti rationes ad vnam & eandem cõcluſionem miſcendo principia & ſpecies regularum, cum quibus mixtionibus & inuentionibus fiunt ſolutiones quæſtionum. Et hoc exemplificatum eſt per primam columnam: & ſimiliter exemplificari poteſt per ſecundam & tertiam, &c. per ordinem. Et in iſto paſſu apparet, per quem modum intellectus habet generale ſubjectum, ſcilicet tabulam huius artis ad inueniendum media de quacunque materia ſint, poſito quod ſciatur, quod dicitur per nomen, de quibus & cum quibus ſcilicet mediis ſit concluſio, quæ quidem media ſunt ſubjectum huius artis.

Generale ſubiectum huius artis.

Finis quintæ partis principalis huius operis.

SEXTA PARS PRINCIPALIS

DE EVACVATIONE TERTIÆ figuræ. CAP. I.

Rubrica ſextæ partis. TERTIA figura eſt diuiſa in 36. cameras ut in ipſa patet: & in qualibet camera ſunt implicatę 12. propoſitiones & 24. quæſtiones & ſolutiones earum. Et vocamus euacuare, quando

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quando extrahimus propoſitiones, & quæſtiones, & ſolutiones earum: & de implicatione ad explicationem ipſam deducimus doctrinam, dando artificialiter & practicam huius artis. Sicut enim has ſoluemus quæſtiones cum principiorum diffinitionibus & ſpeciebus regularum, ſic poteſt artiſta huius artis cum ipſis quæſtiones ſoluere peregrinas, ſuppoſito tamen quod artiſta ſciat, quid dicitur per nomen. *Euacuare quid eſt.*

DE CAMERA B.C.

CAPVT. II.

Prima camera qua eſt B.C.

IN camera iſta primo faciemus propoſitiones mutando ſubjectum in prędicatum: deinde faciemus quęſtiones & ſicut exemplificabimus de duodecim propoſitionibus camerę B. C. ita poteſt exemplificari de aliis cameris contentis in iſta tertia figura. Et poſtmodum ſolutiones faciemus probando per tres propoſitiones in qualibet camera. Et ſicut de illis exemplum dabimus, ita poteſt dari de aliis propoſitionibus contentis in eiſdem cameris. De primo igitur dicendum eſt ſic. Vnde ſciendum eſt quod in tertia figura intellectus euacuat cameras, eo quia abſtrahit ab ipſis tantum quantum poteſt, recipiendo à qualibet camera ea quę litterę ſignificant, & applicet illa ſignificata ad propoſitum. Et ſic ipſe intellectus facit ſe applicatiuum, inueſtigatiuum & inuentiuum. Et de hoc dabimus exemplum de vna camera continente duodecim propoſitiones ſupradictas Et ſicut ſequitur de illa, ita ſequetur de aliis. Et hoc ſic. De camera B. C. intellectus haurit duodecim propoſitiones dicendo ſic. Bonitas eſt magna, bonitas eſt differens, bonitas eſt concordans. Magnitudo eſt bona, magnitudo eſt differens, magnitudo eſt concordans Differentia eſt bona, differentia eſt magna, differentia eſt concordans. Concordantia eſt bona, concordantia eſt magna, concordantia eſt differens. Factis iſtis duodecim propoſitionibus mutando ſubjectum in prędicatum econuerſo, hęc camera eſt euacuata ipſis propoſitionibus. Deinde euacuet eam duodecim mediis, eo quod conſiſtit inter ſubjectum & prędicatum, cum quibus conueniunt genere aut ſpecie. Et cum illis mediis intellectus faciet ſe diſputatiuum & determinatiuum. Et iſta media ſupradicta extrahuntur à duodecim propoſitionibus ſupradictis: ut cum dicitur omne id quod magnificatur à magnitudine, eſt magnum; ſed bonitas eſt id quod magnificatur à magnitudine: ergo bonitas eſt eſſe magnum, & ſic de aliis. Facta iſta euacuatione, intellectus euacuet ipſam cameram viginti quatuor quęſtionibus: eo quia in qualibet propoſitione ſunt duę quęſtiones impliçatę. Et hoc ſic. Bonitas eſt magna. Vtrum bonitas ſit magna? Quid eſt bonitas magna? Bonitas eſt differens. Vtrum bonitas ſit differens?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quid eſt bonitas differens? Bonitas eſt concordans. Vtrum bonitas ſit concordans? Quid eſt bonitas concordans? Magnitudo eſt bona. Vtrum magnitudo ſit bona? Quid eſt magnitudo bona? Magnitudo eſt differens. Vtrum magnitudo ſit differens? Quid eſt magnitudo differens? Magnitudo eſt concordans. Vtrum magnitudo ſit concordans? Quid eſt magnitudo concordans? Differentia eſt bona. Vtrum differentia ſit bona? Quid eſt differentia bona? Differentia eſt magna. Vtrum differentia ſit magna? Quid eſt differentia magna? Differentia eſt concordãs. Vtrum differentia ſit concordans? Quid eſt differentia concordans? Concordantia eſt bona. Vtrum concordantia ſit bona? Quid eſt concordantia bona? Concordantia eſt magna. Vtrum concordantia ſit magna? Quid eſt concordantia magna? Concordantia eſt differens. Vtrum concordantia ſit differens? Quid eſt concordantia differens? Facta iſta euacuatione quęſtionum, deinde intellectus euacuet cameram cum diffinitionibus bonitatis & magnitudinis, & cum tribus ſpeciebus, differentiæ & concordantiæ, ut patet in ſecunda figura. Deinceps euacuet cameram cum tribus ſpeciebus regulæ C. & cum quatuor ſpeciebus regulæ C. & expedita iſta euacuatione intellectus poſtmodum ſoluat quæſtiones prædictas in illa euacuatione, ſequendo conditiones cameræ, affirmando aut negando. Et ſic intellectus expellit à camera dubitationes, & conſiſtit in illa quietatus, & etiam cognoſcit ſe valde generalem & artificiatum, & de magna ſcientia habituatum. Modo autem ſolutiones faciemus probando per tres propoſitiones, ut ſequamur ordinem prælibatum: Et hoc ſic. Bonitas eſt magna. Vtrum bonitas ſit magna? Et reſpondendum eſt, quod ſic. Quod patet per diffinitionem magnitudinis, & per primam ſpeciem regulæ C. viſum eſt, quod bonitas magnitudo eſt ens ratione cuius bonitas eſt magna. Et per ſecundam ſpeciem regulæ C. viſum eſt, quod bonitas magna eſt, eo quod habet coeſſentiales bonificatiuum, bonificabile & bonificare, cum quibus habet magnam naturam & quietem: ut patet per quartam ſpeciem regulæ C. & per tertiam ſpeciem eiuſdem regulę eſt in differentia & concordantia cum diffinitionibus earum, diſtinguendo & concordando: & hoc intra ſuum genus & ſuam eſſentiam, ex quibus oritur moraliter bonitas magna. Probatum eſt ergo quod bonitas eſt magna. Et ad hoc quidem teſtatur regula B. Quęritur quid eſt bonitas magna? Et reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulę C. quod bonitas magna, eſt illa eſſentia, quę per ſecundam ſpeciem regulę C. continet in ſeipſa diſtinctos & concordantes, bonificantem, bonificatum & bonificare: qui quidem ſunt de ſua eſſentia & natura, cum quibus habet per quartam ſpeciem proprias actiones,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctiones, paſſiones & actus cum quibus per tertiam ſpeciem ſit mota moraliter: tunc quomodo eſt magna ratio bono, quod producat de ſeipſa magnum bonum. Abſque omnibus iſtis, bonitas non poteſt eſſe intenſe & naturaliter magna, neque etiam eſſe de genere ſubſtantiæ. Quæritur utrum bonitas ſit differens? Et reſpondendum eſt quod ſic: ut patet in angulo ſecundæ figuræ: & etiam per differentiam bonitatis. Bonitas enim non eſſet ratio bono, quod produceret bonum: niſi eſſet differentia, ſive niſi haberet naturam differentiæ: neque etiam differentia poſſet cauſare omnes naturales cum proprijs & naturalibus paſſionibus. Et hoc probat regula B. & etiam C. Et hoc per primam ſpeciem, quoniam niſi bonitas eſſet differens, jam non poſſet fieri de ipſa iſta diffinitio, bonitas eſt ens cui proprie competit bonificare. Et per ſecundam ſpeciem bonitas eſt regulatiua naturaliter. Et per tertiam, bonitas eſt habitus: unus inter iſtud ſenſuale & iſtud ſenſuale: & alius habitus inter iſtud ſenſuale & iſtud intellectuale, &c. Ulterius per quartam ſpeciem eiuſdem regulæ bonitas habet unam naturā in iſto lapide: & aliam in illa planta, &c. Quæritur quid eſt bonitas differens? & reſpondendum eſt per primā ſpeciem, quod bonitas eſt illa ratio cum qua bonificans diſtinguit à ſeipſo bonificatū & bonificare. Adhuc per ſecundam, bonitas differens eſt illud ens, quod habet in ſe coeſſentiales & naturales relationes, tota eſſentia bonitatis exiſtēte in quolibet relato cū ſimplicitate. Ulterius per tertiam ſpeciem, bonitas differens eſt in pluribus habitibus ſpecie differentibus diffuſiva. Una namque eſt in auro: alia vero in rubiſſo, &c. Ad idē per quartam ſpeciē, bonitas differens habet unum habitum in uno ſubjecto: alium in alio, ut per regulā B. C, propatum eſt Bonitas eſt concordās. Utrum bonitas ſit concordans? Et reſpondendum eſt, quod ſic, per primam ſpeciem. Niſi enim eſſet concordans, jam non eſſet ratio bono, quod produceret bonū in ſua ſpecie. Et per ſecundam ſpeciē, niſi bonitas eſſet concordans, ſui quidem relativi carerent concordantia: quod eſſet ſibi malum: & eſſent contra ſuam naturam & ſuū genus. Ad idem per tertiam ſpeciem ratione concordantiæ bonitatis, eſt bonitas inter ſenſuale & ſenſuale, habitus bonus concordatiuus, diffuſiuus. Ad idē per quartam ſpeciem, bonitas cum ſua concordantia habet naturam diffuſiuam inter ſenſuale & ſenſuale, &c. Et hoc per diffinitionem bonitatis & concordantiæ, & per regulam B. demonſtratum eſt. Quæritur quid eſt bonitas concordans? Et reſpondēdum eſt per primam ſpeciem regulæ C. quod bonitas concordans eſt illa eſſentia, in qua concordant propriè bonificans, bonificatum & bonificare: Et hoc probabile eſt per ſecundam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

forma, qua unus homo & alius homo ſunt idem ſpecie. Adidem per quartam ſpeciem bonitas concordans eſt. illa natura, cum qua unus homo bonus habet concordantiam bonam cum alio naturaliter ſivè moraliter.

DE CAMERA B. D.

CAPUT III.

Secunda camere de B. D.

BONITAS eſt durans. Utrū bonitas ſit durans? Et reſpondendum eſt quod ſic, per diffinitionem durationis & hoc idem per ſuam diffinitionem, & per angulos B.C. deſignatos in ſecunda figura. Et hoc ptobat regula B. & ſimiliter regula D. per omnes ſuas diffinitiones: ſicut per primam, per quā eſt primitiva, ut cum dicitur: bonitas habet res relatas & ſibi coeſſentiales, cum quibus in ſua natura durat. & hoc probat ſecunda ſpecies D. Si enim bonitas eſſet de bonificativo, bonificabili & bonificare: impoſſibile quidem eſſet, quod habet naturā durandi per ſe. Et per tertiam ſpeciem regulæ D bonitas quidē eſt durabilis quo ad ſe ſubſtantialiter, & etiam durant accidentia bona influxa ab ipſa: & hoc naturaliter. & moraliter. Quæritur bonitas durans de quo eſt? Et reſpondendū eſt per primam ſpeciem quod eſt de ipſa, eo quod habet primitivos relativos, ex quibus eſt: quod patet per ſecundam ſpeciem D. Ad idem: bonitas eſt ſubdita ſuo toti in quo eſt Et hoc probatum eſt per regulam B. Bonitas eſt differēs. De iſta autem camera jam ſuperius dictum eſt in camera B. C. Bonitas durans de quo eſt? Et reſpondendum eſt per ſpecies regulæ D. ut ſupra ſignificatū eſt Bonitas eſt contrarians. Utrū bonitas ſit conrrarians? Et reſpōdendū eſt, quod ſic: ut patet per ſcalam de ſenſuali & ſenſuali, &c. Et ad hoc teſtantur diffinitiones bonitatis, differentiæ & contrarietatis, & per regulam B. Ad idem bonitas contrarians de quo eſt? Et reſpondendū eſt quod eſt de pluribus habitibus bonis: ſicut de caliditate, frigiditate, humiditate & ſiccitate, ponderoſitate & levitate, generatione & corruptione, & huiuſmodi. Et hoc per primā ſpeciem verum eſt. Per ſecundam vero ſpeciem regulæ D. bonitas contrarietatis eſt per accidens, ſicut in elemento inquo elementa contrariantur per contrarias qualitates. Per tertiam vero ſpeciem viſum eſt, quod contrarietas quæ eſt accidens, eſt ſubdita bonitati ſubſtantiali, ſicut inſtrumentum cauſæ efficienti.

DE CAMERA. B. E.

CAPUT. IV.

Tertia camere de L. E.

BONITAS eſt potens. Utrum bonitas ſit potens? Et reſpondendum eſt per diffinitiones bonitatis atque poteſtatis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtatis quod ſic, eo quia poteſtas eſt ens ratione cuius bonitas poteſt exiſtere & agere. Et niſi bonitas eſſet potens, jam non poſſet eſſe ratio, quod bonus produceret bonum. Et etiam regula B. affirmat, quod bonitas potens eſt. Bonitas quare eſt potens? Et reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulæ E. eo quia eſt de coeſſentialibus bonificativo, bonificabili & bonificare. Et ſic bonitas ut agens & potens bonificat bonificabilia peregrina in ſuo bonificabili intrinſeco: quæ quidē bonificabilia peregrina non ſunt de genere, neque natura bonificabilis intrinſeci ipſius bonitatis. Per ſecundam vero ſpeciem, bonitas eſt potens ut aliæ eſſentiæ ex ipſa ſint habituatæ: & hoc per regulā B. viſum eſt. Bonitas eſt differens: ad hoc jam reſponſum eſt in camera B. C. Bonitas eſt principians: utrum bonitas ſit principians? Reſpondendum eſt quod ſic, per ſuam diffinitionē: eo quia eſt ratio bono, quod producat bonum: & hoc probat diffinitio principij & differentiæ per ſcalam de ſenſuali & ſenſuali, &c. in quibus bonitas eſt principiū generale à quibus deſcendit bona differentia exiſtens inter iſtam plantam & illā. Et ſic de bono principio cauſali & accidentali. & hoc affirmat regula B & prima ſpecies regulæ E. ex eo quod bonitas eſt per ſuum bonificatū, bonificabile & bonificare & per ſecundū ſpeciē bonitas eſt: ut alia principia ſunt ſub ipſa bona habentia bonos habitus per ipſam bonitatem.

DE CAMERA B. F.

CAPUT. V.

Quarta camera de B. F.

BONITAS eſt ſcibilis. Utrum bonitas ſit ſcibilis? Et reſpondendum eſt quod ſic: quod patet per regulā B. & per ſcalā differentiæ exiſtentis inter ſenſuale & ſenſuale, &c. & etiā per tres ſpecies medij deductas in eſſentiā bonitatis, cum quibus intellectus cognoſcit diſcretas relationes naturales, ex quibus bonitas habet continuam quātitatē: & diffinitio medij hoc probat. Utrum bonitas ſit differens? Et reſpondendum eſt quod ſic: ut probatū eſt in camera B. C. Bonitas eſt mediabilis. Utrum bonitas ſit mediabilis? Et reſpondendum eſt quod ſic: quoniam differentia declarat quod in bonitate eſt bonificare medium exiſtens inter bonificantum & bonificabile. Aliter enim bonitas non poſſet eſſe ratio bono, quod produceret bonum, neque haberet motum naturalem, neque etiā relationes reales. Et hoc eſt ſatis probabile per regulam B. Bonitas quantū eſt ſcibilis? Et reſpondendū eſt, quod tantum quantū mediū naturale ſive morale intrare poteſt ipſam bonitatem perſcalam exiſtentem inter ſenſuale & ſenſuale cum diffinitione bonitatis, differentiæ, ſapientiæ & medij: & hoc teſtatur regula B.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonitas quantum eſt differentiabilis ? Et reſpondendum eſt, quod tantũ quantum ipſa eſt diffuſa per cameras tertiæ figuræ ratione mixtionis principiorum habituatorum de bonitate. Bonitas quantũ eſt mediabilis? Et reſpondendum eſt quod tãtum quantũ medium ipſam intrare poteſt quo ad diffinitionẽ medij, bonitatis, ſapientiæ & differentiæ, ut probatum eſt per regulam B Et per primam & ſecundam ſpeciem regulæ F. eo quia bonitas quo ad ſuã eſſentiam, habet continuam quantitatem: & quo ad ſuas relationes habet quantitates diſcretas à differentia cauſatas.

DE CAMERA B. G.

CAPUT. VI.

Quinta camera de B. G.

BONITAS eſt amabilis. Utrum bonitas ſit amabilis? Et reſpõdendum eſt quod ſic: ut patet per diffinitionẽ bonitatis & finis, & regulam B. & ſcalam ſenſualis & ſenſualis, &c. Utrum bonitas ſit differentiabilis? Et reſpondendum eſt ut ſupra dictum eſt Bonitas eſt finibilis. Utrum bonitas ſit finibilis? Reſpondendum eſt quod ſic. Nam ſi non eſſet finibilis, jam non eſſet ratio bono, quod produceret bonum. neque per differentiam eſſet ratio clara habens rationes intrinſecas & morales extrinſecas: & ſui termini eſſent malicia & priuatio, quod eſt falſum & impoſſibile, & hoc affirmat regula B. cum diffinitione bonitatis. differentiæ atque finis: & ſimiliter ſcala de ſenſuali & ſenſuali, &c. Qualis bonitas eſt amabilis & differentiabilis & finibilis? Et reſpondendum eſt, quod bonitas ſubſtantialis eſt amabilis per ſuas proprias paſſiones innatas & relatas, & per differentiam declaratas, & per finem quietatas. Et eſt alia bonitas moralis ſive accidentalis, ſicut bonitas voluntatis, magnitudinis, &c. Et ſimiliter bonitas iuſticiæ, ſapiẽtiæ, &c. Qualis differentia bonitatis eſt amabilis? Et reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ ponit in bonitate intrinſecas relationes & paſſiones. Et extra ponit relationes morales, & hoc per ſcalam ſenſualis & ſenſualis probatum eſt. Qualis finis eſt amabilis? Et reſpondendum eſt, quod eſt ſummus finis, qui eſt prima cauſa & proprius finis bonitatis naturalis & etiam moralis. Et ſic de finẽ differentiæ, ſine qua ſcala ſenſualis & ſenſualis, &c. univerſum quidem eſſe non poteſt: & eſſet priuatio, diſparatio, ratione cuius privationis mundus quidem non haberet eſſe. Nam ad deſtructionem partium ſequitur deſtructio totius. Et hoc per regulam B. ſignificatum eſt, & etiam per regulam G.

DE CAMERA B. H. CAP. VII.

Sexta camera de B. H.

BONITAS eſt virtuoſa. Utrum bonitas ſit virtuoſa? Et reſpon-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

reſpondendum eſt quod ſic: quod patet per diffinitionem bonitatis, virtutis & maioritatis, & per ſcalam differentiæ exiſtẽtis inter ſenſuale & ſenſuale, &c. Et ſimiliter per ſcalam maioritatis exiſtentis inter ſubſtantiã & ſubſtantiam, &c. & hoc per ſecundam regulam B. affirmabile eſt. Utrum bonitas ſit differens? Et reſpondendũ eſt ſicut prius. Bonitas eſt maior. Utrũ bonitas ſit maior? Et reſpondendum eſt quod ſic: nam bonitas magis bona eſt per ſubſtantiam quam per accidens, & per relationes ſubſtantiales minores quã accidentales; & bonitas maior eſt in uno ſubjecto quàm alio, ſicut in ſcala ſenſualis & ſenſualis; & in ſcala maioritatis exiſtentis inter ſubſtantiã & ſubſtantiã &c. Bonitas quomodo eſt virtuoſa? Et reſpondendum eſt, quod eſt virtuoſa tunc, quando ſuum eſſe eſt, ſed moraliter eſt virtuoſa tunc quando eſt habituata habitu iuſtitiæ & prudẽtiç, &c. & hoc per diffinitiones bonitatis, virtutis, maioritatis. differentiç: & per regulam B. demonſtratum eſt. Bonitas quãdo eſt differentiabilis? Reſpondendum eſt tunc, quando eſt ſuũ eſſe; & hoc per differentiam quæ ponit reales relationes, ſine quibus non poteſt habere naturam. & etiam tunc eſt differentiabilis, quando eſt moralis Unus namq; habitus eſt per iuſtitiã: alius vero per prudentiam, &c. & per diffinitiones antedictorum principiorũ probatũ eſt. Bonitas quando eſt maior? Et reſpondendum eſt, quod tunc quando ſubſtantialiter & non moraliter. Adhuc eſt maior tunc quãdo eſt habituata de virtute morali exiſtente in practica, quã quando non eſt in practica. Ulterius eſt maior, quando agit cum charitate quam quando cum iuſtitia. Et ſic illud idẽ iudiciũ eſt de agere ſubſtantiali & de agere accidẽtali. Et hoc per regulã B. probabile quidem eſt.

DE CAMERA B. I.

CAPUT. IIX.

Septima camera de B.

BONITAS eſt vera. Utrum bonitas ſit vera? Et reſpondendum eſt per regulam B. quod ſic. & ſimiliter per diffinitionem bonitatis, virtutis, differentiæ & æqualitatis. Si enim bonitas non eſſet vera, jam bonitas non eſſet ratio bono quod produceret bonũ, neq; veritas poſſet ponere hoc in vero, neque enim differẽtia poſſet intrare inter bonificantẽ, bonificabile & bonificare veraciter: neq; æqualitas haberet ſubjectum in quo quieſceret, ipſa exiſtente inter cõcreta bonitatis: & ſic eſſet deſtructa ſcala de ſenſuali & ſenſuali &c. & ſimiliter ſcala de ſubſtãtia, &c. & mundus abſq; ipſis ſcalis minimè poteſt eſſe, quod eſt impoſſibile: ergo bonitas eſt vera eſſentia & per ſe exiſtens. Bonitas eſt differens. Utrum bonitas ſit differens? Et eſt reſpondendum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dendum ſicut prius dictum eſt. Bonitas eſt æqualis. Vtrum bonitas ſit æqualis: Reſpondendum eſt quod ſic. quod patet per regulam B. & per diffinitiones antedictorum principiorum. Nam bonitas eſt ratio bono, quod producat bonum: & veritas ponit hoc in vero cum differentia & æqualitate, ad hoc ut bonitas exiſtat æqualiter diffuſa inter veros bonificãtem, bonificatum, bonificare: & per ſcalas de ſenſuali & ſenſuali, &c. & de ſubſtantia & ſubſtantia, &c. in ſecunda figura deſignatas. Bonitas vera vbi eſt? Et reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulæ C. D. quod ipſa eſt in ſe ipſa, cum ipſa ſit primitiua eſſentia quoad ſuum genus. & etiam per ſecundam ſpeciem regulæ C. D. eſt in ſuis bonis & veris concretis. Et eſt in veritate, differentia & æqualitate: ſicut habitus in habituato. Et etiam in ſcala de ſenſuali & ſenſuali, &c. Et in ſcala de ſubſtantiali & ſubſtantiali, &c. Et hoc affirmant regulæ B. I. K.

DE CAMERA B. K.

CAPVT. IX.

Octaua camera. B. K.

BONITAS eſt glorioſa. Vtrum bonitas ſit glorioſa? Et reſpondendum eſt quod ſic. Et hoc probant regulæ K. & diffinitiones bonitatis gloriæ, differentiæ & minoritatis; ut patet in ſcala de ſenſuali & ſenſuali, &c. & in ſcala de ſubſtantiali & ſubſtantiali, &c. Gloria quidem eſt ipſi bonitati, quod habeat diſtincta concreta, bona & glorioſa, quæ ſunt de ſuo genere & natura, cum quibus quieſcat, & ſit diſparata confuſione & minoritate. Vtrum voluntas ſit differens? Et reſpondendum eſt quod ſic: ſicut ſuperius eſt probatum. Bonitas eſt minor. Vtrum bonitas ſit minor? Et reſpondendum eſt, quod ſicut: patet in ſcala ſenſuali & ſenſuali, &c. & in ſcala ſubſtantiali & ſubſtantiali, &c. Bonitas quidem eſt minor in lapide quàm in planta, & in planta eſt minor quam in bruto, & in colore minor quam in videre & in videre minor quàm in intelligere, & ſic de aliis: Et hoc per regulam B. K. affirmabile eſt. Bonitas glorioſa quomodo eſt? Et reſpondendum eſt quod bonitas glorioſa habet modum per differentiam quæ ponit, quod ipſa ſit vna eſſentia ſubſtantialis ab omnibus aliis diſtincta: & quod habet res differentes ſubſtantiales quæ ſint de ſuo genere & natura, cum quibus habeat naturam intrinſecam & in quiete poſitam. Et hoc quidem glorioſum eſt ei, ipſa exiſtente in gloria, & gloria in ipſa bonitate, & habet modum moralem in cauſando habitus morales diſtinctos, bonos & glorioſos. Et ad hoc teſtantur regulæ B. K. Bonitas cum quo differens eſt? Reſpondendum eſt, quod differens eſt per ſeipſam, & cum differentia quæ ponit quod ipſa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipſa eſſentia ſit diſtincta ab omnibus aliis eſſentiis , quæ non ſunt de ſua ſpecie & natura Et eſt alius modus cum quo bonitas eſt differens: videlicet cum ſuis relatiuis ſibi coeſſentialibus & ſubſtantialibus , cum quibus cauſat bonitates accidentales, Et hoc ſignificatum eſt in ſcala ſenſuali & ſenſuali,&c.& in ſcala ſubſtantiali & ſubſtantiali,&c.

DE CAMERA C.D.

CAPVT. X.

MAGNITVDO eſt æterna. Magnitudo æterna quid eſt? Reſpondendum eſt per diffinitionem magnitudinis , æternitatis,concordantiæ & contrarietatis:dicēdo ſic.Magnificatio æterna eſt ens habens in ſe per primam & ſecundam ſpeciem regulæ.C.D.concreta magna,infinita & æterna, atque primitiua. Et per tertiam ſpeciem regulæ C.D. dicta concreta ſunt exiſtentia cum infinita magnitudine concordantiæ & etiam contrarietate,atque ab omni ſubjectione ſeparata,& quolibet concreto exiſtente in alio concreto. Tota quidem eſſentia æternitatis exiſtit in quolibet prædictorum concretorum, & ſimiliter totum eſſe concordantiæ,& quodlibet in alio ſuum numerum diſtinctum habet ab alio, tribus concretis exiſtentibus pro vna eſſentia,& non pro pluribus.Magna concordantia quid eſt? magna concordantia eſt illa eſſentia,quę ſtat per ſecundam ſpeciem regulæ C. D. & per tertiam ſpeciem regulæ C. eſt in alio tota eſſentia concordantiæ,& quodlibet concretum concordantiæ eſt tota eſſentia concordantiæ. Et etiam eſt domina omnium aliarum concordantiarum accidentalium ſiue peregrinarum.Magna contrarietas quidem eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt illa forma,quæ cauſat corruptiones in eleuatis,& cauſat habitus priuationis,videlicet iniuriam,luxuriam,&c. Quæritur,magnitudo æterna,magnitudo concordans & magnitudo contrarians de quo ſunt? Et reſpondendum eſt per hoc quod dictum eſt ſuperius:ut patet bene intuenti. Et hoc facimus iſto modo cauſa alleuiationis; & ut tædium non generetur in intellectu addiſcentis, propter replicationem.

Nona camera qua eſt C.D.

DE CAMERA C.E.

CAPVT. XI.

MAGNA poteſtas quid eſt? Reſpondendum eſt , quod eſt ens, in quo magnitudo & poteſtas conuertuntur. Et hoc per primam ſpeciem regulæ C. ſignificatum eſt. Et per ſecundam ſpeciem regulæ C. E. magna poteſtas eſt , eo quia habet concreta formalia & ſibi coeſſentialia; ſcilicet magnificantem,

Decima camera , quæ eſt C, E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

possificantem, magnificatum, possificatum, & magnificare & possificare. Et hoc per secundam speciem regulæ C. significatū est: & etiam per primā E. Per tertiam vero speciē regulę C. est in alijs essentijs ad hoc, ut per ipsam possint existere & agere. Per quartam autem habet actiones & passiones agendi & patiendi in subjecto appropriato. Adhuc per secundam speciem regulæ E. magna potestas est, ut omnia alia à se sint possibilia magnifice: & hoc probatur per diffinitionem magnitudinis & potestatis Magnitudo est concordans, quid est magna concordantia? Respondendum est per hoc quod dictum est in camera C. D. Magnitudo est magnum principium. Quid est magnū principiun.? Ad quod dicendum est, quod ens, in quo magnitudo & principium convertuntur absque omni materia & accidente: & hoc per secundam speciem regulæ C. & per primam E. significatum est. Sed magnificans principians est, ut sit magnificatū principiatum: & quod ab utroque procedat magnificare, principiare cum diffinitione magnitudinis, potestatis, concordantiæ & principij. Magna potestas, magna concordantia & magnum principium quare sunt? Et respondendum est, quod sunt per hoc quod significatum est per species regulę C. E. & per diffinitiones antedictorum principiorum.

DE CAMERA C. F.

CAPUT. XII.

Vndecima camera, quæ est de C. F.

MAGNUS intellectus est. Quid est magnus intellectus? Respondendū est, quod est ens in quo magnitudo & intellectus convertuntur. Et hoc per primā speciem regulæ significatū est. Adhuc magnitudo intellectus est, quod habeat concreta sibi coessentialia & relativa, scilicet intelligentem, intelligibile & intelligere. cum quibus habet naturam discretivam: & quod sua essentia sit continua & indivisibilis. Et hoc per secundā speciem regulæ C. significatū est. Ulterius magnitudo intellectus est, ut in sua essentia sint omnia intelligibilia, & hoc per tertiam speciem regulę C. significatum est, ut ipse intellectus magnifice sit practicus. Adhuc per quartā speciem intellectus est, ut habeat relationē generalē ad omnia, sicut intellectus qui intelligit hoc & illud: & quod habeat intelligibile, in quo intelligat hoc & illud & cū ipsis sit practicus & particularis & successiuus, & per scalā de sensuali & sensuali, &c. & per scalā medij conjunctionis, &c. Magnitudo concordans quid est? Respondendum est per quod dictum est in camera C. D. Magnitudo est medians. Quid est magnum medium? Ac quod respondendum est per scalam medij & per scalam concordantiæ: & per primam & secundam speciem regulæ C. F.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſine iſtis nãq;,mediũ magnũ minimè poſſet eſſe:& etiã abſq; tãli medio, magnitudo eſſet vacua & ocioſa : & ſimiliter ſine tali magnitudine,mediũ nõ poſſet eſſe magnum. Et quod verum ſit quod antedictum eſt , probatum quidem eſt per diffinitiones principiorum & ſpecies regularum. & etiam per ſcalas ſupradictas, in quibus intellectus eſt ſucceſſiuus aſcendendo; ſcientias acquirendo & habituando. Quęritur. Magnitudo intellectus quanta eſt? & quanta eſt ſua concordantia & ſic de ſuo medio. Et eſt dicendum quod tantus eſt,quantus ſignificatus eſt. Per hoc autem quod dictum eſt de ſua magnitudine & concordantia,& medio in paragraphis poſitis in camera C.F. dimittimus homini bene ſpeculanti antedicta,& ſcienti artem iſtam. Et hoc facimus cauſa breuiloquij.

DE CAMERA C.G.

CAP. XIII.

Duodecima camera q̃tũ eſt de C.G.

MAGNA voluntas quid eſt? & per primam ſpeciem regulę C. reſpondendum eſt; quod eſt ens, in quo omnia magna ſunt amabilia: & per ſecundam ſpeciem regulę C. & per primam G. habet magnum amantem, amatum & amare formaliter: in quo amato, eſt actiuus formaliter cum amare. & per quartam ſpeciem habet omnia amabilia in ſe, & per ſecundam ſpeciem G. cauſat habitus amabiles appropriatos, de genere qualitatis. Et probabile ſatis eſt per diffinitionem magnitudinis, voluntatis, concordántię atque finis: & per ſcálas C. G. in ſecunda figura poſitas. Magna concordantia quid eſt : Et reſpondendum eſt per hoc quod ſuperius dictum eſt de ipſa. Magnus finis quid eſt? & reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulę C. quod magnus finis eſt illud ens quod in eſſentiá magnitudinis habet ſuas proprias relationes, videlicet quietantem, quietatum & quietare : in quo quietato proprio & intrinſeco , omnia quidem quieſcibilia peregrina ſiue appropriata ſunt quietata : & hoc per primam & ſecundam ſpeciem regulę C. ſignificatum eſt: & etiam per diffinitionem principiorum camerę C.G. Qualis voluntas eſt magna, & qualis concordantia & qualis finis? Ad iſtam quęſtionem reſpondendum eſt per hoc, quod ſupra dictum eſt. Solutiones enim in hoc quod dictum eſt ſupra , ſunt implicatę , & artificialiter poſſunt explicari ad propoſitum.

DE CAMERA C.H.

CAPVT. XIV.

Decimatertia camera, quæ eſt de C.H.

MAGNITVDO eſt virtuoſa. Quęritur. Quid eſt magna virtus? & reſpondendum eſt quod eſt ens diſtinctum magnificè à corruptione & peccato: & hoc per primam ſpe-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ciem regulæ C. ſignificatum eſt. Adhuc per ſecundam ſpeciem. Magna virtus eſt illa. quæ habet in ſe virtuoſos, magnificantum, magnificatum & magnificare naturaliter & ſubſtantialiter relatos extra ipſum & in ipſo exiſtentes Per tertiam autem ſpeciem, virtus magna eſt illa, quæ eſt cauſa magnarum virtutum in tempore poſitarum. Amplius per quartam ſpeciem, virtus magna eſt illa, quæ habet dominiū ſupra alias virtutes, quæ non ſunt de ſuo genere & natura. Magna cōcordantia quid eſt? Reſpondendum eſt ſicut ſuperius dictum eſt. Magnitudo eſt major magnitudo: major quid eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt illa ſubſtantia quæ diſtat magis à parvitate & minoritate & accidente. Adhuc per ſecundam ſpeciem regulæ C. eſt ens habens in ſe majores, magnificantem magnificatū & magnificare. Amplius per tertam ſpeciem eſt in aliis eſſentiis major dominus, in quibus per quartam ſpeciem habet, quicquid vult. Et hoc quod dictum eſt per cameram C. H. probabile quidem eſt ſatis. Magnitudo vitioſa quando eſt? Et ſic de magnitudine concordantiæ & majoritatis? Reſpondendum eſt quod eſt antequam tempus & motus ſint: & hoc per omnes ſpecies regulæ C. H. probabile eſt.

DE CAMERA C. I.
CAP. XV.

Decimaquarta camera de C. I.

MAGNITVDO eſt vera Magnitudo vera *quid eſt?* Reſpondendum eſt, quod eſt illa ſubſtantia quæ magis diſtat à falſitate & ab accidēte ipſa habente per ſecundam ſpeciem regulæ C. veros, magnificatū, magnificabile, magnificare, extra locū & in loco exiſtentes infinitæ, ſine cōtradictione. Adhuc per tertiā ſpecieem cauſa cauſans magnitudines veras in loco exiſtentes & non falſas, tàm ſubſtātiales quàm accidentales. Amplius per quartā ſpeciē habet in omni ſubjecto novo magnas & veras actiones. Et hoc per diffinitiones principiorum cameræ C. I ut per regulas probatum eſt. Magna concordantia quid eſt? Reſpondendum eſt ſicut prius: ſed ſi quæratur quid ſit concordantia major? Reſpondendum eſt, quod eſt ſubſtantia major habens in ſe ſubſtantiales & majores relationes ab omnibus accidentibus remotas. Magna æqualitas eſt. Quid eſt magna æqualitas? Reſpondendum eſt, quod eſt ſubſtantia habens in ſe ſua relativa ab omni majoritate, & minoritate ſegregata. Adhuc per ſecundam ſpeciem eſt cauſa omnium majoritatum & minoritatum relatarum, exiſtente in loco, nō collocata & extra locum infinita. Adhuc per quartam ſpeciem habet in loco quicquid vult. Et hoc probabile eſt per regulam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

egulam & per diffinitiones principiorum cameræ C. I. Magna virtus, magna concordantia, magna æqualitas ubi ſunt? Reſpondendum eſt quod ſunt in ſeipſis per ſecundam ſpeciem regulæ C. Et per tertiam ſunt in aliis ſubjectis cauſatis ab ipſis. Et ſic de prima & quarta ſpecie ſuo modo. Et hoc idem intelligendum eſt per ſpecies regulæ I. ſuo modo.

DE CAMERA C. K.

CAP. XVI.

Decimaquinta camera de C. K.

MAGNA gloria, quæritur quid eſt? Reſpondendum eſt quod eſt illa ſubſtantia quæ magis diſtat à pravitate & pœna: & eſt ens habens in ſe per ſecundam ſpeciem regulæ C. glorioſos, magnificantem, magnificatum & magnificare. Per tertiam ſpeciem eſt cauſa in omnibus ſubſtantiis & accidentibus peregrinis. Et per quartam ſpeciem habet magnam gloriam in magno gloriato: & ecõverſo. Et ſic de magnificare & gloriari. Et hoc per regulas C. K. & diffinitiones principiorum cameræ C. K. affirmabile eſt. Magna concordantia quid eſt? Reſpondendũ eſt ſicut prius. Sed ſi quæratur: magna concordantia gloriæ quid eſt? Reſpondendum eſt per omnes quatuor ſpecies regulæ C, quod ipſa eſt hoc, quod per ipſas ſignificatum eſt. Et ad hoc teſtantur diffinitiones magnitudinis concordantiæ atque gloriæ. Magna minoritas quid eſt? Et Reſpondendum eſt, quod eſt accidens magis circa non ens quam ſubſtantia. Item eſt ens non habens relativa ſibi coeſſentialia per ſecundam ſpeciem regulæ C. Sed per accidens tamẽ ſunt aliquę magnitudines ſubſtantiales: ut patet in ſcala ſenſuali & ſenſuali, &c. ſibi cõjuncta ſcala de ſubſtantia & ſubſtantia: &c. Et hoc probatum eſt per regulas C. K. & per diffinitionẽ minoritatis. Magna gloria quomodo eſt? Et ſic de magna concordantia? Reſpondendum eſt per tertiam ſpeciem regulæ C. ipſis relationibus exiſtentibus una in alia magnificando, glorificando & cõcordando ab omni minoritate ſegregatis. Magna gloria cum quo eſt. Et ſic de magna cõcordantia? Reſpondendum eſt quod eſt cum magnificante, glorificante, & concordante, magnificato, glorificato & concordato, magnificare, glorificari & concordare: & etiam cum converſione identitatis eſſentiæ, ſubſtantiæ & naturæ, ipſis tribus relativis per ſecundam ſpeciem regulæ C. & quælibet per ſe diſtinctio ab alio per ſuũ numerũ. Adhuc eſt magna gloria & ſic de magna concordantia cũ ſcala ſenſuali & ſenſuali &c. & ſimiliter cum ſcala ſubſtantiali & ſubſtantiali, &c. Sed illa non eſt in tanto magna ſicut prima cauſa eſt, alia vero ſecunda.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CAMERA D.E.

CAP. XVII.

Decima sexta camera, quæ est D.E.

DVRATIO potens per primam speciem regulæ D de quo est? Respondendum est, quod est de seipsa, cum sit primitiua quoad suam essentiam & potestatem, quæ dat ei posse ut possit existere & agere. Et per secundam speciem regulæ D. quæritur, duratio potens de quibus est? Respondendum est: quod est de suis relatiuis & de relatiuis potestatis. Et per tertiam speciem eiusdem regulæ quæritur: duratio potens cuius est? Dicendum est, quod est substantialis, durationis & potestatis cum sit habitus, cum quo duratio & potestas substantiales possunt durare. Duratio cõtrarietatis de quo est, dicendũ q̃ est de primitiuis qualitatibus & veritatibus & vitijs quæ durant, eo quia possunt durare. Duratio principiorum de quo est? dicendum, quod est de primitiuis durationibus, & primitiuis principijs duratione communicante suam essentiam principio, & principio communicante suam essentiam durationi. Potestas quare durat? respondendum est, quod durat ex eo quod est de potente, durante, & durabili & possibili durare, & posse in subjecto composito, in quo sunt. Contrarietas potestatis quare durat? dicendum est ex eo quod est de contrarijs relatiuis habituata, & de duratione & potestate in subjecto composito, in quo sunt. Principia potestatis quare durant? Dicendum est, quod durant ratione relatiuorum substantialium habituatorum de genere durationis & potestatis.

DE CAMERA D.F.

CAP. XIIX.

Decimaseptima camera, quæ est D.F.

DVRATIO scibilis de quo est? Et respondendũ est, quod est de duratiuo intellectiuo, durabili & intelligibili, durare & intelligere. Duratio contrarietatis de quo est? & dicendum est, quod est de durare, coniungere & mensurare, ratione continuæ durationis. Duratio quanta est? respondendum est, quod est tanta, quanta est sua essentiá, & sunt sua concreta. Duratio contrarietatis quanta est? Respondendum est, quod est tanta, quantæ sunt contrarietates siue moralitates in subjecto in quo sunt. Duratio medij quanta est? dicendum est, quod est tanta quanta sunt durare & mediare existentia inter durationem mediantem durabile & mediabile.

DE CAMERA D.G.

CAP. XIX.

Decimaoctaua camera, quæ est D.G.

DVRATIO amabilis de quo est? Respondẽdum est, quod est de speciebus peregrinis in durabili & amabili deductis exipsis. Duratio contrarietatis de quo est? Et est respondendum

(c) 2009 Ministerio de Cultura

dendum ſicut prius, Duratio finis de quo eſt: & reſpondendum eſt, quod eſt de quietante ſiue quietare, & durare vltra quæ non extenditur appetitus. Duratio voluntatis qualis eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt talis qualis eſt per correlatiua ſubſtantialia: quæ quidem ſunt de genere durationis voluntatis, ex quibus oriuntur propriæ paſſiones: appropriatæ vero paſſiones ſunt ilæ, de quibus ſubjectum eſt habituatum & aſſituatum Contrariæ durationes quales ſunt? & eſt dicẽdum quod ſunt tales, quales durant in ſubjecto contrariãdo. Durabiles fines quales ſunt? & eſt reſpondendum, quod ſunt tales qualis appetitus per ipſas eſt habituatus, in tantum quod extra ipſas non appetit habere quietem.

DE CAMERA D. H.

CAP. XX.

Decimanona camera, quæ eſt D. H.

DVRATIO virtuoſa de quo eſt? Et reſpõdendum eſt, quod eſt de ſeipſa & de virtute ſubſtantialiter aut accidentaliter. Duratio contrarietatis de quo eſt? Et eſt dicendum ſicut prius. Duratio maioritatis de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de maiori durante, durabili & durare: & maiorificante, maiorificabili, & maiorificare. Duratio virtuoſa quando eſt? & dicendum eſt, quod eſt tunc quando eſt in ſpeciebus D & H. realiter. Duratio contrarietatis quando eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt tunc quando ſunt generatio & corruptio ſiue contrarię qualitates, ſiue contrarij mores in ſubjecto in quo ſunt. Duratio maioritatis quando eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt tunc quãdo potentiæ ſiue ſubſtantiæ habent actus.

DE CAMERA D. I.

CAP. XXI.

Vigeſima camera, quæ eſt D. I.

DVRATIO eſt vera. Quæritur, duratio vera de quo eſt? Et eſt reſpondendum per primam ſpeciem D. quod eſt de ſeipſa, eo quod duratio eſt principium primitiuum, & veritas ſimiliter quo ad ſuum genus per ſecundam ſpeciem D. eſt de ſuis correlatiuis. Duratio contrarietatis de quo eſt? & eſt dicendum quod eſt ſicut prius. Duratio æqualitatis de quo eſt? & eſt dicendum, quod eſt de durante coæquante, & durabili coæquabili, & durare coæquare. Duratio veritatis vbi eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt in omnibus ſpeciebus I. Duratio contrarietatis vbi eſt? Et eſt dicendum quod eſt in ſubjecto in quo ſunt cõtrariæ qualitates, habentes contrarios actus. Et eſt in diſputatione in qua ſunt diſputantes. Duratio æqualitatis vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt in correlatiuis per ſecundam ſpeciem C. & D. ſignificatis. Et eſt in modalitate & inſtrumentalitate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CAMERA D. K.

CAPUT XXII.

Vicesima prima camera de D. K.

DVRATIO est gloriabilis. Duratio gloriæ de quo est? Et respondendum est, quod est de durante, durabili & durare, & gloriante, gloriabili & gloriari. Duratio contrarietatis de quo est? Dicendum sicut prius dictum est. Duratio minoritatis de quo est? Et est respondendum, quod de durante, minorificante, durabili, minorificabili, & durare & minorificare. Duratio gloriæ quomodo est? Et dicendum est quod est per modum, per quem duratio & gloria agunt in durabili & glorificabili & ipsa intrante actiuis & durabile & gloriabile habent modum passiuum sub duratione & gloria, & durare & gloriari habent modum neutralem processum ab actiuis & passiuis. Duratio contrarietatis quomodo est? Et respondendum est, quod est per modum quem habent qualitates, vna existente in alia. Duratio minoritatis quomodo est? Et respondendum est, quod est per modum durationis, diuisionis & corruptionis. Duratio gloriæ cum quo est? Dicendum est, quod est cum relatiuis durationis & gloriæ. Duratio contrarietatis cum quo est? & dicendum est, quod est cum partibus contrariantibus suas similitudines influentibus. Duratio minoritatis cum quo est? & est dicendum, quod cum relatiuis diuisiue in subjecto de corruptione habituato.

DE CAMERA E. F.

CAPVT. XXIII.

Vicesima secunda camera de E. F.

POTESTAS est scibilis. Quare potestas est scibilis? Respondendum est ex eo, quia intellectus habet sua correlatiua, & potestas similiter: & ita vno principio communicante alteri suam essentiam & naturam, inde sequitur quod potestas est scibilis. Quæritur, quare potestas est principium? & dicendum est ad hoc, ut ad alia principia possint existere & agere. Quæritur; quare est mediabilis? & respondendum est, ut suum posse sit in medio ponentis & positi, cum quo posse sint coniuncti. Sapientia est potens: quantum est potens? Ad quod dicendum est, quod est tantum potens quantum potestas se communicat & se diffundit in ipsa. Principium quantum est? & respondendum est, quod est tantum, quantum medium intrat. Quæritur: medium quantum est? Dicendum est, quod est tantum, quantæ sunt suæ species in subjecto in quo sunt.

DE CAMERA E. G.

CAP. XXIV.

Vicesima tertia camera de E. G.

POTESTAS est amabilis. Quare est amabilis? Dicendum est ex eo quod causat, quod voluntas sit potens in existendo & agendo

(c) 2009 Ministerio de Cultura

& agendo. Poteſtas quare eſt principium? & reſpondendum eſt ſicut prius poteſtas quare quieſcit? & reſpondendum eſt ex eo, quia quo ad ſuum genus poteſt exiſtere & agere. Poteſtas qualis eſt? Dicendum eſt quod vna eſt propria, ſicut ſua poſſibilitas, alia eſt appropriata, ſicut ſua amabilitas. Principium quale eſt? Reſpondendum eſt quod eſt vnum principium quale, ſubſtantialiter, aliud vero accidentaliter; & ſubſtantiale habituatum eſt de accidentali. Finis qualis eſt? Reſpondendum eſt, quod vnus finis eſt perfectiuus, alius terminatiuus, & alius priuatiuus, ut patet in ſcala ſecundæ figuræ.

DE CAMERA E. H.

CAPVT. XXV.

Vigeſima quarta camera de E. H.

POTESTAS eſt virtuoſa Quare eſt virtuoſa? Dicendum eſt ex eo quod in virtute eſt aſſituata & ex virtute habituata. Poteſtas eſt maior. Quare eſt maior? Dicendum eſt ex eo quia habet maiora relata & in maiori fide quieſcit. Poteſtas quare eſt in tempore? Dicendum eſt, quia in tempore & cum tempore fuit creata & in tempore eſt ſuus actus. Poteſtas quando eſt? Dicendum eſt, quod eſt tunc, quando eſt cauſa ut alia principia poſſint exiſtere & agere. Principium quando eſt? Dicendum eſt, quod eſt tunc, & quando ſua primitiuitas eſt, & quando habet ſua correlatiua, &c. Maioritas quando eſt? Dicẽdum eſt, quod eſt tunc, quando potentiæ habent maiores actus ſiue effectus.

DE CAMERA E. I.

CAP. XXVI.

Vigeſima quinta camera, quæ eſt E. I.

POTESTAS eſt vera. Quare eſt vera? dicendum eſt quia de veritate & ſuis ſpeciebus eſt habituata. Poteſtas quando & quare eſt principium? dicendum eſt ſicut prius. Poteſtas quare habet æqualitatem? Reſpondendum eſt, quod habet æqualitatem, cum in ſuis correlatiuis ſit ſituata. Poteſtas vbi eſt? dicendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis & in veritate ex qua eſt habituata. Principium vbi eſt? reſpondendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis: & eſt in poteſtate, cum per ipſam poſſit exiſtere & agere. Et eſt in veritate, eo quia in veritate eſt habituata. Et eſt in æqualitate, cum ſua correlatiua ſint æqualia. Aequalitas vbi eſt? dicendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis intrinſecis poteſtatis, principij & veritatis.

DE CAMERA E. K.

CAPUT. XXVII.

Vigeſimaſexta camera, quæ eſt E. K

POTESYAS eſt glorioſa. Quæritur, quare eſt glorioſa? Reſpondendum eſt, ex eo quia habet ſua correlatiua ſubſtãtialia, in quib⁹ gloria eſt impreſſa & habituata. Poteſtas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quare eſt principiũ? Reſpondẽdũ eſt ſicut prius. Poteſtas quare eſt minor? & dicendum eſt ex eo quia in minoritate ſunt ſua correlatiua aſſituata. & ex ipſa habituata ratione cuius cauſat diuiſiones, & minus qp eſt de genere minoritatis, ſicut maius quod eſt de genere maioritatis. Poteſtas quomodo eſt? reſpondendum eſt, quod eſt per modum modalitatis, quando de modalitate eſt habituata. Principium quomodo eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem habet in ſuis correlatiuis ex quibus eſt, ipſo habente modum cum ſit habituatum de poteſtate cum qua poteſt principiare. Et ſic de gloria cum qua habet modum gloriandi, quando in ſuo intrinſeco principiabili, principiat entia peregrina, quæ non ſunt de ſuo genere. Minoritas quomodo eſt? Reſpondendum eſt, quod ſuus modus eſt participare cum diuiſione, inanitione, corruptione & annullatione. Poteſtas cum quo eſt glorioſa? Dicendum eſt, quod eſt glorioſa cum gloria, ſicut gloria eſt potens cum poteſtate. Principium cum quo eſt? Dicendum eſt, quod eſt cum ſuis correlatiuis & cum poteſtate ſine qua eſſe non poteſt. Minoritas cum quo eſt? Dicendum eſt, quod eſt cum diuiſione & corruptione & inanitione.

DE CAMERA F.G.

CAPVT. XXIIX.

Vigeſima-ſeptima camera, quæ eſt F.G.

SAPIENTIA eſt amabilis. Quæritur quantum eſt amabilis? Reſpondendum eſt, quod tantum eſt amabilis, quantum voluntas eſt ſcibilis, eo quod æqualia correlatiua habent. Medium eſt amabile. quæritur; quantum eſt amabile? Dicendum eſt, quod tãtum eſt amabile quantum in voluntate eſt amare per coniungere & menſurare. Finis quantum eſt ſcibilis? Reſpondendum eſt, quod tantum eſt ſcibilis, quantum ſcientia in fine eſt quieſcibilis. Quæritur, qualis ſcibilitas eſt propria paſſio intellectus? Dicendum eſt, quod illa per quam intellectus habet intrinſecam paſſionem, in qua ſunt genitæ intelligibilitates ſiue ſpecies peregrinæ, ipſis poſitis in genere intelligibilitatis per ſecundam ſpeciem G. Quale eſt medium proprium? Reſpondendum eſt, quod eſt mediabile in quo ſunt mediabilitates peregrinæ ſiue appropriatæ. Quæritur qualis eſt proprius finis intellectus? Dicendum eſt, quod eſt res intellecta in propria intelligibilitate quietata.

DE CAMERA F.H.

CAPVT. XXIX.

INTELLECTVS eſt virtuoſus. Quæritur quantum eſt virtuoſus? Dicendum eſt, quod eſt tantum quantum eſt de virtute habituatus. Medium intellectus quantum eſt virtuoſum?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tuoſum? Dicendum eſt, quod eſt tantum quantũ ſua ſcala medij eſt habituata. Maioritas intellectus quanta eſt? & reſpondẽdum eſt, quod eſt tanta quantum intellectus tranſit in attingẽdo obiecta cum maiori intelligere. Intellectus quando eſt virtuoſus? Reſpondendum, quod tunc eſt quando de virtute naturali & morali eſt habituatus. Virtus quando eſt mediata? Reſpondendum eſt, quod tunc eſt, quando virtus intrat medium, ratione cuius introitus virtus conſiſtit in medio. Maioritas quando eſt intellecta? Dicendum eſt, quod eſt tunc quando intellectus attingit eſſentiam & actum virtutis.

Vigeſima octaua camera, quæ eſt F. H.

DE CAMERA F.I.

CAP. XXX.

INTELLECTVS eſt verus. Quæritur, quantum eſt verus? Dicendum eſt, quod quantum exiſtit inter intellectiuum & intelligere. Æqualitas intellectus quanta eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt tanta quanta ſua correlatiua ex quibus eſt. Veritas intellectus vbi eſt? Dicendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis, eo quod de veritate habituata & ſituata ſunt. Æqualitas intellectus vbi eſt? Dicendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis, extra quæ æqualitas ſua eſſe non poteſt.

Vigeſima nona camera, quæ eſt F. I.

DE CAMERA F.K.

CAP. XXXI.

INTELLECTVS eſt glorioſus. Quæritur quantum eſt glorioſus? Dicendum eſt, quod eſt tantum quãtum ſua correlatiua de gloria ſunt habituata & in gloria quietata. Medium intellectus quantum eſt glorioſum? Dicendum eſt, quod tantum quantum menſurat gloria in intelligendo. Minoritas intellectus quanta eſt? Dicendum eſt, quod eſt tanta quantum intellectus de ipſa habituatus eſt. Intellectus quomodo intelligit? Dicendum eſt, quod eſt per modũ ſenſitiue & imaginatiue, cum quibus eſt coniunctus: quem modum habet imponendo ſpecies peregrinas in ſuo proprio intelligibili. Intellectus quomodo menſurat ſuum intelligere? & reſpondendum eſt, quod menſurat ipſum habendo modum agendi & patiendi in attingendo obiecta. Intellectus quomodo habet minus intelligere? & reſpondendum eſt, quod eſt per modum credendi, eò quod credere non eſt de ſuo genere. Item habet minus intelligere quando de minori modalitate eſt habituatus. Intellectus cum quo intelligit? Dicendum eſt, quod cum intelligere & cum ſpeciebus ſenſitiue & imaginatiue, ipſis ſpeciebus impreſſis in ſuo

Trigeſima camera, quæ eſt F.K.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

proprio intelligibili. Intellectus cum quo coniungit ſpecies ſenſitiue & imaginatiue? Dicendum eſt, quod eſt cum ſuo intelligere. Intellectus cum quo habet minus intelligere? Dicendum eſt, quod eſt cum propinquitate & vicinitate ignorantiæ, & cum ocioſitate intellectus, voluntatis & memoriæ.

DE CAMERA G. H.

CAPUT. XLI.

Trigeſima-prima camera, quæ eſt G. H.

VOLVNTAS eſt virtuoſa. Quæritur qualis voluntas eſt virtuoſa? Dicendum eſt, quod eſt illa quæ à peccatis eſt ſeparata & ex virtutibus eſt habituata. Voluntas in quali fine quieſcit? Dicendum eſt, quod in ſummo fine per ſecundam ſpeciem G. Et in ſuo proprio fine per primam ſpeciem, tamen cum appropriato fine qui eſt ſibi inſtrumentum. Qualis voluntas eſt maior? Reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ habet maius amare, & maiorem amantem, & maius amabile, & etiam quę habet maiorem habitum virtutis bonitatis, &c. Voluntas quando habet maiorem virtutem? dicendum eſt, quod eſt tunc quando diligit maiorem virtutem. Voluntas quando habet maiorem quietem? dicendum eſt, quod eſt tunc quando diligit maiorem amatum cum maiori amare. Voluntas quando eſt maior? dicendum eſt, quod eſt, quando habet maius amare in fine & in virtute.

DE CAMERA G. I.

CAPUT. XLII.

Trigeſima-ſecunda camera, quæ eſt G. I.

QVAERITVR qualis voluntas eſt vera? Et reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ habet ſua correlatiua vera & veram bonitatem, magnitudinem, &c. Voluntas in quali fine quieſcit? dicendum eſt, quod in fine perfecto & vero. Aequalitas voluntatis qualis eſt? dicendum eſt, quod eſt talis qualia ſunt ſua correlatiua aſſituata & habituata. Veritas vbi eſt amabilis? dicendum eſt, quod eſt in amabilitate, quæ eſt propria paſſio voluntatis. Voluntas vbi eſt æqualis? dicendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis & in correlatiuis æqualitatis. Voluntas vbi quieſcit? dicendum eſt, quod eſt in ſuo fine, & in fine voluntatis.

DE CAMERA G. K.

CAP. XLIII.

Trigeſima-tertia camera, quæ eſt G. K.

VOLVNTAS eſt glorioſa. Quæritur qualis voluntas eſt glorioſa? dicendum eſt, quod eſt illa quæ habet correlatiua ex gloria habituata. Finis voluntatis qualis eſt? dicendum eſt, quod ſuus finis eſt bonus. Minoritas voluntatis qualis eſt? Dicendum eſt, quod eſt talis quale eſt minus velle habituatum de minori veritate & gloria. Voluntas quomodo eſt verâ?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vera? & reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem habet in diligendo veritatem. Voluntas quomodo quieſcit in fine? dicendum eſt, quod eſt per modum quem habet in diligendo verum & glorioſum finem. Voluntas quomodo ſe prolongat à minoritate? dicendum eſt, quod per modum objectandi amatum, maiorem verum & glorioſum. Voluntas cum quo eſt glorioſa? & reſpondendum eſt, quod eſt cum ſuis correlatiuis ex gloria habituatis. Voluntas cum quo quieſcit? Et eſt reſpõdendum quod cum volente & volibili intrinſeco: & cum velle ponit volibilitates peregrinas in ſuo proprio volibili. Voluntas cum quo eſt in minoritate? dicendum eſt, quod cum minori velle & cum minori bonitate, &c.

DE CAMERA H. I.

CAP. XLIV.

Trigeſima quarta camera, quæ eſt H. I.

VIRTVS eſt vera. Quæritur, quando eſt vera? & dicendum eſt, quod eſt tunc quando cauſat veras virtutes. Virtus quando eſt maior? & eſt dicendum, quod tunc eſt, quando cauſat maiores virtutes. Virtus quando eſt æqualis? dicendum eſt, quando cauſat virtuoſum intelligere, recolere & amare. Virtus vbi eſt vera? Reſpondendum eſt, quod in veritate extra quam non poteſt eſſe vera. Virtus vbi eſt maior? dicendum eſt, quod eſt tam in ſubſtantia quàm in accidente. Virtus vbi eſt æqualis? dicendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis ſubſtantialibus, quæ de æqualitate ſunt habituata.

DE CAMERA H. K.

CAP. XLV.

Trigeſimaquinta camera, quæ eſt H. K.

VIRTVS eſt glorioſa. Quæritur quando eſt glorioſa? dicendum eſt, quod eſt tunc, quando in ſuis correlatiuis gloria eſt impreſſa. Gloria quando eſt maior: dicendum eſt, quod eſt tunc, quando habet maius gloriari. Virtus quando eſt æqualis? dicendum eſt, quod eſt tunc, quando cauſat æqualiter intelligere, recolere & amare. Gloria quomodo eſt virtuoſa? Reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem habet induendo ſua correlatiua de virtute. Gloria quomodo eſt maior? dicendum eſt, quod eſt per modum quem habet in cauſando maiorem actum. Gloria quomodo eſt minor? dicendum eſt, quod eſt per modum quem habet in cauſando minorem actum. Virtus cum quo eſt glorioſa? & eſt reſpondendum, quod eſt cum gloria ex qua eſt habituata. Maioritas cum quo eſt glorioſa? Reſpondendum eſt, quod cum maiori actu gloriæ. Minoritas cum quo eſt glorioſa? dicendum eſt, quod eſt cum minori actu ſibi appropriato, ex gloria habituato.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CAMERA I.L.

CAP. XXXVII.

Trigesima sexta camera quae est I. K.

VERITAS est glorioſa. Quæritur vbi eſt glorioſa? Et eſt reſpondendum, quod eſt in ſuis correlatiuis in gloria collocatis ſiue aſſituatis. Veritas vbi eſt æqualis; Reſpondendum eſt, quod in ſuis correlatiuis ſubſtantialibus extra quæ minimè poteſt habere æqualitatem. Veritas vbi eſt minor? Reſpondendum eſt, quod eſt in minori habitu & actu. Veritas quomodo eſt glorioſa? & eſt reſpondendum, quod per modum quem habet in cauſando verum & glorioſum actum. Veritas quomodo eſt æqualis? Reſpondendum eſt, quod eſt per modũ quem habet in ſuis correlatiuis ſubſtantialiter æqualibus. Voluntas quomodo eſt minor? Reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem habet in cauſando minorem actum. Veritas cum quo eſt glorioſa? Dicendum eſt, quod eſt cũ quiete quam habet in gloria & in ſuis correlatiuis. Veritas cũ quo eſt æqualis? & reſpondendum quod cum æqualitate ſuorum correlatiuorum & ſuorum habituum. Veritas cum quo eſt minor? Dicendum eſt, quod eſt cum accidente, ſicut eſt maior cum ſubſtantia.

Concluſio.

Diximus de euacuatione tertiæ figuræ, & ſicut euacuauimus ipſam cum propoſitionibus & quæſtionibus in ipſa nominatis: ſic poteſt artiſta huius artis euacuare cameras per omnes propoſitiones & quæſtiones implicatas in cameris: de quibus non ſum locutus ratione prolixitatis, quam euitare volumus. Nam quælibet camera habet duodecim propoſitiones & viginti quatuor quæſtiones. Vlterius diximus, quod quælibet camera eſt generalis ad quæſtiones particulares, videlicet ad quæſtionem factam de Deo, de angelo, &c. Vlterius dicimus, quod qui bene ſciret doctrinam quam dedimus in iſta tertia figura, per totam quidem artem generaliter ſciret practicare.

FINIS SEXTAE PARTIS principalis huius operis.

SEPTIMA PARS PRINCIPALIS
DE MVLTIPLICATIONE
quartæ figuræ.

Septimæ partis principalis Rubrica.

FIGVRAM quidem iſtam quinque modis tractabimus. Primo multiplicando plures rationes ad eandem concluſionem: Secundo ad inueniendum plura media, cum quibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bus fiunt concluſiones ſyllogizando. Tertio modo tractabimus de propoſitionibus maioribus & minoribus. Quartus modus eſt de cognitione fallaciarum. Quintus modus eſt, quomodo per iſtam ſcientiam facilius addiſcuntur aliæ ſcientiæ, & veriori modo. Et prius de primo modo dicendum eſt.

DE MVLTIPLICATIONE PLVrium rationum. CAP. I.

IN tabula datur exemplum de columna B. C. D. per quem modum dantur viginti rationes ad eandem concluſionem: quando quæritur, vtrum mundus ſit æternus? Similiter in iſta quarta figura in camera facta de B.C.D. & in camera B.C.E. vſque ad cameram B C.K Vlterius cameris factis ſcilicet B.C. E. & B.C.F. vſque ad cameram B.I.K. Poſſunt igitur fieri viginti rationes in qualibet camera. Et ſic tot vicibus volvendo circulos vſque quo ſint octuaginta quatuor columnæ in tabula. Sed de iſta materia in tabula quartæ figuræ dictum eſt. Vlterius fit multiplicatio de camera in cameram, ſicut de camera C.D.E. & camera C.D.F. & camera D.E.F. & camera D.E.G. ſic ſe habent ſicut camera C.D.E. & ſic de aliis ſuo modo vſque ad cameram H. I K. Et ſic de multiplicationibus per reuolutiones circulorum. Et iſta multiplicatio eſt; quia vnum principium eſt habituatum & multiplicatum cum alio principio & cum propriis paſſionibus & appropriatis. Vlterius eſt quarta multiplicatio. Quarta enim figura continet in ſe tertiam figuram, ſicut camera B. C. D. continet in tertia figura cameram B.C. & cameram C.D. ſimiliter camera C.D E. continet in tertia figura cameram C. D. & cameram D. E. & ſic de aliis ſuo modo: in iſtis quatuor modis conſiſtit multiplicatio.

De multiplicatione plurium rationum.

DE INVENTIONE MEDIORVM. CAPVT. II.

IN camera B.C.D. Et ſic de aliis ſuo modo conſiſtit in circulo mediocri: eo quod exiſtit inter B. & D. Et quod C. coniungitur cum B. & cum D. per aliquas poſitiones: ſcilicet habituationes & ſituationes exiſtentes inter ſubiectum & prædicatum. Et cum artiſta vult medium, ſemper inueſtiget in medio circuli. Nam ſicut animali competit ſtare menſuratiue & coniunctiue inter ſubſtantiam & hominem quando concluditur quod homo eſt ſubſtantia: ſic litera quæ eſt in medio circuli, debet ſtare inter literam exiſtentem in ſuperiori circulo & literam

De inuentione mediorum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

literam quæ eſt in inferiori circulo, ſicut quando arguitur ſic: Omne C. eſt B. & omne C. eſt C. ergo omne D eſt B. Et ſicut neceſſarium eſt per aliquas coniecturas & paſſiones, quod animal ſit ſubſtantia & homo ſit animal: ſic artiſta huius artis debet coniecturare per ea quæ B. & C. ſignificant, videl. ſua principia ſubalternata ſicut B. quæ ſonat ſiue ſignificat Bonitatem, Differentiam & vtrum. E. C. ſignificat Magnitudinem, Concordantiam & quid. Et D. ſignificat Durationem, Contrarietatem, & de quo. Et in iſto ſonare ſiue ſignificare conſiſtunt diffinitiones principiorum & ſpecies regularum, cum quibus artiſta debet coniecturare medium cum litera ſuperiori & cum litera inferiori ſuo modo. Et in iſto paſſu intellectus facit ſcientiam de vniuerſali affirmatiua, & vniuerſali negatiua, & particulari affirmatiua, & particulari negatiua: & de inſtantiis & demonſtratione & manuductione: & etiam de poſſibili & impoſſibili. De iſtis quinque modis habituat ſe intellectus; & hoc iſto modo: quando dicitur: omne C. eſt D. & omne B. eſt C. concedatur diſtinguendo. Sicut magnitudo quæ eſt bona per bonitatem, & bonitas magna per magnitudinem, & bonitas quæ habet magna correlatiua per ſecundam ſpeciem C. ſignificata, & magnitudo quæ habet bona correlatiua per bonitatem per ſecundam ſpeciem C. ſignificata: & ſic de magnitudine & durationeſuo modo. Vlterius quando dicitur omne C. eſt B. & omne D. eſt C. oriuntur vniuerſalis affirmatiua & vniuerſalis negatiua: & hoc ratione differentiæ in B. ſubalternata, & in D contrarietas eſt ſubalterna: & ſicut quando dicitur: nullus lapis eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis. Ratio enim huius eſt, lapis enim non habet ſenſum, &c. Omne animal eſt ſubſtantia, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo eſt ſubſtantia. Et ſic: omne C. eſt B. quoddam D. eſt C. ergo quoddam D eſt B. Ratio huius eſt, quia contrarietas quæ eſt ſubalterna in D. non poteſt eſſe concordantia quæ eſt ſubalternata in C. neque magna malicia poſſet eſſe magna bonitas: quia ſi ſic, eſſet quidem ponere oppoſitum in objecto: quod eſt impoſſibile & contra correlatiua ſecundæ ſpeciei regulæ C. Et cum dicitur: nullum animal eſt lapis, quidam homo eſt animal, ergo quidam homo non eſt lapis. Sicut quando dicitur: nullum C. eſt B. quoddam D. eſt C. ergo quoddam D. non eſt B. & ratio huius eſt ſuo modo, ſecundum hoc quod dictum eſt in tertio ſyllogiſmo, in quo concluditur particularis affirmatiua. Per hoc quod dictum eſt in quatuor modis ſyllogizandi cognoſcit intellectus inſtantias, neceſſarias negando quod omne C. non eſt D. nec omne D eſt C. Et etiam cognoſcit poſſibilitates & impoſſibilitates. Sicut bonitas creata, quæ non poteſt eſſe magnitudo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tudo creata ratione differentiæ , quæ ponit quod quodlibet principium ſit per ſe : ſed ponit poſſibile quod bonitas de magnitudine ſit habituata. Vlterius cognoſcit demonſtrationes per primam ſpeciem regulæ. G. & manuductionem per ſecundam ſpeciem regulæ G.& hoc figuratum eſt in omnibus cameris tertiæ figuræ, in quibus eſt G. Vlterius inuenitur medium contrahendo , videlicet quando principium quod eſt omnino generale,contrahitur ad principium, quod non eſt omnino generale,neque omnino ſpeciale, ſicut differentia quæ eſt principium generaliſſimum,ſiue omnino generale , contrahitur ad differentias quæ eſt inter ſenſuale & ſenſuale, quæ non ſunt generaliſſimæ neque ſpecialiſſimæ. Et quando contrahuntur ad ſpecialiſſimas ſiue omnino ſpeciales, ſicut ad iſtud animal, vel ad iſtam plantam, aut ad iſtum lapidem indiuiduo ex ipſis differentiis conſtituto,ſubſtantialiter & etiam accidentaliter per propriam quantitatem,qualitatem, &c. etiam ipſo indiuiduo in propria ſpecie poſito, tunc ipſæ differentiæ ſunt medium inter principium generaliſſimum & ſpecialiſſimum. Et ſicut dictum eſt de differentia:ita poteſt dici de bonitate &c. Bonitas enim eſt principium omnino generale ſiue generaliſſimum, & quando contrahitur ad magnitudinem, &c.tunc non eſt principium generaliſſimum,neque ſpecialiſſimum.Sed quando contrahitur bonitas magna ad iſtud concretum de ipſa bonitate magna conſtitutum quo ad ſuam formam & ſuam materiam, & etiam quo ad ſuam quantitatem & qualitatem, &c. quod ſit in propria ſpecie poſitum , ut ſub ipſa ſit indiuiduatum : tunc bonitas magna quæ non eſt generaliſſima neque ſpecialiſſima, eſt medium exiſtens inter abſtractum & concretum ſapiens naturam extremorum.Per quam naturam poteſt artiſta inuenire medium, exiſtentes naturaliter inter propoſitionem maiorem & minorem: & per tale medium fiunt demonſtrationes ex primis & veris neceſſariis principiis, cum quibus nulla inſtantia inuenitur. Vlterius inuenitur medium per propriam literam & per proprium circulum,videlicet per F.quæ ſignificat medium & per circulum mediocrem ſicut ponere F. ſub B. & ſuper C. quæ eſt inferius,conſiderando quod per B. habet bonitatem & differentiam,& per C. magnitudinem & concordantiam.Et ſic conſiſtunt inter B.& C.ratione cuius C.tranſit ad B.per mediū, ſicut quando dicitur:omne F.eſt B.& omne C.eſt F.ergo omne C.eſt B. ſed hoc quo ad gen⁹ medij tātū. Et ſicut dixim⁹ in camera B.F.C.ita poteſt dici in camera C.F.D.& in camera D.F.E. &c.Per hoc dictū eſt de medio, poteſt artiſta habere materiam valde generalē ad inueniēdū plura media. Et hoc clarū eſt cum diffinitionibus principiorum , & cum ſpeciebus regularum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE MODO PROBANDI.

CAPVT. III.

Modus probandi.

PROBATIO eſt genus: & ſuæ ſpecies ſunt per demonſtrationem propter quid, & per demonſtrationem æquiparantiæ: & per quod diuiſæ: & per iſtum ſyllogiſmum proponimus dare exemplum. Omne animal eſt ſubſtantia: omnis homo eſt animal: ergo omnis homo eſt ſubſtantia. Et primo probabimus maiorem: deinde minorem. Et primo per demonſtrationem propter quid animal eſt conſtitutum ex ſenſuali & ſenſuali, eo quod eſt elementatum, vegetatum & ſenſatum & imaginatum. Et ſic ſequitur quod ſit ſubſtantia, eo quod de partibus ſubſtantialibus eſt compoſitum. Et quod ſubſtantia eſt ſuperius, & animal inferius: animal quidem habet cauſas ſuperiores: videlicet formam & materiam, ex quibus eſt conſtitutum: & ſuæ partes ſunt inferiores, eo quod ſunt cauſatæ à forma & à materia quæ ſunt principia generalia. Et ſic verè concluditur propter quid, quod animal eſt ſubſtantia. Per demonſtrationem æquiparantiæ probatur ſic: Generalis forma & generalis materia æqualiter ſunt cauſæ primitiuæ. Et hoc patet per primam ſpeciem regulæ D & quod animal eſt cauſatum ex ſua propia forma & materia diſcurſis per elementatiuam; vegetatiuam, &c. ſunt æqualia principia ipſius animalis ratione cuius ſequitur, quod animal ſit ſubſtantia cõſtituta ex ſua propria forma & materia, quæ æqualiter deſcendunt ab æqualibus principijs generaliſſimis, ſcilicet à prima forma à prima materia: & hoc patet per ſecũdam ſpeciem regulæ D. & per primam E. & per regulam B. Per demonſtrationem, quod probatur ſic: animal eſt: & quia eſt, ſuæ quidem cauſæ ſunt, videlicet forma & materia ex quibus eſt, ſine quibus eſſe non poteſt. Et quod forma & materia conſtituunt ſubſtantiam, vere ſequitur quod animal eſt ſubſtantia. Modo intendimus probare minorem per eaſdem tres ſpecies. Et primo propter quid, quando embrio eſt conſtitutus in matrice, ex elementatiua, vegetatiua, &c. & in ipſo lineato, & membris humanis formato & quando anima rationalis quæ eſt ſubſtantia in ipſum embrionem eſt introducta; tunc de ſeipſa & partibus ſuis inferioribus cõſtituit hominem: & ſic animal quod eſt embrio, tranſmutatur in hominem per ſpeciem humanam, in qua eſt poſitus cum omnibus ſuis partibus coeſſentialibus. Et ſic ſequitur, quod anima eſt cauſa, quare homo eſt ſubſtantia: & hoc per primam ſpeciem regulæ C. clarum eſt. Per æquiparantiam probo ſic? Anima rationalis habet partes coeſſentiales æquales, videlicet intellectum, voluntatem & memoriam: & per conſequens embrio qui æqualiter eſt con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt conſtitutus ex elementatiua, vegetatiua, &c. & quia ſua principia ſunt ſubſtantialia, æqualiter eſt totus homo per ſua principia ſubſtantialia coniuncta animæ rationali cum corpore hominis. Et hoc per regulas B.C.D.E. clarum eſt quod homo eſt animal. Per demonſtrationem, quod probatur ſic: Socrates eſt, quod animal eſt, ſine quo Socrates eſſe non poteſt. Probata eſt minor per tres ſpecies ſupradictas, per quarum duas ſpecies; videlicet propter quid: & per æquiparantiam fiunt concluſiones potiſſimæ: non autem per quia: cum in plus ſe habeat cauſa quàm effectus. Vlterius ſicut dedimus exemplum de homine; quod ſit ſubſtantia per animal, ſic poteſt dici de bruto, de plãta & de lapide. Et ſic intellectus facit ſcientiam probando maiorem: & minorem per artem iſtam, cum qua intellectus eſt diſpoſitus ad omnes concluſiones, vt patet per hoc quod dictũ eſt.

DE COGNITIONE FALLACIARVM.

CAPVT. IV.

DIVERSITAS medij eſt genus fallaciarum: & quod F. ſignificat medium F. quæ in medio circulo eſt inſtrumẽtum ad inueniendum & ad cognoſcendum fallacias, ponendo & voluendo ſub literis, quæ ſunt in ſuperiori circulo, ponendo ſuper literas quæ ſunt in inferiori, componendo cameras: ſicus ponere F. ſub B. ſuper C. reſpiciendo quomodo ſe habent B.C. in fallaciis cũ F. & econuerſo. Poſtmodũ B. ſub F. &c. multiplicando reuolutiones, tunc apparebit variatio medij in quo peccat. Et de hoc dabimus exemplum in fallaciis.

Fallaciæ cognoſcuntur.

DE FALLACIA AEQVIVOCATIONIS.

CAPVT. V.

ÆQVIVOCATIO, eſt vnius & eiuſdem nominis diuerſa ſignificatio, quæ prouenit ex eo quod vnum nomen plura diuerſa ſignificat. Et ſit vnus paralogiſmus ſic: Omnis canis eſt latrabilis: cœleſte ſydus eſt canis: ergo cœleſte ſydus eſt latrabile. Et aſſignamus iſtam cameram B. F C. Per B. intelligimus differentiam inter corpus animatum & corpus inanimatum. Per F. intelligimus, quod corpus animatũ & inanimatum non coniunguntur ratione eiuſdem ſpeciei. Per C. intelligimus, quod corpus animatum habet correlatiua, & ſic artiſta cognoſcit per quem modum peccat reducendo ad impoſſibile: ratione cuius cognitionis cognoſcit intellectus, quod logicus coram naturali ſtare non poteſt, & maximè per artem iſtam reducẽdo ad impoſſibile, ſicut ſydus, quod eſt ens,

Fallaciæ æquiuocationis quid eſt?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in quo est impossibile quod sit de genere & natura latrabilitatis. Vlterius per cameram D.F.E. & sic de aliis, cognoscitur in quo peccat paralogismus. Quoniam iste canis qui est de elementatiua, vegetatiua & sensitiua, per secundam speciem regulæ D. potest latrare: sed sydus si non habet talia principia correlatiua, non potest latrare: quia non est constitutum de ipsis principiis. Et hoc patet per secundam speciem regulæ D. & per primam C. & etiam per scalam medij.

DE AMPHIBOLOGIA.

CAP VI.

Amphibologia quid est.

AMPHIBOLOGIA, est deceptio proueniens ex eo quod vna oratio penitus eadem plura significat; & formatur sic paralogismus: Quicquid est Aristotelis, possidetur ab Aristotele: sed iste liber est Aristotelis: ergo possidetur ab Aristotele. Ad istam fallaciam assignamus istam cameram, D.F.H. Per D. cognoscimus quod sua tertia species significat, quod iste liber non est possessus ab Aristotele, cum non sit possessus nisi per hominem coniunctum cum elementatiua, vegetatiua, sensitiua, imaginatiua & ratiocinatiua: vt patet per secundam speciem regulæ D. Sed F. significat medium mensurationis, coniunctionis, & continuationis in subiecto in quo est. H. vero significat, quod liber qui in isto nunc est, non est possessus ab Aristotele, eo quod mortuus est. Et hoc idem potest cognosci per cameram B.F.G. &c. Quoniam B. ponit differentiã inter hominem mortuum & viuum. Et F. ponit coniunctionẽ inter sensuale & intellectuale in mortuo homine; non G quod ponit appropriationem, videlicet quod Aristoteles fecit talem librum sicut istum, sed propriè non possidetur ab Aristotele, eo quod mortuus est.

DE FALLACIA COMPOSITIONIS.

CAPVT. VII.

Fallacia cõpositionis quid est.

FALLACIA compositionis, est deceptio proueniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis, cuius dictiones diuersimode possunt componi adinuicem. Et formatur sic paralogismus: Quodcunque est possibile esse album, possibile est quod ipsum sit album; sed nigrum possibile est esse album: ergo possibile est quod nigrum sit album. Et assignamus istam cameram D.F.E. Per D. intelligimus contrarietatem. Per F. intelligimus, quod album & nigrum non constituunt coniungẽdo medium extremitatum in colore. Per E. intelligimus quod possibile est hoc quod est secundum sua principia, ex quibus est: vt patet per speciem primã regulæ E. Con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

E. Concluditur ergo quod impoſſibile eſt quod album ſit nigrum. Per cameram G.F.H.&c. cognoſcitur deceptio. Per G. ſignificatum eſt quod habituatus de albedine propriè, habituatus non poteſt eſſe de nigredine. Per F. cognoſcitur, quod albedo & nigredo non ſe coniungunt, nec ſe menſurant, neque etiam conſtituunt medium extremitatum continuum: quia ſi ſic, eſſet dare obiectum in oppoſito. Per H. cognoſcimus, quod habituatus de albedine in iſto nunc: ſicut iſte pannus albus, poſſibile eſt quod ſit habituatus in alio nunc futuro de nigredine.

DE FALLACIA DIVISIONIS.

CAP. IIX.

FALLACIA diuiſionis, eſt deceptio proueniens ex potentiali multiplicitate alicuius orationis, cuius orationes ad inuicem poſſunt diuidi. Et formatur ſic paralogiſmus Omne animal eſt rationale aut irrationale: ſed non omne animal eſt rationale: ergo omne animal eſt irrationale. Ad iſtam deceptionem iſtam cameram applicamus C.F.G. Per C. cognoſcimus, quod quando vna dictio eſt in vno ſubiecto cum concordantia correlatiuorum ſubiecti, per ſecundam & tertiam ſpeciem regulæ C. ſequitur vnum ſignificatum. Sed quando ponitur in contrario ſine relatiuis ſubiecti, variatur diuidendo ſignificatum: vt patet per ſcalam B.C. in ſecunda figura. Per F. cognoſcimus quod entia rationale ſcil. & irrationale, non ſunt coniuncta: neque menſurant ſe in eadem ſpecie per medium continuum. Per G. cognoſcimus quod enti rationali proprium eſt riſibilitas, non autem irrationali. Per cameram E F.I. &c. cognoſcitur deceptio. Per C.F. vt ſupra dictum eſt. Per I. cognoſcimus, quod veritas non ponit in vero, quod diuerſa ſint idem: neque æqualitas ponit, quod ſint æquales in ſpecie; neque in eodem loco ad inuicem.

Fallacia diuiſionis quid eſt.

DE FALLACIA ACCENTVS.

CAP. IX.

FALLACIA accentus, eſt deceptio proueniẽs ex eo, quod aliqua dictio diuerſimodè pronunciata diuerſa ſignificat. Et formatur ſic paralogiſmus: Omnis populus eſt arbor: ſed aliqua gens eſt populus: ergo aliqua gens eſt arbor. Ad iſtam deceptionem applicamus cameram B.F.C. Per B. intelligimus differentiam inter vnum accentum & alium accentum, & per F. coniunctionem & menſurationem, & per C concordant ad vnum ſignificatũ ſecundum vocem. Populus cũ prima ſyllaba longa

Fallacia accentus quid eſt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

significat arborem; & cum breui gentem. Per cameram B.F K. &c. cognoscitur deceptio. Nam contrarietas est inter syllabam longam & breuem. Per F. intelligitur quod non coniunguntur nec mensurantur, sic in voce quando intelligitur de arbore, sicut de gente. Per K. intelliguntur modi accentuandi, quod non producit simile significatum cum mixtione syllabarum.

DE FALLACIA FIGVRAE dictionis. CVP. X.

Fallacia figuræ dictionis quid est.

FALLACIA figuræ dictionis, est deceptio proueniens ex eo quod aliqua dictio similis est alteri dictioni. Et formatur sic paralogismus: Quicquid heri vidisti, hodie vides: sed heri vidisti album: ergo hodie vides album. Ad istum paralogismum applicamus cameram B F. G. Per B. intelligimus differentiam inter quod & quale. Per F. quod non se coniungũt, neque se mensurant ad idem obiectum in vno, postquam diuersa sunt. Per G. intelligimus quod propriè quid requirit suũ significatum, & quale similiter: sed in appropriatione in qua principium non quiescit, consistit deceptio. Per cameram D.F.H. cognoscitur deceptio. Per D cognoscuntur contrarij fines, eo quia quicquid mutatur in quale. Et per F. cognoscitur priuatio continuitatis inter nunc præteritum, & nunc præsens. Per H. cognoscitur, & per quartam speciem regulæ C. & per primam D. vnam significationem habet per quid, & aliam per quale: eo quia quid, dicit substantiam: quale verò accidens.

DE FALLACIA EXTRA dictionem. CAPVT. XI.

De fallacia extra dictionem.

FALLACIÆ extra dictionem in hoc differunt à fallaciis in dictione, primum motiuum est sine causa apparente ex parte vocis. In fallaciis autẽ extra dictionem ex parte rei.

DE FALLACIA ACCIDENTIS. CAPVT. XII.

De fallacia accidentis.

FALLACIA accidentis est deceptio proueniens ex eo, quod aliquid simpliciter inest vtriq; eorum, quę æqualiter per accidens vnum sunt. Et formatur sic paralogismus: Cognosco coriscum: sed coriscus est veniens: ergo cognosco venientem. Ad istam deceptionem cameram B.F.C. assignamus. Per B. intelligimus differentiam inter sensibile & sensibile. nam vnus est coriscus, & alius est veniens. Per F. cognoscitur quod veniens & coriscus non sunt in medio continuo extremitatũ.

Per C.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per C. intelligimus quod coriſcus poteſt eſſe in via ſedens, & alius homo ſit veniens. Amplius per cameram G.F.H. cognoſcitur deceptio. Per G.intelligimus quod coriſcus habet ſuum proprium numerum & alius homo veniens: ſimiliter quod nomen eſt ei appropriatum cum deceptione. Per F. cognoſcitur, quod coriſcus non eſt coniunctus cum aliquo homine veniente in vna & eadem menſura. Per H. cognoſcitur, quod coriſcus ſedens non eſt in illo tempore quando eſt veniens.

DE FALLACIA SECVNDVM *quid & ſimpliciter.* CAP. XIII.

FALLACIA ſecundum quid & ſimpliciter eſt deceptio proueniens ex eo quod dictum ſecundum quid ſumimus ac ſi eſſet dictum ſimpliciter. Et formatur ſic paralogiſmus: Omnis homo cui ineſt albedo eſt albus: Socrates eſt albus quo ad dentes: ergo Socrates eſt albus. Ad iſtam deceptionem applicamus cameram C.F.I. Per quartam ſpeciem regulæ C. intelligimus quod æthiops habet albedinem in dentibus & in oculis & in vnguibus: & in corpore nigredinem. Per F. intelligimus quod illa albedo non eſt continuata per totum corpus. Per I. intelligimus quod eſt albus in vno loco, & niger in alio. Amplius per cameram G. F. K. Per G. intelligimus quod propriè eſt albus in dentibus: & appropriatæ quando concluditur falsè quod eſt albus. Per F. cognoſcitur quod æthiops eſt ſubiectum, in quo ſunt plures quantitates diſcretæ. Sicut quantitas dentis: quantitas pedis, dente exiſtente habituato de albedine & pede de nigredine. Per K. intelligimus, quod æthiops eſt coloratus tantum albedine in dente, & nigredine in corpore.

De fallacia ſecundum quid & ſimpliciter.

DE FALLACIA SECVNDVM *ignorantiam elenchi.* CAP. XIV.

FALLACIA ſecundum ignorantiam elenchi, eſt deceptio proueniens ex eo quod non obſeruantur ea quæ ſunt neceſſaria ad diffinitionem elenchi, & præcipuè ex parte cõtradictionis. Eſt autem elenchus ſyllogiſmus contradictionis qui quandoque eſt vnus ſyllogiſmus: quandoque duo. Vnus quidem eſt, quando ſyllogiſmus concludit contradictionem alicuius propoſitionis prius datæ: ſicut ſi detur aliquod animal quod eſt incorruptibile & procedatur ſic: Omne compoſitum ex contrariis, eſt corruptibile: omne animal eſt huius: ergo animal eſt corruptibile. Hæc eſt contradictoria concluſio prioris propoſitionis datæ; duo enim ſyllogiſmi conſtituunt elen-

De fallacia ſecundum ignorantiam elenchi. Elenchus quid ſit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

chum. Quoniam ex duobus ſyllogiſmis contradictoriè concluditur: ſicut in prædicto ſyllogiſmo contraponatur alius talis ſyllogiſmus: Nullum beatum eſt corruptibile: aliquod animal eſt beatum: ergo aliquod animal non eſt corruptibile. De ratione igitur elenchi eſt ſyllogiſmus & contradictio. Quicquid ergo eſt contra diffinitionem ſyllogiſmi & contradictionis, etiã eſt contra elenchi diffinitionem. Et formatur ſic paralogiſmus: duo ſunt duplum ad vnum: duo non ſunt duplum ad tria: ergo duo ſunt duplum & non duplum. Non valet, quoniam omiſſio huius quod eſt eſſe idem, non eſt contradictio, & hoc per ſecundam ſpeciem regulæ C. denunciatum eſt. Ad iſtam deceptionem applicamus B.F.C. Per B. intelligimus quod duo differunt ab vno & econuerſo. Per F. intelligimus quod plus ſunt duo quàm vnum in quantitate diſcreta. Per C. intelligimus, quod duo concordant in pari numero, & tres in impari numero concordant. Amplius per cameram D F E. Per D. intelligimus quod numerus par, videlicet duo eſt conſtitutus ex duabus vnitatibus ſecundum ſecundam ſpeciem regulæ D. Vnum eſt principium numeri ſecundum primam ſpeciem regulæ D. Per F. cognoſcimus, quod duo & vnum non ſunt menſurati æqualiter in numero per primam ſpeciem regulæ E. quia duo ſunt duplum, & vnus non eſt duplum.

DE *FALLACIA PETITIONIS principii.* CAP. XV.

De fallacia petitionis principii.

FALLACIA principij, eſt deceptio proueniens ex eo quod idem ſumitur ad probationem ſui ipſius ſub aliquo vocabulo. Et formatur ſic paralogiſmus: Animal rationale currit: ergo homo currit. Ad iſtam deceptionem applicamus cameram E. F. H. Per E. intelligimus, quod principium non probatur in maiori propoſitione, ſed ſupponit tantum. Per F. intelligimus, quod maior propoſitio & minor non ſunt coniunctæ, eo quod maior propoſitio eſt poſitiua. Et minor quidẽ indiget probatione maioris. Per H. intelligimus, quod animal rationale non omni tempore currit. Item per cameram G.F.I. cognoſcitur deceptio. Nam per G. cognoſcimus quod vero ſyllogiſmo competit, quod propoſitio maior ſit probata. Per F. intelligimus, quod maior propoſitio & minor cum probatione ſint coniunctæ & menſuratæ. Per I. cognoſcimus, quod non ſunt æqualiter in concluſione.

DE FAL.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE FALLACIA CONSEQVENTIS.
CAP. XVI.

De fallacia consequentis.

FALLACIA consequentis, est deceptio proueniens ex eo quod consequens existimatur omnino idem antecedenti esse. Et formatur sic paralogismus: Si asinus est, animal est: sed tu es animal: ergo tu est asinus, non valet Non enim consequentia primo posita conuertitur. Ad istam deceptionem applicamus cameram B. F. D. Per B. intelligimus asinum & animal rationale differentes specie, eo quod differentia quæ est inter sensuale & sensuale, non est illa quæ est inter sensuale & intellectuale. Per F. intelligimus, quod sensuale & intellectuale coniunguntur in homine & non in asino. Per D. intelligimus, quod in homine coniunguntur sensuale & intellectuale, in constituendo ipsum hominem: in asino vero non. Per cameram D.F.E. Per D. intelligimus, quod suppositum quod est de sensuali & sensuali, non conuertitur cum supposito de sensuali & intellectuali. Per F. intelligimus, quod homo & asinus non intrant sub vno medio continuo extremitatum. Per E. intelligimus, quod homo est vt intelligat: & asinus vero non.

DE FALLACIA SECVNDVM non causam vt causa.
CAP. XVII.

De fallacia secundum non causam vt causa.

FALLACIA secundum non causam vt causa, est quando inter præmissas in quibus sequitur conclusio, ponitur aliqua propositio quæ nihil ad conclusionem operatur, & sic non est causa. Causa autem hic dicitur, quod est causa inferendo secundum quod præmissæ dicuntur esse causæ conclusionis. Et formatur sic paralogismus: Vt anima & vita sunt idē: & mors & vita sunt contraria: Generatio & corruptio sunt contraria: sed mors est corruptio: ergo vita est generatio: & viuere est generari, quod est impossibile. Ad istā deceptionē applicamus B.F.C Per B. intelligimus differentiā inter animā & vitā, quæ vita est superius, vt patet in brutis per animā vegetatiuam & sensitiuā continuatas: & per animam ratiocinatiuam continuatam de sensuali & intellectuali intelligimus differentiam. Per F. intelligimus vitam animæ rationalis non continuatam vitæ bruti. Per C. intelligimus, quod in anima rationali vita est magnitudo continuata de intellectu, voluntate & memoria: In brutis vero & in plantis nequaqua n. Amplius cognoscimus deceptionem per cameram D,F.E. Per D. cognoscimus, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vita in plantis ſiue in brutis eſt de correlatiuis corruptibilibus; in anima vero rationali minimè: cum non ſit ex contrariis. Per F. cognoſcimus, quod cauſa & non cauſa non coniunguntur in ſuppoſito. Per E, cognoſcitur, quod anima viuit quieſcendo in fine, ſcilicet in Deo: mors autem non.

DE FALLACIA SECVNDVM plures interrogationes. CAP. XIIX.

De fallacia ſecundum plures interrogationes.

FALLACIA ſecundum plures interrogationes eſt deceptio proueniens ex eo quod ad interrogationem quæ eſt pluris, datur vna reſponſio, ex eo quod de vno modo interrogandi proponitur; & formatur ſic paralogiſmus: Putas ne vt homo & aſinus ſint animal rationale. Et ſi dicatur ſic: procedatur ſic. Homo & aſinus non ſunt animal rationale: ergo homo non eſt animal rationale. Ad iſtam deceptionem applicamus iſtam cameram B.F.C. Per B. intelligimus quod differentia exiſtens inter ſenſuale & ſenſuale, differunt à differentia exiſtente inter ſenſuale & intellectuale ratione cuius homo & aſinus non poſſunt eſſe idem. Per F. intelligimus quod homo & aſinus non ſunt ſub vno medio continuo extremitatum. Per C. intelligimus quod homo & aſinus non concordant in eadem ſpecie neque in eodem numero. Item per cameram D.F G. cognoſcitur deceptio. Per D. intelligimus, quod homo eſt conſtitutus de tribus animabus, ſcilicet de anima vegetatiua, ſenſitiua & ratiocinatiua. aſinus vero non; ſed de vegetatiua & ſenſitiua tantum. Per F. intelligimus, quod homo poteſt habere ſcientiam in habitu: aſinus vero non. Per G. intelligimus, quod riſibilitas eſt propria paſſio hominis, & etiam intelligibilitas eſt ei ſubſtantialis: aſino autem iſta non competunt.

DE FALLACIA CONTRADICTIONIS. CAP. XIX.

De fallacia contradictionis.

FALLACIA contradictionis eſt deceptio: & eſt dependens ab octo propoſitionibus ſupradictis, quæ euidenter concludunt contractionem quam compoſuimus in logica noua per modum artis generalis inuenta. Et formatur ſic paralogiſmus: Nullus lapis eſt viſibilis & non viſibilis. Ad iſtum paralogiſmū applicamus iſtam cameram B.F.C. Per B. intelligimus quod eſt differentia inter lapidem viſibilem & inuiſibilem, ex eo quia lapis inuiſibilis non eſt viſibilis per ſe, vt non ſit habituatus de habitu ſenſitiuo. Lapis autem viſibilis fit per accidens, ex eo quod viſus ſe habituat de colore ipſius & ſitu. Per F. intelligimus,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

telligimus, quod quando lapis est inuisibilis, non est coniunctus cum specie visibilitatis: sed quando est visibilis sic. Per C. intelligimus quod visus non est agens in lapide inuisibili per quartam speciem eiusdem regulæ; nec habet passionem sub potentia visiua. Sed de lapide visibili totum contrarium potest dici. Amplius per cameram G.F H. cognoscitur deceptio. Per G. cognoscimus, quod visibilitas non est propria passio hominis: sed per accidens visus appropriat ei visibilitatem: eo quod color, figura, situs, sunt sua obiecta. Per F. intelligimus, quod lapis non est cum sensitiua. Per H. intelligimus, quod lapis aliquando est visibilis, & aliquando non est visibilis. Diximus de fallaciis applicatis regulis, vt cognoscantur deceptiones fallaciarum. Et per hoc quod diximus, cognoscit intellectus, quod logicus cum fallaciis non est ausus stare coram naturali, posito quod sit ita sicut tu logicus dicis hoc quidem impossibile & illud & cætera sequerentur in natura rerum: vt patet in natura diffinitionum, principiorum & regularum. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod in disputatione aliquis logicus cum alio logico non quiescit in fine, eo quia non descendunt ad veritatem rei: sed tantum stant ad nomen & ad similitudines rerum per diffinitionem contrarietatis. Sed si logicus disputat cum naturali, cito requiritur veritas rei & in fine cito quiescunt. Quia logicus experientias minime negare potest, quas attingunt cum sensitiua, imaginatiua & ratiocinatiua: vt supra dictum est.

DE MODO DOCENDI

CAP. XX.

De modo docendi.

PER quartam figuram verius quàm per alias datur modus qua æliæ scientiæ possunt faciliter & breuiter acquiri: sicut Theologia, Philosophia, &c. Et hoc inueniendo medium non existens generalissimum, neque specialissimum. Ratio huius est: quod ista scientia habet principia generalissima; & etiam regulas generalissimas. Aliæ vero scientiæ habent subalternata principia: & sic medium earum est imperfectum sine ista scientia. Et sic cum difficultate homines addiscunt longo tempore. Et quando dubitant, non habent principia generalissima, ad quæ recurrant artificialiter: sicut facit artista huius artis Vlterius docebuntur aliæ scientiæ per artem istam, ponendo cameram in qua sit F. pro medio in auctoritatibus aliarum scientiarum exponendo auctoritates in camera, secundū illum modum per quem F. posset intrare ipsas auctoritates, exponendo & reducendo ipsas ad syllogismum secundum illam doctrinam quæ iam superius dicta est. Et de hoc dabimus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

exemplum. Sic legitur in Theologia, quod Deus eſt purus actus. Iſta auctoritas eſt probabilis per iſtas duas cameras, videlicet B.F.C & per cameram D.F.E. Et hoc iſto modo per B. habebimus bonitatem & differentiam. Per C. quod bonitas eſt magna ratio habens in ſe correlatiua magna & bona & diſtincta. Per D. æterna & primitiua. Per E. ſunt quietata ratione finis: & per ſecundam ſpeciem regulæ D. & per primam E. ſunt neceſſaria, & per F ſunt coniuncta & menſurata bene, infinite & æterne ab omni accidente ſeparata. Et ſic facta iſta expoſitione viſum & clarum eſt, quod Deus purus actus eſt in exiſtendo & agendo. Vlterius legitur in Philoſophia, quod de nihilo nihil fit. Ad exponendum & explanandum iſtam auctoritatem aſſignamus cameram D.F.E. Per D. exponimus quod nihil, non eſt principium: quia ſi ſic, nihil iam aliquid eſſet. Item per D. quod nihil, non eſt materia ad aliquid. Nam ſi de ipſo poſſet fieri aliquid, iam eſſet aliquid hoc. Idem intelligitur de tertia ſpecie D. Si enim eſſet nihil ſubditum alieni, aliquid quidem eſſet. F. etiam ſonat ſiue ſignificat, quod de nihilo non fiat aliquid. Neque nihil medium habere poteſt: quod ſi haberet medium, iam eſſet aliquid. Per E. intelligitur, quod nihil non poteſt eſſe cauſa materialis, formalis, efficiens & finalis: atque de nulla poteſtate poteſt eſſe habituatum, quia ſi eſſet in oppoſito, iam ſequeretur, quod eſſet aliquid. Et ſic explanata eſt & expoſita prædicta auctoritas per antedictam cameram. Non tamen dico, quod mundus ſit æternus, imo eſt nouus & inceptus, ut probatum eſt ſuperius: ſed illa auctoritas quæ dicit, quod mundus creatus eſt ex nihilo, exponi poteſt per dictam cameram D. quidem ponit, quod Deus eſt primitiuus per æternitatem, poteſtatem & intellectiuitatem. Et per tertiam ſpeciem D. non eſt ſubditum ſuum poſſe: & ſic poteſt intelligere & producere quod mundus qui non erat actu, neque potentia in nihilo. Sequitur ergo quidem mundus actu per creationem Deo menſurante ſuam infinitam poteſtatem, intellectiuitatem, primitiuitatem, &c. Vlterius legitur, quod ens & vnum, conuertuntur: & veritas & vnum: & bonum & verum: & huius auctoritates iſtæ poſſunt exponi per cameram B.F.C. & ſic de aliis cameris ſicut de camera B.F.G. Quoniam per B. habemus differentias, ſicut inter ſenſuale & ſenſuale. Quoniam in lapide vnum eſt ens: & in planta aliud eſt ens, & in ſenſato aliud, &c. & ſic de vno & vero, & bono & vero. Iſtæ bonitates, vnitates & veritates non conuertuntur: quod ſi ſic, deſtructa eſſet differentia, & per conſequens medium. Et ſic de concordantia, quod eſt impoſſibile. Nam vna menſuratio eſt in lapide: & vnum medium continuum: & vna quantitas in lapide, alia in planta, &c. Et ſic quo ad litteram, auctoritates

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtare

ſtare non poſſunt : eo quod camera non poteſt intrare auctoritates ſecundum expoſitionem litterarum, ſed intrat cum ſenſu allegorico, & hoc cum regula G. Quoniam correlatiua quo ad vnitatem, non ſunt propriæ quo ad entitatem atque ad bonitatem & veritatem: ſed appropriatæ ſic, eo quia quodlibet principium ſe communicat alteri. Et ſic remanent principia differentiabilia, & concordabilia, & mediabilia, & rationes quales: & quodlibet principium habet ſuam quietem propriam per ſuam propriam eſſentiam & actum, & nullum inconueniens ſequitur. Et ad hoc regula B. conſentit cum omnibus aliis regulis. Secundum quod de Theologia & Philoſophia dedimus exemplum, exponendo & declarando cum cameris : ita poteſt fieri de aliis ſcientiis, videlicet de medicina, iure & moralibus, &c. Quoniam ſi auctoritas continet in ſe veritatem cameræ quartæ figuræ, poſſunt ipſam intrare auctoritatem cum ſuis diffinitionibus & ſpeciebus affirmando vel negando. Et ſic nō impoſſibile eſt, quod auctoritas ſit vera. Nulla enim auctoritas conſtitutra ex primis veris & neceſſariis principiis contradicit rationi. Et iſta regula eſt infallibilis & neceſſaria.

Finis ſeptimæ partis principalis.

OCTAVA PARS PRINCIPALIS DE MIXTIONE PRINCIPIORUM & REGULARUM.

Octaua partis rubrica.

PARS iſta in duas partes diuiditur; videlicet in mixtionem principiorum deductorum vno deducto cum alio. Secunda pars eſt de principiis deductis per regulas. In parte iſta datur doctrina, quomodo vnum principium cognoſcatur per alia principia, deducendo ipſum per ipſa principia & per omnes ſpecies regularum. Ideo quando eſt dubium ſuper aliquo principio, recurratur ad iſtam partem; ibi quidem poterit inuenire veritatem de ipſo cum prædictis principiis, & de ſpeciebus regularum: ſicut ſi quæratur vtrum aliqua bonitas ſit ens ſubſtantiale. Iterum vtrum aliqua bonitas moralis ſit habitus & ens reale. Et tunc temporis recurratur ad capitulum bonitatis deductæ per alia principia & per regulas: & teneat id quod magis videbit rationale per regulam B. mixtis aliis regulis ei & diffinitionibus principiorum. Et iſta mixtio eſt centrum & ſubjectum huius artis. Veruntamen in tertia figura facta eſt mixtio regularum & principiorū. Sed in parte iſta declarabim⁹ per ordinem, vno principio deducto per omnia principia & per omnes

Centrum & ſubiectū huius artis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

regulas per deductionem continuam: ut intellectus sit discursiuus singulariter per quodlibet principium. Et primo de prima parte dicemus.

DE BONITATE PER PRINCIpia deducta. CAPVT. I.

De bonitate per principia deducta.

BONITAS per se est ratio bono quod agat bonum siue producat: & quod est magna per magnitudinem, est ratio duplicata bono quod producat magnum bonum. Bonitas per durationem est durabilis: & sic est ratio bono quod producat bonum durabile. Et quod est magna per magnitudinem; ut dictum est: est ratio triplicata, ut bonum agat bonum magnum & durabile. Bonitas per potestatem potest existere & agere: & sic bonitas per hoc quod per se habet, & per hoc quod habet à potestate & per hoc quod habet à magnitudine, & per hoc quod habet à duratione, est ratio quadruplicata bono quod producat & agat bonum, magnum, durabile & potens: & sic de aliis principiis, cum quibus possunt multipliciter commiscери, tenendo modum quem dedimus. Tamen excludimus contrarietatem & minoritatem, cum quibus non potest habere multitudinem. Et quod euitamus prolixitatem, volumus exemplificare quod sit quintuplicata & sextuplicata, &c. Sed exemplificabimus & ostendemus, quomodo est per omnia principia combinata. Bonitas per sapientiam est scibilis. Et sic est ratio bono scientifice quod agat bonum scitum aut scientificum. Bonitas per voluntatem est amabilis, ergo est ratio bono per amorem, quod agat bonum amabile siue amatum. Per virtutem bonitas est virtuosa: Et sic est ratio bono vniuerso quod agat bonum virtuosum. Bonitas per veritatem est vera, & sic bene & vere est ratio bono quod agat bonum verum. Bonitas per gloriam est glorioſa: & sic est ratio bono quod agat bonum gloriosum. Bonitas per differentiam est clara & non confusa. Et sic benè distincte & clarè est ratio bono quod agat bonum clarè à seipso distinctum. Bonitas per concordantiam est concordabilis, & sic benè & concorditer est ratio bono quod agat concorditer bonum concordatum. Bonitas est contra maliciam quæ est suum contrarium. Et sic concordantia est contra contrarietatem, eo quod sunt contraria, & sic bonitas benè & concorditer est contra maliciam & contrarietatem. Bonitas per principium habet rationem principij, & sic est ratio bono bene, & principiantur quod producat bonum principiatum. Bonitas habet rationem medij per medium: & sic bene & medianter est ratio bono quod cum medio agat bonum. Bonitas per finem habet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habet rationem finis:& sic benè & finaliter siue perfectè est ratio bono,quod agat bonum perfectum & quieratum. Bonitas per maioritatem habet rationem maioritatis, & sic benè maiorificè est ratio bono quod agat bonum maiorificatum. Bonitas per æqualitatem est de ratione æqualitatis: & ideo benè & æqualiter est ratio bono quod producat bonum ex pluribus æqualificatum. Bonitas quæ minor est habet rationem minoritatis per minoritatem: & ideo est ratio bene & minorificè bono minori quod agat bonum minorificatum, & hoc dicitur respectiue siue comparatiue. Dictum est de bonitate deducta linealiter per omnia principia. Et quia generaliter de ipsa locuti sumus, potest artista in linea bonitatis multa ad placitum inuenire.

DE MAGNITVDINE DEDVCTA per principia CAPVT. 11.

Deductio magnitudinis per principia.

MAGNITVDO est bona per bonitatem, & bonitas est magna per magnitudinem. Et sic ex istis sequitur concretum, quod est magnum bonum. Magnitudo est durans per durationem, & duratio est magna per magnitudinem: & ex istis sequitur concretum magnum & durans. Magnitudo per potestatem potest existere & agere, & potestas per magnitudinem est magna: & sicut magnitudo cum potestate est ratio quare est magnum concretum habens magnam potestatem existendi & agendi. Magnitudo est scibilis per sapientiam, & sapientia per magnitudinem est magna: & ista duo causant concretum magnum & scientificum habens magnum scire. Magnitudo est amabilis per voluntatem, & voluntas est magna per magnitudinem: & si causant magnum concretum amatum, in quo subitentationem habent. Magnitudo per virtutem est virtuosa, & virtus per magnitudinem est magna: & ex istis causatur magnum concretum & virtuosum, in quo habent subsistentationem: & ipsum concretum est esse, & ipsæ sunt essentiæ. Et in isto passu apparet, quomodo plures essentiæ componunt vnum esse cum seipsis. Magnitudo per veritatem est vera, & veritas per magnitudinem est magna: & ex ipsis sequitur magnũ concretum verum, in quo subsistentationem habent. Magnitudo per gloriam est glorioſa, & per magnitudinem gloria est magna. Et ex ipsis sequitur subjectum, in quo magnificentiam & delectationem habent. Magnitudo per differentiam est distincta, ratione cuius distinctionis in essentia magnitudinis distinguuntur, magnificans, magnificabile & magnificare: & differẽtia est per magnitudinem magna, & ideo in eodem subjecto

(c) 2006 Ministerio de Cultura

participant

participant per magnificare & distinguere. Magnitudo per concordantiam est concordata & concordantia per magnitudinem magnificata: & ideo in eodem subjecto participant per magnificare & concordare. Magnitudo est contrariabilis per contrarietatem, in quantum est per transmutationem; sed naturaliter non est contra se. Et contrarietas per magnitudinem magna est: sicut ignis & aqua quæ per magnitudinem habent contrarietatem magnam, calefaciendo & frigefaciendo. Magnitudo per naturam principij habet in se principia sibi coessentialia, scilicet magnificatiuum, magnificabile & magnificare: & principium per magnitudinem est magnificatum, habens in se naturaliter magnum principiatiuum, principiabile & principiare. Magnitudo per medium habet rationem mediandi: & medium per magnitudinem habet rationem magnificandi, suppositio tamen quod sint in eodem subjecto. Magnitudo est causa, quare finis est magnus, & finis est causa, quare magnitudo est in quiete, & hoc in eodem subjecto. Magnitudo per maioritatem est maior: & maioritas est magna per magnitudinem: & hoc est, necesse ut in subjecto quodlibet habeat actum suum; scilicet magnitudo, magnificare, & maioritas, maiorificare. Magnitudo per rationem æqualitatis habet in se res coæqualiter, videlicet magnificatiuum, magnificabile & magnificare, quæ æqualiter sunt de magnitudine, & æqualitas ratione magnitudinis in se habet res magnas sibi coessentiales, scilicet magnum, æqualificatiuum, æqualificabile & æqualificare. Magnitudo quo ad maius, est disparata à minoritate: quoniam cum ipsa non posset esse hoc quod est: ratio huius est, quod paruitas & minoritas conuertuntur, scilicet quo ad subjectum in quo sunt: sicut peccatum quod non est aliquid, & sic de accidente quod non potest per se existere.

DE DVRATIONE DEDVCTA *per principia.* CAPVT. III.

De duratione deducta per principia

DVRATIO est bona per bonitatem, & bonitas durat per ipsam. Et ideo duratio rectè causat durationem: bonitas vero indirectè, hoc est, per accidens; & est ratio bono quod agat bonum durans. Duratio est causa quare magnitudo durat, & est magna per magnitudinem: & ideo in subjecto in quo sunt, participant per durare & magnificare: suppositio tñ quod non sit aliquod præiacens, quod impediat actus eorum. Duratio est causa quare potestas durat: & potestas est causa quare duratio potest existere & agere; & sic in subjecto in quo sunt, participant per durare & posse. Sapientia durat per durationis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tionis rationem:& duratio eſt ſcibilis per ſapientiam : & ſic in ſubjecto in quo ſunt,participant per durare & ſcire. Duratio eſt amabilis per voluntatem:& voluntas eſt durabilis per durationem & ideo in ſubjecto in quo ſunt , conueniunt per durare & amare.Duratio eſt virtuoſa per virtutem:& virtus eſt durabilis per durationem : & ideo in ſubjecto in quo ſunt , duratio diſtat à vitio per virtutem:& virtus à priuatione per durationem.De ratione durationis eſt durare. De ratione veritatis eſt verificare:& veritas durat per durationem:& duratio per veritatem eſt vera.Gloria durat per rationem durationis : & duratio eſt glorioſa per rationem gloriæ; & ideo duratio diſtat à pœna per gloriam:& gloria diſtat à priuatione per durationem. Duratio eſt clara & inconfuſa per differentiam:& differentia durat per durationem: & ſic duratio per differentiam habet duratiuum,durabile & durare differenter & diſtinctè; & differentia haber per durationem duratiuum,durabile & durare permanenter & duranter.Per rationem concordantiæ duratio habet in ſe res concordantes:& per rationem durationis concordantia habet in ſe res durantes & permanentes. Duratio contradicit ſuo contrario & deſtruit quantum poteſt : & contrarietas deſtruit quantum poteſt durationem : & ratio huius eſt, quod contrarietas concordat cum non eſſe; & duratio dicit eſſe.Duratio per principium habet rationem principij; ut omnia quæ durant,ſub ratione durationis durant. Et ideo principium per rationem durationis durat. Duratio ratione medij habet medium ſcilicet durare exiſtens in medio durantis & durabilis. Et medium ratione durationis durat in ſubjecto in quo eſt. Duratio ratione finis eſt perfecta & quieta : & finis durat per rationem durationis in ſubjecto in quo eſt.Duratio ratione maioritatis eſt maiorificata in aliquo ſubjecto : & maioritas per rationem durationis eſt ſubſtentata durantter in ſubjecto. Duratio ratione æqualitatis habet rationem coęquandi:nam habet inter duratiuum, durabile & durare ſibi coeſſentialia. Et æqualitas ratione durationis durat in ſubjecto in quo eſt. Duratio in ſubjecto in quo eſt ratione minoritatis eſt circa nihil : & minoritas ratione durationis durat & valet circa eſſe.

DE POTESTATE DEDVCTA per principia. CAP. IV.

De poteſtate deducta per principia.

POTESTAS eſt bona per bonitatem. Et bonitas per poteſtatem poteſt exiſtere & agere; & ideo inuicem in ſubjecto in quo ſunt ſecundum naturam quam habent, mouet ſe ſubjectum ad agendum & exiſtendum cum ipſis benè & potenter.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Poteſtas eſt magna per magnitudinem, & magnitudo poteſt exiſtere & agere ſecundum poteſtatem. Et ideo in ſubjecto in quo ſunt, quod deficit vni, ſupplet alteri ſecundum rationem ſuam. Sed quandoque eſt aliquid præiacens quod impedit hoc quod eſt principium de alia ratione. Poteſtas eſt durabilis per durationem. Et duratio poteſt exiſtere & agere per poteſtatem & ſi duratio eſt æternitas, exiſtere & agere ſunt neceſſaria, eo quia in æternitate nulla eſt nouitas. Poteſtas per ſapientiam eſt ſcibilis. Et ſapientia per poteſtatem poteſt exiſtere & agere: & ſi conuertuntur, exiſtere & intelligere, & agere ſunt de neceſſitate, quoniam non poſſunt aliter ſe habere: ſed hoc de Deo intelligitur tantum modo. Poteſtas per voluntatem eſt amabilis, & voluntas per poteſtatem poteſt exiſtere & agere: & ſi conuertuntur, ſubjectum in quo ſunt, poteſt de neceſſitate exiſtere & agere & amare. Poteſtas per virtutem eſt virtuoſa: & virtus per poteſtatem poteſt exiſtere & agere: & ſic ſubjectum in quo ſunt poteſt de neceſſitate exiſtere & agere & amare. Poteſtas per virtutem eſt virtuoſa. & virtus per poteſtatem poteſt exiſtere & agere & ſic ſubjectum in quo ſunt, potenter & virtuosè poteſt eſſe exiſtendo & agendo. Poteſtas per veritatem eſt vera: & veritas per poteſtatem poteſt exiſtere & agere. Et ſi in ſubjecto in quo ſunt, non conuertuntur: priuatio conuerſionis ponit quod ſubjectum in quo ſunt, poteſt eſſe mendax & otioſum. Poteſtas per gloriam eſt delectabilis: & ſimiliter gloria per poteſtatem poteſt exiſtere & agere. Et ſi in ſubjecto in quo ſunt, conuertuntur: neceſſario poteſtas diſtat à pœna; & gloria ab impotentia. Poteſtas per differentiam eſt ratio inconfuſa & clara: & differentia per poteſtatem poteſt exiſtere & agere. Et ſi in ſubjecto in quo ſunt, conuertuntur: ſequitur de neceſſitate, quod ſubjectum ſit actu in poſſe & in diſtinguere benè ab ipſo. Poteſtas per concordantiam eſt concordabilis: & concordantia per poteſtatem poteſt exiſtere & agere. Et ſi non conuertuntur, priuatio conuerſionis ponit impoſſibile eſſe in ſubjecto poſſe & concordare. Poteſtas per contrarietatem non poteſt eſſe contra ſe: nec contrarietas per poteſtatem poteſt eſſe impotens. Et quod non conuertuntur, priuatio conuerſionis ponit, quod poteſtas aliqua eſt à contrarietate diſparata. Poteſtas per principium habet naturam principiandi: & principium per poteſtatem habet naturam poſſificandi: & ſi conuertuntur, poſſe & principiare, ſunt diſparata à contingentia & nouitate. Poteſtas per medium habet naturam mediandi: & per iſtam naturã, poſſe exiſtit in medio potentis & poſſiti. Et medium per poteſtatem poteſt exiſtere & agere: & ideo medium ponit influentias à fine, & refluentias à principio, & naturam eorum ſa-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pere

pere. Poteſtas per finem eſt quieſcibilis: & finis per poteſtatem poteſt exiſtere & agere. Et ſi conuertuntur, impoſſibile eſt quietem non eſſe in ſubiecto, in quo ſunt. Poteſtas per maioritatem habet naturam maiorandi: & maioritas per poteſtatem habet naturam poſſificandi Et quod non conuertuntur priuatio cõuerſionis facit ipſas eſſe limitatas in ſubiecto in quo ſunt: Et in iſto paſſu apparet, quomodo entia creſcibilia creſcunt vſque ad terminum determinatum à natura: & in ſenectute ad corruptionem inclinationem habent. Poteſtas per æqualitatẽ habet naturam coæquandi inter potentem, poſſitum & poſſe. Et æqualitas per poteſtatem habet naturam poſſificandi: & ſi conuertuntur, impoſſibile eſt poſſe, & coæquare aliter ſe poſſe habere. Poteſtas per minoritatem eſt circa non eſſe: & minoritas per poteſtatem eſt circa eſſe; & ideo poteſtas & minoritas non conuertuntur. Et ſi conuerterentur, eſſe & non eſſe eſſent conuertibilia: quod eſt impoſſibile.

DE SAPIENTIA DEDVCTA PER principia. CAP. V.

De ſapientia deducta per principia

SAPIENTIA eſt bona per boniratem, & bonitas per ſapientiam eſt ſcibilis. Et ſi conuertuntur in ſubiecto in quo ſunt, ſunt ei rationes benè agendi & bene intelligendi, & aliter non poſſunt ſe habere. Sapientia per magnitudinem eſt magna: & magnitudo per ſapientiam eſt ſcibilis. Et ſi conuertuntur, ſubiectum in quo ſunt, conſiſtit per inuenire & intelligere. & aliter non poſſunt ſe habere. Sapientia per durationem eſt durabilis; & duratio per ſapientiam eſt ſcibilis: & ſi illa duratio eſt æternitas, ſcire & æternare in ſubiecto in quo ſunt, ſunt de neceſſitate; & oppoſitum eorum eſt impoſſibile. Sapientia eſt potens per poteſtatem, & poteſtas ſcibilis per ſapientiam: & ſi conuertuntur, tantum eſt de poſſe quantum eſt de intelligere & in ipſis magis & minus eſt impoſſibile. Sapientia eſt amabilis per voluntatem, & voluntas eſt ſapiens per ſapientiam: & ſi conuertuntur, tantum eſt in ſubiecto de amare, quantum de intelligere. Sapientia eſt virtuoſa per virtutem: & virtus ſcibilis per ſapientiam Et ſi non conuertuntur in ſubiecto in quo ſunt, eſt ignorantia poſſibilis & etiam vitium. Sapientia per veritatem eſt vera; & veritas per ſapientiam eſt ſcibilis Et ſi non conuertuntur, veritas eſt credibilis; & intelligere poteſt eſſe mendacium. Sapientia per gloriam eſt delectabilis; & gloria per ſapientiam eſt ſcibilis: & quando non conuertuntur. ſcire poteſt eſſe cum paſſione, & delectatio cum ignorantia. Sapientia per differentiam eſt clara, ratione cuius habet intellectum, intelli-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gibile & intelligere inter se distincta: sine autem distinctione esset confusa. Et differentia per sapientiam est intelligibilis: quæ tamen sine differentiatiuo, differentiabili & differentiare, non esset intelligibilis. Sapientia per concordantiã habet in se res concordantes, scilicet intellectiuum, intelligibile & intelligere: quæ concordant in vna essentia quæ est ex ipsis. Et concordant in existendo plura, eo quod vnum non est aliud. Et ipsa scilicet concordantia per sapientiam est intelligibilis. Per contrarietatem ignorantia est inimica sapientiæ, eo quod impedit ei intelligere: sed sapientia quæ cum concordantia conuertitur, non timet contrarietatem, eo quod ei non potest intelligere impedire. Sapientia per principium est principium intelligendi. Et principium per sapientiam est intelligibile. Et si conuertuntur in subiecto in quo sunt, sunt de necessitate: & non possunt aliter se habere. Intelligere per naturam medij consistit in medio intelligentis & intellecti. Et medium est intelligibile per sapientiam: sapientia per finem est quiescibilis: & finis per sapientiam est scibilis. Et in subiecto in quo sunt, si non conuertuntur, potest esse intelligere sine quiete & quies sine intelligere. Sapientia ratione maioritatis potest in se recipere maius intelligere: sed quod cum maioritate non conuertitur, non potest infinitè maiorare: sed finitè, vltra quod finitum non potest se extendere. Sapientia ratione æqualitatis habet in se rationes essentiales æquales: videlicet innatum, intellectiuum, intelligibile & intelligere: & æqualitas per sapientiam est intelligibilis, quæ intelligibilitas est deducta per æquatiuum, æquabile & æquare: obiectiuè. Sapientia siue intellectus cum minoritate non conuertitur: quoniam si conuerteretur, semper haberet minus intelligere, & magis competeret ei ignorare quàm intelligere, quod est impossibile.

DE VOLVNTATE DEDVCTA *per principia.* CAP. VI.

De voluntate deducta per principia.

VOLVNTAS per bonitatem est bona, & bonitas per voluntatem est amabilis: & si conuerterentur, subiectum in quo essent semper esset bonum agens & amans, & in contrarium non posset se habere. Voluntas per magnitudinem est magna: & magnitudo per voluntatem est amabilis: & ideo amabilitas voluntatis est magna: & amabilitas etiam magnitudinis est magna. Et si conuerterentur, essent amatiuitas & amabilitas in infinito de magnificabili, magnificatiuo & magnificare & amare. Voluntas per durationem est durabilis. Et duratio per voluntatem est amabilis: & si duratio qua

est æter-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt æternitas & voluntas conuerterentur, de neceſſitate æternare & amare eſſent ab æterno & in æternum. Voluntas per poteſtatem poteſt exiſtere & agere. Et poteſtas per voluntatem eſt amabilis: Et in ſubiecto in quo non conuertuntur, voluntas poteſt eſſe impotens & poteſtas non dilecta. Voluntas per ſapientiam eſt ſcibilis: & ſapientia per voluntatem eſt amabilis. Et ſi hoc eſt cum magnitudine & æternitate, ſequitur quod intelligere & amare ſunt de neceſſitate. Voluntas per virtutem eſt virtuoſa, & virtus per voluntatem eſt amabilis, ſed ſi non conuertuntur, virtus poteſt eſſe odibilis & voluntas vitioſa. Voluntas per veritatem eſt vera. Sed vbi voluntas & veritas non conuertuntur, veritas poteſt eſſe odibilis & voluntas falſa. Voluntas per gloriam eſt delectabilis; & ſic gloria per voluntatem eſt amabilis; & ſic voluntas per gloriam diſtat à pœna; & gloria per voluntatem diſtat ab odio. Voluntas per differentiam continet in ſe diſtinctionem inter amantem, amabile & amare: & ſunt in ipſa clare & non confuſe. Et differentia per voluntatem eſt amabilis. Voluntas per concordantiam habet in ſe res concordantes, videlicet amantem, amabile & amare: & concordantia per voluntatem eſt amabilis. Et quod eſt amabilis cum bonitate, magnitudine, duratione, poteſtate, &c. ſunt in ipſa amabilia, concordans, concordabile & concordare. Voluntas cum contrarietate odit vitium & peccatum: & ſi voluntas & contrarietas conuerterentur, nunquam voluntas cum concordantia poſſet diligere virtutes. Voluntas per principium eſt principium diligendi. Ratio huius eſt: quia omnia amabilia ſunt amabilia per rationem voluntatis. Vnde ſequitur, quod principium quo ad rationem voluntatis eſt amabile, & in iſto paſſu apparet quomodo vnum ens cauſat aliquid ex ſe, vt ab ipſo aliquam vtilitatem accipere poſſit. Voluntas ratione medij habet in ſe medium, videlicet amare: & medium ratione voluntatis eſt amabile. Voluntas ratione finis eſt perfecta quiete, cum videt ſe habere in ipſa quietem bonam, magnam & durantem, & potentem amare, ſine quo finis non poteſt ſibi ſufficere. Voluntas cum maioritate eſt in maiori actu amandi: & vt maiorem actum habere poſſit, maioritas eſt amabilis. Voluntas quo ad rationem æqualitatis habet naturam coæquandi per amantem, amabilem & amare. Et æqualitas per voluntatem eſt amabilis. Voluntas cum minoritate eſt circa nihil & cum nihilo eſt extra vacuitatem, ocioſitatem, & ſi voluntas & minoritas conuerterentur, non eſſe eſſet magis deſiderabile quàm eſſe, quod eſt impoſſibile.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE VIRTVTE DEDVCTA PER principia. CAP. VII.

De virtute deducta per principia.

VIRTVS est bona per bonitatem: & bonitas est virtuosa per virtutem, & sic virtus mediante bonitate est ratio bono quod agat bonum, & per se quod agere sit virtuosum. Virtus per magnitudinem est magna: & magnitudo est virtuosa per virtutem, quod non esset si non haberet virtuificantem, virtuificabile & virtuificare, quæ essent de sua essentia & idem cum ipsa. Virtus durat per durationem, & si est idem numero cum duratione, semper durant in sua essentia virtuificans, virtuificabile & virtuificare. Virtus est potens per potestatem; & sic potest contra vitium & peccatum, sed non potest quando homo non vult agere de potestate: & ratio huius est, quia vitiosus & ociosus est. Virtus est scibilis per sapientiã, & sapientia habet scire virtuosum per virtutem, suppositio tamen quod transeat actus voluntatis, qui causat amantem. Et in isto passu apparet quomodo vna virtus est coadiuuatiua alterius. Virtus est amabilis per voluntatem; & voluntas est virtuosa per virtutem, & sic conueniunt per amare & virtuificare. Virtus est vera per veritatem, & veritas virtuosa per virtutem, & si in subiecto in quo sunt, essent idem; nunquam esset in illo falsificare aut peccare. Virtus est delectabilis per gloriam, & illa delectatio est per virtutem virtuosa. Et in isto passu apparet, quomodo virtuosus in delectando appetit gloriam. Virtus per differentiam est clara non confusa, eo quia differentia, ponit distinctionem inter virtuificantem, virtuificabile & virtuificare, & sunt idem per essentiam; & virtus ponit quod differentia habeat virtutem ad hoc faciendum. Virtus per concordantiam habet in se res essentiales concordantes, ex quibus est vna essentia, & virtus ponit quod concordantia sit virtuosa ad hoc faciendum. Virtus est contra suum contrarium, scilicet vitium & peccatũ: & est contra ipsum cum bonitate, magnitudine, &c. Contrarietas est contra virtutem cum priuatione sui habitus & cum priuatione habitus voluntatis, magnitudinis, &c. Virtus per prioritatem est primitiua, eo quia quicquid est primitiuum, est per prioritatem primitiuum: & quicquid est virtuosum; & ideo principium est virtuosum per virtutem. Virtus per medium est mediabilis: & medium per virtutem est virtuosum. Virtus per finem est perfecta & in quiete: & sic iusti cum virtute tendunt ad quietem. Virtus per maioritatem habet naturam maiorem: & maioritas per virtutem habet essentiam virtuosam. Virtus per æqualitatem habet naturam coæquandi iusticiam cum prouidentia, &c. Et sic de intelligere & amare, quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ quandoque æqualiter ſunt virtuoſa. Virtus ratione minoritatis quandoq; eſt minor, ſicut quandoque eſt maior. Et ſic quando eſt minor, conuenit cum non eſſe, ſicut quando eſt maior, conuenit cum eſſe.

DE VERITATE DEDVCTA PER principia. CAP. IIX.

De Veritate deducta per principia.

VERITAS per bonitatem eſt bona: Et bonitas per veritatem eſt vera, & ſi conuertuntur, ſunt idem ſemper bonus & verus. Sed quando in aliquo ſubiecto non conuertuntur, aliquis optat habere bonum falſo modo, & non vere neque virtuose: & in iſto paſſu apparet, quod in homine bonitas & veritas non conuertuntur. Veritas eſt magna per magnitudinem: & magna non eſſet niſi haberet verificantem, verificabilem verificare eſſentialiter in ſe. Veritas per durationem durat, eo quia durant in ipſa verificãs, verificabile & verificare. Similiter & quandoque moraliter agendo intra, cum hoc quod eſt extra, ſicut in ſenſato humidum radicale cum nutrimentali, veritas per poteſtatem eſt potens: & ſi eſt idem cum poteſtate, nulla falſitas contra ipſam poteſt. Veritas eſt ſcibilis per ſapientiam: Et ſapientia optat veritatem vt vere ſe habere poſſit ad ſcitum. Veritas eſt amabilis per voluntatem, vt voluntas vere poſſit habere ſuum amatum. Veritas per virtutem eſt virtuoſa: & virtus per veritatem eſt vera: & ideò participant per verificare contra falſificare & peccare. Veritas per gloriam eſt delectabilis: & gloria per veritatem eſt vera. Et ſic iuſti vere & gloriosè tendunt ad gloriam ſempiternam. Veritas per differentiam eſt clara & à confuſione diſparata. Et differentia ponit, quod in veritate vnus ſit verificans, alius verificatus, & alius verificare, & veritas ponit hoc in vero. Veritas per concordantiam habet in ſe res coeſſentiales concordantes ſcilicet verificatiuum, verificabilem & verificare, quæ concordant in eſſentia: & concordant quod ſint plura: & veritas ponit, quod concordantia habet vere quod habet. Veritas eſt contra falſitatẽ: & eſt contra ipſam cum ſuo verificatiuo, verificabili & verificare; & ideo eſt ab ipſa ſimpliciter diſparata. Veritas per principium habet naturam principiandi, ſicut principium per naturã veritatis habet naturam verificandi: & ideo veritas eſt principium, quia quicquid eſt verum ſub ratione veritatis eſt verũ. Veritas per medium habet verificare in medio verificantis & verificabilis; & veritas ponit hoc in vero. Veritas per finem eſt in quiete: & finis per veritatem eſt verus, & in ſubiecto in quo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſunt idem, veritas nunquam eſt cum labore: neque finis in errore. Vna veritas eſt maior altera: & vna maioritas verior eſt alia: & hoc eſt, quia non conuertuntur. Veritas ratione æqualitatis, habet in ſe æqualiter per veritatem verificantem, verificabilem & verificare: & æqualitas habet vere hoc quod habet. Vna veritas eſt minor alia: & illa quæ minor eſt, participat cum non eſſe; eo quia minus habet de eſſe, & veritas ponit hoc in vero; & minoritas etiam hoc ponit in ſuo genere.

DE GLORIA DEDVCTA PER principia. CAPVT. IX.

De gloria deducta per principia.

GLORIA per bonitatem eſt bona. Et ſic ratione bonitatis quam habet, eſt bono ratio, quod agat bonum & per ſe: & quod illud agere ſit glorioſum. Gloria per magnitudinem eſt magna: & magna non eſt ſine proprio gloriante, gloriabili & gloriare; & ſi ſua magnitudo eſt infinita in ſuo gloriari, eſt infinire. Gloria per durationem durat: & ſi eſt æternitas, ſuum durare eſt per æternare in quo non poteſt eſſe innouatio. Gloria per poteſtatem eſt potens agendo & exiſtendo: & ſi eſt idem cum poteſtate, impoſſibile eſt ipſam eſſe in defectu & ocioſitate. Gloria per ſapientiam eſt ſcibilis, & ſapientia per gloriam eſt delectabilis, & ſic conueniunt per delectare & ſcire. Gloria per voluntatem eſt amabilis, & voluntas per gloriam delectabilis, & ſic voluntas delectando appetit amatum: & ſi in ſubiecto in quo ſunt voluntas & gloria non ſunt idem: voluntas quandoque habet triſtitiam, eo quod non habet amatum. Gloria per virtutem eſt virtuoſa, & virtus per gloriam eſt glorioſa; & ſic homo virtuoſus delectando acquirit virtutes. Gloria per veritatem eſt vera; & veritas per gloriam eſt glorioſa, & ſic homo verus in ſua veritate & gloria eſt in delectatione & quiete. Gloria cum differentia eſt clara à confuſione diſparata. Quoniam differentia ponit, quod vnus ſit glorioſus, alius gloriatus, & ſic de gloriari. & gloria in hoc ponit per delectationem. Gloria per concordantiam habet res concordantes in vno & in pluribus ſcilicet gloriatiuum, gloriabile & gloriari. Gloria cum gloriare diſtat à pœna ſui contrarij, ſine quo non poſſet perfecte diſtare. Gloria per principium habet rationem principij, & in ſubiecto in quo ſunt idem glorians & principians, de ſeipſo principiant gloriatum & vnitum: & ſimiliter glorificant & principiant gloriari & principiare, ſpirando & amando; vt apparet in diuinis. Gloria per medium eſt influxiua & refluxiua: & medium per gloriam eſt in delectatione & glorificatione. Gloria per finem eſt in quiete:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quiete : & finis per gloriam in glorificatione. Et ideo gloriant⁸ ſine gloriato & gloriari non poteſt eſſe in quiete. Gloria quanto maior eſt, tanto magis imago delectationis eſt. Gloria ſine æqualitate ſibi eſſentiali non poteſt eſſe per ſe in quiete, eo quia deficit in habendo æqualiter gloriantem, gloriabile & gloriari. Gloria cum minoritate eſt circa pœnam & non eſſe : ergo cum maioritate diſtat à pœna & non eſſe.

DE DIFFERENTIA DEDVCTA per principia.

CAPVT. X.

De differentia deducta per principia.

DIFFERENTIA eſt bona per bonitatem : & bonitas eſt diſtincta per differentiam. Et ideo differentia & bonitas ſunt rationes ſubiecto in quo ſunt, vt bene & diſtincte agat ſiue producat bonum diſtinctum. Differentia eſt magna per magnitudinem, eo quod cauſat diſtinctionem inter genus: & genus inter genus : & ſpecies inter ſpeciem : & indiuiduum inter indiuiduum : & indiuiduum inter indiuiduum & ſuum actum. Et ſic differentia eſt ita magna quod in ſe continet omnia : magnitudo vero per differentiam eſt diſtincta, eo quia ponit eam in ſuo proprio numero ſiue genere : & in ipſa ponit diſtinctionem inter magnificatiuum, magnificabile & magnificare, quæ de eſſentia ſunt & natura magnitudinis. Differentia per durationem durat, & duratio per differentiam habet in ſe res diſtinctas, quæ ſunt de ſua eſſentia, ſcilicet durans, durabile & durare. Et differentia per durationem durat : diſtinctio quæ cum æternitate conuertitur ab æterno in æternum durat diſtinguendo inter æternantem, æternabilem & æternare : & hoc ſignificatum eſt per beatiſſimam trinitatem. Differentia eſt potentia innata abſolute ; & eſt potens per poteſtatem ; eo quia cauſat in poteſtate diſtinctionem inter potentem, poſſitum & poſſe. Et poteſtas poteſt hoc cum differentia. Differentia eſt ſcibilis & per ſapientiam, & ſapientia per naturam differentiæ poteſt intelligere diſtinctionem inter intellectiuum, intelligibile & intelligere, vt ſint intelligibilia : quoniam ſine differẽtia non poſſunt eſſe obiectabilia ſine intelligibilia. Differentia per voluntatem eſt deſiderabilis, vt voluntas poſſit in ſe habere naturam amandi ; & exiſtere clara ratio inter amantem, amabilem & amare, ſine qua diſtinctione eſſet ratio confuſa & impotens ad amandum. Differentia per veritatem eſt virtuoſa ; & virtus per differentiam habet in ſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

res distinctas, in quibus habet agentiam & existentiam: & virtus per differentiam est disparata à vitio; imo sine ipsa omnia essent idem numero. Differentia per veritatem est vera, & veritas per differentiam res veras ponit, sicut verum est distinctionem esse inter verificantem, verificabilem & verificare: inter intelligentem, intelligibilem & intelligere. Differentia per gloriam est delectabilis: & gloria per differentiam potest habere delectationem per gloriantem, gloriabilem & gloriari; quæ sine distinctione in gloria non possent esse. Differentia per concordantiam habet in se res concordantes, quas in se recipit distinguendo inter concordantem, concordabilem & concordare. Et hoc facit differentia cum suo differentiatiuo, differentiabili & differentiare: & in simul differentia & concordantia in subiecto in quo sunt, ponunt ipsum subiectum vnum in cõmuni, quod habet in se plures res concordantes & differentes, ex quibus est constitutum, sicut vna substantia, vnus homo, &c. Differentia & cõtrarietas innata differunt. Et hoc quod quandoque differentia concordat cum concordantia innata distinguendo, concordando & generando. Et quandoque differentia cum contrarietate agit contra concordantiam distinguendo, contrariando & concordando, & hoc vt corruptio vnius sit generatio alterius, & econuerso. Et hoc simili modo fit in moralibus, vt significabimus: Differentia per principium habet rationem prioritatis, vt sit principium generale ad omnes differentias: & hoc cum suo proprio differentiatiuo, differentiabili, & differentiare: sine quibus non posset esse in ista altitudine, neque rationem principij habere. Differentia per medium habet naturam medij, & in se habet medium scilicet differre, cum quo distinguit vnum ab alio, scilicet ipsum differre, & ipsum existit inter differentiatiuum & differentiabile. Differentia per finem est in quiete: & sua quies est distinguere inter vnum & aliud, vt habeat subiecta, in quibus sit, & agentiam habere possit. Differentia ratione maioritatis est maior in vno subiecto quam in alio. Quoniam in essentiis substantialibus maior est quàm in accidentalibus. Vnde differentia maiorem actionem habet distinguendo bonitatem substantialem à magnitudine accidentali, & maiorem actionem habet in distinguendo in eadem essentia plures res constituentes ipsam essentiam, quam in distingnendo essentiam ab essentia: vt significatum est in intellectu, in quo differunt per differentiam, intellectiuum, intelligibile & intelligere: quæ innatæ & æqualiter sunt partes intellectus. Veruntamen inter essentiam & essentiam magis ponit se extensiue. Differentia per æqualitatem habet in se res æquales, sicut æqualitas per differẽtiã habet in se res distinctas.

Et ideo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et ideo in ſubjecto in quo ſunt, ſe communicant per differre & coæquare. Differentia per minoritatem eſt minor, ſic per maioritatem eſt maior: & quia minoritas eſt paruum ſubjectum ſiue paruum quid, differentia non poteſt intrare ipſam cum ſua magnitudine, nec poteſt multum differre per ipſam; & ſecundum quod paruum intrat, paruum diſtinguit.

DE CONCORDANTIA DEDUCTA per principia. CAPVT. XI.

CONCORDANTIA eſt bona per bonitatem, & bonitas eſt concordata per concordantiam : & ſic in ſubjecto in quo ſunt, participant bonificando & concordando. Concordantia per magnitudinem eſt magna; & magna non eſſet ſi careret concordatiuo, concordabili & concordare, quæ ſunt de ſua eſſentia: imo contrarietas eſſet magis magna, quæ hoc impediret, imo concordantia eſt magis magna quàm cõtrarietas, eo quod impedit ei quod non ſit principium ſubſtantiale, ut in arte maiori probatum eſt. Concordantia eſt durabilis per durationem, durantibus in ipſo concordatiuo, concordabili & concordare; ex quibus eſt. Concordantia per poteſtatem poteſt exiſtere & agere, & poteſtas per concordantiam habet res concordantes: & ideo in quanto concordantia & poteſtas in ſubjecto in quo ſunt, ſe coniungunt, in tanto à contrarietate ſe prolongant. Concordantia eſt ſcibilis per ſapientiam ſiue intellectum: & quando intellectus ipſam objectat intelligendo ſuam eſſentiam, & ſuum eſſentiale concordatiuum, concordabile & concordare, magis ipſam objectat & attingit quàm objectando ipſam per eſſentiam tantummodo, & concordantia magis intellectui ſe communicat concordando. Concordantia per voluntatem eſt amabilis; eo quod concordantia ponit in voluntate actum ſuum: ut amans, amabile & amare, conueniant in identitate eſſentiæ. Concordantia concordat virtutem cum virtute in ſubjecto in quo ſunt: & hoc facit in ſua eſſentia virtutis, quoniam extra non poſſet hoc facere, eo quia ſuus actus nõ haberet ſubjectum, in quo eſſet ſubſtentatus. Concordantia per veritatem eſt vera; & veritas per concordantiam eſt concordata : & ideo in ſubjecto in quo ſunt per concordare & verificare, diſtant à contrarietate & falſitate. Concordantia per gloriam eſt delectabilis, & gloria per concordantiam concordabilis : & ideo vna ratio appetit aliam. Concordantia non poteſt eſſe ſine differentia: differentia vero poteſt eſſe ſine ipſa, ſecũdum quod conuenit cum contrarietate, & in iſto paſſu apparet, quod differentia eſt principium magis generale quàm concordantia.

Deductio cõcordantiæ per principia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Concordantia & contrarietas ſunt oppoſita, eo quia hoc quod concordantia conſtruit, contrarietas deſtruit,& econuerſo: ſed concordantia eſt altius principium quàm contrarietas, eo quia conuenit cum eſſe concordando:contrarietas vero cum non eſſe in contrariando.Concordantia per rationem principij eſt generalis ad omnia cõcordabilia; eo quia principium ponit, quod concordantia habeat vnum principium actiuum, & aliud paſſiuum, & aliud neutrale; cum quibus continet in ſe omnes concordantias inferiores contentas ſub ipſa. Concordantia per medium eſt influxiua & refluxiua,per concordatiuum,concordabile,& econuerſo:& concordare eſt medium inter iſta.Concordantia quieſcit per concordare, concordatiuum & concordabile:extra quæ non poſſet quieſcere, neque finis ſine concordãtia poſſet eſſe quies. Concordantia quandoque eſt maior,quandoque minor.Ratio huius eſt: quod in aliquo ſubjecto maiores res concordant quam in alio, ſicut in homine magis quàm in roſa, & in roſa quàm in lapide. Concordantia cum æqualitate conuenit,ut habeat in ſe æqualiter concordatiuum, concordabile & concordare, ſibi coeſſentialia, ſine quibus æqualitas non poſſet eſſe ſubjectum, in quo finis concordantiæ quieſcere poſſet. Aliqua concordantia eſt minor alia: & eſt minor, eo quia cum magnitudine & maioritate minoritatem intrare non poteſt. Et ideo concordantia cum minoritate eſt circa nihil, hoc eſt,circa contrarietatem quæ ſua eſt oppoſita.

DE CONTRARIETATE DEDVCTA per principia CAP. XII.

Deductio cõtrarietatis per principia.

CONTRARIETAS quãdoque eſt bona per bonitatem, quandoque mala per maliciam. Per bonitatem: ſicut homo qui cum virtute contradicit vitio: & ſicut contrarietas elementorum,ſine qua non eſſet generatio. Mala, per maliciam:ſicut homo iniuſtus,qui cum vitio contradicit virtuti: & ſicut infirmitas quæ eſt contra ſanitatem, & mors contra vitã. Contrarietas eſt magna per magnitudinem, quoniam magna contrarietas eſt inter Deum & peccatorem,& inter aquam & ignem,& inter bonum & malum, & inter verũ & falſum; & huiuſmodi.Contrarietas durat per durationem, non autem per ſeipſam, eo quod eſt accidens quod per ſe non eſt exiſtens: ſed durat per accidens cum ſit habitus priuatiuus inclinans eſſe ad non eſſe & durat:quod entia ſunt contraria, ſicut iuſtus & iniuſtus,viſus & cæcitas,intelligere & ignorare, calefacere & frigefaeere,lętitia & triſtitia; & ſic de aliis.Contrarietas per poteſtatem poteſt exiſtere & agere, quoniam vna contrarietas eſt innata,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nata, & alia moralis innata, ſicut per caliditatem & frigiditatē. Moralis: ſicut poſſibile eſt peccare, tamen contrarietas in peccando per ſe non habet contrariandi poteſtatem: ſed eſt habitus acquiſitus per hominem, cum quo homo peccat. Contrarietas eſt ſcibilis ratione ſapientiæ objectiuæ: non quod contrarietas cauſet ſcire, imo eſt contra ſcire per ignorantiam. Contrarietas vno modo eſt deſiderabilis, alio modo non deſiderabilis: ſicut contrarietas elementorum, & contrarietas per quam virtus eſt contra vitium; contrarietas non deſiderabilis: ſicut contrarietas per quam mors eſt contra vitam, & vitium contra virtutem. Contrarietas inter vitium & virtutem ſe ponit & communicat, ut homo per ipſam ſit contra vitium, aut homo ſi vult per vitium ſit contra virtutem: non quod ipſa cogat hominem ad agendum de ipſa: eo quod habet liberum arbitrium ad agēdum cum ipſa, bene aut male. Aliqua contrarietas eſt vera, alia falſa. Vera, ſicut iuſtitia contra iniuſtitiam. Falſa, ſicut iniuria quæ vere eſt habitus contra habitum iuſtitiæ. Aliqua contrarietas eſt, per delectationem, alia per triſtitiam. Per delectationem: ſicut homo qui in committendo vitium, per virtutem gaudet. Per triſtitiam: ſicut qui habet dolorem de commiſſis. Contrarietas habet tres modos differentes, ut in capitulo ſuo dictum eſt in prima parte primæ diſtinctionis. Contrarietas cum ſuis modis eſt contra concordantiam, & econuerſo: ut in capitulo concordantiæ, & in capitulo cōtrarietatis apparet in prima parte primæ diſtinctionis. Contrarietas ratione principij naturaliter eſt innata, ut omnes contrarietates naturales contineat in ſe: tamen contrarietas moralis eſt habitus acquiſitus per hominem, ut ſupra dictum eſt. Contrarietas eſt mediabilis, & hoc duobus modis, ſcilicet naturaliter & moraliter. Naturaliter, ſicut calefacere, quod contradicit frigefacere, & econuerſo. Moraliter, ſicut bene agere, hoc eſt, quod vnus homo qui bene agit, & alius qui male agit, per contrarietatem quodammodo contrariantur. Contrarietas nunquam per ſe eſt in quiete: quodſi eſſet, ſua quies eſſet perfecta, & ſic contrarietas cum perfectione conueniret cum non eſſe: & eſſe cum non eſſe, quod eſt impoſſibile. Contrarietatum vna eſt maior, alia minor. Maior ſicut vitium contra virtutem. Minor, ſicut calefacere contra frigefacere. Contrarietas vno modo conuenit cum æqualitate, alio modo non: ſicut patet in quatuor elementis. Abſolute non cōuenit cum æqualitate: ſicut in virtute & peccato, quæ nullam conuenientiam habent. Contrarietas ſemper conuenit cum minoritate ratione ſui generis. Ratio huius eſt: quod inclinat eſſe ad non eſſe. Et ideo qui magis pungit: pungit per ipſam, eſt magis punctus, & in periculo & tribulatione poſit⁹, & à patiētia plōgat⁹. Et à tali cōtrarietate, velit nos omnipotēs De⁹ liberare.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PRINCIPIO PER PRINcipia deducto. CAPVT XIII.

Deductio principij per principia.

PRINCIPIVM est bonum per bonitatem, & bonitas per rationem principij acquirit nomen principij. Quoniam quicquid est bonificabile vel bonificatiuum, est per rationem bonitatis. Et ideo principiare bonum, est bonum. Et bonitas est ratio, & principium bono quod agat bonum. Et si bonus non bonum agit: agit malum, eo quod est contra suam rationem, & contra rationem boni principij. Principium est magnum per magnitudinem. Quoniam quicquid est principiabile siue principiatum, est sub ratione principij. Et quod tot & tanta sunt magna principiabilia & principiata; ergo principium est magnum, cum non est magnum, si non principiat magnum, post quam principiare potest magnum. Et si magnitudo & principium conuertuntur in subjecto, in quo sunt: necesse est quod in ipso subjecto sint infinire & principiare. Et in isto passu apparet, quod de necessitate in esse Dei est producere per infinire & principiare. Principium est durabile per durationem & si duratio est æternitas, & principium est idem cum æternitate, necessarium est, quod sint principiare & æternare in subjecto, *in quo* principium & æternitas sunt idem. Principium est potens per potestatem: & si potestas & principiū sint idem, sequitur quod absolutè & sine aliquo impedimento principium potest tantum principiare, quanta est sua essentia, & quanta est essentia potestatis. Principium est scibile per sapientiam: & si sapientia est infinita & æterna, & est idem cum principio, cum ipso principio est scibile infinire, & æternare & scire; & hoc de necessitate. Principium per voluntatem est amabile: & sic est idem cum magnitudine & æternitate, & cum voluntate in ipso principio est amabile, principiare, magnificare, æternare & amare, & aliter non potest se habere. Principium per virtutem est virtuosū, & per principium virtus est principalis: & si in subjecto in quo sunt principiare & virtuificare sunt impedita, principium & virtus non sunt idem Principium per veritatem est verum & si est idem cum veritate & æternitas cum veritate, necessarium est quod in ipso principio sunt principiare, verificare & æternare. Per gloriā principiū est gloriabile & delectabile: & si conuerteretur cū gloria, gloriari & principiare de necessitate cōuertūtur Principium per differentiam est clarum & inconfusum, & si principium est intellectus principiare & intelligere conuertuntur; & differentia ponit, quod vnus sit intelligens, alius intelligibilis: vnus principians, alius principialis. Alioquin principium & intellectus non possent distare à confusione Principium per concordantiam habet naturam concordandi, quam non posset habere

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habere ſine concordantia: & principiatiuum, principiabile & principiare, quæ eſſent de eſſentia principij. Contrarietas eſt contra principium quando impedit ei actum ſcilicet principiare: ſed in ſubjecto in quo principium eſt idem cum poteſtate: contrarietas non poteſt impedire principio principiare. Quoniam non habet cum quo habeat poſſe, quod eſt de genere poteſtatis. Priacipium per medium vadit ad finem, ſine quo medio ad finem non poſſet ire: & quando medium impeditur, deficit poteſtas principij & finis; & dolet appetitus, & ſequitur triſticia & labor: ſed quando ſuperuenit bonitas, magnitudo, duratio, multiplicatur poteſtas, & deſtruitur impedimentum. Principium quieſcit per finem, & non quieſcere poſſet per finem ſine principiare: ſed quãdo principians in principiato quod eſt de ſua eſſentia per principiare, quod eſt accidens, credit quietem inuenire non poteſt; & in iſto paſſu apparet quod ſolꝰ Deus eſt principium & quies: Principium vnum eſt maius, & aliud minus. Maius quando eſt in actu de potentia non deducto, in qua nullum principium poteſt eſſe maius quam principium in actu exiſtens. Quoniam principium quod eſt in potentia, eſt circa nihil, reſpectu huius quod eſt in actu. Et in iſto paſſu apparet, quod Deus qui eſt maius principium quam eſſe poteſt, habet actum in ſeipſo, videlicet principiantem, principiatum & principiare, ut apparet in diuinis. Nullum principium ſine natura æqualitatis in ſe quieſcere poteſt. Ratio huius eſt: quia petit in ſe æqualitatem habere per principiantem, principiabilem & principiare: ſed Deus quieſcit in ſe: ergo, &c. Deus eſt principium, & eſt principium ſummum & perfectum. Vnde ſequitur: quod hoc per quod Deus magis diſtat à minoritate principij, ſit in ipſo: de neceſſitate ergo in Deo eſt principiare, principians & principiabilis, ſiue principiatus: ergo, &c.

DE MEDIO DEDUCTO PER principia. CAP. XIV.

Deductio medij per principia.

MEDIVM eſt bonum per bonitatem: quod principium non poſſet venire ad finem ſine medio, neque finis poſſet eſſe quies: ergo bonitas per bonificare quod eſt mediũ, eſt ratio bono quod agat bonũ. Mediũ per magnitudinem eſt magnum & quod eſt magna diſtantia inter principium & finem, oportet medium eſſe magnum: tamen multum magnum non eſt, niſi ſit de eſſentia principij & finis. Mediũ durat per durationem & influẽtiã finis ex reſluentia principij: & ſi medium & duratio conuertuntur & ſunt, æternitas ab æterno durat influentia & reſluentia, mediare & æternare. Medium per poteſtatem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtatem poteſt exiſtere & agere:& poteſtas ratione medij habet poſſe. Medium eſt ſcibile per ſapientiam, & non eſt ſcibile ſine principio in fine. Medium eſt amabile per voluntatem,ſine quo non poſſet habere amare,neque amans,amatum,neque principium in fine quieſceret. Et ſi medium & voluntas conuertuntur,mediare & amare conuertuntur. Medium per virtutem eſt virtuoſum, & virtus per medium tranſit de principio ad finem: & virtus conſiſtit in medio ſui ipſius. Medium per veritatem eſt verum : & veritas ratione medij habet in ſe verificare, quod eſt medium ſuum. Medium ſine gloria non poſſet habere gloriam,neque glorians in gloria delectationem habere. Medium per differentiam eſt clarum & inconfuſum : ſicut in eſſentia intellectus intelligere, eo quod vnus eſt intelligens & alius intelligibilis; & intelligere eſt actus eorum: ſed ſi non eſſet differentia inter intelligentem & intelligibilem, medium eſſet confuſum & non clarum: ſine concordia intelligentis & intelligibilis intelligere non poſſet eſſe medium,quia non haberet cum quo. Medium quandoque eſt impeditum per contrarietatem : ratio huius eſt, quod deficit influentia finis & refluentia principij in ſubjecto in quo ſunt : eo quia ſubjectum eſt imperfectum; ſed quando perficitur,contrarietas eſt à ſubjecto remota, & medium perficitur. Medium eſt de ratione principij ſine quo non poſſet eſſe : & quando non eſt perfectum, non eſt de ratione finis; & quando perficitur, eſt de ratione finis. Medium in fine quieſcit,quod per ipſum principium tranſit ad finem,& in tranſitu principij ad finem tranſit medium, eo quod ſine medio trãſire non poteſt. Et in iſto paſſu apparet per quem modum elementa & alia miſcibilia intrant mixtum. Mediũ vnum eſt maius,aliud minus Maius ſicut medium ſubſtantiale, quod eſt de ſubſtantiali principio & fine,cum quibus eſt vna ſubſtantia, vna eſſentia,vna natura. Minus quidem eſt medium accidentale: ſicut currere,comedere, &c. quæ non ſunt de eſſentia currentis & curribilis,comedentis & comeſtibilis. Medium per æqualitatem æqualiter conſiſtit inter principium & finem:& hoc perfecte, quando eſt de eſſentia eorum & formaliter ab omni materia diſparatum. Quoniam cum materia non poſſet eſſe in medio,eo quod forma plus dicit quam materia : tamen ſecundum modum loquendi & propoſitionem,dicitur quod actus æqualiter ab ipſis eſt cauſatus. Nullum medium exiſtens inter materiam & formam diſtat à minoritate. Ratio huius eſt: quod materia dicit minus,& forma maius : & ideo ſequitur quod medium exiſtens inter formantem & formatum diſparatos, diſtat omnimode & ſimpliciter à minoritate.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE FINE PER PRINCIPIA deducto. CAPVT. XV.

De fine per principia deducto.

FINIS est bonus per bonitatem, ut quies sit bona, & bonitas quiescat: & sic bonitas quiescendo est ratio bono quod agat bonum: sed quando bonus non agit bonum, bonitas atque bonus non quiescunt, eo quod bonus contra finem bonitatis existit ociosus. Finis per magnitudinem est magnus, ut essentia in ipso fine cum magnitudine quiescant. Finis vero non est multum magnus, si quiescens, quiescibilis & quiescere non sunt de sua essentia. Finis per durationem durat, & si conuertitur cum duratione, per se quiescit. Et si appetit finem peregrinum cum quo quiescat, non est summus finis. Finis per potestatem potest existere & agere: & potestas per finem quiescere: & si conuertuntur, tantum potest quiescere per agere; sicut per existere. Sicut in Deitate, in qua tantum quiescit in agendo sicut in existendo, & sic de alijs. Finis per sapientiam est intelligibilis, & est in tanto intelligibilis quantum per quiescere, sicut per existere: & si non: non est summus finis, sed inferior habens appetitum ad superiorem. Et in isto passu apparet, quod omnia entia creata appetunt summum finem aut debent appetere. Finis est amabilis per voluntatem; & quod est magnus, magnè est appetibilis. Et quod est bonus, bene est appetibilis: & quod voluntas est magna, magnaliter debet ipsum amare & desiderare: & non facit hoc de sua magnitudine, est ociosa, & iniuriam facit fini? ratione cuius est in labore sine quiete. Finis est virtuosus per virtutem, & sic cum virtute est quies. Finis cum vetitate est verus; & sic vere acquiritur quies, & non vere labor & tristicia. Finis vltra gloriã non potest esse quies neque gloria extra finem est in delectatione. Finis cum differentia est ens inconfusum. Et hoc est, quod habet naturam perficientis, perfectibilis & perficere, quę sint de sua essentia, sine quibus esset confusus: & etiam esset finis alterius, & non sui ipsius, quod est impossibile. Finis p concordantiam habet res concordantes: & concordantia per finem res quiescentes. Finis cum contrarietate non potest esse quies. Ratio huius est, quia finis & concordantia sunt amicæ: & contrarietas & concordantia inimicæ. Finis est illud in quo principium quiescat: & quando conuertitur, finis cum principio est principians: & quando non conuertuntur, possibile est quod principium in ipso non quiescat. Finis sine medio non potest esse subjectum principij, ut in ipso quiescat: quoniam finis & principium sine medio sunt disparata. In fine maiori est maior quies: & maior quies est, quando quiescens, quiescibilis & quiescere sunt idem per essentiam. Finis sine ęqualitate quiescentis,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quieſcibilis & quieſcere non poteſt eſſe ſubjectum in quo concordantia quieſcat: quoniam deficiēte æqualitate, deficit quies. Nullus finis cum minoritate eſt quies, quia maioritas eſt circa nihil, & nihil procurat laborem & triſtitiam in quantum eſt habitus priuatiuus perfectionis.

DE MAIORITATE DEDUCTA per principia. CAP. XVI.

De maioritate deducta per principia

MAIORITAS bono eſt ratio bono quod agat maius bonum: & talis bonitas eſt ſubſtantialis, eo quod ſubſtantia maior eſt accidente. Et ideo quando magis bonus producit quo ad rationem bonitatis & maioritatis, ſubſtantia vel maius bonum ſubſtantialiter producit & ipſum productum ponit in ſpecie ſubſtantiali bonitatis & maioritatis. Maioritas eſt magna, & aliqua magnitudo eſt maior: vnde ſequitur, quod ipſa eſt ſubſtantia, quod ſi non eſſet maior, neque ſubſtantia poſſet eſſe magis magna quam accidens. Maioritas durat per durationem, & duratio maior eſt per ſubſtantiam: quod ſi non accidens duraret per ſe & non per ſubſtantiam; & magis per minoritatem poſſet eſſe maior quam per maioritatē, quod eſt impoſſibile. Maioritas per poteſtatem poteſt exiſtere & agere, & poteſtas per maioritatem poteſt eſſe maior: vnde ſequitur quod maioritas & poteſtas poſſunt eſſe partes ſubſtantiales in ſuppoſito in quo ſunt. Maioritas eſt ſcibilis per ſapientiam; & ſic eſt objectum ſubſtantiale. Et ſi non maioritas non eſt ſcibilis per ſe, ſed per accidens, quod eſt impoſſibile: majoritas eſt amabilis per voluntatem, ut voluntas per maioritatem poteſt habere maius objectum. Maioritas eſt imago immenſitatis virtutis, vnde ſequitur quod aliqua maioritas ſit ſubjecta: quod ſi non, non poſſet eſſe imago immēſitatis virtutis, eo quia accidens non poſſet ad hoc ſufficere, cum dicat minoritatem, & ſubſtantia maioritatem. Maioritas eſt vera per veritatem, & veritas maior per majoritatem, vnde ſequitur quod aliqua veritas eſt ſubſtantialis, quia ſi non, iam non poſſet eſſe maior quam accidens; neque maioritas poſſet eſſe vera per veritatem ſubſtantialem. Maioritas eſt delectabilis per gloriam, & gloria per maioritatem habet maiorem delectationem: ergo oportet dare de neceſſitate aliquam maioritatem ſubſtantialē, ut ſit maior gloria per ſubſtantiam quàm per accidens. Maioritas eſt inconfuſa per differēciam quæ diſtinguit inter maioritatem ſubſtantialem & accidentalem, ſine qua diſtinctione maioritas eſſet confuſa. Maioritas ſine concordantia non poſſet eſſe imago immenſitatis, virtutis, magnitudinis, & c. quæ concordantia ponit, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nit, quod aliqua maioritas sit subiectum existendo & agendo. Maioritas vincit minorem contrarietatem cum maiori concordantia: maioritas vero cum maiori contrarietate non posset vincere maiorem concordantiam. Ratio huius est, quia maioritas est de suo genere. Et in isto passu apparet, per quem modum peccant peccatores & habent culpam, eo quod virtutes sunt maiores positiuè, & vitia minora priuatiuè. Maioritas per rationem principij est principium & principium per maioritatem habet rationem substantiæ: quod si non, non posset esse maius ad hoc quod principium sit tantum maius, quod non potest plus, oportet quod habeat in se partes coessentiales ex quibus sit: quia si non posset esse maius potentialiter & non actualiter, & maior maioritas posset esse in potentia quàm in actu, quod est impossibile. Maioritas sine medio sibi coessentiali scilicet maiorificare, non posset esse in suo genere: neque medium sine maioritate posset esse eius substantiale. Maioritas causat maiorem quietem, vnde sequitur, quod aliquis finis sit substantialis ratione maioritatis simpliciter: quod quies non fit respectu maioritatis. Ratio huius est, vt quies sit separata à superbia & inuidia, & huiusmodi. Maioritas sine æqualitate non posset esse imago immensitatis, bonitatis, magnitudinis, & cætera, eo quia non haberet cum quo habet: ergo res æquales sibi coessentiales scilicet maiorificans, maiorificabile & maiorificare. Maioritas & minoritas opponuntur in subiecto in quo sunt respectiuè, sicut substantia & accidens conueniunt in constituendo vnum terminum sicut corpus: & ideo maioritas per se conuenit cum esse: & minoritas cum non esse. Tamen aliqua maioritas conuenit cum non esse: eo quia causat peccatum siue corruptionem.

DE ÆQVALITATE PER PRINCIpia deducta. CAP. XVII.

De æqualitate per principia deducta.

ÆQVALITAS bona est ratio bono quod æqualiter agat bonum. Et ista diffinitio est fons, à quo oritur iusticia naturalis & moralis. Æqualitas est magna per magnitudinem; & magnitudo ratione æqualitatis habet res æquales sibi coessentiales in se: æqualitas vero non posset esse magna per magnitudinem sine natura coæquatiua per coæquãtem, coæquabilem & coæquare sibi coessentiales & naturales. Æqualitas durat per durationem, eo quia duratiuum de durabili sufficit coæquatiuo; eo quia facit durare, coæquabile & coæquare. Et si æqualitas & æternitas essent idem in inferioribus in æterno & ab æterno, durarẽt in ipsis coæquare, æternare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſine corruptione vnius & generatione alterius, quod eſt impoſſibile. Et ſic patet, quod mundus ſit nouus, eo quia in ipſo æqualitas & æternitas non conuertuntur. Æqual. eſt potens per poteſtatem poteſtas per æqualitatem habet in ſe res coæquales ſibi & coeſſentiales. Et ſic in ſubiecto in quo ſunt cauſant coæquare & poſſe. Et ſi eſſent idem in inferioribus, eſſent coæquare & poſſe de neceſſitate in tanto, quod euacuarent omnes inæqualitates de mundo: & omnia eſſent æqualia, & æquæ potentiæ, quod eſt impoſſibile: Et in iſto paſſu apparet, quomodo vna impoſſibilitas adducit aliam. Æqual. eſt ſcibilis per ſapientiam, & quia ſapientia eſt magna per magnitudinem, & ſimiliter æqualitas: ſequitur ergo de neceſſitate, quod æqualitas ſit actu per coeſſentiales, coæquante, coæquabilem & coæquare. Et ſi æqualitas eſt idem quod intellectus, ſequitur quod in ipſo ſunt ſemper coæquare & intelligere. Æqual. eſt amabilis per voluntatem: ratio huius eſt vt voluntas poſſet eam habere per amantem, amabilem & amare. Et quia voluntas & æqualitas ſunt magnæ per magnitudinem, potentes per poteſtatem, quieſcentes per finem, ſunt actu de neceſſitate. Æqual. eſt virtuoſa per virtutem; & virtus per æqualitatem habent in ſe res æquales. Et ideo in iſto paſſu apparet, quod virtutes ſunt coæquabiles: & quod illa coæquatio eſt virtuoſa. Æqual. per veritatem eſt vera, quia non poſſet recipere habitum veritatis ſine ſua natura; oportet quod imprimat in veritate ſuum habitum & ſuam naturam; vt veritas per rationem æqualitatis habeat in ſe res coæquales & coeſſentiales. Æqual. per gloriam eſt delectabilis, & gloria per æqualitatem coæquabilis; & ideo in gloria glorians delectatur in coæquando ſibi gloriatum & gloriabile. Æqual. per differentiam eſt ratio inconfuſa, oſtenſiua & clara. Ratio huius eſt: quia differentia ponit, quod vnus ſit coæquans, alius coæquabilis, alius coæquare: ſed remota differentia ab æqualitate eſſet æqualitas euacuata à claritate, & eſſet tenebris obumbrata & repleta. Æqual. per concordantiam habet res concordantes: & concordantia per æqualitatem res coæquantes. Et ſi conuertuntur, ſemper ſunt permanentes per coæquare & concordare. Et contrarietas & æqualitas non poſſunt cum ipſis principiare. Æqualitas & contrarietas non ſunt amicæ, eo quia æqualitas & concordantia ſunt amicæ: & in iſto paſſu apparet: quod iuſticia oritur de æqualitate & concordantia, & iniuria de contrarietate & inæqualitate. Æqual. eſt principium per rationem principij: & principium ratione æqualitatis habet in ſe res æquales ſibi coeſſentiales. Et ſi conuertuntur, ſemper ſunt permanentes per principiare & coæquare. Æqualitas per medium habet mediatiuam naturam & mediũ per æqualitatẽ coæquatiuam:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiuam : & ſic conueniunt inter ſe per coæquare & mediare. Æqual. eſt ſubiectu min quo finis concordantiæ quieſcit : & in ipſa quiete eſt maioritas, vt quies non fit ſine maioritate æqualitatis diſparata ſimpliciter à maioritate, quæ non eſt de genere quietis. Æqual. per maioritatem eſt maior & æqualitas quo ad ſuam eſſentiam & naturam requirit res æquales ſibi coeſſentiales, vt commodè ſit diſparata à minoritate ſua inimica. Et in iſto paſſu apparet, quomodo maioritas extra animam ens reale & naturale. Æqualſ & minoritas ſunt inimicæ. Ratio huius eſt : quia vbi eſt æqualitas, non poteſt eſſe minoritas : eo quia ſi eſſet, deſtrueret æqualitatem : veruntamen in quantum aliqua æqualitas eſt minor alia, cum minoritate, habet aliquam conuenientiam per quam conuenit cum non eſſe.

DE MINORITATE PER PRINCIcipia deducta. CAP. XIIX.

De minoritate per principia deducta.

MINORITAS per bonitatem non eſt circa nihil, eo quod bonitas ſemper eſt circa aliquid : ſed bonitas per minoritatem eſt circa nihil, & ideo quando bonus non attingit bonum, eſt ocioſus : de bonitate bonitas eſt minor & circa nihil, ſed hoc eſt per accidens. Minoritas non eſt de ratione magnitudinis reſpectu maioritatis, quæ eſt ſuum contrarium : tamen eſt magna, in quantum eſt ſubſtantia, & eſt ſubſtantia vt entia ſubſtantialia ſpecialiter differant per maioritatem & minoritatem. Minoritas durat per durationẽ in ſuo genere, quod eſſet impoſſibile, ſi eſſet de æternitate, quæ non eſt de genere minoritatis. Et in iſto paſſu apparet, quod mundus non eſt æternus : quia ſi ſic, eſſet de genere æternitatis, quæ æternitas eſſet minor quàm æternitas Dei : ſicut bonitas mundi quæ eſt minor quam bonitas Dei. Minoritas per poteſtatem poteſt eſſe hoc quod eſt : ſed non vltra hoc quod eſt ; & ſic de ſua agentia. Minoritas ratione ſapientiæ eſt ſcibilis ; & ſapientia rationẽ minoritatis eſt minor : minor dico, quando eſt in potentia aut ocioſa, eo quia eſſe in potentia & ocioſitas, cum minoritate conueniunt : Actus vero & agentia cum maioritate. Minoritas per voluntatem eſt amabilis, non vt voluntas diligat minoritatem in ſe : ſed vt diligat in aliquo obiecto minoritatem, vt poſſit diligere maioritatem, ſicut in aqua in qua diligit caliditatem, quæ cauſat minoritatem in aqua : vt homo per aquam ſit calefactus & balneatus. Minoritas per virtutem eſt virtuoſa : quoniam virtus reſtaurat hoc quod ſubiectum minoritatis habet per paruam quantitatem, ſicut granum ſinapis habet magnam virtutem per guſtum & acutam, & multiplicat multa grana. Minoritas per veritatem eſt vera : ratio huius eſt,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod veritas vere ponit quod ipſa ſit circa non eſſe; & minoritas minorando ponit quod vna veritas ſit minor alia. Gloria per minoritatem eſt minor; & ſic gloria per minoritatem non eſt quies, ſed gloria ratione ſuæ abundantiæ multiplicaret ſuam delectationem in ſubiecto in quo eſt minoritas, niſi minoritas hoc impediret & impedit: quia in ſe magnam delectationem habere non poteſt. Minoritas per differentiam eſt ratio inconfuſa: ſed ſecundum genus, ſua charitas parua eſt. Minoritas participat cum concordantia, vt ex pluribus concordantibus ſit conſtituta. Sed illa concordantia parua eſt, eo quia minoritatem non poteſt intrare cum magnitudine. Minoritas cum contrarietate eſt contra maioritatem: & minoritas cum contrarietate contra minoritatem. Et in hoc paſſu apparet, quomodo minoritas de facili poteſt vinci. Minoritas per principium eſt de ratione principij: & ſic eſt principium, ſub quo ſunt omnia agentia minora & parui valoris. Minoritas per medium eſt mediabilis, videlicet eſt medium æqualitatis & maioritatis, per quod tendunt ad non eſſe in quo non ſunt, quouſque tranſeant per ipſam minoritatem & ſuam naturam recipiant, & ad nihil eueniant. Minoritas quo ad ſe, nunquam eſt in quiete. *Ratio huius eſt*, quia eſt circa non eſſe: ſed maioritas quieſcit, quia ipſa eſt circa eſſe, & de maioritate ipſam ancillam facit. Minoritas & maioritas non poſſunt eſſe idem, eo quod maioritas dicit eſſe, minoritas non eſſe: ſed bene conueniunt quo ad vnum finem, ſicut domina & ancilla. Minoritas & æqualitas non poſſunt eſſe idem ſpecie. Ratio huius eſt, quia minoritas conſiſtit inter æqualitatem & noneſſe; & æqualitas inter maioritatem & minoritatem.

SECVNDA PARS OCTAVÆ PARTIS PRINCIPALIS IN QVA PRINCIPIA deducta ſunt per regulas.

Secunda pars octaua partis.

Licet principia diſcurſæ ſint in tertia figura per cameras: hic vero diſcurſus erit continuus per regulas, vt intellectus per rectam lineam de quolibet per regulas noticiam habeat.

Contra amulatores huius artis.

Vlterius in parte iſta intendimus probare quodlibet principium eſſe generale, vt cognoſcatur quod ars iſta generalis per predicta principia probata eſſe generalia, & ſimiliter propter hoc, vt volentes mordere artem iſtam non poſſint predictis principiis reſiſtere.

DE BONITATE PER REGVLAS deducta. CAP. I.

De bonitate per regu-

VTRVM bonitas ſit principium generale? Et reſpondendum eſt, quod ſic, vt patet per regulam B. & per ſcalas ſecundæ

(c) 2008 Ministerio de Cultura

cundæ figuræ, in qua omnia bona comprænduntur. Quæ quidem ſcalæ ſunt generales & bonæ per bonitatem, quam bonitatem non poſſent habere deficiente bonitate generali. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt bonitas generalis? Et reſpondendum eſt, quod eſt ens continens in ſe omnes bonitates ſpirituales in ſubiectis ſpiritualibus ſubſtentatas. Per ſecundam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid habet bonitas in ſe ſibi coeſſentiale? Et reſpondendum eſt, quod habet concreta relata & ſibi coeſſentialia ex quibus eſt, & ſine quibus eſſe non poſſet, principium generale: & hoc probabile eſt per primam ſpeciem regulæ C. & per ſecundam D. Per tertiam ſpeciem C. quæritur, quid eſt bonitas in alio? Ad quod reſpondendum eſt, quod eſt habitus in ſubiecto, quod eſt habituatum de bonitate actiua ſiue paſſiua, qui per actiuam eſt bene agens: per paſſiuam eſt bene patiens. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet exiſtẽtiam in ſubiecto, ſine qua non poſſet eſſe: & habet in ipſo actionem & paſſionem ratione ſuæ naturæ in ſecunda ſpecie ſignificatæ. Quæritur per primam ſpeciem regulæ D. bonitas de quo eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa, vt ſit generalis & habeat per ſe naturam ſuam deſignatam in ſecunda ſpecie regulæ C. & in prima & ſecunda D. Et per ſecundam ſpeciem, bonitas contracta de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa, in quantum eſt ſubſtantia innata; vt per ſecundam ſpeciem regulæ C. & per primam regulam E. ſignificatum eſt aliter enim per ſe non haberet exiſtentiam naturalem, quod eſt impoſſibile. Amplius bonitas exiſtens habitus naturalis ſiue moralis eſt ſignificatiua de bonitate ſubſtantiali, deducta, & diffuſa: ſicut ſimilitudo de ſimilato. Adhuc per tertiam ſpeciem D. bonitas cuius eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt ſubiecti in quo eſt: ſicut habitus habituati, & quantitas quanti, & huiuſmodi. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur: bonitas quare eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt per ſeipſam, vt per ſecundam ſpeciem C. & per primam viſum eſt. Vlterius per ſecundam ſpeciem regulæ E quæritur, bonitas quare eſt? Reſpondendum eſt, quod bonitas eſt vt principia alia ſint bona per ipſam: priuata enim bonitate nullum quidem principium eſſet bonum, ſicut priuata caliditate nullum ens eſſet calefactum. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur: bonitas quanta? Et reſpondendum eſt, quod eſt tanta quantus eſt habitus eius: in ſubiecto autem eſt pars eius. Per ſecundam ſpeciem quæritur, bonitas quanta eſt? Et reſpõdẽdu eſt, quod eſt tanta, quãta ſunt ſua concreta correlatiua & ſibi coeſſentialia, vt iam probatum eſt in ſecunda ſpecie regulæ C. Per primam ſpeciem regulæ G quæritur, bonitas qualis eſt?

Las deducta.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et reſpondendum eſt, quod eſt propria paſſio ſubiecti ſubſtantialis ſiue accidentalis in quo eſt, & cum propria paſſione prædicatum eſt deductum; ſine quo ſubiectum eſſe non poteſt, ſicut animal de homine. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur: bonitas qualis eſt? Et dicendum eſt, quod eſt talis, qualis eſt habitus bonus in ſubiecto de ipſo habituato: ſicut dulcedo mellis quæ bona eſt, & iuſticia iuſti. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur: bonitas quando eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc temporis, quando ipſum bonum eſt, tempore exiſtente in motu bono & continuo ſucceſſiue, per ſcalam ſecundæ figuræ, in hac quidem reſponſione ſunt implicatæ omnes regulæ H. in tempore habituatæ. Sed applicationes dimittimus homini bene intuenti, habituato de iſta arte, & hoc facimus cauſa breuiloquij. Et in iſto paſſu intellectus eſt valde oneratus. Veruntamen quanto magis eſt oneratus, tanto magis altus & generalis eſt. Quæritur per omnes ſpecies regulæ I. bonitas vbi eſt? & reſpondendū eſt, ſicut prius de tẽpore dictum eſt, videlicet eſt in ſeipſa: vt per ſecundam ſpeciem C. manifeſtū eſt, & per primam & ſecundam regulam D. E. & per principia primæ figuræ quæ de bonitate habituata & ſituata ſunt. Per primam regulam K. quæritur: bonitas quomodo eſt? & reſpondendū eſt, quod bonitas eſt pars ſubiecti in quo eſt, vt patet per ſcalã differentiæ, & per ſecundam ſpeciem regulæ C. & per primam G. Vlterius per ſecundã ſpeciem regulæ K. quęritur: quomodo eſt bonitas in alio principio? & reſpondendum eſt per ſecundã ſpeciem regulæ C. Et hoc patet in prima parte introductionis principiorum. Et in prima ſcala tertiæ figuræ per cameram B. C. & per cameram B. K. Amplius quæritur per tertiam ſpeciem K. quomodo bonitas eſt in toto, & totum eſt in ipſa? Et eſt dicendum, quod eſt in toto, ſicut habitus in habituato: vt per ſcalam ſupradictam ſignificatum eſt. Per quartam ſpeciem K. quæritur, quomodo bonitas tranſmittit ſuam ſimilitudinem extra? & reſpondendum eſt, per modum quem habet in ſecunda ſpecie regulæ C. in qua bonificans in ſuo bonificabili generat bonitates peregrinas ſiue accidentales de ipſa habituatas: ſicut dulcedo eſt in melle quæ bona eſt; & iuſticia eſt in iuſto. Quæritur per omnes ſpecies regulæ K. bonitas cum quo eſt? ad quod reſpondendum eſt, quod eſt cum ſeipſa & cum aliis principiis, ac etiam cum ſuis correlatiuis, ſine quibus eſſe non poſſet, vt patet in ſecunda ſpecie regulæ C. cum quibus generat & imprimit bonitates peregrinas, & eſt cum prima & ſecunda ſpecie regulæ D. Et ſimiliter cum ſcala tertiæ figuræ determinata per B. C. & per B. K. in qua ſcala diffundit ſe, dando eis ſuas ſimilitudines.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE MAGNITVDINE PER REGVLAS deducta. CAP. II.

Deductio magnitudinis per regulas.

VTRVM magnitudo ſit principium generale? & reſpondendum eſt quod ſic, vt patet in ſcala tertiæ figuræ terminata per cameram B.C. & C.D. vſque ad cameram C.K. Quoniam niſi magnitudo eſſet principium generale: & bonitas, differentia, concordantia, &c. non haberent de quo eſſent magnæ, vt per regulam B. probatum eſt. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur: quid eſt magnitudo? Et reſpondendum eſt quod eſt illud principium, cui propriè competit magnificare, ſiue cum quo magnum cauſat magnificare: Et hoc per regulam B. viſum eſt? Per ſecundam ſpeciem quæritur, magnitudo quid habet in ſe? & reſpondendum eſt, quod in rebus corporalibus habet magnificantem, magnificatum & magnificare ei coeſſentiales, cum quibus cauſat extenſitates ſubſtantiales in ſubiecto, ex quibus cauſantur quantitates, cum quibus menſurat ſeipſam & alia principia in ſubiecto corporali in quo eſt. In ſpirituali vero magno cauſat actus magnos, videlicet magnum intelligere, recolere & amare ex magnitudine ſpirituali habituatos, ipſa magnitudine exiſtente in ſpirituali principio. Et hoc idem eſt de magno ſpirituali bonificare, durare, iudicare, &c. vt per regulam B. probatur. Adhuc per tertiam ſpeciem magnitudo quid eſt in alio? Et eſt dicendum, quod eſt forma formans magnum formatum & magnum materiatum, vt per primam ſpeciem D. ſignificatum eſt. Amplius per quartum ſpeciem quæritur, magnitudo quid habet in alio? Reſpondendum eſt, quod habet magnam actionem & paſſionem in ſubiecto magno in quo eſt, cum quibus eſt naturalis: Et hoc per primam regulam D. ſignificatum eſt. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, magnitudo de quo eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa, vt ſit primitiua in actu magnificandi; quod ſi non magnificaret, non haberet de quo eſſet; neque per conſequens magnificatum quod eſſet, quod eſt impoſſibile: hoc autem patet per regulam B. Per ſecundam ſpeciem quæritur, magnitudo de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſuis correlatiuis naturalibus in ſecunda ſpecie C. ſignificatis. Vlterius per tertiam ſpeciem quæritur, cuius eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt ſubiecti in quo eſt: quia ſubiectum cum ipſo aget in ſeipſo naturaliter ſiue moraliter. Et hoc per regulam B. ſignificatum eſt. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, magnitudo quare eſt? Et reſpondendum eſt, per ſecundam ſpeciem regulæ C. eo quod eſt de magnitudo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habet naturam exiſtendi hoc quod eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, magnitudo quare eſt? Et reſpondendum eſt, ad hoc vt alia principia per ipſam ſint magna. Et hoc ſignificatum eſt in figura per omnes alias cameras in quibus C. eſt. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, magnitudo quanta eſt? Et reſpondendum eſt, quod tanta eſt, quanta ſua eſſentia in ſubiecto continua eſt per ſcalam tertiæ figuræ deſignata per B. C. & C. D. vſque ad cameram C K. Per ſecundam ſpeciem quæritur, magnitudo quanta eſt? Et reſpondendũ eſt, quod eſt tanta, quantum capere poteſt de ſuis correlatiuis per ſecundam ſpeciem C. ſignificatis. Et ſic de habitibus magnitudinis ad ipſa influxis in prima & ſecunda figura ſubſtentatis & aſſituatis & numeratis. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, magnitudo qualis eſt? Et reſpondendum eſt, quod talis eſt, qualis eſt per primam ſpeciem regulæ C. & per primam & ſecundam D. E. F. Et ad hoc teſtatur regula B. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, magnitudo qualis eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt talis, quales ſunt ſui habitus diffuſi & diſcurſi in tertia figura per ſcalam B. C. & C. D. vſque ad C. K. Per primam ſpeciem H. quæritur, magnitudo quando eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando ſuum ſubiectum eſt, in quo eſt ſubſtentata & coniuncta. Et probabile eſt per ſcalam tertiæ figuræ per B. C. & C. D. vſque ad C. K. conſtituram: in qua ſcala ſunt implicatæ omnes quindecim ſpecies regulæ H. cum magnitudo mota conſiſtit in tempore & tempus in ipſa: ſed hoc explicare eſſet valde prolixum; ſed ſpectat ad artiſtam ſcientem artem iſtam. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, magnitudo vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt cum omnibus ſpeciebus I. in cameris tertiæ figuræ deſignatis: Et per artem applicabile eſt ad propoſitum homini intuenti, ſcientique artem iſtam. Quæritur per ſpecies primæ regulæ K. magnitudo quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt per illum modum quem habet in regula C. & D. & E. & F. G. H. & I. vt in ſcala tertiæ figuræ ſignificatum eſt. Per ſecundam regulam K. quæritur, per omnes ſpecies cum quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt cum ſuis correlatiuis in ſecunda ſpecie C. ſignificatis. Et eſt cum prima & ſecunda ſpecie regulæ D. E. F. G. H. I. & cum prima modali, ſine quibus ipſa non poteſt eſſe hoc quod eſt. Vlterius eſt cum aliis principiis, ſine quibus non poſſet eſſe hoc quod eſt, nec haberet naturam quam habet in ſeipſa & in aliis. Et hoc quod dictum eſt per ſeipſum eſt notum & etiam per B. comprobatum eſt. Dictum eſt de magnitudine per regulas diſcurſa, ratione cuius oſtenſum eſt per quem modum intellectus humanus habet ſubiectum valde generale ad attingendũ multas & magnas

(c) 2006 Ministério de Cultura

& magnas operationes per magnitudinem causatas & deductas in subjectum in quo sunt. Et ideo cum ita sit, quid mirum si per istam artem generalem intellectus humanus est valde generalis ad causandum scientias magnas & multas & faciliter inuentas?

DE AETERNITATE PER REGVlas deducta. CAPVT III.

De aeternitate per regulas deducta.

QVAERITVR, vtrum sit æternitas? Et respõdetur quod sic: quod si non, mundus seipsum principiasset, & nouum se fecisset, & esset antequam esset: & sic sequeretur cõtradictio quæ est impossibilis, & hoc per regulam B. probatum est. Per primam speciem regulæ C. quæritur, quid est æternitas? Respondendum est, quod est ens quod cum sua infinita bonitate, magnitudine, potestate & virtute conuertitur. Et hoc per primam speciem & secundam D. E. F. probabile est. Per secundam speciem quæritur, æternitas quid habet in se? Et respondendum est, quod habet sua correlatiua substantialia & primitiua, ut per primam speciem & secundam regulæ D. E. probatum est. Per tertiam speciem quæritur, quid æternitas est in alio? Respondẽdum est, quod est ens ante tempus existens, & hoc per suam diffinitionem supradictam, & per primam speciem regulæ D. probabile est. Et per quartam speciem quæritur, æternitas quid habet in alio? Et respondendum est, quod habet potestatem annihilandi quicquid est, eo quia sua potestas infinita est. Per primam speciem regulæ D. quæritur, æternitas de quo est? Et respondendum est, quod est de seipsa, eo quod primitiua & singularis est, & hoc patet per regulam B. Et per secundam speciem quæritur, æternitas de quo est? Et respondendum est, quod est de æternante, æternabili & æternare, sine quibus non posset esse hoc quod est; & sine ipsis vacua quidem & ociosa esset, & etiam suum esse in non esse posset contingere, & hoc per secundam speciem regulæ C. & per primam D. & E. manifestum est. Adhuc per tertiam speciem quæritur, æternitas cuius est? Et respondendum est, quod est nullius: quia ens infinitum sub aliquo alio existere minimè potest. Per primam speciem regulæ E. quæritur, æternitas quare est? & respondendum est, quod est de infinitis primitiuis & substantialibus, & sibi coessentialibus scil. de æternante, æternabili & æternare, sine quibus non posset esse hoc quod est, neque per se existere posset: & hoc per omnes species regulæ C. & B. satis euidenter probabile est. Per secundam speciem quæritur, æternitas quare est? Respondendum est, ut sua bonitas, magnitudo, potestas sint primitiua & ante om-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ria inchoatiua. Et hoc per regulam B. manifeſtum eſt, & per primam ſpeciem D ſimiliter. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, æternitas quanta eſt? & eſt reſpondendum, quod eſt tanta quanta extra tempus exiſtere poteſt, alioquin non eſſet infinite primitiua atque continua & ſingularis ſine tempore, & hoc per regulam B. & per primam ſpeciem C probabile eſt. Per ſecundam quæritur, æternitas quanta eſt diſcretè? & reſpondendum eſt, quod eſt tanta quanta oſtenſa eſt per ſecundam ſpeciem regulæ C.D.E. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, æternitas qualis eſt? Ad quod dicendum eſt, quod eſt talis quales ſunt ſua diffinitio & ſignificatio deductæ per ſecundam ſpeciem regulæ C. & per omnes ſpecies D.E.F. Per ſecundam ſpeciem quæritur, æternitas qualis eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt cauſa noui temporis, ſic extra tempus & motum exiſtens & præcedens, ſicut eſt ſua ſubſtantia extra quantitatem mundi intenſa & extenſa: Et hoc per omnes ſpecies regulæ C.D.E,F. & etiam per regulam B. affirmabile eſt. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur, æternitas quando eſt, ſiue quando fuit, & quando erit? Ad quod dicendum eſt per ſpeciem regulæ C.D.K. videlicet quod fuit antequam tempus fuiſſet, ut præcederet ad tempus quo ad ſuam durationem æternam : ſicut ſua magnitudo infinita præcedit quantitatem mundi finitam. Vlterius æternitas eſt nunc in quo fuit ab æterno, & in quo nunc erit in æterno, & hoc ſine motu & ſucceſſione; & in tali nunc tempus exiſtere minime poteſt, nunquam etiam poteſt eſſe de genere æternitatis. Vlterius æternitas erit tunc, quando tempus nõ erit in ſubjecto æterno. Ratio huius eſt, ut immobilitas æternitatis ſic mẽſuret & comprehendat mobilitatem mundi ſicut in ſubſtantia Dei immenſa & infinita quantitatem mundi finitam, & ad hoc reſtantur omnes regulæ cum ſpeciebus earum. Per regulam I. quæritur, vbi eſt æternitas? Et reſpondendum eſt per regulas C.D.K. & per alias regulas; videlicet quod ipſa eſt ita extra cœlum cum ſua immenſa infinitate: ſicut cum ſua infinitate & immobilitate extra tempus & motum & ſicut eſt cum ſua bonitate infinita extra bonitatem finitam. Veruntamen diuina æternitas eſt in mundo & in omnibus partibus eius, non quod ſit collocata, eo quia infinita & indiuiſibilis eſt, ut patet per ſecundam ſpeciem regulæ C.D. & etiam per regulam B probatum eſt. Per regulam de modalitate quæritur, æternitas quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod modus deſignatus eſt in ſecunda ſpecie regulæ C.D.E. ſine quibus æternitas non haberet modum exiſtendi atque agendi in ſua natura, & hoc quidem omnes regulæ aſſerunt. Per regulam de inſtrumentalitate quæritur, æternitas cum quo eſt? Et reſpondedum eſt, quod eſt cum ſuis coeſſentialibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sentialibus relatiuis in regula C.D.E.designatis. Et sic cum sua infinita singulari bonitate, magnitudine, potestate, &c. sicut cum sua singulari duratione. Ratio huius est, cum quicquid sit, sit comprænensum per hoc quod ipsa est. Nam ens infinitum simpliciter comprænendit finitum. Et ad hoc omnes regulæ testantur & consentiunt Dictum est de æternitate discursa per regulas, ratione cuius ipsam artificialiter inuenimus & cognoscimus adiuuante sua gratia: ipsam quidem æternitatem Deum vocamus, cui sit laus & honor in æternam.

DE POTESTATE PER REGVlas deducta. CAPVT. VI.

De potestate per regulas deductas.

QVAERITVR, vtrum sit aliqua potestas infinita? Et respondendum est quod sic, & hoc potestatum est per capitulum de æternitate. Nam si non esset aliqua potestas infinita, iam æternitas quæ est infinita non haberet, cum quo posset esse infinita: & hoc per regulam B. probatum est. Item per tertiam speciem regulæ D. nisi enim esset potestas infinita, sequeretur quod potestas finiti impediret ipsam esse: vnde sequeretur, quod potestas esset habitus priuatiuus subditus habitui infinito & positiuo, quod est impossibile. Quæritur per primam speciem regulæ C. infinita potestas quid est? Et respõdendum est, quod est ens, cui proprie competit infinitum posse, & istud per primam speciem regulæ D. visum est, & etiam regula B. ad hoc testatur. Per secundam speciem quæritur, potestas infinita quid habet in se? Et dicendum est, quod habet naturales & essentiales relationes, cum quibus potest esse hoc quod est Et hoc per regulam B. & per secundam & tertiam regulam D.E. demonstrabile est. Per tertiam speciem quæritur. Quid est potestas in alio? Et dicendum est, quod est ens causans actiones & passiones in subjecto, ratione cuius subjectum potest habere actiones & passiones: & hoc per regulam B affirmabile est. Per quartam speciem quæritur, quid habet potestas in alio? Et dicendum est, quod habet actiones, sicut causa in effectu habet passiones in subjecto in quo est, ipsa potestate existẽte habituata de bonitate & magnitudine, &c. Et hoc per regulam B. visum est. Per primam speciem regulæ D. quæritur, potestas de quo est? Dicendum est, quod est de se ipsa, eo ꝙ principiũ generale est. Et hoc per regulam B. probabile est. Per secundam speciem quæritur, potestas de quo est? Dicendum est, quod est de possificante, possificabili & possificare. Et hoc per secundam speciem C.E. probabile est. Adhuc per tertiam speciẽ quæritur, potestas cuius est? Ad quod respondendum est, quod est subjecti in quo est: quod quidem cum sua potestate agit in patiente: & hoc per se patet. Per primam speciem regulæ E. quæ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

E.quæritur poteſtas quare eſt? Dicendum eſt, quod eſt ex eo quod eſt de poſſificante, poſſificabili & poſſificare; ſed accidentaliter eſt habitus in ſubjecto in quo eſt: ſicut albedo quæ eſt eo quod ſuum ſubjectum album eſt. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, poteſtas quare eſt? Dicendum eſt, ut alia principia per ipſam poſſint habere exiſtentiam & agentiam. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, poteſtas quanta eſt? Dicendum eſt, quod eſt tanta quantum intrare poteſt ſuam naturam, & hoc per ſecundam ſpeciem C. manifeſtum eſt, ut ex ipſis ſit vna cõtinua exiſtentia, & ad hoc regula B. & prima & ſecunda ſpecies regulæ D. teſtantur Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, poteſtas quanta eſt? Dicendum eſt, quod eſt tanta quanta ſunt ſua concreta relata per ſecundam ſpeciem regulæ C. & per primam G & per regulam B. viſum eſt. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, poteſtas qualis eſt? Dicendum eſt, quod eſt talis qualis eſt propria paſſio ſubjecti: ſicut infinitas & æternitas Dei, ſine quibus Deus non poſſet eſſe hoc quod eſt. Item per ſecundam ſpeciem quæritur, poteſtas qualis eſt? Dicendum eſt, quod eſt talis qualis eſt habitus in ſubjecto, ſicut bonitas, magnitudo, quæ poſſunt eſſe hoc quod ſunt per poteſtatem & iudex poteſt eſſe per poteſtatem, & hoc per regulam B. manifeſtum eſt. Quæritur per omnes ſpecies regulæ H poteſtas quando eſt; Et dicẽdum eſt per primam ſpeciem regulæ quod eſt tunc quando ſua diffinitio eſt, & per ſecundam eiuſdem, eſt tunc quando habet correlatiua ſibi coeſſentialia. Adhuc per tertiam eſt tunc quando in ſubjecto habitus eſt. Amplius per quartam eiuſdem, eſt tunc quando habet actiones & paſſiones in ſubjecto. Et per primam ſpeciem regulæ D. eſt tunc quando tempus poteſt eſſe per poteſtatem & per motum, & motus in tempore. Adhuc per ſecundam D. eſt tunc quando eſt de ſuis correlatiuis. Amplius per tertiam D. eſt tunc quando eſt inſtrumẽtum ſubjecti in quo eſt. Et per primam ſpeciem regulæ modalis eſt tunc quando per ſe ipſam habet modum, & per ſecundam ſpeciem eſt tunc quãdo eſt habitus in ſubjecto Et per tertiam ſpeciem eſt tunc quando vnum correlatiuum eſt in alio; & omnes ſunt in vna eſſentia in ipſis. Et per quartam ſpeciem eſt tunc quando alia principia de ipſa ſunt habituata, & de ſimilitudinibus ipſius poteſtatis. Per regulam inſtrumentalitatis adhuc poteſtas eſt tunc quando eſt cum ſuis correlatiuis. Et per ſecundam ſpeciem eſt tunc quando vnum principium cum alio eſt. Et per tertiam eſt tunc quando plures eſſentiæ poſſunt eſſe in vno communi & vna in alia & commune in ipſis. Adhuc per quartam eſt tunc quando cauſat ſuas ſimilitudines in ſubjecto tranſeunte cum ſuis coeſſentialibus relatiuis intrinſecis. Et ſic oſtenſum eſt, quomodo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quomodo poteſtas exiſtit in tempore, & tempus & motus in ipſa. Sed in iſto diſcurſu intellectus eſt valde aggrauatus, tamen exaltatus eſt. Et hoc omnes regulæ probant, ſine quibus intellectus non poſſet eſſe ita altus. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur: poteſtas vbi eſt? Dicendum eſt, quod eſt in vbi per illum modum per quem ſupra de tempore dictum eſt. Nam eſt in ſua diffinitione, & eſt in ſuis correlatiuis, in quibus omne poſſibile eſt poſſibile, & extra ipſos nullū ens eſt poſſibile in ipſis, quod nullum impoſſibile exiſtere poteſt. Iterum eſt in ſubjecto in quo eſt habitus: & in ſubjecto in quo habet actiones & paſſiones. Et eſt in loco primitiuè, & eſt in eis, de quibus eſt, & eſt in ſubjecto cuius eſt. Et eſt in modalitate, in qua habere modum exiſtendi & agendi, & ſuas ſimilitudines generandi. Et eſt in ſubjecto, quod quidem cum ipſa poteſtate agit & patitur. Et hoc per omnes ſpecies prædictas demonſtratum eſt, & per regulam B. probabile eſt. Per regulam modalitatis quæritur: poteſtas quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod modus poteſtatis eſt ſecundum quod habet modum eſſendi & agendi in ſubjecto in quo eſt, & ſubjectum in ipſa, habendo per poteſtatem actiones & paſſiones. Et hoc per lineam continuam in ſpeciebus regularum eſt ſubſtentatum. Sed hoc declarare eſſet prolixum: tamen ipſa declaratio poſſibilis & facilis eſt, tenendo modum huius artis. Quæritur, poteſtas cum quo eſt per regulam inſtrumentalitatis? Et dicendum eſt, quod eſt cum ſuis coeſſentialibus relatiuis, & eſt cum omnibus ſpeciebus regularum, ſine quibus ipſa eſſe non poteſt neque ipſe ſine poteſtate. Et hoc ſatis eſt declarabile habituatis de iſta arte. Et hæc de poteſtate ſufficiant.

DE SAPIENTIA PER REGVlas deducta. CAP. V.

Deductio ſapientiæ per regulas.

QVAERITVR vtrum aliqua ſapientia ſit habitus? Et dicendum eſt quod ſic. Nam ſi non eſſet aliqua ſapientia habitus, iam intellectus non haberet cum quo obiectaret veritates reales & neceſſarias: & ſic eſſet nudus & impotens, quod eſt impoſſibile, & hoc per regulam B. probabile eſt. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur: ſapientia exiſtens habitus quid eſt? & eſt reſpondendum, quod eſt inſtrumentum cū quo proprie & bene intellectus agit, ex quo ita bene eſt habituatus, ſicut ignis de caliditate, & cappatus de cappa & iuſtus de iuſticia. Per ſecundam ſpeciem quæritur: quid habet in ſe ſapientia coeſſentialiter? & reſpondendum eſt quod ipſa habet ſua correlatiua, ſine quibus eſſe non poteſt. Per tertiam ſpeciem quæritur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ritur:quid eſt in alio? & eſt dicendum, quod eſt habitus exiſtẽs, in alio. Per quartam ſpeciem quæritur: ſapientia quid habet in alio? & eſt dicendum, quod ſapientia exiſtens ſubſtantia habet habitum in ſubjecto,cum quo ſubjecto bene intelligit. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur: ſapientia de quo eſt? Dicendum eſt,quod eſt de ſeipſa,ut principium primitiuum & generale ſit ad omnia ſcibilia. Per ſecundam quæritur: de quibus eſt? & dicendum eſt,quod eſt de ſuis relatiuis eſſentialibns: illa quæ eſt ſubſtantia, & quæ eſt accidens ſiue habitus, non habet de quibus ſit:cum ſit forma ſimplex. Et hoc per regulam B. & per ſecundam ſpeciem C. & per quartam K. manifeſtum eſt. Adhuc per tertiam ſpeciem quæritur: cuius eſt ſapientia? ad quod dicendum eſt,quod eſt ſubjecti in quo eſt ſicut cappa cappati,& huiuſmodi. Per primam ſpeciem regulæ E quęritur: ſapientia quare eſt? & eſt dicendum, quod ſapientia exiſtens in ſubjecto,eſt ex eo,quod eſt de intellectiuo,intelligibili & intelligere,& ſi eſt accidens,eſt ex eo, quia intellectus eſt de ipſa habituatus:ſicut logicus de logica,& huiuſmodi. Amplius per ſecundam quęritur: quare ſapientia eſt? & reſpondendum eſt, quod ut ſapiens bene & prudenter habeat ſcientiam, & hoc per regulam B probatum eſt. Per primam ſpeciem regulę F. quęritur: ſapientia quanta eſt? & eſt reſpondendum, quod eſt tanta quantus eſt habitus exiſtens in ſubjecto in quo eſt. Adhuc per ſecundam ſpeciem quęritur: ſapientia quanta eſt? Et eſt dicendum, quod tanta,quanta ſua concreta ſunt ex ipſa ſapientia habituata,ſicut ſunt calefactiuum,calefactibile & calefacere: quę quidem exiſtunt habituata de caliditate. Per primam ſpeciem regulę G. quęritur: ſapientia qualis eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt talis qualia ſunt ſua concreta relatiua innata per ipſũ habituata,& per ſecundam ſpeciem C.ſignata. Amplius per ſecundam ſpeciem quęritur: qualis eſt ſapientia? dicendum eſt, quod eſt talis qualis poteſt habituare ſua concreta relatiua,ſcilicet bene,magnifice, &c. ut per regulam B.manifeſtum eſt, & etiam per tertiam ſpeciem regulę C. & per quartam ſpeciem regulę K. Per omnes ſpecies regulę H.quęritur:ſapientia quando eſt? & dicendum eſt, quod eſt in illo nunc in quo eſt, verumtamen in vno eſt in potentia & in alio in actu:aut in vno nunc in theorica; & in alio in practica, ſecundum quod ſubjectum in tempore & in motu eſt habituatum: & per regulam C.D.K. probabile eſt. Per omnes ſpecies regulę I.quęritur, ſapientia vbi eſt? Et reſpondendum eſt per omnes ſuas ſpecies quod eſt in ſubjecto:ſicut bonitas in bono:& caliditas in igne: & iuſticia in iuſto, & huiuſmodi, & ad hoc teſtatur regula B. Per regulam modalitatis quęritur ſupientia quomodo eſt? Et eſt dicendum, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod eſt per modum differentię & proprietatis. Differentia enim abſtrahit habitum ab omnibus aliis habitibus, & ponit proprietas quod ſit plus habitus intellectus, ut per ſecundam ſpeciem regulę C. quodlibet relatiuum ſit habituatum in alio; & omnia ſua relatiua ad inuicem ſint habituata in vno habitu, & hoc per regulam B. patet, & per omnes ſpecies regulę K. Per omnes ſpecies regulę K. queritur, ſapientia cum quo eſt? Dicendum eſt, quod eſt cum ſuis fundamentis correlatiuis, ut ex ipſa ſint habituata. Et eſt cum actu bonitatis, eo quod bene eſt. Et eſt cum actu veritatis, quia vera eſt, & eſt cum actu poteſtatis, poſſibilis enim eſt. Et eſt cum actu voluntatis, cum ſit deſiderabilis Et eſt cum actu virtutis, nam virtuoſa eſt. Et eſt cum actu glorię, delectabilis quidem eſt.

DE VOLVNTATE PER REGVlas deducta. CAPVT VI.

De Voluntate per regulas deducta.

QVAERITVR vtrum voluntas ſit immortalis? Et reſpõdendum eſt quod ſic: quo ad ſuam eſſentiam : quia non eſt conſtituta de relatiuis contrariis compoſitis, ut patet per ſecundam ſpeciem regulę C. D. E. Veruntamen mortalis eſt, quando eſt habituata de peccato : eo quia de ſecunda ſpecie E. deuiata eſt, & ad hoc teſtatur regula B. Per primam ſpeciem regulę C. queritur, voluntas quid eſt? Et eſt reſpondendu, quod eſt ens cui competit velle & nolle, ut per ſecundam ſpeciem regulę E. poſſet eſſe in quiete. Per ſecundam ſpeciem queritur, voluntas quid habet in ſe naturale? Et reſpondendum eſt, quod habet amantem, amatum & amare conſtitutos ex ſua relatione: & hoc ſubſtantialiter, cum quibus ſe habituat de bono habitu, aut de malo: & de magno aut de paruo: & hoc moraliter, & per regulam B. probatum eſt. Per tertiam ſpeciem queritur, voluntas quid eſt in alio? Et reſpondendum eſt, quod eſt in ſubjecto in quo eſt potentia habituata de virtutibus, aut de vitiis per ſuum velle, aut nolle. Per quartam ſpeciem queritur, quid habet in alio? Ad quod reſpondendum eſt, quod habet actiones & paſſiones objectando. Per primam ſpeciem regulę D. queritur, voluntas de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa: alioquin ſi eſſet de aliquo principio ſibi pręiacente, iam non eſſet primitiua ad volendum & nolendum : & etiam eſſet nuda de ſecunda ſpecie C. quod eſt impoſſibile. Per ſecundam ſpeciem queritur, voluntas de quo eſt? Et reſpondendum eſt, & eſt de ſuis cõſubſtãtialib⁹ relatiuis p ſecũdã ſpeciẽ C. deſignatis: alioquin non habet p ſe exiſtẽtiã, eo quod eſſet accidẽs. Per terciam ſpeciem queritur, voluntas, cuius eſt? Et reſpondendum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est, quod est hominis: cum ipse moueat ipsam libere ad actum suum, scilicet ad velle aut nolle. Per primam speciem regulæ E. quæritur, voluntas quare est? Et respondendum est eo quod de suis correlatiuis naturalibus constituta est. Moraliter autem est, quod in subjecto in quo est, de suo habitu habituata est: sicut cappatus de sua cappa habituatus est. Per secundam speciem quæritur, voluntas quare est? Respondendum est, ut entia sint amabilia siue amata: absque enim ipsa non posset esse oblectata quod ad genus voluntatis. Et sic quies esset vacuata de bonitate, magnitudine, quod est impossibile: & hoc per regulam B. patet. Per primam speciem regulæ F. quæritur, voluntas quanta est? Et respondendum est, quod est tanta quanta est sua essentia ab omnibus aliis differens. Per secundam speciem quæritur, quanta est? Et respondendum est, quod est tanta quanta est ex suis essentialibus relatiuis, ex quibus est per secundam speciem regulæ C D.E designatis, & hoc per regulam B. probatum est. Per primam speciem regulæ G quæritur, voluntas qualis est propriè? Et respondẽdum est, quod est propria passio substantialis in subjecto in quo est: sicut homo qui non potest esse absque voluntate sua. Per secundam speciem quæritur, voluntas qualis est appropriatè? Et respondendum est, quod est bona per habitum bonum: aut mala per habitum malum, cum quo voluntas se inducit ad velle bene aut male. Et hoc per regulam B patet. Per omnes species regulæ H. quæritur, voluntas quando est? Et respondendum est, quod est tunc subjectiuè & objectiuè, quando ipsa deducta est per omnes species C.D.K. Istud autem non oportet declarari: nam satis est manifestum intellectui benè speculanti & habituato de arte ista. Et hoc per regulam B. E.F.G. probatum est. Per omnes species regulę I. quæritur, voluntas vbi est? Et respondendum est per omnes ipsius regulæ species, quod est in subjecto in quo est subjectiuè & objectiuè. Et hoc satis clare patet bene intuenti regulas E.F.G.H. Per omnes species regulæ modalitatis quæritur, quomodo voluntas est subjectiuè & objectiuè? Et respondendum est, quod est per illum modum per quem discursa est per omnes alias regulas & species earum clare visum est: hoc autem narrare valde prolixum esset; idcirco dimittimus artistæ huius artis. Per omnes species instrumentalitatis quæritur, voluntas cum quo est? Et hanc responsionem dimittimus lectori huius artis: quam responsionem potest habere per capitulum sapientiæ in vltimo paragrapho. Sed hic quæritur, voluntas cum quo objectat objectum? Et respondendum est, quod cum sua libertate, quæ quidem est sibi habitus innatus. Adhuc objectat cum suis relatiuis: eo quod volens coniunctus cum sensitiuo & imaginatiuo extrahit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

trahit & deducit ſpecies peregrinas de ſenſibilibus & imaginabilibus, & in ſuo proprio volibili ipſas imprimit, & ipſis impreſſis generantur & oriuntur volibiles per concupiſcentiam, & odibiles per iram: & hoc eſt in intrinſeco velle, à quo oritur velle aut nolle peregrinum per accidens. Et in iſto paſſu apparet, quod nolle non eſt de eſſentia voluntatis, ex eo quia cum iraſcibilitate cauſatum eſt. Quæ quidem iraſcibilitas eſt oppoſitum volibilitati: Et in iſto paſſu intellectus eſt valde altus.

DE VIRTVTE PER REGVLAS deducta. CAPVT. VII.

De virtute per regulas deducta.

QVÆRITVR, vtrum virtus ſit habitus communis principiorum, vt ipſa principia habeant actus virtuoſos? Et reſpondendum eſt quod ſic: vt patet per ſecundam ſpeciem regulæ E. quæ quidem non poſſet eſſe ſubiectum quietis principio, niſi virtus eſſet habitus principiorum communis. Et hoc per regulam B. probabile eſt Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, virtus quid eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt habitus cum quo principia habent habitus virtuoſos: & hoc per regulam B. ſignificatum eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, voluntas quid habet in ſe coeſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod habet ſua correlatiua ex quibus eſt & cum quibus eſt fons ad cauſandum actus virtuoſos. Per tertiam ſpeciem quæritur, virtus quid eſt in alio? Et reſpondendum eſt, quod eſt habitus in ſubiecto, vt ſubiectum habeat actum virtuoſum, ſicut ignis qui eſt in caliditate, vt habeat actum calefaciendi. Per quartam ſpeciem quæritur, virtus quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet actum in ſubiecto de virtute accidentali habituato. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, virtus de quo eſt? Dicendum eſt, quod eſt de ſeipſa, alioquin non eſſet principium generale, quod eſt impoſſibile. Per ſecundam ſpeciem quæritur, virtus de quo eſt? Reſpondendum eſt, quod virtus ſubſtantialis eſt ex ſuis correlatiuis ſubſtantialibus, per ſecundam ſpeciem C ſignificatis: aliter enim non poſſet habere fundamentum per ſe exiſtendi, neque etiam naturam, quod eſt impoſſibile. Per tertiam ſpeciem quæritur, virtus cuius eſt? Et reſpondendum eſt, quod virtus exiſtens habitus, eſt virtutis ſubſtantialis, quæ eſt ſubſtantia: Et hoc per regulam B. probatum eſt. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, virtus quare eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt ex eo quia ex ſuis relatiuis ſubſtantialibus eſt conſtituta. Virtus autem accidentalis eſt ens accidentale, quia per virtutem ſubſtantialem cauſatum eſt, Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, virtus quare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tanta quanta ſunt ſua correlatiua diuerſimode exiſtentia in ſubiectis differentibus ſpecie. Et iſtud per regulam B. ſignificatum eſt, & etiam per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, virtus qualis eſt? Et reſpondendum eſt, quod virtus eſt propria paſſio in ſubiecto. Per ſecundam ſpeciem quæritur, virtus qualis eſt? Et reſpondendum eſt, quod virtus accidentalis eſt ens appropriatum cum quo ſubiectum eſt habituatum. Sic iuſtus de iuſticia, & virtus viſiua de abſtractione ſpecierum coloris, & tactus de ſpeciebus caloris frigiditatis & huiuſmodi: & ſic de potentiis ſuperioribus ſuo modo, & hoc per regulam B. ſignificatum eſt, & per primam ſpeciem D. & per ſecundam. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur, virtus quando eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando in ſuis ſpeciebus ſubſtentata & diſcurſa eſt: Et hoc dimittitur generali artiſtæ huius artis. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, virtus vbi eſt? Et eſt dicendum, quod eſt in omnibus ſuis ſpeciebus, & eſt per totum vniuerſum, & in verbis, & in herbis, & in lapidibus, & omnibus ſubiectis de ipſa habituatis, & in omnibus actibus per virtutes cauſatis. Sed virtus maxime conſiſtit in cauſa prima, quæ cum ipſa conuertitur. Per regulam modalem per K. deſignata quæritur, virtus quomodo eſt? Et eſt dicendum, quod eſt per modum quem habet virtus ſubſtantialis habituando ſe de virtute accidentali, cum qua tranſit ad habendum actus peregrinos influendo ſuas ſimilitudines ſubiectiuè, obiectiuè, refluendo ſimilitudines obiectorum, & ſuam propriam paſſionem in qua ipſas ſimilitudines imprimit & catherizat, vt ſint virtuoſæ. Et in iſto paſſu intellectus eſt valde altus, oneratus & etiam fatigatus, vt per regulam B. manifeſtum eſt. Per regulam inſtrumentalitatis quæritur, virtus cum quo eſt? Et eſt reſpondendū, quod eſt cum ſuis correlatiuis, & vna virtus eſt cum alia: ſicut patet in linea recta conſtituta de virtute elementatiua, vegetatiua, ſenſitiua, imaginatiua & intellectiua: in qua linea vna virtus attrahit ſpecies cum alia, vt ſit participiatiua cum alia. Et hoc per regulam I. & per ſecundam ſpeciem regulæ E. & per regulam B. probatum eſt.

DE VERITATE PER REGVLAS deducta. CAP. IIX.

De veritate per regulas deducta.

QVÆRITVR: vtrum veritas creata conuertatur cum ſua veritate? Reſpondendum eſt, quod non: quod ſi ſic, nimis eſſet ſimilis veritati Dei, quæ quidem cum ſua vnitate conuertitur. Et vlterius conuerteretur cum bonitate, magni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magnitudine, duratione, &c. ratione cuius extenderet se extra tempus & locum, quod est impossibile, & hoc per regulam B. patet. Per primam speciem regulæ C. quæritur, quid est veritas? Et respondendum est, quod est ens incorruptibile. Nam si esset corruptibile, implicaretur contradictio, videlicet quod esset & non esset, quæ contradictio est impossibilis. Per secundam speciem quæritur, veritas quid habet in se essentialiter & naturaliter? Et respondendum est, quod habet sua correlatiua, sine quibus esse non potest, in quibus & cum quibus omnia sunt verificabilia, & extra suam essentiam nullum ens potest esse verum, vt per primam speciem D. visum est. Amplius per tertiam speciem quæritur, veritas quid habet in alio? Et respondendum est, quod habet habitum cum quo verificat subiectum in quo est. Per primam speciem regulæ D. quæritur, veritas de quo est? Et respondendum est, quod est de seipsa, vt falsitas quæ est suum contrarium, non sit ei præiacens, & vt in sua essentia quiescere posset; & hoc per secundam speciem regulæ C. visum est. Per secundam speciem quæritur, de quibus est? Et est dicendum, quod est de suis correlatiuis: alioquin non esset fundamentum sui habitus, cum quo transit ad verificandum alia principia. Per tertiam speciem quæritur, veritas existens habitus cuius est? Et respondendum est, quod est sui fundamenti substantialis, in quo substentata est, & hoc per regulam B. patet. Per primam speciem regulæ E quæritur, veritas quare est? Ad quod respondendum est, ex eo quod est ex suis correlatiuis substantialibus. Per secundam speciem quæritur, veritas quare est? Et respondendum est, vt alia principia per ipsam veritatem sint verificabilia. Per primam speciem regulæ F. quæritur veritas quanta est? Et respondendum est, quod est tanta, quanta alia principia per ipsam veritatem sunt verificata. Per secundam speciem quæritur, veritas quanta est? Ad quod respondendum est, quod est tanta quantum de suo proprio habitu est habituata, cum quo causat actus peregrinos: Et hoc per regulam B. patefactum est. Per primam speciem regulæ G. quæritur, veritas qualis est? Et respondendum est, quod veritas propria est proprius habitus subiecti in quo est cum quo verificat alia principia. Amplius per secundam speciem quæritur, veritas qualis est? Et respondendum est, quod est habitus appropriatus, cum quo intellectus verè intelligit & attingit ipsa principia realia, quæ quidē sūt verè intelligibilia, recolibilia & amabilia, & vere sūt, & sic de sēsibilib' & imaginabilib', & sic de moralibus: & ad hoc reg. B. testat. Per omnes species reg. H. quæritᵉ, veritas quādo est? Et respōdēdū est,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod eſt tunc quando tempus eſt in ipſis ſpeciebus ſubſtentatum & diſcurſum : cuius ratio eſt. Nam ſine ipſa veritate tempus quidem & ſpecies eius vere nequaquam eſſe poſſent. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, veritas vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt extra falſitatem, & eſt per omnes ſpecies ipſius I. quæ quidem ſpecies abſque veritate minimè eſſe poſſent. Vlterius eſt in omnibus elementatis, vegetatis, ſenſatis & imaginatis: Et in omnibus quæ per animam ſunt obrectata, & ſic de angelo In Deo quidem eſt infinita & æterna veritas per exiſtere & agere : & hoc per regulam B. manifeſtum eſt. Per omnes ſpecies modeitatis quæritur : veritas quomodo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt per illum modum quem habet differentia, concordantia & alia principia : quoniam differentia ponit in creatis, quod veritas ſit vnum principium, bonitas aliud, magnitudo aliud, & ſic de cæteris, & quod in eſſentia veritas vnus ſit verificans, alius verificatus, & alius verificare. Et quod vna ſit veritas ſubſtantialis & alia habitualis : proprietas autem ponit quod veritas ſubſtantialis habeat proprium habitum, videlicet veritatem accidentalem, cum qua ponit alia eſſentia in vero. Et ad hoc eſt coadiuuatiua concordantia, vt veritas multiplicet ſuas ſimilitudines: & hoc per regulam B. viſum eſt. Per omnes ſpecies inſtrumentalitatis quæritur : veritas cum quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt cum ſuis correlatiuis. Et veritas quæ eſt habitus, eſt cum ſuo fundamento quod eſt veritas ſubſtantialis. Et veritas quæ eſt moralis, eſt cum bonitate & virtute. Nam cum malicia & vitiis eſſe non poteſt, cum ſint habitus priuatiui, cum quibus falſitas eſt, in qua falſitate nulla ſimilitudo veritatis exiſtere poteſt : quod ſi ſic : iam eſſet compoſita ex contrariis, & implicaret contradictionem quod eſt impoſſibile.

DE GLORIA PER REGVLAS deducta. CAP. IX.

Deductio gloriæ per regulas.

PER regulam B. quæritur : vtrum gloria ſit principium generale & reale? Et reſpondendum eſt quod eſt : quia ſi non, vniuerſum eſſet euacuatum in ſecunda ſpecie regulæ E. & omnia principia eſſent ſine delectatione & quiete ; quod eſt impoſſibile. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, gloria quid eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt eſſentia vltra quam nulla delectatio eſſe poteſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur: gloria quid habet in ſe coeſſentialiter & naturaliter? Et reſpon-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dendum

dendum eſt, quod habet ſua correlatiua ſcilicet gloriantem, gloriabilem & gloriari: cum quibus & in quibus omnia ſunt gloriabilia atque delectabilia, & hoc per primam ſpeciem D. ſignificatum eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur: gloria quid eſt in alio? Ad quod reſpondendum eſt, quod gloria exiſtens habitus, eſt inſtrumentaliter in gloria ſubſtantiali: cum qua gloria ſubſtantialis ponit alia principia in appetitu delectationis & quietis. Per quartam ſpeciem quæritur: gloria quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet in ſubiecto in quo eſt, actiones & paſſiones, & delectando & quietando. Et in iſto paſſu apparet, per quem modum ſe delectat in agendo forma, & in patiendo materia. Et hoc patet per maſculum & fœmellã, & per ſecundam ſpeciem regulæ C. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur: gloria de quo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa; vt ſit principium primitiuum, in quo ſint delectabilia, alioquin appetitus & delectatio eſſent extra eſſentiam gloriæ; quod eſt impoſſibile. Et hoc per regulam B. manifeſtum eſt. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur: gloria de quo eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt de ſuis correlatiuis, alioquin gloria exiſtens habitus non haberet in quo eſſet ſubſtentata. Adhuc per tertiam ſpeciem quæritur: gloria cuius eſt? Reſpondendum eſt, quod gloria exiſtens, habitus eſt gloriæ exiſtentis ſubſtantialiter. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur: gloria quare eſt? Reſpondendum eſt, quod gloria de ſuis correlatiuis conſtituta. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur: gloria quare eſt? Reſpondendum eſt, quod gloria exiſtens habitus cum gloria ſubſtantiali ponit alia principia in delectatione & quiete. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur: gloria quanta eſt? Et reſpondendum eſt, quod tanta eſt, quanta eſt in ſuo eſſe, ſicut abſtractum in ſuo concreto. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur: gloria quanta eſt? Et reſpondetur, quod eſt tanta quanta ſunt ſua correlatiua & ſuus habitus cum quo multiplicat ſpecies quietatas, ſicut intellectus cum ſuo habitu ponit ſpecies intellectas. Et in iſto paſſu apparet, quomodo vnum principium ſe adiuuat cum alio ad multiplicandum ſpecies. Per primam ſpeciem regulæ G quæritur: gloria qualis eſt propriè? Et reſpondendum eſt, quod propriè gloria eſt propria paſſio ſubiecti in quo eſt. Et adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur: gloria qualis eſt? Ad quod dicendum eſt, quod gloria appropriata eſt talis, qualis de ipſa principia ſunt habituata & quietata. Per omnes ſpecies H. quæritur: gloria quando eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando tempus eſt diſcurſum per omnes ſpecies H. de vno nunc in alied ſucceſſiue: ſicut glorians qui in vno nunc ſe delectat in vna ſpecie, & in alio nunc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in alia:& hoc in ſuo intrinſeco gloriabili, in multiplicando gloriari peregrinum, cum quo ponit ſuum gloriari innatum in practica: & hoc per omnes ſpecies H.probabile eſt. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, gloria vbi eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis & in ſeipſa, primitiua enim eſt: & eſt in ſuo habitu ex quo habituata eſt: & in modo, quod modalis eſt: & eſt in inſtrumentalitate, cum ſit inſtrumentum: & eſt in bonitate, quod bona eſt;& in magnitudine, nam magna eſt: & in omnibus ſubiectis cum quibus appetitur, & quies eſt. Et hoc per regulam B. probatum eſt. Per regulam modalitatis quæritur, gloria quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt per illum modum per quem ſua correlatiua ſunt, vno exiſtente in alio: & per quem glorians in ſuo gloriabili intrinſeco bene & magne, &c. ponit alia principia in quiete delectando & dando eis ſuas ſimilitudines. Et hoc per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignificatum eſt. Per regulam inſtrumentaliratis quæritur, gloria cum quo eſt? Et reſpondẽdum eſt, quod eſt cum correlatiuis & gloria quæ eſt ſubſtantialis, eſt cum ſuo habitu cum quo habituat alia principia: eſt cum bonitate innata, eo quod naturaliter bona eſt: & in bonitate morali, quomodo bon⁹ ſe delectat in agẽdo bonũ cum iuſticia & prudẽtia, &c.

DE DIFFERENTIA PER REgulas deducta. CAP. X.

De differentia per regulas deducta.

VTRVM differentia ſit principium generale & reale? Et dicimus quod ſic: ut per regulam B. patet: quod ſi non, mundus non eſſet de ſuis partib⁹ naturaliter quæ ſunt primitiue naturaliter per differentiam, & concordantes per concordantiam: & contrariantes per primitiuam contrarietatem quæ non poſſent eſſe ſine primitiua differentia, ſine qua mundus eſſet euacuatus primitiuis concordantiis & contrarietatibus: & etiam in ſecunda ſpecie regulæ E. & appetitu naturali & quiete; & omnia quidem vellent eſſe idem numero, & ſic mundus non eſſet hoc quod eſt. Concluditur ergo; de quæſtione affirmatiua eſt tenenda. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur differentia quid eſt? Reſpõdendum eſt, quod eſt cauſa plurium entium per actum ſuum ſcilicet differre. Et hoc per regulam B. probatum eſt, & per ſcalam differentiæ poſitam in ſecunda figura ſiue in tertia de camera B.C. vſque ad cameram B.K. in quibus differentia eſt diſcurſa & diffuſa cauſando plura. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet in ſe naturaliter & eſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod habet ſua correlatiua ſcil. differentem, differentiatum & differẽtiare, ſine quib⁹ nõ poteſt eſſe, cum quibus continet in ſe omnes ſuas ſpecies differentes inter ſe. Adhuc per tertiam ſpeciem quæritur, quid habet differentia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rentia in alio? Et dicendum eſt, quod eſt ens habens in ſuo eſſentiali differentiabili differentias peregrinas, cum quibus cauſat pluralitatem de ipſa differentia habituatã. Adhuc per quartam ſpeciem quæritur, differentia quid habet in alio? Et dicendum eſt, quod habet pluralitatem, ſic de ipſa habituatam, ſicut carbones de caliditate ſunt habituati, & hoc per regulam B. monſtratum eſt. Per primam ſpeciem D. quæritur, de quo eſt differentia primitiuæ? Et eſt reſpondendum, quod eſt de ſeipſa: quod ſi non, omnia appeterent eſſe vnum & idem numero; quod eſt impoſſibile. Nam ego non appeto te eſſe, neque lapidem, &c. neque econuerſo. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, differentia de quibus eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt de differente, differentiabili, & differentiare: qui quidem ſunt eius conſubſtantiales, cum quibus facit differre omnia cum ſuo proprio habitu, quæ ſine ipſa non eſſent per ſe exiſtentia, neque haberent fundamentum, neque poſſent differre ſubſtantia & accidens. Per tertiam ſpeciem quæritur, differentia cuius eſt? Et dicimus, quod differentia exiſtens habitus eſt differentiæ ſubſtãtialis; & omnia per regulam B. ſunt probabilia. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, differentia quare eſt formaliter? Et reſpondendum, quod ex eo quia eſt de ſuis coeſſentialibus relatiuis. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, differentia quare eſt finaliter? Et eſt reſpondendum, ut ſint plura quæ ſine ipſa eſſe non poſſunt. Et priuato mundo differentia prædicta, ipſe quidem eſſet euacuatus & annullatus, eo quia non eſſet neque finem haberet. Per primam ſpeciem F. quæritur, differentia quanta eſt? Et eſt dicendum, quod ſunt duæ differentiæ generaliſſimæ: quarum vna ſubſtantialis eſt cauſans differentias ſubſtantiales differentes ſubſtantialiter, eo quod differentia ſe diffundit in ipſis ratione mixtionis. Eſt & alia differentia habitualis, cum qua differentia ſubſtantialis facit differre principia ad inuicem. Adhuc per ſecundam ſpeciem quanta eſt differentia? Ad quod eſt dicendum, quod eſt tanta quantum quantitas ſe extendit in ſuis correlatiuis: ſicut enim differentia habituat quãtitatem continendo in ſuo genere, ſic quantitas menſurat differentiam, continendo ipſam in ſuo genere. Et hoc per regulam B. videri poteſt. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur: differentia qualis eſt? & reſpondendum eſt, quod differentia propria eſt pars mundi ſine qua eſſe non poteſt. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur: differentia qualis eſt appropriatè? Et dicimus, quod eſt paſſio mundi appropriata cum qua differentia ſubſtantialis habituat alia principia, quæ non ſunt de ſuo genere, & per regulam B. manifeſtum eſt. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur: differentia quando eſt? & eſt dicendum, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

differentia fuit tunc, quando mundus fuit creatus & inceptus, eo quod primitiua eſt. Nam ſicut mundus fuit creatus cum partibus ſuis, ſcilicet tempore & loco & motu, &c. Sic fuit cum ſua differentia creatus, vt iam dictum eſt. Vlterius differentia nunc eſt, & erit in alio, nunc & in æterno, ſine quibus ipſa eſſe non poteſt. Et hæc ſufficiant de differentia quantum ad tempus; quod per regulam B. patet, & per omnes ſpecies regulæ H. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur: differentia vbi eſt? & eſt dicendum, quod in omnibus iſtis ſpeciebus, & hoc clarum eſt per ſe. Vlterius differentia eſt in loco: eo quod differentia ſine ipſo non poſſet eſſe propria paſſio mundi. Per regulam modalitatis quæritur: differentia quomodo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt per illum modum, quem habet in ſuis correlatiuis, & etiam per illum modum quem habet in habituando de ſeipſa alia principia. Nam ſicut homo habet modum ſcribendi mouendo manum, & cum manu mouendo pennam, & cum penna mouendo incauſtum, & cum motu incauſti mouendo & figurando literas. Sic differentia habet modum per modum, differentiando vnum ab alio ſubſtantialiter. Et hoc per omnes ſpecies regularum demonſtrabile eſt. Per regulam inſtrumentalitatis quæritur: differentia cum quo eſt? & eſt reſpondendū, quod eſt cum ſuis relatiuis cum ſuo habitu, cum quo habituat alia principia diuerſificando, & etiam cum bonitate, magnitudine, &c. & cum motu, quantitate & qualitate, &c. & ſine iſtis principiis differentia eſſe non poteſt, & cum ipſa differentia principia ſunt hoc quod ſunt: quoniam priuata differentia principia quidem non eſſent hoc quod ſunt.

DE CONCORDANTIA PER regulas deducta. CAP. XI.

Deductio cõcordantiæ per regulas.

PER regulam B. quæritur: vtrum concordantia ſit ſubſtantialis? Et reſpondendum eſt quod ſic: vt ſubſtantia ex partibus ſuis ſubſtantialibus eſſe poſſit tota compoſita, ipſa exiſtente vna ſub ratione vnitatis, & exiſtente multiplici ſub ratione pluralitatis, & hoc ratione concordantiæ ſubſtantialis. Nam ſi concordantia non eſſet ſubſtantialis ſiue ſubſtantia, tota quidem eſſentia formæ, & tota eſſentia materiæ non eſſent concordantes ad conſtitueudum tertium ſubſtantiale, & ſic ipſum tertiū ſubſtantiale eſſet euacuatio totius mixtionis & compoſitionis, quod eſt impoſſibile. Concluditur ergo quod concordantia eſt pars ſubſtantialis in ſubiecto in quo eſt, & hoc per regulam B. patet. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur: concordantia quid eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt illa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt illa eſſentia cui propriè competit concordare,& extra quam eſſentiam nullum eſt concordatum ſiue concordabile. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur: quid habet eſſentialiter & naturaliter in ſe? Et eſt dicendum,quod habet ſua correlatiua, ſcilicet concordantem, concordatum & concordare Adhuc per tertiam ſpeciem quæritur: quid eſt in alio? Et reſpondendum eſt, quod eſt in contrarietate concordans: ſicut ignis in aqua cælefaciens,cum ſit ſuum contrarium;& eſt in differentia diſtincta: & eſt in ſuis correlatiuis ſimpliciter ſuſtentata: & etiam in contrarietate:& in regula D materialiter,& in regula E.formaliter; Et in regula F. quantitatiue: & in regula G. qualitatiue:& in regula H temporaliter: & in regula I.localiter: & & in regula K.modaliter & inſtrumentaliter. Et per quartam ſpeciem quæritur: quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet in ſuis correlatiuis exiſtentiam, & agentiam & naturam, & in regula D. materialiter, & ſic de aliis ſuo modo, vt ſupra dictum eſt in tertia ſpecie,& hoc per regulam B. demonſtrabile eſt. Per primam ſpeciem regulæ D quæritur: concordantia de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa, eo quod primitiua eſt, alioquin eſſet de aliquo ente ſibi præiacente,quod non eſſet de ſuo genere & natura quod eſt impoſſibile. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur: concordantia de quibus eſt? & eſt dicendum, quod eſt de ſuis correlatiuis, vt ex ipſis ſubſtantialiter exiſtere poſſit. Et per tertiam ſpeciem quæritur: concordantia cuius eſt? & eſt reſpondendum, quod concordantia exiſtens habitus eſt concordantiæ ſubſtantialis, ſicut cappa cappati & huiuſmodi; & hoc per regulam B.demõſtrabile eſt. Per primam ſpeciẽ regulæ E. quæritur:concordãtia quare eſt formaliter? & eſt dicendum, quod eſt per ſua correlatiua: & in iſto paſſu enucleatur, quod ſubſtantia eſt propter quid ſubſtantialiter. Item quæritur: quare eſt concordantia? & dicendum eſt, quod concordantia quæ eſt habitus, eſt eo quod concordantia ſubſtantialis habituat ſe de habitu ipſo,ſicut cappatus de cappa: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus propter quid,quid eſt,& quod quid eſt & de hoc ſcientiã facit. Amplius per ſecundã ſpeciem quæritur: cõcordantia quare eſt finaliter? & reſpondendũ eſt, vt alia principia in ipſa concordantia quieſcere poſſent, & hoc per regulam B oſtenſum eſt. Per primam ſpeciẽ regulæ F.quæritur: concordantia quanta eſt? & eſt dicẽdum, quod eſt quanta duobus modis. Primo modo eſt tanta quanta eſt ſua ſubſtantia. Secundo autẽ modo eſt tanta quantus eſt ſuus habitus; ſicut cappatus, qui eſt tantus quanta ſua ſubſtantia eſt. Iterum eſt tantus quantus cappatus eſt. Vlterius per ſecundam ſpeciem quæritur,quanta eſt diſcretè? & reſpon-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dendum eſt, quod eſt tanta quanta ſunt ſua correlatiua, & hoc per regulam B. manifeſtum eſt. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur: concordantia qualis eſt? & dicendum eſt, quod eſt talis qualis eſt propria paſſio ſubjecti in quo eſt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus magnum & neceſſarium ligamen exiſtens inter ſubjectum & prædicatum. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, qualis eſt appropriatè? Et eſt dicendum, quod eſt talis qualis eſt per ſuam bonitatem, magnitudinem, &c. Et hoc per ſe clarum & manifeſtum eſt. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur concordantia quando eſt? & eſt reſpondendum, quod eſt tunc, quando diſcurſa eſt per omnes ſpecies regulæ H. & ſic concordantia eſt in ipſo tempore: ſicut tempus eſt in ipſa concordantia ſubſtentatum & diſcurſum concordando. Et hoc per ſe patet artiſtæ huius artis bene intuenti. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur: concordantia vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt in omnibus ſpeciebus I. & eſt ibi vbi diffinibilis eſt, & eſt in ſuis correlatiuis: & eſt ibi vbi contradicit contrarietati. & eſt ibi vbi ſuum actum habet. Adhuc eſt ibi, vbi primitiua eſt, & eſt ibi vbi conſtituta eſt. Amplius eſt ibi, vbi eſt ſubjectiua modalis & inſtrumentalis. Per regulam modalitatis quæritur, concordantia per quem modum eſt? & eſt dicendum, quod eſt per illum modum per quem diſcurſa eſt in ſubjectis, in quibus eſt, videlicet in omnibus ſpeciebus: ſicut criſtallus poſitus ſupra ſubjectum viride, recipit inde colorem viridem: & ſupra rubeũ, colorem rubeum: ſicut concordantia poſita in bonitate recipit vnum modum, & in magnitudine alium modum, &c. Et ſimiliter dici poteſt de ſpeciebus regularum; & hoc per ſe planum eſt. Per regulam inſtrumentalitatis quæritur: cõcordantia cum quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt cum ſuis correlatiuis ex quibus eſt, & eſt cum omnibus ſpeciebus regularum: & eſt cum bonitate bona, & cum magnitudine magna, &c. Et hoc oſtenſibile eſt. Dictum eſt de concordantia, & ſecundum hoc quod de ipſa dictum eſt, homo cum concordantia contradicere poteſt contrarietati, quæ vitium eſt: & hæc regula eſt valde generalis & moralis contra peccata.

DE CONTRARIETATE PER regulas deducta. CAPVT. XII.

Deductio cõtrarietatis per regulas.

QVAERITVR per regulam B. Vtrũ contrarietas ſit principium ſubſtantiale? Et reſpondendum eſt quod non: ſed potius accidentale; ut in principio capituli concordantiæ dictum eſt: nam ſi eſſet ſubſtantiale, impediret concordantiam, quod non eſſet prima in coniunctione formæ & materiæ ipſius ſubſtantiæ;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubſtãtiæ; & in ſecunda ſpecie E. nullum principium quieſcere poſſet,quod eſt impoſſibile , ut per ſecundam ſpeciem regulæ B. patet. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur : contrarietas quid eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod eſt illa eſſentia, extra quam nullum ens contrariare poteſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur:contrarietas quid habet in ſe eſſentiale?& reſpondendum eſt,quod habet ſua correlatiua accidentalia , ſcilicet contrariantem,cõtrariare & contrariabile, ſine quibus eſſe non poteſt:ſicut habitus , qui diuerſimode conſiſtit in ſuis ſubjectis. Per tertiam ſpeciem quæritur : contrarietas quid eſt in alio? & eſt dicendum,quod eſt in concordantia contrarians, impediendo ei concordare cum contrariare : ſicut concordantia in contrarietate eſt concordans impediendo contrarietati ſuum contrariare. Per quartam ſpeciem quæritur : quid habet in alio? & eſt reſpondendum,quod habet naturam corruptionis,ſicut cõcordantia habet naturam generationis. Et hoc per regulam B. patet. Per primam ſpeciem regulæ D quæritur : contrarietas de quo eſt? & eſt dicendum,quod eſt de ſe ipſa: eo quod primitiua eſt : niſi enim primitiua eſſet, eſſet quidem deriuatiua de concordantia ſibi præiacente, quod eſt impoſſibile. Per ſecundam ſpeciem quæritur : contrarietas de quibus eſt? & eſt reſpondendum, quod eſt de obiectione & obuiatione qualitatum : ſicut ſunt caliditas,frigiditas,ſiccitas,& humiditas, leuitas & ponderoſitas , luciditas & tenebroſitas , ſanitas & infirmitas , mors & vita,iuſticia & iniuria , affirmatio & negatio , generatio & corruptio,& huiuſmodi. Per tertiam ſpeciem quæritur , cuius eſt contrarietas? & eſt reſpondendum. quod eſt ſubjecti in quo eſt. Et hoc per regulam B.manifeſtum eſt. Per primam ſpeciem regulæ E.quæritur:contrarietas quare eſt? & dicendum eſt, quod ex eo quod ſubjectum de ipſa habituatum eſt,ſicut caliditas eſt quod ſubjectum calidum eſt,& ſic de ipſa habituatum eſt , & ſurditas eſt , quod homo aliquis ſurdus eſt , & iniuria eſt , quod iniurioſus aliquis eſt,& huiuſmodi. Per primam ſpeciem regulæ F.quæritur:contrarietas quanta eſt? & dicimus , quod eſt tãta,quantum ſubjectum de ipſa habituatum eſt. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur , contrarietas quanta eſt? & eſt dicendum,quod eſt tanta , quanta ſubjecta ex ipſa habituata ſunt diſcretiue:ſicut igniens , ignitum & ignire ſunt de ipſa habituata: & hoc per regulam B.videndum eſt Per primam ſpeciem regulæ G quæritur:contrarietas qualis eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt propria paſſio ſubjecti : ſicut contrarietas mundi quæ innata eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur : contrarietas qualis eſt appropriatè? Dicendum eſt , quod eſt appropriata paſſio in ſubjecto in quo eſt : ſicut peccator qui de peccato ſe habituat

contra

(c) 2006 Ministerio de Cultura

contra virtutem:& sic surditas,& tristicia & huiusmodi: & hoc per regulam B. manifestum est. Per omnes species regulæ H. quæritur : contrarietas quando est? & est dicendum , quod est tunc,quando subjectum de ipsa habituatum est : Amplius est tunc,quando eius subjectum est practicum modaliter & instrumentaliter, & hoc per se visum est. Per omnes species regulæ I. quæritur,contrarietas vbi est? & est dicendum, quod est in speciebus vbi habet actum suum , sicut in elementato in generatione & corruptione,& est inter velle & nolle , & est inter bonũ & malum,& est in omnibus habitibus priuatis,& hoc per se patet. Per regulam modalem quæritur : contrarietas quomodo est? Et est respondendum,quod contrarietas habet modum imponendo vnum contrarium in alio,ut de subjecto in quo est,expellat concordantiam,& habeat modum priuatiuum priuando concordare cum contrariare, & habet modum impediendi in fine,& habet modum multiplicandi perseuerando,& huiusmodi , & hoc per se est probabile. Per regulam instrumentalitatis quæritur : contrarietas cum quo est? Et est dicendum quod est cum contrarietatibus mixtis in subjecto in quo sunt,& est cum habitibus priuatiuis. Nam sicut concordantia est causa essendi cum suis correlatiuis substantialibus , sic contrarietas est causa non essendi cum suis correlatiuis accidentalibus : & sicut concordantia cum generatione producit esse; sic & contrarietas cum deuiatione finis causat non esse & huiusmodi.

DE PRINCIPIO PER REGVlas deducto. CAP. XIII.

Deductio principij per regulas.

PER regulam B.quæritur:vtrum sit principale substantiale? & respondendum est,quod sic quod si non , substantia non esset de genere principij: sed esset accidens primitiuum; & sic substantia non esset per se existens:sed per accidens,quod est cõtra species regulę D.& E.& regulam B.ergo,&c. Per primam speciem regulæ G.quæritur : quid est principium? & est dicendum quod est ens , extra quod nullum ens potest principiare. Per secundam speciem quæritur : quid habet essentialiter in se? Et est respondendum,quod habet sua correlatiua substantialia, in quibus omnia principia peregrina sunt principialia. Adhuc per tertiam speciem quæritur: quid est in alio? Et respondẽdum est,quod principium quod est agens est in principiabili agens,& principiabile est in principiante patiens,& ambo sunt coniuncta in principiare. Et principium quod est habitu-, est in principio substãtiali habituato de ipso , & in principiabili est motus. Item per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per quartam ſpeciem quæritur : quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod principium exiſtens formaliter habet actionem in materia,& materia ab ipſo paſſionem, & ab agente mobilitatem,& in fine quietem,& hoc per regulam B. manifeſtum eſt. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur: principium de quo eſt? Et eſt dicendum, quod eſt de ſeipſo, ut poſſet eſſe primitiuum,aliàs ipſum non eſſet generale principium. Per ſecundam ſpeciem quæritur de quibus eſt? & eſt dicendum,quod eſt de efficiente forma materia, & fine. Principium vero accidentale, eſt de ſimilitudine ſubſtantialiter,& inuicem componunt principium corporale per quantitatem, quantum : & per qualitatẽ, quale, & huiuſmodi. Amplius per tertiam ſpeciem quæritur: cuius eſt? Reſpondendum eſt, quod principium exiſtens habitus eſt principij exiſtentis ſubſtantialiter, ſicut cappa cappati. Et omnia iſta ſunt neceſſaria,ut per regulam B. videndum eſt. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur: principium quare eſt? & eſt dicendum quod dupliciter. Primo modo : ex eo eſt quod de principiante, principiabili & principiare conſtitutum eſt. Secundo modo: eſt principium accidentale, quod de ipſo principium ſubſtantiale habituatum eſt. Et in iſto paſſu facit intellectus ſcientiam , & etiam cognoſcit demonſtrationes propter quid, & quod : à quo oriuntur. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur: quare eſt finaliter? Et dicendum eſt, ut alia principia ſint ſubalternata ſub ipſo quod eſt generaliſſimum,& hoc de ſe planum eſt. Per primam ſpeciem regulæ F. quęritur: principium quantum eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt tantum, quanta eſt ſua eſſentia,ut per medium extremitatum manifeſtum eſt. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur: quantum eſt? & reſpõdendum eſt, quod eſt tantum quanta ſunt ſua correlatiua, per differentiam differentia, & per concordantiam concordantia, & ſunt idem per eſſentiam,& hoc per regulam B. probatum eſt: & de hoc experientiam habemus de homine,in quo elementatiua eſt vnum principium, vegetatiua aliud, ſenſitiua aliud,imaginatiua aliud, & ratiocinatiua aliud.& omnes quinque ſub quinario numero ſunt vnus homo. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur: principium quale eſt,& eſt dicendum, quod principium proprium eſt generaliſſimum, quod inueſtigamus: appropriatum autem eſt principium peregrinum acquiſitum & ſubalternatum, ut per ſecundam ſpeciem regulæ G. ſignificatum eſt. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur principium : quando eſt; & reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando fuerũt ſua correlatiua , cum quibus generaliſſimum eſt: & fuit tunc quando principia ſubalternata fuerunt: ſicut quantitas, qualitas. &c. prędicamenta: & etiam eſt tunc , quando curſus eſt ſub quo ſunt

mouens,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mouens, mobile & mouere habituata: & sunt transeuntes de vno nunc in aliud successiuè per vnum locum:& de vno nunc in aliud nunc,per alium locum.generando motum cum cursu cõuersum: & hoc planum est per omnes species regulæ H. Per omnes species regulæ I.quæritur, vbi est principium? Et respondendum est, quod est in suis correlatiuis ex eo quia in ipsis est: & est in omnibus principiis subalternatis:sicut causa est in effectu suo·& est in motu,eo quod de ipso habituatum est, & est in situ quod in ipso assituatum est:& hoc modaliter & instrumentaliter:& hoc per regulam B probabile est. Per regulam modalitatis quæritur, principium quomodo est; & respondendum est, quod est principium causale per modum correlatiuorum, ex quibus est : & principium habituale est per modum quem habet principium causale,in habituando alia principia peregrina,cum quo habitu proprio,ut sint principia, multiplicando in ipsis suas similitudines; & hoc per se visum est. Per omnes species regulæ instrumentalitatis quæritur, principium cum quo est? & respondendum est,quod est cum suis correlatiuis,ex quibus est:& est cum sua natura,sine qua esse non potest: & principia quæ sunt generalia, sunt cum principio generalissimo substantiali,in quo sunt assituata: & per secundam speciem regulæ C.manifestum est.

DE MEDIO PER REGVLAS deducto. CAP. XIV.

De medio per regulas deducto.

VTRVM in substantia mundi sit dare vnum medium generalissimum? Et respondendum est,quod sic : alioquin non essent media subalternata:& sic mũdus esset euacuatus de medio continuatiuo, mensuratiuo, & coniunctiuo: nec concordantia haberet esse : neque principium haberet subjectum per quod transiret ad finem in quo quiescceret: & sic non esset motus:& multa alia inconuenientia sequerentur,quod est impossibile,ut per regulam B patet.Per primam speciem regulæ C. quæritur, quid est medium? Et est dicendum , quod est subjectum in quo principium & finis ad inuicem sibi obuiant, & se inuicem coniungunt, ut principium in fine quiescere possit: & medium generalissimum est causa omnium mediorum corporalium. Per secundam speciem quæritur, medium quid habet in se essentialiter? Et est dicendum, quod habet sua correlatiua scil.coniũgere, & extremitatem cum extremitate applicare & continuare, ut in angulo F. in secunda figura significatum est. Per tertiam speciem quæritur , medium quid est in alio? Et respondendum est , quod est coniunctio in for-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in forma & materia,ut in igne ignire,& eſt in calore calefacere, & in planta vegetare,& in ſenſu ſentire, & in imaginatiua imaginari,& ratiocinatiua ratiocinari,& in motu mouere, & in generatione generare,& huiuſmodi. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet habitum ex quo eſt habituatum: & cum quo actus ſecundarios cauſat, qui non ſunt de ſuo genere, & hæc omnia per regulam C. manifeſta ſunt. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, medium de quo eſt primitiuè? & reſpondendum eſt, quod de ſeipſo eſt, ut ſit principium generale per ſe. Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quibus eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de eſſentia formæ & materiæ in qua eſt: & eſt de motu & huiuſmodi. Amplius per tertiam ſpeciem quæritur, medium cuius eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt totius ſubjecti in quo eſt: & hoc per ſe patet & per regulam B. probatum eſt. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, medium quare eſt formaliter? Ad quod dicimus,quod de ſuis correlatiuis conſtitutum, ut per ſecundam ſpeciem regulæ C. manifeſtum eſt. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, medium quare eſt finaliter? Et dicimus ut ſubjecta plena & continua ſint, & ut prædicamenta poſſint habere actus ſecundarios,ſicut ſubſtantia ſubſtentare, & quantitas quantificare: & ſic agens agere: & mouens mouere; & ſic de cæteris ſuo modo, ſicut lineans lineare, &c. ſine quibus actibus potentiæ non poſſent eſſe in quiete, & hoc per ſe & per regulam B. clarum eſt. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, quantum eſt medium? Et eſt dicendum,quod eſt tantum quãtum continuatiuum eſt in ſubjecto in quo eſt:ſicut coniungere in coniunctione; & generare in generatione: & currere in curſu:& componere in compoſitione: in tertio modo ſicut homo qui eſt tertium medium conſtitutum ex anima & corpore, & huiuſmodi. Per ſecundam vero ſpeciem quæritur, medium quantum eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tantum quanta eſt pars totius medij: ſicut in elementato, ignire, aërificare, aquæificare & terræificare: ex quibus eſt vnum commune elementare:& ſic de aliis ſuo modo,& hoc clarum eſt. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur,medium quale eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt tale qualis eſt propria paſſio ſubjecti in quo eſt: ſicut in igne,ignire:& in curſu currere, & huiuſmodi. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, medium quale eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt clauus cõiungens duos poſtes in medium appropriatum; & ſimiliter calefacere in aqua calida, & huiuſmodi:& hoc per ſe patet. Per omnes ſpecies regulæ H quæritur, medium quãdo eſt? Et reſpondendũ eſt,quod tũc eſt,quãdo ſua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubjecta ſunt, ſicut coniungere, menſurare, continuare & moderare & artificiare: & hoc per regulam B. viſum eſt. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, medium vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt in omnibus ſubjectis, in quibus eſt: ſicut homo qui eſt in anima & corpore: ut ignire in igne: & mouere in motu: & modare in modo: & inſtrumentare in inſtrumento, & huiuſmodi; hoc quidem manifeſtum eſt bene intuenti iſtam artem. Per regulam modalitatis quæritur, medium quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem forma habet in agendo: & materia in patiendo: & ignis in calefaciendo: & planta in vegetando: & ſenſus in ſentiendo: & imaginatio in imaginando: & ratiocinatiua in ratiocinando. Et iſta media modalia ſunt partes, cum quibus agens habet modum modaliter & mediatiter, ſiue moraliter: Et hoc per ſe viſum eſt. Per omnes ſpecies inſtrumentalitatis quæritur, medium cum quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt cum ſuis correlatiuis: & eſt cum extremitatibus, in quarum medio exiſcit: & generare cum generante & generabili: Et bonificare cum bonificante & bonificabili, & huiuſmodi: Et currere cum currente & curribili. Et hoc per ſe & per regulam B. clarum eſt.

DE FINE PER REGULAS deducto. CAPVT. XV.

De fine per regulas deducto.

QVAERITVR per regulam B. vtrum ſit finis vltimus? Et reſpondendum eſt quod ſic: alioquin medium eſſet determinatum à parte principij, & non à parte finis. Et ſic eſſet motus & proceſſus à parte poſt infinitum & nunquã principium attingeret finem atque quietem: quod eſt impoſſibile, & contra primam ſpeciem regulæ D. & ſecundam E. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, finis quid eſt? Et reſpondendũ eſt, quod eſt principium extra quod nulla quies eſt. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet eſſentialiter in ſe? Et reſpondendum eſt, quod habet ſua correlatiua, ſcilicet quietantem, quietatum & quietare, in quibus omnia alia principia quieſcunt. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt in alio? Et reſpondendum eſt, quod eſt in bonitate bonus, in magnitudine magnus, in differentia differens ab omnibus aliis principiis: & in concordantia concordans cum omnibus aliis principiis, excepta contrarietate. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet in bonitate habitum bonum, & etiam aſſituationem aliorum principiorum, & in differentia habet actum differentem ab omnibus actibus aliorum principiorum, & hoc per ſe patet per regulam B. Per primam

ſpeciem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſpeciem regulæ D. quæritur, finis de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſo: quod ſi non, principium non haberet in quo quieſcere poſſet: & natura ſua eſſet euacuata à motu & appetitu, quod eſt impoſſibile. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, finis de quo eſt? Et dicendum eſt, quod eſt de ſuis correlatiuis, ut in ſecunda ſpecie regulę C. dictum eſt. Amplius per tertiam ſpeciem quæritur, finis cuius eſt? Et reſpondendum eſt, quod finis creatus eſt finis increati, & etiam eſt ſubjecti in quo eſt; ut ex ipſo ſit habituatus; ut cappatus qui habitatus eſt de cappa: & hoc regula B. manifeſtat & declarat. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, finis quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt ex eo quod ex ſuis correlatiuis conſtitutus eſt. Et iſta reſponſio eſt propter quid. Sed ſecundum quod, eſt dicendum quod eſt ex eo; quod ſuum ſubjectum habituatum eſt de ſeipſa, ſicut eſt cappatus qui de cappa habituatus eſt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod demonſtratio propter quid, eſt potior demonſtratione quod. Per ſecundam ſpeciem quæritur, finis quare eſt? Et reſpondendum eſt, ut omnia alia principia in ipſo fine quieſcere poſſint. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, finis quantus eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tantus quantum ſuum ſubjectum de ipſo habituatum eſt. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, finis quantus eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tantus quanta ſunt ſua correlatiua de quantitate habituata: hoc tamen de fine creato dicimus; non autem de increato, cum ſit infinitus, ratione cuius ſua correlatiua quantitatem habere non poſſunt. Adhuc eſt finis priuationis, à quo oriuntur omnes habitus priuatiui: Sicut ſunt ſurditas, malicia & iniuria, & huiuſmodi. Item eſt alius finis terminationis, cum quo finis vltimus eſt differens ab omnibus aliis principiis: ſicut à bonitate, magnitudine creatis, & ſic de aliis principiis ſuo modo: alioquin omnia principia eſſent idem numero, & mundus eſſet euacuatus de fine terminationis, & per conſequens de natura motus & appetitus, quod eſt impoſſibile. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur finis qualis eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt talis qualis per propriam paſſionem ſubjecti poteſt eſſe. Sicut voluntas quæ eſt talis, qualis per amabilitatem poteſt eſſe; quæ eſt propria paſſio ipſius voluntatis & poſſibilitatis, poteſtatis & huiuſmodi. Per ſecundam ſpeciem quæritur, finis qualis eſt appropriatè? Et reſpondendum eſt, quod eſt talis qualis poteſt eſſe per appropriatam paſſionem, ſicut voluntas eſt qualis appropriatæ per odibilitatem, & intellectus per ignorantiam, & ſimiliter poteſtas eſt qualis per impoſſibilitatem: cum impoſſibilitas non exeat à natura ipſius poteſtatis; & ſic de aliis ſuo modo. Et ſicut ſurditas homini, & iniuſticia, & iniuria,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& huiuſmodi. Et hoc per regulam B. manifeſtum eſt. Per omnes ſpecies regulæ H quæritur, finis quando eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando eſt in omnibus ſpeciebus ſuarum regularum, in quibus abſque tempore nequaquam eſſe poteſt: ſicut ipſum tempus non poteſt eſſe ſine ipſo fine. Et hoc regula B. ſignificat intellectui bene intelligenti. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, finis vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt in omnibus ſpeciebus: ſicut in ſua primitiuitate & ſuis correlatiuis: & eſt habitus peruerſus in priuatione & in iniuria: & eſt habitus rectus in termino & iuſticia: & hoc patet ſubtiliter inueſtiganti. Per omnes ſpecies modalitatis quęritur, finis quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt per modum differentiæ quæ ponit, quod ſua correlatiua ſint differentia ab omnibus aliis principiis & relatiui illorum. Et eſt per modum concordantiæ quæ concordat finem cum omnibus aliis principiis, exceptata tamen contrarietate. Iterum eſt per modum medij, eo quia mediat ipſum finem per omnia alia principia: & eſt per modum appetitus, qui appetit in ipſo fine quieſcere, & ſic de cęteris ſuo modo. Per omnes ſpecies inſtrumentalitatis quęritur: finis cum quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt cum ſuis correlatiuis, & cum omnibus ſpeciebus ſuarum regularum, ſine quibus eſſe non poteſt, & eſt cum bonitate bonus: ſicut cappatus eſt bonus cum bona cappa. Et cum appetitu eſt appetibilis & huiuſmodi.

DE MAIORITATE PER REGVlas deducta. CAP. XVI.

De maioritate per regulas deducta.

QVÆRITVR: vtrum maioritas ſit principium primitiuum quo ad ſuum genus? Et reſpondendum eſt, quod ſic, per primam regulam B. quod ſi non, eſſet per accidens & non per ſe: & ſic ſubſtantia exiſtens primitiua & maior accidente, non eſſet per ſe exiſtens, ſed per accidens, quod eſt impoſſibile. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, maioritas quid eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt ens per ſe exiſtēs extra quod impoſſibile eſt maiorificare. Per ſecundam ſpeciem quæritur, maioritas quid habet in ſe eſſentialiter & naturaliter? Et reſpōdendum eſt, quod habet ſua correlatiua, ex quibus eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt in alio? Et reſpondendum eſt, quod eſt habitus ſub quo maioritates ſubalternatæ ſunt aſſituatæ: Sicut maioritas bonitatis ſubſtantialis & accidentalis. Iterum eſt ens diſtinctum ab omnibus aliis principiis in ſubjecto in quo eſt, ſine qua diſtinctione omnia principia eſſent idem numero & extra çqualitatem & minoritatem & relationem, quod eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt impoſſibile : cum mundus non poſſit eſſe euacuatus ſupradictis. Per quartam ſpeciem quæritur, maioritas quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet iuum actum, ſcil. maiorificare cum quo oritur generare, creſcere, mouere & huiuſmodi. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, maioritas de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa, quia ſi non, aut eſſet de æqualitate aut minoritate; quod de genere relationis eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quibus eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt de ſuis correlatiuis, ſcil. de maiorificante, maiorificabili & maiorificare: in quibus ſua eſſentia eſt ſubſtentata & fundata. Per tertiam vero ſpeciem quæritur, cuius eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt ſubjecti in quo eſt, eo quod ex ipſa habituatum eſt. Et omnia iſta ſunt clara & manifeſta. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, maioritas quare eſt? Et dicendum eſt, quod eſt ex eo quia in ea ſunt ſua concreta relata naturaliter & eſſentialiter. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, maioritas quare eſt? Et reſpondendum eſt, ut alia principia ſint ſubalternata de ſuo genere & cum ipſo ſint quietata. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, maioritas quanta eſt? Et dicendum eſt, quod eſt tanta, quanta eſt continentia in ſubjecto in quo eſt. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, quanta eſt? Et dicendum eſt, quod eſt tanta quantæ ſunt maioritates ſubalternatæ ſubſiſtentes ei; & hoc per regulam B. ſignificabile eſt. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, maioritas qualis eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt talis qualis poteſt eſſe per propriam paſſionem exiſtentem in ſubjecto in quo eſt. Iterum per ſecundam ſpeciem eiuſdem regulæ quæritur, qualis eſt? & eſt dicendum, quod eſt talis qualis poteſt eſſe per appropriatam exiſtentiam in ſubjecto in quo eſt: ſicut aliquis homo eſt maior in quantitate, & albior intenſe per albedinem, & magis iuſtus per iuſticiam quàm alter homo. Per omnes ſpecies regulæ H quæritur, maioritas quando eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tũc quando eſt: & realiter in omnibus ſuis ſpeciebus ſuarum regularum, in quibus eſt aſſituata, & hoc bene intuenti viſum eſt. Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, maioritas vbi eſt? Et eſt dicendum, quod eſt in maiori ſubjecto, habitu, loco & huiuſmodi, & hoc per omnes ſpecies regulæ I, clarum eſt. Per regulam modalitatis quæritur, maioritas quomodo eſt? Et reſpondendũ eſt, ꝙ eſt ꝑ modũ differẽtiæ quæ cauſat ſua correlatiua quod ſint maiora differẽdo. Itẽ eſt ꝑ modũ cõcordãtiæ, quæ cauſat ꝙ ſint maiora cõcordãdo. Et ẽ ꝑ modũ reg. G, ratione maiorũ appropriationũ & huiuſmodi: iſtis tamẽ maioritatibus exiſtẽtibus ſub maioritate, quæ eſt genus ad iſtas maioritates ſupradictas; ſicut particulares albedines ſunt ſub vniuerſali albedine, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hoc per ſe patet. Per omnes ſpecies inſtrumentalitatis quęritur maioritas cum quo eſt? Et dicendum eſt, quod eſt cum ſuis correlatiuis & cum ſuo maiori habitu , cum quo ſunt habituatæ maioritates ſubalternatæ, ſiue maiores actus in quibus relucent ſuæ ſimilitudines.

DE AEQVALITATE PER REgulas deducta. CAP. XVII.

De æqualitate per regulas deducta.

QVAERITVR, vtrum ſit dare aliquam æqualitatem quę ſit principium generaliſſimum? Et reſpondendum eſt, quod ſic: ut patet per æqualitates ſubalternatas & indiuiduatas plantarum, quæ idem ſunt ſpecie: & ſimiliter eſt manifeſtum in fructibus qui ſunt æqualiter indiuiduati, & hoc per regulam B. viſum eſt. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur: æqualitas quid eſt? Et dicendum eſt, quod eſt ens cui propriè cõpetit coæquare, Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet in ſe eſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod ſua correlatiua innata ex quibus eſt conſtituta, videlicet ex coæquante, coæquabili & coæquare. Adhuc per tertiam quæritur, quid eſt in alio? Et eſt dicendum, quod eſt actiua & paſſiua: quod æqualiter eſt conſtituta ex forma & materia. Item per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et eſt dicendum, quod habet ſuos habitus, cum quibus indiuidua ſunt æqualiter habituata: ſicut in pomario poma ſunt æqualiter eiuſdem ſpeciei: & ſic de elementalibus, ſenſibilibus, & imaginalibus, & rationalibus, & mechanicis, & artibus liberalibus, & etiam de moralibus. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, æqualitas de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa: alioquin æqualitates ſubalternatæ non haberent genus, ſine quo eſſe non poſſunt. Amplius per ſecundam ſpeciem quæritur, æqualitas de quibus eſt? Et eſt dicendum, quod eſt de ſuis correlatiuis eſſentialibus, ſine quibus minime poteſt eſſe quod eſt: & ipſis deficientibus deficerent æqualitates peregrinæ. Adhuc per tertiam ſpeciem quæritur, æqualitas cuius eſt? & dicendum eſt , quod æqualitas actuum, eſt æqualitatum potentiarum: ſicut æqualitas intelligẽdi, recolendi, volendi eſt æqualitatis, intellectus, memoriæ & voluntatis: & ſic de ſenſibilibus, & hoc per ſe patet. Per primam ſpeciem regulæ E quæritur: æqualitas quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt ex eo quod eſt ex ſuis ęqualibus relatiuis ſubſtantialibus & veris & neceſſariis , cum quibus demonſtratio propter quid eſt: & etiam demonſtratio per æquiparentiam. Iterum per ſecundam ſpeciem quęritur: ęqualitas quare eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt in anima, ut Deus ab ipſa æqualiter ſit intel-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intellectus, recolitus & amatus: & in sensibilibus est, ut æqualiter obiecta sint sensibilia & huiusmodi. Per primam speciem regulæ F. quæritur, æqualitas quanta est? Et dicendum est, quod æqualitas continua est tanta, quanta est substentata in suis subiectis. Adhuc per secundam speciem quæritur, quanta est? Et respondendum est, quod est tanta quanta est in suis correlatiuis & impari numero peregrino: & hoc per se clarum est. Per primam speciem regulæ G. quæritur: æqualitas qualis est propriè? Et dicendum est, quod est talis qualis potest esse per propriam passionem subiecti in quo est. Sicut æqualitas substantiæ, formæ & materię. Et sicut sunt æqualitates innatę entium sensualium. Item per secundam speciem quæritur: qualis est appropriatè? & est dicendum, quod est talis, qualis potest esse per appropriatas passiones subiectorum peregrinorum in quibus est: sicut duo logici in logica, & duo iudices in iusticia, & duo cappati in cappis, & huiusmodi. Per omnes species regulæ H. quæritur: æqualitas quando est? Et respondendum est, quod est tunc quando vere est in speciebus H. sicut in suis concretis, &c. & sicut in cursu qui æqualiter consistit inter currentem & curribile: & tempus præsens inter præteritum & futurum, & sic de aliis suo modo. Per omnes species regulæ I. quæritur, æqualitas vbi est? Et respondendum est, quod est in semetipsa: eo quod in suis correlatiuis est: & in subiecto in quo est æqualiter deducta per actionem & passionem: & est in bonitate, magnitudine, &c. in quibus æqualiter est, ut principia sint æqualia. Et est in differentia, ut sua correlatiua sint æqualiter differentia: & est in concordantia, ut sua correlatiua similiter sint æqualiter concordantia: & est in modalitate, ut modaliter sit: & est in instrumentalitate, ut instrumentaliter sit; & totum hoc per B. manifestum est. Per regulam modalitatis quæritur, æqualitas quomodo est? Et dicimus, quod est per modum quem habet in suis correlatiuis: & est per modum iusticiæ ponderis & mensuræ & proportionis in subiecto in quo est; & hoc naturaliter & artificialiter. Et hoc per se satis clarum est. Per omnes species instrumentalitatis quæritur, æqualitas cum quo est? Et respondendum est, quod est cum suis correlatiuis: & est cum differentia cum qua agens distinguit: & est cum concordantia cum qua agens æqualiter concordat: & est cum proprietate propria cum qua causat habitus proprios & huiusmodi, ut patet in elementatis, vegetatiuis, &c. & per regulam B. significabile est.

DE MINORITATE PER REGVlas deducta. CAPVT XIIX.

De minoritate per regulas deducta.

QVAERITVR, vtrum minoritas aliter sit substantia, & aliter sit accidens? Et respondendum est, quod sic: quod si nō,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

deſtrueretur relatio ſubſtantialis exiſtens inter maioritatem & minoritatem, & etiam omnia principia eſſent æqualia: & etiam relatio realis maioritatis & minoritatis non eſſent inter ſubſtantiam & accidens, quod eſt impoſſibile. Et hoc regula B. probat. Per primam ſpeciem regulę C. quęritur, minoritas quid eſt? Et dicimus, quod eſt ens cui proprie competit minorificare, & à maioritate ſe prolongare. Et per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet in ſe? & dicendum eſt, quod habet ſua correlatiua innata, in quibus & cum quibus omnia alia principia ſunt minorificabilia, diuidendo & annihilando ſubjectum in quo eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt in alio? Et dicendum eſt, quod eſt ens conſummatiuum, ut circa nihil eſſe poſſit. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet minorem eſſentiam, minus eſſe, & minorem naturam, quãtitatem, qualitatem, &c. & hoc per ſe clarum eſt. Per primam ſpeciem regulæ D quæritur, minoritas de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa: ut ſit principium generale, ſine quo minoritates ſubalternatæ eſſe non poſſent de genere minoritatis. Per ſecundam ſpeciem quæritur, minoritas ſubſtantialis de quo eſt? Et dicendum eſt, quod eſt de ſuis correlatiuis, ſine quibus naturam atque exiſtentiam habere non poſſet. Minoritas vero accidentalis eſt de ſeipſa, in quantum habitus eſt, cum quo minoritates ſubſtantiales ſunt habituatæ, & minoritates potentiarum ſunt de ſuo genere. Per tertiam ſpeciem quæritur, minoritas cuius eſt? Et dicendum eſt, quod eſt agentis in quantum de ipſa & cum ipſa cauſat minoritates. Et omnia per ſe patent & etiam per regulam B. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, minoritas quare eſt? & eſt dicendum, quod eſt ex eo quia de correlatiuis ratione quorum eſt principium quantum ad ſuum genus. Adhuc per ſecundam ſpeciem quæritur, quare eſt? Et dicendum eſt, ut ſint entia minora de ſuo genere, ſine quibus non poſſet eſſe motus, diuiſio, generatio, corruptio & priuatio. Et hoc per ſe ſatis apprehenſibile eſt. Per primam ſpeciem regulæ F quæritur, minoritas quanta eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tanta, quanta eſt extra genus maioritatis & æqualitatis. Amplius per ſecundam ſpeciem quęritur, minoritas quanta eſt? Et dicendum eſt, quod eſt tanta quanta ſunt ſua correlatiua, & ſuæ minoritates ſubalternatæ, & ſua indiuidua quæ ſunt de ſuo genere. Per primam ſpeciem regulæ G quæritur, minoritas qualis eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt talis qualis poteſt eſſe per propriam paſſionem ſubjecti in quo eſt: ſicut vna ſubſtantia eſt minor alia per ſuam propriam paſſionem ſine qua non poteſt eſſe. Item per ſecundam ſpeciem quæritur, qualis eſt? & eſt dicẽdum, quod eſt talis quale eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

le eſt minus prædicamentum ſibi appropriatum , ſicut minor quantitas, qualitas, &c. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur, minoritas quando eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tunc quãdo realiter eſt ſubſtentata per omnes ſpecies regulę H. quę ſunt de ſuo genere, & etiam eſt tunc quando eſt in practica per minorificare. & totum hoc patet bene intuenti Per omnes ſpecies regulæ I. quæritur, minoritas vbi eſt? Et dicendum eſt, quod eſt in ſeipſa cum ſit in ſuis correlatiuis cum quibus eſt, & eſt in ſubjecto compoſito minoris ſubſtantiæ & accidentis : ſicut aliquis cappatus qui eſt in minori cappa , & aqua in minori caliditate, & equus in minori curſu, & huiuſmodi, & homo in minori modo, & artifex in minori artificio. Per regulam modalitatis quæritur, minoritas quomodo eſt? Et eſt dicendum , quod eſt per modum quem habet in ſuis correlatiuis, ut ſit minor in eſſendo & agendo quàm aliquid aliud principium , ſicut aliquis homo in moralibus qui habet modum exiſtendi in minori virtute, faciendo paruum bonum : & equus in currendo habet aliquotiẽs paruum currere. Et hoc per ſe clarum eſt. Per regulam inſtrumentalitatis quæritur : minoritas cum quo eſt? Et eſt reſpondendum , quod eſt cum omnibus aliis quæ ſunt de ſuo genere ad inuicem in ſubjecto in quo eſt cum minoribus eſſentiis , & cum minoribus actibus potentiarum , videlicet cum minore currere, calefacere & huiuſmodi. Diximus de principiis per regulas deductis: & per hoc quod de ipſis dictum eſt, datur doctrina cum qua poteſt homo alia principia implicita & peregrina deducere, & per talem modum & doctrinam eſt intellectus valde generalis ad inueniendum plura media; ad inueſtigandum veras concluſiones.

NONA PARS PRINCIPALIS; DE NOVEM SVBIECTIS SVperius in alphabeto nominatis.

QVONIAM in nouem ſubiectis omne quod eſt, implicatur: & extra ea nihil eſt: idcirco volumus ponere ipſa in hac arte, vt cum ipſis ars ſit generalis : eo quod ſunt generalia ad omnia; & ideo diſcurrendo prædicta ſubiecta per principia huius artis regulas, de ipſis quidem ſubiectis noticiam habere poterimus: & ſi aliquid dubium alicuius ſubiecti oriatur, applicetur ad ſuum ſubiectum, & transferimus exemplificabimus ſecundum quod in tractatu applicationis ſignificatur. Et de primo ſubiecto, quod eſt de Deo dicemus per B. ſignificato.

Nona pars principalis de nouem ſubiectis ſuperius in alphabeto nominatis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PRIMO SVBIECTO QVOD est Deus. CAP. I.

De priori subiecto, quod est Deus.

ISTVD subjectum diuiditur in duas partes principales. Prima pars est de discursu Dei per principia. Secunda pars est de discursu Dei per regulas. Prima autem istarum partium in quinque partes deuiditur. Prima pars est de inuestigatione diuinarum dignitatum siue rationum. Secunda pars est de earum actibus intrinsecis & consubstantialibus. Tertia est de infinitate dignitatum. Quarta est de infinitate actuum earum. Quinta est de discursu Dei per principia Adhuc secunda pars diuiditur in decem regulas, ut apparet in ipsis: & primo de prima parte videndum est.

DE INVESTIGATIONE DIVINARUM dignitatum. CAP. II.

De inuestigatione diuinarum dignitatum.

PRIMO suppono, Deum esse, quod probabimus in secunda parte principali prædictæ diuisionis. Deus est: & suum esse est bonum: suum vero esse non posset esse bonum absque bonitate, sicut coloratum quod non potest esse coloratum absque colore: est ergo sua bonitas, postquam suum esse est bonum; & hoc necessariè. Deus est: & suum esse est magnum. Nam si non esset magnum: iam non esset dignus quod esset Deus, vnde sequitur quod magnitudo diuina est ens reale. Deus est: & suum esse est æternaliter. nam alioquin si esset inceptum, iam non esset dignus quod esset Deus: est ergo æternitas sine qua ens æternum esse non potest. Deus est: & postquam est, esse potest: ergo potestas est, sine qua Deus esse non potest. Deus est: & ipsemet scit seipsum; Aliter ei suum esse non esset dignum quod esset Deus: Est ergo diuina sapientia, sine qua Deus non posset scire seipsũ. Deus est: & ipse amat seipsum; aliàs enim nõ esset dignus quod esset Deus. Est ergo diuinus amor sine quo Deus non posset amare seipsum. Deus est: & suum esse virtuosum est; alioquin esset vitiosus Deus: & sic non esset dignus esse Deus. Est ergo diuina virtus, sine qua Deus non potest esse virtuosus. Deus est; & suum esse est verum: quod non, falsum esset, & per consequẽs non esset dignus, ut esset Deus. Est ergo diuina veritas, sine qua Deus non posset esse verus Deꝰ est: & suum esse est glorioſum; quod si non, iam non esset dignum quod esset Deus: Est ergo diuina gloria, sine qua Deus non potest esse glorioſus. Probauimus diuinas dignitates esse realiter, sine quibus Deus esse non posset; idcirco numerabiles sunt, qualibet existente in suo proprio numero. Ratio huius est: nam nisi quælibet existeret in suo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuo proprio numero, iam Deus non eſſet. Et ideo ut Deus ſit, oportet eſſe in eo plures rationes ſiue dignitates reales. Verum tamen quantum ad eſſentiam non differunt. Nam omnes ſunt vna & eadem eſſentia diuina: vel vna eſt alia eſſentialiter: vel enim bonitas eſſet magna per accidens, & econuerſo. Et ſic de aliis poteſt dici. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus humanus, quod Deus in quantum conſiderat vnitatem ſuæ eſſentiæ, non conſiderat plures rationes: ſed in quantum conſiderat quod non poteſt eſſe ſine pluribus rationibus numerat ipſas realiter. ſicut homo qui in quantum non conſiderat eſſe vnum, non conſiderat plura. Sed in quantum conſiderat, quod non poteſt eſſe ſine pluribus intelligit & cognoſcit in ſe eſſe plura. Inquiſiuimus diuinas dignitates, & inuenimus ipſas Deo coeſſentiales & ſubſtantiales ab æterno & in æterno. Finis vero quare ipſæ ſunt, cõſiſtit in ſeipſis; non autem extra eas. Nam aliter eſſent per accidens; & ſimiliter Deus, quod eſt impoſſibile. Et hoc eſt contra quoſdam Sarracenos credentes habere altam & ſubtilem noticiam de Deo, qui dicunt quod Deus eſt vnus, & non habet dignitates quo ad ſe: ſed habet eas, ut cum ipſis agat in creaturis; videlicet eſt bonus ut agat bonam creaturam: & eſt magnus ut creet magnam creaturam: & eſt æternus ut creatura ſit durabilis, &c. Vnde patet manifeſtè, quod in verbis ſiue dictis ſuis implicant contradictionem, quoniam ſi ſic eſſet ſicut ipſi dicunt, iam ſicut Deus eſt infinitus quo ad ſuas rationes, crearet quidem creaturas infinitas & æternas quod non facit, neque ut ipſimet dicunt. Mundum enim dicunt eſſe nouum & quantum ſiue limitatum. Amplius implicant contradictionem, dicendo Deum eſſe cauſam primam: quod non eſſet cauſa prima ſi ſuæ rationes eſſent propter mundum: & ſic Deus eſſet cum ſuis dignitatibus ut mundus eſſet: quod eſt valde abſurdum dicere.

DE ACTIBVS INTRINSECIS DIuinarum rationum. CAP. III.

De actibus intrinſecis diuinarum rationum.

DICITVR, quod fruſtra eſt potentia quæ non reducitur ad actum. Adhuc dicitur, quod potentia cognoſcitur per actus, & actus cognoſcuntur per obiecta, & ſic ſignificatum eſt quod diuinæ dignitates habent actus, ſine quibus dignitates Dei eſſent fruſtra in infinitate & æternitate: & Deus non cognoſceret ſuas dignitates, neque obiectaret ſeipſum. Vnde ſequeretur quòd Deus non eſſet Deus per ſuas dignitates, quod falſum eſt; ut ſupra probatum eſt. Vlterius, ſi diuina bonitas non haberet actum, & ſic de aliis, iam non haberet naturam, & eſſet ocioſa & vacua, & non ſe haberet ad aliquem finem, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt impoſſibile & contra regulam E, & etiam contra ſecundam ſpeciem regulæ C. ergo, &c. Habent ergo diuinæ dignitates actus intrinſecos & coeſſentiales & naturales. Vlterius ſi dignitates non haberent coeſſentiales, quælibet quidem eſſet habitus priuatiuus. Nam ſicut cæcitas eſt habitus priuatiuus: eo quod non habet actum ſcil. videre: ſic diuina bonitas eſſet habitus priuatiuus, ſi non haberet actum intrinſecum ſibi coeſſentialem, ſcil. bonificare, & ſimiliter magnitudo ſine magnificare, & æternitas ſine æternare, & poteſtas ſine poſſe, ſapientia ſine ſcire, voluntas ſine velle, & virtus ſine virtuificare, & veritas ſine verificare, & gloria ſine gloriari, & Deus non eſſet dignus ut eſſet Deus cum habitibus priuatiuis & ſibi coeſſentialibus, quod eſt impoſſibile. Habent ergo diuinæ dignitates actus intrinſecos & ſibi coeſſentiales & reales. Amplius cognoſcit. Omnis bonitas perfecta habet actum: & ſic de diuina magnitudine & æternitate, &c. poteſt dici: ergo, &c. Vlterius nulla bonitas eſt perfecta abſque actu: & ſic de diuina magnitudine & æternitate poteſt dici: ergo, &c. Concluditur ergo affirmando & negando, quod diuinæ dignitates habent actus intrinſecos & coeſſentiales.

DE INFINITATE DIVINARVM rationum. CAP. IV.

De infinitate diuinarũ rationum.

DIVINA bonitas eſt ratio bono, quod producat bonum, & iam probatum eſt, quod ipſa habet actum videlicet bonificare. Et ideo ſi magnitudo eſt ens, ratione cuius bonitas eſt magna, eſt quidem bonitas ratio bono quod producat magnum bonum. Et quod æternitas eſt ratio per quam bonitas & magnitudo durant: eſt ergo bonitas ratio quod producat magnum bonum & æternum. Sed bonitas non poſſet eſſe talis ratio, niſi ipſa eſſet infinita & immenſa: ergo eſt bonitas infinita neceſſariò. Diuina magnitudo eſt, ut probatum eſt: & habet actum ſimiliter, ſcilicet magnificare: & quod æternitas eſt ens ratione cuius magnitudo durat: & poteſtas eſt id ratione cuius magnitudo poteſt exiſtere & agere. Eſt ergo ſubjectum infinitum & immenſum, per quod magnificare poſſet ſe diffundere ab æterno & in æterno: & tale ſubjectum vocamus magnitudinem infinitam. Aeternitas eſt menſura ſimul & ſemel exiſtens, non habens aliquid à parte ante neque à parte poſt: & ſuum objectum eſt æternum ab æterno, & ſic æternitas eſt infinita ratio: & hoc quidem bonum & magnum eſt, & per poteſtatem poteſt eſſe. Aeternitas eſt ut probatum eſt: & habet actum, ſcilicet æternare; & quia æternitas poteſt exiſtere & agere infinitè: ergo ſequitur de neceſſitate quod poteſtas infinita eſt, ſine qua poteſtate

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teſtate æternitas non poſſet habere actum, neque eſſentiam infinitam. Sapientia Dei ſiue intellectus eſt, ut iam probatum eſt ſuperius: & æternitas eſt ratione cuius durat: & per poteſtatem poteſt exiſtere & agere: & magnitudo eſt, per quam ſe poteſt diffundere immensè: & per bonitatem infinitas intellectus bona eſt, & per voluntatem eſt amabilis propter quod infinitas intellectus neceſſitata eſt, quod aliter non poteſt ſe habere. Diuina voluntas eſt, & ſimiliter ſuus actus, ut iam ſuperius probatum eſt; & ſi ipſa eſt infinita in æterno, & ab æterno, intelligibilis quidem eſt infinite: ſed ſi eſt finita eſt intellecta: & non eſt intelligibilis infinite, neque per conſequens diuinus intellectus eſt amabilis & amatus ab æterno & in æternum & ſic diffinitiones bonitatis, magnitudinis, &c. deficiunt; quod eſt impoſſibile. Eſt ergo probatum quod diuina voluntas eſt infinita. Diuina virtus eſt, & ſui actus ſunt, ut ſupra probatum eſt, & ideo ſi ipſa eſt infinita, bene quidem, ſi autem non, vitioſa quidem eſt per aliquod vitium impediens ipſam, quod non ſit infinita. Et per conſequens omnes aliæ rationes quæ permittunt eam finitari, ipſis tamen exiſtentibus infinitis; & quod finitum non poteſt tantum ſe extendere ſiue diffundere, quam infinitum: manifeſte igitur apparet, quod aliæ dignitates partim ſunt vitioſæ, & partim non; quod eſt valde impoſſibile. Eſt ergo diuina virtus infinita. Diuina veritas eſt; & ſuus act⁹ ſunt, ut ſupra probatum eſt: & cum verum ſit quod bonitas, magnitudo, &c. ſunt rationes infinitæ realiter: neceſſarium eſt ergo quod veritas ſit infinita: alioquin infinitas prædictarum rationum non eſſet vera, quod non haberet cum quo. Diuina gloria eſt: & ſuus actus ſūt, ut ſupra probatum eſt: ſed eſſentia ipſius gloriæ aut eſt infinita, aut finita, aut partim finita & partim infinita: ſed ſi abſolutè eſt infinita: bene quidem, eo quod non ſequitur aliquod inconueniens quo ad ſe, nec quo ad alias dignitates: ſi autem eſt partim finita & partim infinita, maximum quidem inconueniens ſequitur. Nam omnes aliæ dignitates non haberent ſubjectum gloriæ & quietis infinitum: & ſic finitas gloriæ eſſet habitus priuatiuus, per quem aliæ dignitates haberent pœnam: quod eſt valde impoſſibile. Sequitur ergo neceſſario quod diuina gloria eſt infinita.

DE INFINITATE ACTVVM DIuinarum rationum. CAPVT. V.

DIVINA bonitas eſt ratio bono ut producat bonum. Et quod magnitudo eſt ratio quare bonitas eſt magna: ad- huc pæternitatē eſt æterna: per poteſtatē poteſt exiſtere & agere: *De infinitate actuum diuinarum rationum.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& agere; per intellectum est intellecta : per voluntatem amata; per virtutem virtuosa:per veritatem vera:& per gloriam est glo riosa.Sequitur ergo de necessitate,quod actus bonitatis,scilicet bonificare, sit infinitus quo ad infinitatem bonitatis : & etiam quo ad infinitatem omnium aliarum dignitatum siue rationũ. Magnitudo Dei est infinita,& habet actum,ut supra probatum est. Et ideo suus actus,scilicet magnificare,aut est infinitus, aut est finitus.Si infinitus,bene quidem:sed si non,similis est arbori, in qua elementatiua magis est extensa quàm vegetatiua , eo quod in extremitatibus arboris aliquotiens sunt rami ficci , in quibus vegetatiua non est,sed elementatiua tantum: & sic competit magnitudini infinitæ actus finitus; non autem infinitus, quod est malum contra bonum;& paruum contra magnum; & per consequens magnificare & æternare non possent se conuertere: & omnes alij actus diuinarum rationum deficerent actui magnitudinis; & similiter actus magnitudinis eis,ratione cuius essent parui. Vnde sequeretur quod infinitas essentiæ quiesceret in finitate sui actus, prolongando se ab actu infinito , quod est contra suam naturam : & magis quiesceret in paruo actu quam in magno,quod est dissonum rationi:& contra infinitare, bonificare,quod superius probauimus.Concluditur ergo quod magnificare diuinus est infinitus. Aeternare est, ut supra probatum est:& similiter infinitas & æternitas. Actus autem æternitatis,scilicet æternare,aut est infinitus , aut est finitus. Si est infinitus, bene quidem : nullum enim inconueniens sequitur: sed si est finitus,magnum sequitur inconueniens:quod æternare esset terminatus per tempus, & per consequens æternitas esset subjectum temporis ab æterno & in æterno , quod est valde impossibile, & contra infinitatem diuinarum dignitatum iam superius probatam. Concluditur ergo quod æternare est infinitus actus. Possificare est actus potestatis, ut superius probatum est;sed possificare,aut est actus infinitus,aut finitus.Si est infinitus , bene quidem : quod sicut possificare finitus se conuenit cum potestate finita:sic & multo melius possificare infinitus se conuenit cum potestate infinita supra probata , & possificare creatus competit infinitæ potestati: & sic potestas quo ad Deũ, & etiam quo ad creaturam degenerat,& exit à sua natura. Adhuc bonificare, magnificare & æternare non possent esse actus infiniti,eo quia nemo dat,quod non habet:propter quod sequitur contradictio, eo quod bonificare , magnificare & æternare, qui sunt actus infiniti,ut probatum est;non possent esse infiniti: & quia contradictio stare non potest Concluditur ergo quod possificare diuinus est infinitus. Intelligere diuinum , aut est finitum aut infinitum:si infinitum, bene quidē;si vero est finitum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sequitur

sequitur magnum inconueniens: videlicet essentia intellectus, quæ infinita est, non est intellecta; & sic in parte est subjectum ignorantiæ, quæ est habitus priuatiuus, per quem infinitas prædictarum rationum ignoratur, quod est malum contra bonum, paruum contra magnum. Concluditur ergo quod intelligere diuinum, est finitus actus. Amare siue velle diuinum, aut est infinitum, aut finitum: si infinitum, bene quidem. Sed si est finitū: iam infinitas diuinarum rationum & actuum earum non esset infinite amabilis, neque amata. Et sic infinitas intellectus, & sui actus non essent infinitæ amabiles. Et sic de infinitate bonitatis, &c. potest dici quod est impossibile. Concluditur ergo quod diuinum amare est infinitum. Actus diuinæ virtutis aut est infinitus, aut finitus in essentia & numero virtutis. Si infinitus, bene quidem: si autem est finitus, sequitur quod est infinitus in essentia & numero aliarum dignitatum: eo quod virtuosæ sunt infinitæ, & non in suo proprio numero, quod est valde impossibile. Actus diuinæ veritatis aut est infinitus, aut finitus, si infinitus, bene quidem: si autem est finitus, sequitur quod est infinitas in essentia & numero aliarum dignitatum, eo quod verifice sunt infinitæ, & non in suo proprio numero, quod est impossibile. Actus diuinæ gloriæ aut est finitus, aut infinitus in essentia & numero, si est infinitus, bene quidem si est finit⁹, sequitur, quod est infinitas in essentia aliarum dignitatum: eo quod verificæ sunt infinitæ, & non in suo proprio numero, quod est valde absurdum & impossibile. Nullus enim actus est maior in alio quàm in seipso.

DE DEO PER PRINCIPIA deducto. CAP. VI.

De Deo per principia deducto.

IN isto capitulo discurremus Deum per principia, duobus modis. Primus erit intrinsecus, & quo ad suam naturam. Secundus vero erit extrinsec⁹ & voluptuosus quo ad se ipsum erga creaturas. Et in quolibet capitulo per istos duos modos discurremus: & ideo per illum modum (Deo tamen adiuuante) intellectus humanus de essentia Dei, & sua intrinseca operatione, & etiam de modo quem habet erga creaturas, noticiam habere poterit: & hoc sic.

DE DEO PER BONITATEM deducto. CAPVT. VII.

De Deo per bonitatem deducto.

DEVS est bonus: & ipse est suamet bonitas: vnde sequitur quod sua bonitas est ei ratio quod producat bonum necessarium.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rium. Ratio huius est: quia bonitas & Deus converuntur in unitate naturæ: & hoc patet per diffinitionem bonitatis, sicut in planta in qua vegetatiua est ei ratio quod producat vegetatiuum necessarium planta tamen habent suas cõditiones ad vegetandum. Sicut Deus habet suas ad producendum bonificatum intrinsecum: ergo producit Deus bonificatum intrinsecum, & hoc cum suo bonificare infinito per totã suam bonitatem infinitam. Dum Deus cognoscit se bonum in producendo bonificatum, considerat quod bonũ quidem est producere bonum creatum, vt intelligatur, ametur & recolatur, & laudetur per ipsum sua bonificatio intrinseca: & vt Deus bonificet illas potentias, quando ab ipsis bene obiectatur. Et propter hoc creauit potentiam intellectiuam, volitiuam & recolitiuam, in angelo & in anima rationali. Et per consequens omnes suas conditiones pertinentes eis, vt perfecte Deo possint frui, & bonum meritũ acquirere. Et in isto passu cognoscit intellectꝰ humanus primam intentionem suam quam Deus habuit ad creandum bonas creaturas.

DE DEO PER MAGNITVDInem discurso. CAP. LIX.

De Deo per magnitudinẽ discurso.

DEVS est magnus: & ipse est sua magnitudo infinita cum qua habet magnificare infinitum, sine quo non posset habere magnitudinem infinitam. Neque etiam eius actum infinitum. Et quòd magnitudo est id ratione cuius bonitas & æternitas sunt magnæ: ideò istæ dignitates cum suis actibus concurrunt ad producendum magnificatum infinitum, & sit bonificatus, æternatus. &c. & adhuc vt quælibet dignitas habeat suum actum infinitum in magnificato infinito. Dum Deus se cognoscit sic magnum & etiam infinitum, existendo & agendo: & per consequens se cognoscit bene conditionatum & dispositum ad producendum creatum magnum; & hoc in tantum quod produceret creatum infinitum, si creatum esset capax ad recipiendum magnitudinem infinitam: sicut ignis qui haberet copiam lignorum, magnificaret & multiplicaret suam flammam vsq; ad sphæram lunæ: & sic Deus creauit magnum creatum: sicut cœlum, angelum, animam rationalem, & similiter alias creaturas quæ de magnitudine sunt habituatæ. Et in isto passu cognoscit intellectus humanus vnum magnum ens creatum, quod est maius quàm omnes creaturæ, quod non audeo denunciare siue demonstrare. Nam hæc ars generalis est, vt iam superius alibi dictum est.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE DEO DISCVRSO PER æternitatem. CAP. IX.

De Deo discurso per æternitatem.

DEVS est ætenus:& ipse est sua æternitas. Et sic Deus necessitat se ad producendum æternatum, sine quo æternitas non esset infinita, neque haberet actum infinitum. Et ad hoc concurrũt omnes dignitates cum actibus suis, vt æternatus sit infinitè bonificatus,& magnificatus, &c. Et vt ipsæ dignitates cum suis actibus in æterno infinito siat actu. Et de ista sublimi productione valde miratur intellectus humanus. Et dum sic Deus considerat ęternando & intelligendo se dispositum & ordinatum ad producendum mundum ab æterno & in æterno, respectu suiipsius: sed non potest ipsum creare ab æterno, ratione defectus mundi à parte ante. Nam finitus est, sicut cœlum quod non est ab æterno : sicut nõ est infinitum immensumue. Nam corpus suum habituatum est de quantitate, superficie & figura & motu: veruntamen potest esse in æuo æterno, vt angelus & homo cognoscant, diligant & recolant & laudent diuinam productionem suam.

DE DEO PER POTESTATEM deducto. CAP. X.

De Deo per potestatem deductio.

DEVS est potens :& ipse est suamet potestas. Et sic Deus est necessitatus ad producendum infinitum possificatum, vt sua potestas possit esse infinita, & habere actum infinitum. Et quod per potestatem infinitam diuina bonitas,magnitudo, &c possunt existere & agere infinitè:ide oomnes aliæ dignitates cũ suis actibus concurrunt infinitè, ad producendum possificatũ, vt possificatus sit bonificates, magnificatus, & c. Et Deus dum sic cognoscit se potentem existendo & agẽdo, cognoscit se dispositum & ordinatum ad producendum potestatem creatam non infinitam neque æternam. Deus enim cognoscit se intrinsecè cum potestate absoluta & ordinata : sed extrinsecè cum potestate ordinate tantum ; eo quia Deus non producit de sua natura creaturas, sed effectiuè producit eas. Sicut homo verus depingit hominem in pariete, qui non est de sua natura. Et sic intellectus humanus cognoscit, qua intentione Deus creauit potẽtias creatas:videlicet vt creaturæ cum ipsis Deum possent intelligere, amare, & recolere, & laudare : & sic cognoscit intellectus humanus, quod possificatus infinitus & intrinsecus, est causa omnium possificabilium, finitorum & extrinsecorum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE DEO PER SAPIENTIAM deducto. CAP. XI.

De Deo per sapientiam deducto.

DEVS est sapiens siue intellectus: & ipse est ipsamet sapientia: & ipsa sapientia est id ratione cuius sapiens intelligit se necessitatum ad producendum intellectum in infinitate ipsius sapientię cum infinito intelligere per totam essentiam infinitam ipsius intellectus, sicut ignis qui cum suo appetitu naturali necessitat se ad producendum ignitum siue ignire per suam essentiam. Et ideo omnes aliæ rationes concurrunt ad producendum intellectum infinitum, ut in ipsa productione quælibet dignitas habeat actum infinitum, & hoc naturaliter. Dum Deus sic se cognoscit, quod dignum & iustum est, quod sit intellectus creatus, qui cognoscat honorificè summum intellectum infinitum; & sic creauit intellectum angelorum & hominum. Sed miratur humanus intellectus, postquam creatus est ad intelligendum summum intellectum, quæ est causa quare ignoratur ab ipso intellectu creato: sed postmodum cognoscit, quod peccatum est causa, quæ quidem deuiat angelos malos & homines peccatores à fine quare sunt.

DE DEO PER VOLVNTATEM deducto. CAPVT. XII.

De Deo per voluntatem deducto.

DEVS est vólens: & ipse est suamet voluntas; ideo intelligit se necessitatum ad producendum volitum siue amatum infinitum cum suo velle infinito per totam essentiam infinitam ipsius voluntatis. Et sic producit secundum quod se intelligit & vult. Et quod omnes aliæ dignitates cum suis actibus sunt per voluntatem diligibiles: idcirco ipsæ dignitates cum suis actibus concurrunt ad producendum volitum infinitum, vt quælibet dignitas possit habere actum infinitum in volito infinito, bonificato, magnificato, &c. Sic Deus se cognoscens & amans, transit ad creandam voluntatem, ut cum ipsa bene & magnifice & durabiliter, &c. suus volitus sit intellectus, amatus & recolitus & laudatus super omnia. Et quod propter hoc, volitus infinitus diligat voluntatem: creata interno remunerando eam, dando ei gloriam Et in isto passu cognoscit intellectus iusticia Dei vnde oritur. Quoniam sicut Deus cognoscit se dispositum & ordinatum ad creandum: sic cognoscit se ad iustificandum & remunerandum; & hoc idem cognoscit de diuina misericordia, cum qua cognoscit se dispositum ad parcendum, secundum quod peccator conscientiam habet de peccato suo, promittendo satisfactionem secũdum suum posse.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE DEO PER VIRTVTEM deducto. CAPVT XIII.

De Deo per virtutem deducto.

DEVS est virtuosus: & ipse est sua virtus, & eius actus qui sunt ei coessentiales & naturales, & ideo sicut amat se necessitatum ad producendum amatum infinitum: sic diligit & cognoscit se necessitatum ad cognoscendum & producendum virtuosum infinitum; & ad hoc currunt omnes dignitates cum suis actibus, vt per virtutem infinitam sint virtuosæ & infinitæ: & aliter non possunt se habere. Deus sic amans & cognoscens se intrinsecè inclinat se, & transit ad amandum & cognoscendum se esse ordinatum & dispositum ad creandum virtutes naturales; ut sunt figuræ & signa virtutis infinitæ & æternæ, &c. cum quibus virtutibus creatis cognoscatur, ametur & recolatur, & laudetur virtus infinita & æterna, &c. Adhuc transit ad creandum virtutes morales, de quibus loquemur infra in nono subjecto, eo quod sunt via paradisi, & ut Deus cum ipsis remuneraret homines de sua gloria virtuosa: & dum sic intellectus considerat, miratur quare homines in hac vita nō sunt magis virtuosi moraliter quam vitiosi, postquam virtutes eorum habent originem à virtute suprema: vitia autem non. Sed deinde cognoscit quod hoc est, quod homines habent liberum arbitrium ad agendum bonum aut malum: Sed plus se inclinant ad potentiam sensitiuam, & plus amant ipsam, quàm ratiocinatiuam. Amplius quærit intellectus diuinus, quare hoc permittit fieri, cum ipse sit virtuosus & nō vitiosus, & sit spiritualis & non sensualis. Deinde cognoscit intellectus quod ratio huius est, ut iusticia Dei habeat subjectum, in quo agere possit. Verūtamen sciendum est, quod liberum arbitrium se habet ad duas partes diuersas: videlicet ad partem bonam creatam cum quo agit bonum: & ad partem malam increatam cum qua agit malum & peccatum quæ est pars increata, & ex parte nihili increati per accidens. Homo enim in quantum est deductus de nihilo, habet inclinationem ad nihilum, quod est contra esse: vnde manifestatur quod liberum arbitrium partim conuenit cum esse, & partim cum non esse, siue cum nihilo, quod idem est: & hoc æqualiter. Sed adhuc quæritur, intellectus postquam Deus scit quod homo peccabit, quare ipsum creauit. Et hoc cognoscit propter hoc, quod bonum liberum arbitrium ei creauit, cum quo potest se remouere à peccato, & ipsum odire si voluerit: si autem non creasset hominem, iniuriaretur Deus suæ iusticiæ, quia non haberet subjectum in quo agere posset.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE DEO PER VERITATEM deducto. CAP. XIV.

De Deo per veritatem deducto.

DEVS est verus : & ipse est sua veritas; & sic vere diligit & cognoscit se necessitatum ad producendum verificatum infinitum per totam essentiam infinitã; & ex ipsa ipsum producit ut suum verificatum infinitam sufficientiam possit habere ab æterno & in æterno, ut aliæ dignitates actus veros infinitos habere possint per ipsum verificatum; sic Deus amans & cognoscens se necessitatum ad producendum verum infinitum inde diligit & cognoscit quod verum quidem est creare veritatem creatam naturalem, & etiam moralem, ut per ipsas verificatum infinitum intelligatur, ametur & recolatur, & etiam laudetur. Sed hic miratur intellectus quærendo, vnde oritur mendacium. Et postmodum cognoscit, quod à nihilo oritur, de quo homo creatur : sicut lapis cadens qui sua grauitate tendit ad centrum quod appetit.

DE DEO PER GLORIAM deducto. CAP. XV.

De Deo per gloriam deducto.

DEVS est glorioſus : & ipse est sua gloria; & sic diligit & cognoscit se ad producendum infinitum glorificatum de infinita gloria productum. Nam de alia essentia produci non potest. Omnes enim aliæ essentiæ finitæ sunt & novæ : neque etiam de nihilo produci potest. Nam aliter esset finitum & novum; quod est impossibile. Et ad hoc glorificatum infinitũ concurrunt omnes aliæ dignitates cum suis actibus, ut in ipso glorificato infinito possit habere actus glorioſos. Dum Deus sic diligit & cognoscit se necessitatum ad producendum glorificatum infinitum intrinsecum : deinde cognoscit & diligit, quod glorioſum est creare glorificatum extra se in ævo æterno positum. à quo summus glorificatus & infinitus intelligatur, ametur, recolatur & laudetur glorificato infinito, dando ei gloriam. Sed in isto passu intellectus considerat & miratur; quare Deus non disposuit sic omnes homines, ut ipsum intelligerent & recolerent, gloriam ab ipso recipiendo. Sed recordatur capitulum justitiæ, in quo tractatur de libero arbitrio. Nam si homines nõ possent peccare, jam non possent multũ amare, multum enim Deum ille diligit, qui ab amare suo se retinere potest. Et si non esset pœna, jam gloria non esset bene cognita. Nam unumquodque contrarium magis cognoscitur per reliquum.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE DEO PER DIFFEREN-tiam deducto. CAP. XVI.

De Deo per differentiam deducto.

RECORDATVS est intellectus humanus per scalam differentiæ in secunda figura posita: & negat quod differentia quæ est in Deo, non est inter sensuale & sensuale, neque inter sensuale & intellectuale: sed est inter intellectuale & intellectuale esse existẽtia, idem essentialiter. Et hoc manifestat quod de principiis primæ figuræ dicitur. Absque enim differentia sive distinctione diuinæ dignitates siue rationes non possent habere actus infinitos Et hoc manifestè apparet in bonitate. Nam bonificare ipsius bonitatis absque differentia bonificantis & bonificati nequaquam esse posset. Agere quidem sine distinctione agentis agibilis esse non potest: sic quidem nec bonificare absque prædictis. Hic autem quærit intellectus, vtrum prædicta differentia ponat in Deo multas essentias? & considerat & cognoscit quod non: sicut non sunt in ipso multæ bonitates. Ratio huius est: quod bonificans qui est tota ipsa bonitas, producit de seipso totum bonificatum, infinitum & æternum; & bonificare & æternare à totis ipsis ambobus productum Et in isto passu cognoscit intellectus quod differentia est clara & inconfusa in ipsa bonitate infinita; eo quod ponit quod bonificatiuus, sit vnus distinctus à bonificato & bonificare; & bonificatus sit alter distinctus à bonificante & bonificare; & similiter quod bonificare sit alter distinctus ab ipsis duobus supradictis, quoliber istorum existente in suo numero. Ipsis tamen existentibus idem per essentiam, alioquin differentia esset confusa in ipsis; & per consequens deficeret æternitas, & sic non cõseruaret numerum suum vnicuique trium prædictorum, quod est impossibile. Et adhuc deficeret intellectus diuinus: ignoraret quidem qualis esset bonificans, & qualis esset bonificatus, & qualis esset bonificare. Et sic istæ duæ dignitates deficerent, & per consequens omnes alię cum suis actibus, & sic essent actus primitiui, quod est impossibile. Veruntamen de prædicta differentia sciendum est sane quod ipsa non est supra prædictas dignitates, neque etiam supra prædicta correlatiua, scilicet bonificantem, bonificatum & bonificare: sed eadem ratio essentialiter & æqualiter est cum eis distinguendo, sicut bonitas in bonificando, magnitudo in magnificando, &c. Dum Deus cognoscit in se esse prædictam differentiam, cum qua suæ rationes sunt claræ, & actus infinitos habere possunt, cognoscit quod bonum quidem est creare differentias, cum quibus multæ creaturæ possent esse, à quib⁹ possit intelligi, amari & recoli & etiam conlaudari. Et in isto passu cognoscit intellectus quę est causa multitudinis rerũ differẽtiũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

genere, ſpecie atque numero. Adhuc quærit intellectus: verum inter Deum & creaturam ſit differentia realis aut intentionalis facta ab anima? & cognoſcit quod per differentiam quam Deus habet in ſe naturalem & coeſſentialem, Deus, & per illam quam creaturæ habent naturalem & coeſſentialem, Deus & creaturæ realiter differunt. Abſque enim talibus differentiis realiter non differrent: ſed per differentiam intentionalem tantum factam ab anima, quod eſt valde impoſſibile. Vnde ergo patet, quod per reales differentias differunt, non autem per intentionales.

DE DEO PER CONCORDANTIAM deducto. CAP. XVII.

De Deo per concordantiã deducto.

DEVS eſt concordans, & ipſe eſt ſua concordantia, in qua ſuæ dignitates in vno & pluribus concordant: ſicut ſua bonitas bonificando; & ſua magnitudo magnificando; & ſua æternitas æternando, &c. Concordant quidem in identitate eſſentiæ, quæ eſt vna natura & vna Deitas, & concordant in pluribus, quod ſunt plures rationes, bonificatiuus, magnificatiuus & æternificatiuus, &c. Sunt alter numerus, bonificare, magnificare, æternare, &c. Sunt alter numerus, bonificatus, magnificatus, &c. Et omnes iſti tres ſunt relatiui referentes vnum ens abſolutum, ſcil. Deus. Dum Deus ſic ſe conſiderat ratione diffinitionis concordantiæ creat vnum mundum ratione ſuę vnitatis, & creat plura diuerſa ratione ſuæ pluralitatis, videlicet multa ſignificata; ut patet in ſcala concordantiæ, ex quibus eſt vnus mundus conſtitutus: & creat vnam ſubſtantiam conſtitutam ex materia & forma; & creat vnum hominem conſtitutum ex anima & corpore, & eorum coniunctionem; & creat vnum intellectum ex ſuis correlatiuis: ſicut vnus ſyllogiſmus fit ex duabus propoſitionibus & vna concluſione, & ſic de conſimilibus aliis. Et hoc facit ut reluceat & appareat ſua concordantia: Et adhuc ut ipſe laudetur & ei ſeruiatur.

DE DEO PER CONTRARIETATEM deducto. CAP. XIIX.

De Deo per contrarietatem deducto.

DEVS eſt contrarians: ſed non eſt contrarietas, contrarians quidem eſt. Nam peccatori dat pœnitentiam effectiue: tamen cauſat contrarietates, ut manifeſtatur in ſcala contrarietatis. Deus quidem non eſt contrarietas: ipſa namque concordantia infinita eſt, habens actum infinitum & æternum. Sed in iſto paſſu dubitat intellectus, cum Deus ſit infinita concordantia:

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tia : quare ergo permittit contrarietatem esse? Et huic respondetur, quod contrarietas existit inter Deum & hominem peccatorem, ut iusticia Dei possit extrahere suum actum in peccatore: nam sicut speculum est dispositum ad recipiendum omnes figuras ei impressas; sic Deus est dispositus ad cruciandum peccatores. Amplius nisi Deus in mundo crearet contrarietates naturales, iam mundus non esset talis qualis est. Adhuc dubitat hic intellectus, cum in diuina voluntate sit velle infinitū: quare igitur Deus habet nolle? Et ut hoc intelligatur, adiuuat se cum exemplo superius dato. Nam sicut speculum recipit similitudinem albedinis & nigredinis: sic Deus diligit hominem virtuosum volendo: odit autem peccatores nolendo.

DE DEO PER PRINCIPIVM deducto. CAP. XIX.

De Deo per principium deducto.

DEVS est principians, & etiam est suum principium: sicut in sua bonitate in qua Deus est principians principiatum scil. bonificatum. Et est principians non habens aliquid præiacens sibi: sicut suus coessentialis bonificare, qui non est in natura suæ bonitatis principians; sed tantum principiatus est à principiante & principiato : sicut amare principiatus est ab amante & amato. Dum Deus considerat, quod est tale principium perfectum, transit ad creandum mundum de nihilo tali modo, ut vnum indiuiduum generet aliud indiuiduum, sicut vnus homo alium hominem, & vna planta aliam plantam sibi similem : Et hoc cum principiare substantiali & naturali. Adhuc creat aliud principium : sicut intelligens qui causat intellectum obiectiue. Et intelligens & intellectus causant intelligere accidentaliter, ut intellectus scientiam possit acquirere: & sic de voluntate potest dici, ut de habitu amoris induatur.

DE DEO PER MEDIVM discursō. CAP. XX.

De Deo per medium discursō.

IN Deo est medium, sicut in sua bonitate bonificare, & in sua magnitudine magnificare, &c. Et ipse est suum medium, co quod infinitum est cum quo Deus mensurat se in tāto quod sit infinitus per suum intrinsecum agere, sicut per suum existere, in quo mediare se coniungunt medians & mediatus, ut sint vnum medium continuum & absolutum. Dum Deus sic se cognoscit esse medium, deinde transit ad causas ab ipso creatas; ut patet in diffinitione medij, & etiam in scala medij in secunda figura posita; sicut agere quod est medium existens inter agen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tem & agibile : & ſicut amare inter amantem & amabile ſiue amatum.

DE DEO PER FINEM diſcurſo. CAPVT. XXI.

De Deo per finē diſcurſo.

DEVS eſt ſuus finis,& non eſt finis priuatiuus,ſed in ipſo fine ſunt multi termini,ſicut in ſua bonitate, in qua bonificatiuus eſt vnus terminus,bonificatus alter terminus: & bonificare alter terminus:& omnes iſti tres quieſcūt in vna bonitate.Dum Deus ſic ſe cognoſcit, ratione finis tranſit ad creandum multos fines in mundo, ſicut habitum bonitatis,qui eſt vnus finis moraliter,de quo bonificans ſe habituat producendo bonificatum, qui eſt alter finis : Et ſic de bonificare ſuo modo. Et omnes iſti tres termini quieſcunt in ipſa bonitate quæ eſt eorum finis : ſed quando priuatur homo, tranſit ad peccatum quidem habitus bonitatis & etiam ſui termini. Et per conſequens homo deuiat à ſuo fine ratione cuius tendit ad laborem æuiternum.

DE DEO PER MAIORITATEM diſcurſo. CAP. XXII.

De Deo per maioritatem diſcurſo.

DEVS eſt maior mundo , & etiam omnibus contentis in eo : nam ſuæ rationes ſunt infinitæ & habent actus infinitos.Et ob hoc ſicut eſt maior quàm mundus cum ſua bonitate & magnitudine : ſic eſt antequam mundus cum ſua maioritate. Adhuc ſicut Deus cum ſua ſubſtantia eſt maior mundo cum ſua maioritate : ſic quidem Deus cum ſua æternitate eſt maior mundo,ipſo exiſtente cum ſua nouitate Iterum ſicut ſubſtantia diuina eſt maior quàm accidens : ſic ſubſtantia diuina eſt antequam accidens mundi. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus,quod impoſſibile eſt quod mūdus ſit ab æterno. Dum Deus cognoſcit ſic ſuam maioritatem, trāſit ad creandum maioritates, cum quibus cognoſcatur & diligatur ſua maioritas, quæ ſignificatur in ſcala ſecundæ figuræ.

DE DEO PER AEQVALITATEM diſcurſo. CAP. XXIII.

De Deo per æqualitatem diſcurſo.

IN Deo eſt æqualitas; ut in ſua coeſſentiali bonitate apparet, &c. Nam cum bonificans habet duas actiones ſubſtāntialiter; eo quod bonificat,bonificatum & bonificare. Bonificatus quidem habet vnam paſſionem à bonificante.& habet vnam actionem; quod bonificat bonificare; qui quidē bonificare habet duas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

duas passiones prælibatas. Et cum diuina bonitas sit infinita & habet actum infinitum, ut superius jam probatum est. Ideo ipsa diuina æqualitas est infinita, ab omni accidente separata. Nam in subiecto infinito nullum accidēs existere potest. Deus sic considerans suam æqualitatem infinitam, transit ad creandū æqualitatem finitam substantialem, & etiam æqualitatem accidentalem. Creat quidem æqualitatem substantialem, vt per similitudinem infinitam æqualitas cognoscatur. Item creat æqualitatem accidentalem; vt per dissimilitudinem infinita æqualitas cognoscatur: vnum namque oppositum cognoscitur per reliquum.

DE DEO PER MINORITATEM deducto. CAP. XXIV.

De Deo per minoritatem discurso.

IN Deo non est minoritas; quod ipse est maioritas infinita & æterna. Nam áliàs vnum oppositum esset aliud oppositū, quod est impossibile. Et ob hoc Deo competit maiorificare: non autem minorificare. Sed quod mundus absque minoritatibus minimè esse potest: idcirco Deus disposuit se ad creādum minoritatem in mundo, vt per minoritates finitas, sua maioritas infinita cognoscatur, vnum enim oppositum magis cognoscitur per reliquum: vnde intellectus cognoscit quod Deus est maior absolutè, ratione æternitatis: mundus autem minor, ratione minoritatis siue nouitatis. Deus sic se cognoscens dispositum ad creandum maioritatem magis quàm minoritatem. Ideo creat minoritates, propter maioritates, sicut corpus hominis propter animam rationalē. Et omnia corporalia ad corpus hominis, & folia & flores ad fructum, & sic de alijs secundarijs intētionibus ad primas intentiones. Inuestigamus Deum per principia explicata antedicta, ut de ipso noticiā habere possimus: & sicut dedimus exemplum per principia explicata prædicta, sic potest dari per principia implicata, tenendo modum quem tenuimus.

DE DEO PER REGVLAM B. deducto. CAP. XXV.

De Deo per regulam B. deducto.

QVæritur, vtrum Deus sit? Ad probandum Deum esse, volumus tenere modum artis: videlicet miscere principia cum regulis, ad inuestigandum & probandum Deū esse faciēdo de æternitate subiectū: applicādo ipsum aliis principiis & primo per bonitatē. Aeternitas est. Nam si nō esset, mundus quidem seipsum principiasset. Et sic esset antequam esset, quod est impossibile; nullum enim ens seipsum principiare potest;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est ergo æternitas & per consequens suum concretum videlicet ens æternum , nulla quidem essentia absque suo concreto esse potest; & econuerso. Ipsa infinita duratio est; & sua infinitas bona est. vnde sequitur quodbonitas est ratio æterno quod agat bonum ab æterno,& in æterno per infinitam & bonam durationem. Illud quidem ens infinite bonum , cui bonitas est ratio,ut agat bonum infinitè & æternè; & tale ens vocamus Deũ: ergo patet per prædicta quod Deus est:& hoc intellectus humanus tenendo modum artis generalis negare non potest. Aeternitas est,ut supra iam probatum est: & est magna per magnitudinem in tanto immensiue & infinite : sicut sua magnitudo est infinita duratiuè siue æternatiuè.Et tale ens æternum, existens subiectum prædictæ æternitati & magnitudini vocamus Deum existentem necessarium ratione prædictorum , nam ens infinitum & æternum est necessarium, quod aliter non potest se habere. Aeternitas est (ut superius probatum est) & postquam est,potestas infinita est,sine qua infinita esse nõ potest : ipsa quidem potestas est ratio æternitati , quod possit existere & agere infinite; & tale subjectum prædictæ æternitati vocamus Deum. Aeternitas est , & suum esse infinitum & intelligibile est : vnde sequitur quod aliquod ens æternum est viuum siue habet vitã, sine qua non posset esse intelligibile æternum , & tale ens infinitum & æternum vocamus Deum. Aeternitas est , & est infinita duratio; ipsa quidem amabilis est:vnde sequitur quod ens æternum habet vitam , sine qua non potest esse amatum ab æterno & in æterno , & tale ens amatum & æternum vocamus Deum. Aeternitas est infinita,& sic est virtuosa:nam absque virtute infinita minime potest esse virtuosa.vnde sequitur , quod sua virtus est infinita,ut vitium non sit ei præiacens : vnde sequitur, quod sua æternitas habet actum,scilicet æternare, in quo actu omnia principia primæ figuræ habent actus æternos : sicut bonitas bonificare; æternitas æternare,& potestas possificare,&c. alioquin ipsa virtus vitiosa esset & iniurioſa ; quod est impossibile,& tale ens æternum & virtuosum vocamus Deum. Aeternitas est,& quod est infinita , ideo est ens infinitum & glorioſũ: est ergo infinita gloria , sine qua ens æternum infinitum & glorioſum minime esse potest; in quo ente gloriari & æternare sũt infinitæ , sine quibus ens æternum haberet æternam pœnam, quod est falsum & impossibile. Et tale ens in quo sunt æternare & gloriari vocamus Deum.Aeternitas est,& in ipsa suæ coessentiales rationes sunt claræ & non confusæ, videlicet suum cõcretum quod est æternum,& est per bonitatem bonum , & magnum per magnitudinem , & potens per potestatem , &c. non quod sint differentes rationes existendo, sed agendo: videlicet in ipso

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in ipso æterno ente sua bonitas & magnitudo sunt idem per essentiam, ut æternitas non sit bona & magna per accidens : sed per se, ratione quidem actionis sunt claræ, eo quod æternitas est ratio æterno quod agat bonum, & magnitudo quod agat magnum, &c. & ratione æternitatis est quod sit æternatus productus: vnde sequitur necessario quod in essentia æternitatis sit æternans bonus: & magnus producens, distinctus ab æterno bono & magno, & quod ipsi sint distincti ab æternare, bonificare & magnificare per essentialem relationem existentem vnam essentiam: alioquin rationes essent confusæ & tale ens æternum & absolutum vocamus Deum. Aeternitas est, & per consequẽs ens æternum est, & in ipso ente æterno suæ coessentiales rationes in vno & in pluribus concordant, videlicet quod sicut æternitas est infinita duratio, quod sua bonitas sit infinita bonificatio, & sua magnitudo infinita magnificatio; & sua potestas infinita possificatio; & suus intellectus infinita intellectio; & sua voluntas infinita volitio, &c & quod omnes sint vnum ens bonum, magnum, &c quod quidem ens habeat per bonitatem bonificare infinitum, per magnitudinem magnificare infinitum, &c. tale ens appellamus Deum. Aeternitas est, & per consequẽs ens æternum est; & quod ipsa æternitas est infinita, &c. sequitur quod ens æternum est infinitum; quod ipsum ens est bonũ. Nullum quidem ens finitum potest contradicere enti æterno & infinito, quin agat bonum æternum & magnum &c. neque enim ipsum ens æternum nõ posset cõtra se aliter habere, postquam suæ coessentiales virtutes rationes sunt infinitæ? & habẽt actus infinitos: & tale ens appellamus Deum Aeternitas est, & tempus est; sed æternitas est infinita duratio; tempus vero non potest esse infinita duratio: ratio huius est, quod tempus sine motione esse non potest: æternitas autem absque motione est; vnde sequitur quod æternitas est primum & vltimum principium præiacens tempori absolutè: & tale ens æternum existẽs primum & vltimum principium dicimus esse Deum. Aeternitas est: & quod est infinita essẽtia absolute idem sequitur quod in ipsa est æternare, quod est medium inter æternantem & æternatum, sine quo æternitas esset infinita, quo ad existere. & finita quo ad agere, ratione cuius sua infinita absolute destructa esset; quod est impossibile, & talis æternitas in qua est coessentiale æternare dicimus quod est Deus. Aeternitas est, & quod est infinita existendo similiter & agendo; ut suus finis sit æqualis suæ existentiæ, videlicet quod sicut est infinita quo ad existentiam, quod sic se habeat ad infinitam agentiam, per æternantem, æternatum & æternare; & talem æternitatem quæ se habet ad vltimum finem, dicimus esse Deum. Aeternitas est, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipſa eſt maior duratio quæ eſſe poteſt, cum maiori bonitate quæ eſſe poteſt, & cum maiori magnitudine quæ eſſe poteſt: quibus minoritas contradicere non poteſt quin ſint infinitæ rationes exiſtendo & agendo, & talis maior duratio eſt Deus. Æternitas eſt, & per conſequens æternum eſt. In quo ente æterno ſuæ coeſſentiales bonitas, magnitudo, &c. æternitati æquales ſunt; vt ſua bonitas, magnitudo, &c. ſic ſit infinita quo ad bonificationem, ſicut æternitas quo ad durationem: & tale ens æternum dicimus eſſe Deum. Æterniras eſt, & quod infinita duratio diſtat quidem infinitè à minoritate quæ eſt finita: & per conſequens à finito quod eſt minus æternitate. Et ſic de minori agentia & exiſtentia poteſt dici quæcunque ſint. Probauimus Deum eſſe ſecundum proſam per omnia principia: veruntamen probari poteſt per omnia principia ſyllogizando, nullum ens infinitum eſt abſque infinita poteſtate: æternitas eſt infinita: ergo, &c. & tale ens non eſt cœlum, neque aliud contentum ſub eo: idcirco tale ens dicimus eſſe Deum. Et ſoluta eſt quæſtio, quia quæritur, vtrum Deus ſit? quia ipſum probauimus eſſe cum principijs & regula B. de ſua quidem exiſtentia, & de ſua intrinſeca agentia, notitia haberi poteſt, ſua gratia mediante: hoc autem dico cum apprehenſione; non tamen comprehenſione: Deus namque infinitus eſt, ſed noſter intellectus finitus.

DE DEO PER REGVLAM C. deducto. CAP. XXVI.

De Deo per regulam C. deducto.

PER primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt Deus? Vt de Deo clariorem notitiam habeamus, per eius diffinitiones ipſum definire volumus. In quibus conuertuntur ſubiectum & prædicatum: eo quod vnum non poteſt eſſe ſine reliquo, ratione naturalis coniunctionis quam habent ſubiectum & prædicatum: ſicut quærere, quid eſt ſubſtantia? Et reſpondendum eſt, quod eſt ens per ſe ſubſiſtens. & querere, quid eſt ens per ſe ſubſiſtens? Eſt dicendum quod eſt ſubſtantia. Deus eſt ens in quo ſuæ rationes cõvertuntur. Ens quidem in quo ſuæ rationes conuertuntur, eſt Deus. Deus eſt ens in quo diuinæ rationes habent actus infinitos: ſicut bonitas infinita habet bonificare infinitum, & magnitudo magnificare infinitũ, &c. Ens autem in quo eſt bonitas habens actum infinitum, &c. eſt Deus. Deus eſt ens cui ſua coeſſentialis bonitas eſt ratio, quod agat bonum infinitum & æternum; ens quidem cui ſua coeſſentialis boritas eſt ratio, quod agat bonum infinitum & æternum, eſt Deus. Deus eſt ens quod ſine infinitis rationibus eſſe nõ poteſt; ſed ens quod ſine infinitis rationibus eſſe non poteſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poteſt, eſt Deus. Deus eſt ens bonificans qui ſine infinito bonificato, bonificare non poteſt: eſſe infiniti autem bonificati eſſe, & bonificare q̃ui abſque bonificante eſſe non poteſt, eſt Deus. Deus eſt ſubſtantia ab omni accidente denudata: ſubſtãtia quidem ab omni accidente denudata eſt Deus. Deus eſt ens abſolutum non ab aliquo dependens: ens abſolutum non ab aliquo dependens, eſt Deus. Dens eſt ens quod extra ſe non indiget aliquo: ens quod extra ſe non indiget aliquo, eſt Deus. Deus eſt ens quod aliter ſe non poteſt habere: ens autem quod aliter ſe non poteſt habere, eſt Deus. Deus eſt ens, quod tantum ſe habet ad ſuum finem quantum ipſe eſt: ens autem quod tãtum ſe habet, ad ſuum finem quantum ipſe eſt, eſt Deus. Deus eſt ens quod tantum poteſt ex ſe ipſo, quantum ipſe eſt: Ens autem quod tantũ poteſt de ſe ipſo & in ſe ipſo quãtum ipſe eſt, eſt Deus. Deus eſt ens ſupra quod nulla maioritas eſt: ens ſupra quod nulla maioritas eſt, eſt Deus. Deus eſt ens quantum ſe cognoſcit agẽtem quantum ipſum eſt, Ens quantum ſe cognoſcit agentẽ quantum ipſum eſt, eſt Deus. Deus eſt ens cui impoſſibile eſt non eſſe: ens cui impoſſibile eſt non eſſe, eſt Deus. Diffiniuimus Deum per vigiti rationes, in quibus neceſſario ſubjectum & prædicatum conuertuntur; vt patet per regulam B. Et per tales diffinitiones neceſſarias intellectus quidem humanus eſt multum clarificatus ad cognoſcendum diuinam eſſentiam, & ſuos actus intrinſecos, & naturales. De Deo autem poſſunt fieri deſcriptiones per accidens ſic, Deus eſt creator, & gubernator, & prima cauſa, primus motor, & ſaluator, & huiuſmodi. Per tales autem deſcriptiones intellectus non eſt multum clarificatus, ſicut per diffinitiones ſubſtantiales ſupra dictas. Per ſecundam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid habet Deus in ſeipſo coeſſentialiter & naturaliter? Huic reſpondendum eſt, quod habet coeſſentialia & naturalia & ſubſtantialia relatiua. ſicut per ſuam bonitatem habet bonificantem, bonificatum & bonificare: Et per ſuam magnitudinem, magnificantem, magnificatum & magnificare: Et per ſuam æternitatẽ æternantem, æternatum & æternare, &c. Sine iſtis quidem correlatiuis prædictæ rationes fieri non poſſent de Deo; neque etiam de eſſentia eius noſter intellectus poſſet habere noticiam. Nam ſine ipſis rationes ſiue dignitates Dei eſſent vacuæ & otioſæ & imperfectæ: & quælibet eſſet habitus priuatiuus; Et per conſequens Deus indigeret eſſe digno, poſtquam ipſe indigeret rationibus perfectis quia ſine tali habere intrinſeco, natura relationis eſſet deſtructa, & etiam natura prædictarum rationum quod eſt impoſſibile. Per tertiam ſpeciem regulę C. quæritur, quid eſt Deus in alio? Ad quod dicendũ eſt, quod in effectu ſuo cauſa prima, primus motor, dominator & gubernator. agens in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

effectu suo ad placitum, & absolutus sine aliqua resistentia sui effectus. Extrinsece quidem Deus habet dominium & potestatem ad placitum, sicut causa absolute in effectu suo: habet etiam in creaturis ius vltimum, eo quod creator & gubernator est. Ratione cuius Deus est dispositus ad iudicandū peccatores secundum opera eorum. Nam creauit creaturas ad suum seruitium, quod est vltimus finis creaturæ.

DE DEO PER REGVLAM D. deducto. CAP. XXVII.

De Deo per regulam D. deducto.

PER primam speciem regulæ D. quæritur, Deus de quo est? Et respondendum est, quod est de se ipso. Sic enim habens rationes infinitas habentes actus infinitos, non potest esse de aliquo præiacente alio. Sed ipse quidem est præiacens omnibus alijs entibus ab eo per essentiam distinctis: vt diuina bonitas quæ est primitiua omni alij bonitati. Sicut ens infinitum quod est primitiuum enti finito. Et sic potest dici de diuina magnitudine & æternitate, &c. Et in isto passu cognoscit intellectus humanus quod Deus est actus purus. Per secundā speciem regulæ D. quæritur, Deus de quo est? Et huic respondendum est, quod est de suis correlatiuis antedictis: sicut diuina bonitas quę est Deus, quæ est de suis bonificante, bonificato & bonificare, & omnes isti tres sunt de ipsa bonitate: sicut concretum quod est de sua essentia, & sicut homo de sua humanitate, & leo de sua leonitate, &c. Et in isto passu cognoscit intellectus noster, quod in Deo nulla malicia, prauitas & nouitas esse potest. Per tertiam regulam D. quæritur, Deus cuius est: Et huic respondendum est, quod non est alicui subditus; nam infinitus & æternus est: veruntamen in paradiso est subiectū omnibus sanctis ab eo recipientibus gloriam obiectā.

DE DEO PER REGVLAM E. deducto. CAP. XXIIX.

De Deo per regulam D. deducto.

PER primam speciem regulæ E. quæritur, Deus quare est? Et est respondendum, quod est formaliter per sua correlatiua, ex quibus est. Et per consequens per suas coessentiales rationes: & quia in ipso subiectum & prædicatum cōuertuntur, vt superius probatum est in sua diffinitione. Sicut substantia quæ est per hoc, quia est de sua materia. & forma, & coniunctione. Et homo de suo corpore & anima & coniunctione. Et sic de syllogismo potest dici quod suum medium coniunctiuum est cum superiori suo & inferiori. Vlterius Deus est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per

per hoc, quia ſuæ rationes infinitæ conuertuntur ſecundum identitatem eſſentiæ. Omnes enim ſunt vna eſſentia diuina ſingularis, & adhuc quia omnes ſuę dignitates habent actus infinitos, & in ſua diffinitione ſubiectum & prædicatum conuertuntur eſſentialiter, vt ſuperius dictum eſt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod Deus immutabilis eſt: & quod ſuum eſſe aliter ſe non poteſt habere. Per ſecundam ſpeciem regulæ E. quæritur, Deus quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt propter ſuum finem abſolutum. Finis enim infinitus & æternus non poteſt eſſ propter finē finitum. Adhuc manifeſtatur videlicet, quod Deus ſit propter finem abſolutum & non propter alium Quilibet enim correlatiuus ſuarum dignitatū eſt propter alium correlatiuum: quod quilibet eſt vt alter ſit; aliquin nullus poſſet habere infinitam bonitatem, magnitudinem, & c. Vlterius Deus eſt, vt ſua agentia eſſe poſſit, & econuerſo. Amplius in Deo ſuæ coeſſentiales rationes ſunt, vt ipſæ quidem cum ipſis poſſit habere actus intrinſecos & infinitos; vt ſua agentia in tantum infinita ſit ſicut ſua exiſtentia. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus errorem illorum in quo ſunt dicentes, quod Deus habeat rationes, vt agat finire cum ipſis intrinſece, ſicut efficiens in ſubiecto alieno & per accidens: Talis quidem error eſt euidens. Deus enim abſque coeſſentialibus naturalibus rationibus habentibus actus intrinſecos & infinitos non eſſet ſummum ens & infinitum; quia non eſſet ſummus bonus, magnus, æternus per ſe, ſed per aliud: imò homo aut roſa, aut leo ſe haberet in plus reſpectu finis quam Deus, eò quia habent proprios fines naturales, ad quos ſe habent vt eſſe poſſint hoc quod ſunt. Et ſic patet quod prædictus error manifeſtatur.

DE DEO PER REGVLAM F deducto. CAP. XXIX.

De Deo per regulam F. deducto.

QVAERITVR, Deus quantus eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod quantitas dicitur duobus modis, videlicet realiter & numeraliter. Realis quantitas eſt? ſicut quantitas corporis: numeralis autem, ſicut quando computatur vnum, duo, &c. Realis quidem quantitas ſignificat quantitatem cōtinuam: numeralis autem diſcretam. Deus quidē non habet quantitatem realem: quod non habet corpus, ensquidem corporeum quantitatem habet: ſed ipſe Deus habet continuā eſſentiam & bonitatem, &c. In ſubiecto enim infinito quantitas nequaquam exiſtere poteſt, ſicut in æternitate tempus & motus non poſſunt habere eſſe. Quantitas numeralis in Deo

eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

esse potest ratione suorum correlatiuorum: sicut in diuina bonitate, in qua bonificans cognoscit se esse vnum distinctum, & cognoscit bonificatum alterum distinctum ab eo. Et mutuò bonificans & bonificatus cognoscunt bonificare esse alterum distinctum ab ipsis: & sic sequitur in ipsis quantitas numeralis, videlicet vnum, duo, tres, & in isto passu intellectus dubitat, vtrum tria correlatiua aut plura sufficiunt in diuina bonitate. Sed recordatus est de diuina vnitate & singularitate, per quas Deus est, vnus & singularis: sicut per suam bonitatem bonus? & suam magnitudinem magnus, &c. Quapropter sufficit vnus singularis bonificans, & non bonificatus: & vnus singularis bonificatus & bonificans & alter vnus singularis bonificare & non bonificans. Si autem esset ibi quartus numerus, &c iam esset ibi destructio vnitatis & singularitatis. Quartus quidem numerus aut esset bonificans non bonificatus, aut bonificatus & bonificans, aut bonificare & non bonificans: & sic esset superfluitas ibi, quę esset mala contra naturam bonitatis infinitæ: & vitiosa contra magnam & æternam virtutem diuinæ bonitatis, & ageret cõtra gloriam diuinæ bonitatis, & esset habitus malus & priuatiuus: sicut surditas, ignorantia, aut priuatio, quòd est impossibile. Vlterius considerat intellectus quantitatem numeralem quæ est principium numeri: & secunda vnitas oritur ab ipsa, & tertia vnitas oritur ab ipsis, sicut conclusio à duobus propositionibus, & sic sequitur numerus perfectus; eò quod omnis numerus in ipsis concluditur, videlicet par & impar. Vnde patet manifestè quod quarta vnitas est superflua, & etiam quinta, &c. Nam tàm sunt habiti par & impar; & etiam quod quarta vnitas disiuncta est à secunda vnitate quæ est ita medium inter primam vnitatem & tertiam: sicut in modo primæ figuræ in quo medium est subiectum in quo coniunguntur prædicatum maioris propositionis & subiectum minoris propositionis, vt subiectum & prædicatum in conclusione conueniant in natura; vt patet per istum syllogismũ: omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergò omnis homo est substantia. Inde igitur cognoscit intellectus quod in diuina bonitate sufficit numerus ternus: & quod maior neque minor numerus non est necessarius. Veruntamen in speciebus sunt plura indiuidua quam tres. Sicut vnus, duo, tres & quatuor homines in specie humana: & illa oportet numeri perplures vnitates siue numeros, vt per se patet.

D E

(c) 2006 Ministério de Cultura

DE DEO PER REGVLAM G. deducto. CAP. XXX.

De Deo per regulam G. deducto.

PER primam ſpeciem regulæ G. quæritur, Deus qualis eſt? & huic debet reſponderi quòd Deus eſt talis quales ſunt ſuæ proprietates ſiue rationes, & earum actus conſubſtantiales: ſicut per ſuam bonitatem, quòd per ipſam eſt bonus; & per magnitudinem magnus eſt; & per æternitatem æternus, & ſic de alijs. Adhuc quoniam bonitas eſt ratio bono quod producat bonum: & eſt per magnitudinem magna: & per æternitatem æterna; & ipſa bonitas: ergò bonitas eſt ratio Deo quòd ſit qualis propriè in producendo bonum infinitum & æternū; ſicut caliditas & multò melius eſt ratio igni quod per ipſam ſit qualis in calefaciendo calefactum bonum, magnum & durabile. Et hoc ſignificatur in correlatiuis qui ſunt per ſecundam ſpeciem regulæ C. Abſque enim talibus qualitatibus proprijs & conſubſtantialibus Deus non poſſet habere eſſe proprium, neque per ſe eſſe, neque per conſequens haberet actus intrinſecos & infinitos & æternos. Adhuc neque appropriatè poſſet aliquid extra ſe in alio ſubiecto: nam eſſe quale appropriatum oportet, quod cauſentur à quali propriè: ſicut äer & aqua qui calefacti ſunt per propriam caliditatem ignis. Per ſecundam ſpeciem regulæ G quæritur, Deus qualis eſt? Et eſt dicendum, quod Deus eſt qualis per deſcriptionem; quod eſt creator & gubernator & ſaluator & huiuſmodi: ſicut Deus qui ſe diſponit ad eſſe iuſtum & miſericordem, pium & benignum tanquam efficiens cauſa in effectu ſuo diſtincto ab eo per eſſentiam & naturam.

DE DEO PER REGVLAM H, deducto. CAP. XXXI.

De Deo per regulam H. deducto.

QVÆRITVR: vtrum Deus ſit in tempore? Ad hoc reſpondetur, quod non propriè: ſed per accidens. Nam ens æternum habens actum æternum, non poteſt eſſe in tempore, ſicut infinitum ens quod in quantitate non poteſt eſſe: & ſicut numer' ſenari' in numero quinario; neq; eſſentia mala in eſſẽtia bona: neq; videre in audire; neque audire in videre; neq; intelligere in ignorare, &c. Et omnia iſta ſunt manifeſta per regulam C. D. K. homini ſubtiliter intuenti, cui dimittimus declarari propter vitandam prolixitatem.

DE

(c)-2006 Ministerio de Cultura

DE DEO PER REGVLAM I. discursu. CAP. XXXII.

De Deo per regulam I. discursu.

QVAERITVR, vtrum Deus sit in loco? Et respõdendum est quod Deus propriè non est in loco : sed per accidens: nam sicut æternitas non potest esse in tempore; neque bonitas in malicia, neque intellectus intelligens vere in ignorantia: sic quidem Deus, ratione suę infinitatis & immensitatis, non potest collocari in aliquo loco. Infinitas enim & immensitas sunt id per quod Deus compræhendit & pertransit omnem locum. Vnde patet manifeste, quod ipse est in omni loco, & extrà omnem locum immensiuè, & infinitè ab omni quantitate & superficie denudatus existit. Et hoc probant regulæ B.C.D.K.

DE DEO PER REGVLAM MODALITATIS discursu. CAP. XXXIII.

De Deo per regulam modalitatis discursu.

PER regulam K. quæritur, quomodo Deus est, & quomodo agit? Ad primum sic respondendum, quod Deus habet modum essendi hoc quod est, per illum modum quem habent suæ coessentiales & naturales rationes: & hoc figuratur in capitulo loci, in quo quæritur, vbi Deus sit, & quomodo Deus producit in suis correlatiuis; ut supradictum est. Adhuc manifestè apparet scienti hanc artem, quod Deus habet modum in agendo in suis relatiuis, sicut sua bonitas, quæ in quantum est ratio bono quod agat bonum, & magnitudo quod agat magnum, & æternitas, & ratio ei quod sit æterna: ergo bonitas est ratio bono quod producat bonum, magnum & æternum, &c. Et hoc intrinsece, videlicet in suamet essentia & natura sine aliquo accidente. Amplius Deus habet modum extrinsece ratione conuersionis suarum dignitatum. Nam quando Deus creauit mundum, intellectus ipsius intellexit eum, & sua voluntas voluit, & sua potestas possificauit, & sua bonitas illum bonificauit. Nam bonum fuit creare mundum, & hoc fuit in instanti, sine successione suarum rationum. Et hunc eundem modum habet Deus in faciendo miracula, & in iudicando, & parcendo, & gratias dando, & huiusmodi? quia vult objectiuè agere, & scit ipsum agere, & sua potestas possificat illum, & sua veritas facit illum verum. Et ad tale agere subjectum causatum est obediens. Ens enim finitum enti infinito resistere non potest.

DE

DE DEO PER REGVLAM INSTRVmentalitatis discurso. CAP. XXXIV.

De Deo per regulam instrumẽtalitatis discurso.

QVæritur, cum quo Deus est existens & agens? Et respondendum est, quod est existens cum suis correlatiuis coessentialibus rationibus, sine quibus non potest esse hoc quod est, neque est summum ens, sicut homo sine anima, & corpore, & capite. Nam si Deus esset summus absque sua bonitate, iam non haberet naturam, cum qua esset disparatus à malicia, & sic iam non esset summus; sed potius esset infimus, quod est impossibile. Et si esset summus absque immensitate, iam non haberet cum quo distaret à quantitate. Et si non esset æternus, non posset segregari à tempore. Et si non esset per se potens, iam non esset per se: & sic de aliis. Et quod est per se, ut supra probatur: ergo pàtet quod est existens cum suis coessentialibus rationibus, sine quibus non esset summus. Adhuc Deus agit intrinsecè cum suis rationibus; ut apparet in suis correlatiuis per secundam speciem regulæ C. designatis. Iterũ agit cum prędictis rationibus & relatiuis extrinsece effectiuè, non autem naturaliter. Nàm ipse inclinat se moraliter ad suum effectum: sicut iustus ad iudicandum cum iustitiâ: & logicus ad syllogismum cum ratione, & huiusmodi. Diximus de Deo per regulam K deducto; & per ea quæ diximus de ipso explicite, potest artista dicere de Deo per principia implicata reducta ad principia explicata: sicut nos fecimus. De primo subiecto largo modo tractauimus, quia sua materia est valde diffusa. De aliis autem subiectis non ita loquemur, quia eorum materia non est tãtum diffusa. Et quoniam noticia potest haberi de ipsis subjectis per hoc quod de primo subiecto diximus; & hoc quidem significatum est in patria. Nã sancti in obiectãdo Deũ omnia cognoscũt,

DE SECVNDO SVBIECTO, SCILICET de angelo: & primo per principia deducto. CAP. XXXV.

Deductio angeli per principia.

BOnitas angeli est ei ratio quod agat bonum, in quantum talis ratio est magna, est ei ratio ut agat magnum bonum: & in quantum est durabilis, est ei ratio, ut agat bonum durabile, &c. Veruntamen non dico, quod angelus producat siue generet alium angelum: quod si sit, iam euacuaret se ratione suæ infinitatis, nouitatis, indiuisibilitatis, quas habet à longitudine & latitudine remotas. Illud quidem quod angelus habet in se, est bonum intelligere, amare, & recolere principia naturalia. Adhuc angel⁹ cũ alio habet bona verba. Sed miratur intellect⁹;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cur non habeant linguas angeli, & organa, & huiuſmodi: quomodo hæc locutio poteſt eſſe. Quouſque recordatur quod locutio eorum nihil aliud eſt quàm bonum intelligere, amare & recolere ad inuicem: nam per eorum bonitatem totum hoc eſt bonum. Magnitudo angeli eſt ratio quod bonitas & duratio illius ſint magnæ. vnde ſequitur, quod bonitas ſit magna per ſuos correlatiuos, ſine quibus non eſſet magna. Sed hic miratur intellectus, quid bonificat angelus, poſtquam ipſe non producit ſiue non generat alium angelum, donec recordatur actum aliorum principiorum bonificatorum in ſuo proprio bonificabili: ſicut intellectus qui proprio in ſuo intelligibili alia principia intelligibilia ſiue intellecta facit Duratio angeli eſt ratio, qua ipſe durat: & etiam durant ſua principia & actus in inſtanti ſine ſucceſſione eorum. Sed miratur intellectus, quæ eſt cauſa ſuæ ſuſtentationis, cum non recipiat nutrimẽtum ab extra, atque augmẽtum: quouſque recordatus eſt angelicam naturam: quæ quidem non eſt compoſita ex contrariis. Et ſi ſol qui eſt ens corporeum durat ſine nutrimento, & multo magis angelus, qui eſt ſpiritus à ſuperficie denudatus. Poteſtas angeli eſt ei ratio quod poſſit exiſtere & agere. Sed miratur intellectus, cum ipſe non habeat organa, quæ ſint ſua inſtrumenta agendi: & tũc temporis recordatur correlatiuos ſuæ poteſtatis cum quibus agit, quaſi per modum inſtrumentorum poſſificando. nam ſicut caliditas quæ eſt accidens, eſt inſtrumentum cum quo ignis poteſt agere calefaciendo, ſic & multo potius angelus per correlatiuos ſuæ poteſtatis poteſt exiſtere & agere: & ipſi enim correlatiui ſubſtantiales ſunt ei. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod principia conſubſtantialia angelorum ſunt eis quaſi per modum inſtrumentorum. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quæ eſt ratio, quare angelus eſt in altiori gradu quàm entia inferiora. Intellectus angeli eſt ei ratio, qua ipſe intelligit cum ſuis correlatiuis: nam cum ſuo intellectiuo eſt intelligens, videlicet eſt actiuum intelligendo in ſuo intelligibili, in quo alia entia intelligit. Quid mirum ſi hoc facit? ignis namque qui nõ habet tam altam virtutem ſicut angelus, in ſuo ignobili alia elementa calefacit. Adhuc quidem miratur intellectus, per quem modum intellectus angeli, cum non faciat ſpecies per ſenſum, neque per imaginationem, quomodo intelligit ipſas? Sed recordatus eſt intellectum angelicum, qui eſt quaſi per modum inſtrumenti ad intelligendum: licet ſit angelo conſubſtantialis, ſicut & alia principia ſunt ei conſubſtantialia, ſicut voluntas hominis ad volendum: & multo magis, eo quod non poteſt velle ſine organo corporali: angelus autem qui altior creatura eſt quàm homo, poteſt intelligere ſine organo ei coniuncto. Angelus vtitur ſua voluntate tam-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

se tanquam instrumento, quamuis vere non sit instrumentum, voluntas quidem naturalis est angelo ad volendum, ut cum ipsa voluntate agat diligibilitatem ei signatam per ordinem supremum. Sed miratur intellectus quæ est causa, quare voluntas angeli potest diligere illa, quæ non sunt in sensu, neque in imaginatione: sed recordatur suam ruditatem & grossiciem quam habet, eo quod cum sensu & imaginatione est coniunctus: voluntas autem angeli sic, & multo magis se potest habere ad obiectum absque sensu & imaginatione, sicut plãta ad appetitum sine sensu & imaginatione Angelus habet virtutem, cum qua naturaliter agit in suis principiis, in quantum per ipsam virtutem sunt virtuosa, & habent actus virtuosos, & per bonitatem bonos, & per magnitudinem magnos, &c. Sed miratur intellectus, per quem modum angelus acquirit virtutes accidentales, vsquequo recordatur angelum habere virtuosos habitus, obiectando obiecta per virtuosum intelligere & amare, & etiam per iustum & prudentem & charitatiuum agere ipsis adiuuantibus nos, contra peccata, & malos angelos, nobis denunciationes faciendo à supremo principio, & nostras orationes ad ipsum reportando, & pro nobis rogando. Angelus per suam virtutem est verus intelligens, amans & recolens: sicut homo, & multo melius qui per suam animam vere intelligit, diligit & recolit, & per suam imaginationem vere imaginatur, & per suum sensum vere sentit. In isto passu miratur intellectus, quare angelus vere intelligit hominem coloratum, iustum & iniustum, cum non habeat oculos, quousque recordatur quendam rusticum, qui mirabatur, quare rex habeat diuitias & honores, postquam ipse rusticus pauper erat & sine honore. In angelo sua gloria est ei quasi instrumentum cum quo est glorioſus: sed sua voluntas est ei quasi instrumentum cum quo diligit se: & sua bonitas cum qua est bonus. Sed hic miratur intellectus quærendo quæ est causa, quare angelus est glorioſus; postquam non habet delectationem per sensum & imaginationem, donec recordatur hominem habentem maiorem delectationem, & gloriam, obiectando suum obiectum, intelligendo, amando & recolendo, quàm obiectando; etiam inferiora sentiendo & imaginando. In angelo sua differentia coessentialis est ei ratio, quod sit ex pluribus principiis differentibus numero. Sed miratur intellectus, quæ causa ẽ illi⁹ differẽtiæ, cũ in angelo sua principia nõ differãt p colores, sapores & figuras, & hui⁹ modi; donec recordat⁹ est q̃ ion⁹ nõ ẽ obiectũ vis⁹, nec color audit⁹. In ãgelo sua concordantia ẽ causa quare sua principia (quæ sũt multa) conueniũt in vna substãtia bona p bonitatẽ & magna p magnitudinẽ, &c. Sed miratʳ de hoc intellectʳ quoʳq; recordatʳ ẽlemẽtatũ, in quo multa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

elementa conueniunt in vno compoſito, per ignem ignitum & calefactum, per aërem aërificatum & humefactum, per aquam aqueificatum & frigefactum, & per terram terrificatum & deſiccatum. Angelus non eſt ex contrariis compoſitus: nam ſic eſt extra elementa per naturam; ſicut eſt extra punctos, numeros, figuras, & huiuſmodi. Sed miratur intellectus cum angeli boni & mali non ſint ex contrariis compoſiti : quid ergo eſt cauſa quare ipſi ſunt ad inuicem contrarij; donec recordatur quod bonus angelus eſt habituatus de fine primo : angelus vero malus euacuatus eſt illo. Et in iſto paſſu cognoſcit intellect⁹ quod illa contrarietas eſt valde admirabilis in æuo ſempiterno. Angelus per ſuum principium eſt efficiens effectiue: & ſua forma eſt de ſuis tiuis conſtituta, videlicet de ſuo eſſentiali bonificatiuo, magnificatiuo, &c. Et ſua materia eſt conſtituta de ſuo bonificabili, magnificabili, &c. ſine qua non eſſet receptibilis ſuus finis naturalis, ut ſit hoc quod eſt ſine alia eſſentia ſibi coniuncta. Sed eſt vnus alius finis ſupremus, videlicet Deus benedictus in quo quieſcit intelligendo, amando, recolendo ſuum intelligere, amare & recolere, bonificando, magnificando, &c. Sed miratur intellectus per quem modum angelus habet naturam, cum ſua eſſentia non ſit diuiſibilis, neque alterabilis : ſed recordatur ſolem eſſe indiuiſibilem & inalterabilem, eo quia à motu & à ſucceſſione eſt remotus. Angelus eſt medium ſiue ſubjectum, in quo ſuus finis influit ſuis principiis, & principia refluunt fini quolibet principio menſurante ſeipſum cum alio tantum quantum ipſum eſt; ut ex eis ſit vna ſubſtantia completa. Sed miratur intellectus, cum angelus non habeat quantitatem cum linea, per quem modum habere poteſt menſurationes, ac ſi poſſet eſſe compoſitus ex pluribus principiis, donec recordatur quantitatem ſpiritualem extrà lineam & punctos ſubſtentatam in ſubjecto : ſine qua vnus angelus non poſſet habere maiorem eſſentiam & actum quàm alius, neque etiam vnus angelus poſſet recipere à Deo maiorem gloriam quàm alius. Finis angelis conſiſtit duobus modis, videlicet naturaliter & ſupernaturaliter. Naturalis eſt ſicut bonus magnus finis &c ut naturaliter habeat bonos & magnos actus, &c Supernaturalis finis eſt ille, qui eſt ex parte ſui obiecti ſupremi, quod ſumme eſt intelligibile, amabile & honorabile Et quia Deus per angelum intelligitur, amatur & recolitur : non autem per angelum bonus & magnus fit, &c. ſunt in eſſentia angeli intellectus & voluntas, & memoria in altiori fine, quam ſua alia principia. Sed miratur intellectus de iſta maioritate & minoritate exiſtentibus in eo, cum in ſua eſſentia omnia ſua principia ſint æqualia, donec recordaur illud quod dictum eſt de ſuo obiecto ſuperius. Maioritas quam habet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habet angelus quo ad ſuam ſpeciem eſt maior quam maioritas hominis quo ad ſuam ſpeciem. Et ideo ſicut adamas attrahit ferrum per ſpeciem : ſic angelus per maioritatem ſuæ ſpeciei habet ſcientiam de inferioribus abſque organo, & etiam poteſtatem in ipſis ſine organo. Sed miratur intellectus, per quem modum hoc eſſe poteſt, donec recordatur quod ille modus eſt ei difficilis ad cognoſcendum: non autem angelo ad agendum: angelus namque maiorem maioritatem habet quo ad ſuam ſpeciem quàm homo quo ad ſuam. In angelo eſt æqualitas intellectus, memoriæ & voluntatis, ut ipſe æqualiter poſſit obiectare Deum, intelligendo, amãdo & recolendo. Ratio huius eſt: quod Deus æqualiter eſt intelligibilis, amabilis & recolibilis; & hoc quidem bonum eſt & magnum, &c. aliàs ſuum oppoſitum eſſet magnum malum poteſtatis, æternitatis, &c. quod eſt impoſſibile Sed miratur intellectus, quæ eſt cauſa quare rationes angelorum non ſunt æquales in agendo intellectui, voluntati & memoriæ: ſed recordatus eſt ſolutionem huius quæſtionis ſuperius factæ. In angelo eſt minoritas innata, eo quod creatus, finitus & nouus eſt. Nam Deus creauit ipſum ex nihilo; quod non eſt aliud. Et de illa minoritate angelus malus eſt habituatus ad agendum peccatum, inclinando ſe libere ad agendum peccata. Sed miratur intellectus, quæ eſt cauſa, quare inclinat ſe ad peccandum, quouſque recordatur quod angelus malus ſic volendo inclinat ſe ad peccatum: ſicut angelus bonus ad virtutem, diligendo illas.

DE ANGELO PER REGVLAM B. deducto. CAP. XXXVI.

De angelo per regulam B. deducto.

PER regulam B. quæritur, vtrum angelus ſit ſiue angeli ſint? Et videtur per ipſam regulam B. quod ſic: ut patet in mixtione principiorum. Sed in hac parte intendimus hoc explicare & probare per mixtionem principiorum; iſto modo reſumendo aliqua quæ dicta ſunt in capitulo bonitatis. In principio capituli de bonitate dicitur in prima parte ſecundæ partis principalis diſtinctionis, quod bonitas p ſe eſt ratio bono quod agat bonum ſiue producat, & quia eſt magna per magnitudinẽ: eſt ratio duplicata bono quod producat magnum bonum : & hoc ſcit diuina ſapientia quæ bona & magna eſt. Et quod diuina voluntas æquiparatur diuinæ bonitati; & ſapientia in magnitudine vult quod ſint angeli, & ſi vult, ergo ſunt angeli. Dicitur in capitulo ſapientiæ, capitulo præallegato, quod bonitas per ſapientiam eſt ſcibilis, &c. Et ideo diuina bonitas eſt ſcibilis: & ſicut eſt ſcibilis, & eſt amabilis, eſt ſcibilis, & amabilis cum me-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitudine ſuæ ſcibilitatis , & amabilitatis : ergo eſt ſcibilis & amabilis ſuus actus, & per conſequens ſuus effectus, quia amabile eſt. Ergo angelus, qui eſt magnus effectus, magis bonus , magnus, qui eſſe poſſit in creatura : & ſi non eſt effectus diuinæ bonitatis , eſt ſcibilis & maiori magnitudine poſſibilitatis ſcilicet in potentia. Et diuina voluntas non vult, quod veniat in actum: quod eſt impoſſibile , & contra amabilitatem effectus diuinæ bonitatis. Dicitur in capitulo voluntatis: capitulo dicto , quod bonitas per voluntatem eſt amabilis, &c. Si angelus eſt , totum vniuerſum eſt perfectum: & quia in vniuerſo nos habemus corpus inanimatum non coniunctum, ſicut lapis; & habemus corpus animatum coniunctum, ſicut planta, leo, homo, &c. Et ideo debemus habere ſpiritum non coniunctum, qui eſt ſuperior, & magis ſimilis Deo, & hoc ſcit diuina ſapiẽtia. Et ſi ſpiritum non coniunctum non habemus, ſcilicet angelum , diuina voluntas impedit ipſum eſſe : eo quia non vult ipſum eſſe & contradicit magnæ actioni diuinę bonitatis in hoc quod eſt ſuperius: & non in hoc quod eſt inferius , quod eſt impoſſibile; & contra diuinæ ſapientiæ ſcibilitatem: ergo probatum eſt per cauſas ſuperiores quod angeli ſunt. Probauimus angelos eſſe per tres rationes ſupradictas: & quia euitamus prolixitatem, ſufficiat quod dictum eſt. Et in iſto paſſu oſtenſum eſt , quod mixtio principiorum eſt materia , & ſubiectum in quo artiſta poteſt multa ad placitum inuenire, & ad propoſitum applicare.

DE ANGELO PER REGVLAM C. deducto. CAP. XXXVII.

De angelo per regulam C. deducto.

PER primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt angelus? Et reſpondẽdum eſt per iſtam primam ſpeciem , quod angelus eſt illa creatura, quæ magis ſimilis eſt Deo , eo quia eſt ſpiritus non coniunctus; & agit de inferioribus ſine organo corporali & huiuſmodi. Per ſecundam ſpeciem quæritur , quid habet angelus in ſe ſibi coeſſentiale & naturale? Et reſpondẽdum eſt, quod habet ſuas partes innatas, ex quibus eſt conſtitutus , ſicut ſunt ſua innata bonitas & magnitudo, &c. excepta contrarietate, quæ non eſt ſibi qualitas innata; & quia habet ſuam bonitatem innatam cum natura bonificantis, bonificabilis & bonificare, & ſic de magnitudine & aliis , habet ſuas innatas actiones & paſſiones, & cum ſuis accidentibus agit intus & extra , & in ſuis paſſionibus innatis recipit intra quod venit ab extra : ſicut cũ ſua intelligibilitate recipit intelligibilitates peregrinas. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt angelus in alio? Et reſpondendum eſt, quod eſt agens & patiens: agens ſicut in inferiorib', in qui-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in quibus agit intelligendo & diligendo,&c. Et ſua poteſtas perficit hoc quod ſua voluntas vult, & hoc quod ſuus intellectus intelligit,& de ſua memoria recolit. Et hoc ſine ſucceſſione & phantaſmate:adiuuante tamen diuina bonitate, magnitudine, &c. Et per præſentiam Dei recipiendo ab ipſo influentias cauſarum patiendo, & iſta paſſio eſt ſibi ſalus & perfectio: angelus vero malignus recipit ab extra paſſiones,quando nõ poteſt peccata impetrare Et habet paſſiones, quod Deus abeſt ei per gratiam, & euacuatus eſt à ſuo fine. Per quartam ſpeciem quæritur,quid habet angelus in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet in inferioribus poteſtatem,eo quod agit ſine tactu,ſine viſu, auditu & imaginatione; & iſtam poteſtatem habet per præſentiam Dei ſic in qua eſt: ſicut anima coniuncta quæ habet poteſtatem in potentiis inferioribus, eo quia cum ipſis coniũcta eſt. Habet adhuc angelus bonus gloriam in Deo; & malus angelus pœnam; ſed hoc eſſet longum enumerare.

DE ANGELO PER D. DEducto, CAP. XXXIIX.

De angelo per D. deducto.

PER primam ſpeciem regulæ D. quæritur, de quo angelus eſt. Et reſpondendum eſt,quod eſt de ſeipſo, quod non eſt deriuatus de aliquo alio. Ratio huius eſt, ut ſua innata bonitas,magnitudo,&c. ſint ei principia innata primitiua, & diſſimilia,& incorruptibilia, ut ſua eſſentia poſſit eſſe permanens incorruptibilis:tamen dicimus,quod à Deo eſt creatus. Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quo eſt angelus? Et reſpondendum eſt,quod eſt de ſuis principiis innatis: ſicut de ſua vera bonitate, magnitudine, &c. & quia quodlibet ineſt ei tripliciter; ſicut bonitas per bonificatum,bonificabile & bonificare; & magnitudo per magnificatum, magnificabile & magnificare, &c. Et quia iſta principia differunt eſſentialiter:angelus eſt compoſitus de ſua bonitate,magnitudine,&c. Et de omnibus ſuis tiuis eſt in ipſo conſtituta vna forma in communi cum qua eſt actiuus, & de omnibus ſuis bilibus videlicet bonificabili & magnificabili, &c. eſt conſtituta vna materia cum qua paſſiuus eſt, & de omnib⁹ ſuis are,ſcilicet,bonificare,magnificare,&c. eſt cõſtitutus vnus actus in communi, cum quo cauſat actus extrinſecos, ut de omnibus ſupradictis tribus ſit ſua ſubſtantia compoſita,& vnita,& ſubſtantialiter ab omni materia corporali diſparata. Per tertiam ſpeciem quæritur, angelus cuius eſt? Et eſt reſpondendum,quod eſt Dei cum benedictione,& gloria & glorificatione: ſed angelus malus eſt Dei cum contradictione, pœna & dolore.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ANGELO PER REGVLAM E. deducto. CAP. XXXIX.

De angelo per regulam E. deducto.

PER primam ſpeciem regulæ E. quæritur, quare eſt angelus? Et reſpondendum eſt, quod eſt ex ſuis principiis naturalib⁹ conſtitutus, ut ſupra diximus in ſecunda ſpecie regulæ D. quoniam ſuum principium cum alio componitur, oportet dari ens in communi de neceſſitate compoſitum. Sicut dicitur quod iuncta anima cum corpore, ſequitur homo de neceſſitate. Et poſita elementatiua cum vegetatiua, ſequitur elementum vegetatiuum de neceſſitate. Per ſecūdam ſpeciem quæritur, quare eſt angelus? Et reſpondendum eſt reſpectu finis quod angelus eſt, ut Deum intelligat, diligat, & recolat, & ei honorem faciat, & impleat vniuerſum, quia ſi non eſſet angelus in parte, eſſet vacuum vniuerſum; vt ſuperius probatum eſt.

DE ANGELO PER REGVLAM F. deducto. CAP. XL.

De angelo per regulam F. deducto.

PER regulam F quæritur, angelus quantum eſt? Reſpondendum eſt, quod eſt tantus quantum eſſe eſt ſuæ eſſentiæ: quod eſſe habet quantitatem continuam in quantum eſt vna ſubſtantia. Et habet quantitates diſcretas: eo quia ex pluribus principiis eſt compoſitus: & quod hoc ſit verum, ſignificatum eſt in ſecunda ſpecie regulæ D. vbi quæritur, de quo angelus eſt. Per regulam G. quæritur, qualis eſt angelus? Reſpondendum eſt, quod angelus eſt duobus modis, qualis videlicet per qualitates innatas & proprias: Et per qualitates appropriatas non ſibi naturales. Vocamus autem propriam ſuam naturalem & ſubſtantialem bonitatem, magnitudinem, &c ex quibus eſt conſtitut⁹. Et vocamus appropriatas ſuam bonitatem acquiſitam, magnitudinem, iuſticiam, &c. Et in angelo malo vocamus appropriatas qualitates maliciam ſuam, inuidiam, &c. Per regulam H. quæritur de tempore angeli. Et dicimus quod angelus eſt in tempore, eo quod eſt inceptus in tempore ſine quo inceptus non fuiſſet. Ratio huius eſt: quod hoc quod eſt & non erat, ſine tempore non poteſt eſſe. Eſt adhuc angelus in tempore quantum ad ſuam contrarietatē, hoc eſt ſine ſucceſſione & ſine motu; ſed quando agit extra, agit de vno nūc in alio; ſicut quādo agit in die dominico hoc ꝙ agebat in die ſabbati. Et eſt in vno tēpore quando eſt Romæ dē die; & eſt in alio tempore quando eſt de nocte Paryſiis. Verumtamē quādo recedit à Roma, & eſt Paryſiis, ſu⁹ receſſus nō eſt cū motu, nec cū ſucceſſione. Quoniam ſicut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſicut non indiget oculis ad videndum colorem; ſicut non indiget motu, neque ſucceſſione in receſſu, ſed vult & eſt vbi vult. Per regulam I. quæritur de loco angeli? Reſpondendum eſt quod angelus eſt in loco, eo quia in loco creatus eſt, ſed non eſt in loco occupans locum, qui locus non poteſt eſſe occupatus ſine linea, angulo & figura, à quibus eſt omnis angelus ſeparatus. Et eſt in loco, eo quia in vno loco eſt, & non in alio in quo nō eſt: & eſt in illo in quo agit, in quo loco agere non poteſt ſine præſentia ſua. Ratio huius eſt, eo quia cum ſua eſſentia agit & non cum organo. Per primam ſpeciem regulæ K. quęritur quo modo angelus eſt & quomodo agit. Et reſpondendum eſt, quod angelus habet modum eſſendi per compoſitionem ſuorū principiorum; vt figuratum eſt in ſecunda ſpecie regulæ D. ſupra dicta Et habet modum agendi cum ſuis principijs, cum quibus cauſet actus exteriores: ſicut cum ſua bonitate bonificatum, & cum ſua poteſtate poſſificatum, & ſic de alijs. Per ſecundam ſpeciem regulæ K. quæritur, angelus cum quo eſt, & cum quo agit? Et reſpondendum eſt, quod eſt cum ſuis principi s innatis & naturalibus aggregatis vt in ſecunda ſpecie regulæ D ſignificatum eſt. Et agit cum ipſis, videlicet cum intellectu intelligit, cum voluntate diligit, cum memoria recolit: & ſi bonus eſt, cum ſua bonitate bonificat, & cum ſua poteſtate poteſt, &c. Et ſi malus eſt, malificat ſuam intelligere, recolere & amare, & ſic de alijs: & hoc intrinſece & extrinſece agit cum ſuis principijs in cauſando extra cum actu qui eſt intra. Sicut homo qui cauſat mente verba, quæ profert ore.

DE COELO PER PRINCIPIA deducto. CAP. XLI.

De cœlo per principia deducto.

IN capitulo iſto tractabimus de cœlo cum principijs lunatis ex quibus eſt, cum quibus ſe habet ad principia inferiora effectiue, ſicut efficiens ad ſuum effectum. Cœlum eſt bonū per ſuam bonitatem innatam, & eſt magnum per ſuam magnitudinem naturalem; & ideo ſua bonitas & ſua magnitudo ſunt ei rationes, vt bene agat, magne & naturaliter in iſtis inferioribus mouendo ſe & alia. Et ſi dicatur quod quandoque agit male, vt Saturnus qui eſt malus? Reſpondeo quod hoc eſt per accidens: quod inferiora non recipiunt bene propter contrarietates elementorum ratione quarū Saturnus cauſat quandoque monſtruoſitates in inferioribus per nimiam frigiditatem & ſiccitatem. Cœlum eſt magnum & durabile. Magnum quo ad eſſentiam & agentiam; & eſt durabile, eo quia eſt incorruptibile & immateriabile; & nō eſt aliquod ens, excepto Deo, quod poſ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sit illud cogere, neque suum motum impedire. Cœlum est durabile per se, eo quia duratio est ei qualitas innata. Cœlum est per se potens, quia sua potestas est qualitas sibi innata, & sicut sua duratio est magna & bona: sic sua potestas est bona & magna. Et in isto passu apparet, quod cœlum potest seipsum movere, vt sua bonitas, magnitudo & duratio non deficiant potestati, neque potestas eis. Cœlum sicut habet voluntatem naturalem sibi coessentialem, sic habet instinctum naturalem sibi coessentialem cum quo gubernat suum ordinem, & suum modum, & actus suorum principiorum, sine quo instinctu hoc nõ posset facere. Sicut leo qui cum Saturno habet vnum instinctũ per calidum & siccum & frigidum: & per nocturnitatẽ, & masculinitatem: & diuturnitatem, maliciam, plumbitatem, & dyasobrietatem. Alium vero cum Ioue per bonitatem, & stagnicitatem, & dyaioueitatem, & sic de alijs. Cœlum habet instinctum, vt supra dictum est: & habet appetitum quod cum appetitu suo mouet se & inferiora, vt habeant appetitum ad ipsum. Et habet vnum appetitum cum vno planeta, & alium cum alio, sicut supra per instinctum exemplificatum est. Cœlũ habet appetitum, & habet virtutem. Et sicut suus appetitus est sibi naturalis & coessentialis; sic sua virtus: & sicut est bonus suus appetitus per suam bonitatem, magnus per suam magnitudinem; sic sua virtus. Et sicut habet vnum appetitũ cum leone, alium cum virgine, alium cum Saturno, alium cum Ioue, sic de virtute. Cœlum est virtuosum, vt dictum est; & est verum per se: quoniam sicut est virtuosum per virtutem innatã, sic est verum per veritatem innatam, per quam veritatem ponit in vero appetibilia, & ad hoc concurrunt instinctus, potestas &c. Cœlum est verum, vt dictũ est, & habet delectationẽ innatam; non dico vegetatiuam, sensitiuam, imaginatiuam, & etiam ratiocinatiuam, sed motiuam: quoniam sicut planta in vegetando habet aliquam delectationem naturalem; sic cœlũ mouendo seipsum & inferiora. Et sicut delectatio vegetatiuæ non attingitur per sensum, nec per imaginationem: sic de delectatione eius: sed solum intellectus hoc attingit. Cœlum habet delectationem, vt dictum est, & sua delectatio est inconfusa per differentiam quæ est sibi principium innatum in quo agit, & causat multas differentias delectando. Ipsa vero differentia est insensibilis, eo quia est principium generale. Cœlum est ex pluribus differentijs, sicut totum ex pluribus partibus suis. Et cõcordantia est vnum principium sibi coessentiale cum quo causat multas concordias: & sic est vna substantia habens in se plura per differentiam & concordiam. Cœlum habet concordantiam, vt dictum est & habet contrarietatem peregrinam non sibi coessentialẽ vt non sit corruptibile. Sed est instrumentũ quo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

contradicit inferioribus: sicut per calidum & frigidum, siccum & humidum, per diuturnitatem & nocturnitatē, & huiusmodi: cum quibus causat menstruositates, fulgura, tonitrua, infirmitates, infortunia & huiusmodi. Contrarietas non est principium cœli sibi coessentiale; sed concordantia est suum principium, vt dictum est. Et sic cœlum magis agit in inferioribus concordando quam contrariando, ratione cuius sunt plures sanitates quā infirmitates: plura fortunia quā infortunia & frequentius oritur homo cum duobus oculis quam cum vno; & sic de alijs. Cœlum habet sūa principia innata, vt dictū est, cum quibus principiat inferiora effectiue, mediantibus entibus naturalibus inferioribus: sicut sunt cœli qualitates & proprietates eorum. Et sicut de elementis: sicut de metallis, & vegetaris, & sensuatis. Et ad hoc concurrit magnitudo cœli quæ magnificat potestatem cœli & suum instinctum, appetitum, virtutem, & huiusmodi: vnde sequitur influentia à superioribus ad inferiora; & refluentia de inferioribus vsque ad lunam, & hæc continuè: & ratio huius est, quia cœlum semper est in continuo motu. In cœlo est medium sibi coessentiale cum quo causat media inferiora: sicut bonificare cœleste causat bonificare æternum, & mouere cœleste causat mouere terrenum, & sic de alijs. Cœlum habet medium, vt supra dictum est, per quod & cum quo sua principia transeunt ad finem; vt in ipso quiescant: quæ quies est mouere se ipsum & inferiora. Ratio huius est, quia adhoc creatum est. Finis cœli est cum maioritate, vt seruiat homini, & homo Deo, quoniam suus finis non potest esse in altiori gradu, scilicet sub isto maiori fine est suus finis maior, scil. mouere, &c. Sicut maior finis vegetatiuæ, vegetare: & maior finis sensitiuæ est sentire. Dictum est de maioritate cœli; & sua maior æqualitas est æqualitas suorum principiorum sibi coessentialium. Æqualitates cœli participant cum minoritate respectu animæ: quia non habet intellectum, memoriam, & voluntatem, neque meritum accipere potest.

DE COELO PER REGVLAS deducto. CAP. XLII.

De cælo per regulas deducto.

QVÆRITVR vtrū cælum sit ab æterno? Et respondendū est, quod nō: vt signatū est per regulam B. Sed ad maiorem euidentiam huius scientiæ, siue artis & doctrinæ, in isto capitulo intendimus explicare illud quod est quantum ad cælum & per hoc quod dicemus de cœlo dabimus doctrinam artistæ per quam sciet agere. Et quia prolixitatem volumus euitare, applicabimus tantummodo B. ad alias litteras positas in alphabeto huiꝰ artis vsq; ad K. & sicut applicabimꝰ B. ad alias

(c) 2008 Ministerio de Cultura

literas, ita possunt aliæ literæ alijs ad inuicem applicari. Si cœlum est ab æterno, non est creatum ex nihilo, eo quia semper fuit, neque est factum de aliquo, eo quia vltra cœlum non est dare materiam de qua possit fieri, neque intra; eo quia sua magnitudo omnia continet. Et sic diuina bonitas non est ratio Deo quod agat bonum cœlum, neque bonitatem cœli; eo quia est æterna. Et sic de magnitudine Dei quæ non causat magnitudinẽ cœli. Vnde sequitur, quod mundus non est effectus quo ad suam bonitatem & magnitudinem. Et ideo est differentia inter bonitatem Dei, & bonitatem cœli, siue concordantiam: & sic de magnitudine quæ concordantiam requirit secundum iusticiam inter causam & effectum. Et ideo priuata concordantia, oritur contrarietas & iniuria, & causatur auaricia: & bonitas Dei non est magis ratio ei quod agat bonum magnum effectum, postquam Deus non consentit rationi suæ bonitatis; & quod omnia ista sunt impossibilia, sequitur quod cœlum creatum est & nouum. B. D. Si cœlum est æternum: plures æternitates sunt, videlicet æternitas Dei & æternitas cœli, & cum æternitate cœli implicantur infinitæ æternitates, sicut innata bonitas, duratio. &c. & sic de suis stellis & reuolutionibus. Et ita cito fuit injuria & gula: sicut iusticia & malicia, & contrarietas, sicut bonitas & concordantia in hominibus: quia nunquam fuit primus homo, neque secundus, nec erit vltimus. Et sic deficit diuina bonitas: & non est ratio Deo quod diuina bonitas præcedat maliciam & æternitas Dei æternitatem cœli. Et sequitur etiam quod non sit alia vita, quoniam tota materia contenta per cœlum, non sufficeret ad resurrectionem hominũ mortuorum, quod intendimus probare: & sic iusticia Dei esset defectiua & impedita ad remunerandum iustos, & puniendum iniustos in æternum; & iniuria & malicia essent causæ huiusmodi, Et fortitudo Dei esset debilitata; & luxuria esset æterna: & quia omnia ista essent impossibilia, sequitur quod cœlum sit nouum & inceptum. B. E. Si cœlum est æternum, per se potest esse æternum: quoniam ens æternum nunquam fuit in potentia ad essendum, neque est potentia ad non essendum: & sic potestas Dei non esset causa potestatis cœli, bonitas Dei bonitas cœli. Etiam potestas Dei non posset priuare potestatem cœli, eo quia cœlum per se gubernat se: & sic superbia est æterna; & per consequens peccatum. Vnde sequitur quod cœlum habet in se suum finem: & Deus non est suus finis. Quoniam priuata causa priuantur effectus. Et quod omnia sunt mala, iniuriosa, & plena superbia, & contra regulam B. ostensum est, quod sunt impossibilia: ergo de quæstione negatiua tenenda. B. F. Si cœlum est æternum: tempus est æternum. Et sic æternitas Dei non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non præcedit tempus, quod eſt contra iuſticiam; fidem; & accidia eſt æterna: & ſequitur iniuria æterna; & hoc eſt ſcibile à diuina ſapientia: & diuina bonitas eſt ratio Deo quod agat bonum, mala prædicta deſtruendo; & Deus ad hoc non conſentit; & ſic ſua ſapientia ſcit ipſum iniurioſum & pigrum & malum: & quoniam omnia impoſſibilia, ideo, &c. B. G. Si cœlum eſt æternum: aut eſt vna voluntas æterna generalis omnibus voluntatibus hominum, ex qua omnes aliæ particulares materialiter generantur: aut Deus creat voluntates particulares hominum, & ſicut eſt vna generalis, ipſa voluntas generalis eſt diuiſibilis; & voluntates particulares ſunt corruptibiles generales æternaliter. Et ſic iniuria eſt facta iſtis voluntatibus particularibus quæ diligunt Deum. Et iuſticia Dei non habet iudicium æternum in ipſis, neq; in voluntatibus quæ odiunt Deum & ſpem, & diligunt inuidiam. Et iſta ſunt impoſſibilia, & contra iuſtitiam Dei, & bonitatem, ſuppoſito quod voluntates particulares non corrumpentur? quoniam generalis voluntas ad hoc non poſſet ſufficere tanquam materia: ergo eſt impoſſibile eſſe generalem voluntatem æternam. Et ſi voluntates à Deo ſunt creatæ, & cœlum eſt æternum, creatio non habet finem in quo quieſcat: quoniam nunquam fuit prima voluntas. neque ſecunda, neque vltima erit: & tale inconueniens & quale poſuimus in paragrapho B. D. ergo, &c. B H. Si cœlum eſt æternum, ab æterno fuerunt virtutes & vitia: & in quantitate vitia ſunt maiora quam virtutes: & diuina bonitas & charitas ſunt ratio Deo quod virtutes ſint maiores quàm vitia; & Deus ad hoc non conſentit, & ſic eſt iniurioſus, & contra ſuam charitatem & iuſticiam: quod eſt impoſſibile; & ſuum oppoſitum eſt neceſſarium. B.I. Si cœlum eſt æternum, ſua æternitas eſt æqualis in durationc æternitati Dei, & veritas eſt mendacium, & patientia in patiẽtia ſunt æqualiter æternæ: & quia omnia ſunt contra bonitatẽ diuinam, iuſticiã & veritatem; ſequitur quod cœlum eſt nouũ; & quod iuſtũ eſt quod diuina bonitas & veritas ſic præcedant durationem cœli per æternitatem eárum: ſicut præcedunt bonitatem & veritatem cœli, quæ terminatæ ſunt & finitæ, cum immenſitate & infinitate eárum. B. K. Si cœlum eſt æternum, ab æterno fuerunt artes liberales & mechanicæ: & ſic non fuit quies in hac vita: & pietas & inconſtantia non ſunt æternæ: & per conſequens martellus & forpices; & iſta non eſt, vt ſit alia, eo quia vna æternitas non creat aliam; neque in alia quieſcit: & eſt minoritas circa nihil; & nunquam tranſit ad nihilũ. Et quod omnia iſta mala & iniurioſa ſunt, & cẽtra diuinam bonitatem & iuſticiam: ſequitur de neceſſitate quod cœlum eſt nouum & creatum.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE COELO PER REGVLAM C deducto. CAP. XLIII.

De coelo per regulam C. deducto.

PER primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt cęlum? Et reſpondendnm eſt, quod eſt primum mobile: & eſt corpus habens maiorem magnitudinem, maiorem motum:& vltra ipſum non eſt mobile: & eſt corpus per ſe mouẽs, eo quod nulla mobilitas eſt maior ſua:&ideo motus ab ipſo incipit,naturaliter loquendo & ab ipſo remanet: & ipſe eſt fons à quo motus aliquando deriuatur, ſicut riuuli a fonte. Per ſecũdam ſpeciem quæritur, quid habet cœlum in ſeipſo ſibi coeſſẽtiale & naturale? Et reſpondendũ eſt, quod habet ſuam motiuitatem, mobilitatem & mouere: per quam motiuitatẽ habet formam:per mobilitatem habet materiam:& per mouere actũ cum quo creat actus extrinſecos, & habet ſuam innatam bonitatem, magnitudinem, &c. & etiam ſtellas,planetas & ſigna,& ſic de alijs partibus ſuis coeſſentialibus. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt cœlum in alio? Et reſpondendum eſt, quod cælum eſt in elementis agens, mouens, influens, nullam paſſionem in illis habens:& hoc eſt ratione ſuæ magnæ actiuitatis & motiuitatis; etiam in ſeipſo non recipit augmentum, neq; diminutionem. Et de hoc miratur intellectus, cum cœlum ſit in ita magna motiuitate,ſine aliqua alteratiõe & mutatione ſubiecti. Sed fortificat ſe conſiderãdo poteſtatem diuinam & infinitam,quæ poteſt creare talem effectum ad placitũ. Per quartã ſpeciem quęritur, quid habet cœlum in alio? Et reſpondendum eſt, quod cœlum habet naturaliter dominium in elementis & elementatis, cum quo cauſat mobilitates naturales in inferiores regiones, quatuor tempora, dies,horas,tonitrũ,fulgur,vẽtum, pluuiam, niuem, menſtruoſitates, infirmitates & huiuſmodi. Et hoc facit, quia inferiora recipiunt ſuas mobilitates & influentias;cum quibus eſt efficiens. Per primã ſpeciem regulæ D. quæritur,de quo cœlum eſt? Reſpondendum eſt,quod eſt de ſeipſo, eo quia non eſt de aliqua materia ſibi præiacẽte à qua ſit deriuatum. Et quia eſt primitiuè de ſe ipſo propter ſuam primitiuitatẽ eſt incorruptibile: & per ſeipſum in ſua motiuitate eſt permanens. Per ſecundã ſpeciem quæritur, cœlũ de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de partibus ſuis ſibi coeſſentialibus: ſicut de ſua innata bonitate, magnitudine, &c. Et hoc ſignificatum eſt per ſecundam ſpeciem regulæ D. Per tertiam ſpeciem quæritur, cœlum cuius eſt? Reſpondendũ eſt,quod eſt Dei: ſicut effectus eſt cauſæ; & quod eſt poſſeſſum à Deo, cauſat in inferioribus effectus ſicut Deus vult. Per primã ſpeciẽ regulæ E. quæritur quare eſt cœlum? Et reſpondendum eſt,quod cœlũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cœlum eſt: quia eſt conſtitutũ ex partibus ſuis coeſſentialibus, ſicut ſua ſunt innata bonitas, magnitudo, &c. excepta contrarietate, quæ non eſt ſibi coeſſentialis, quia ſi eſſet, corruptibile eſſet. Eſt etiã quia in ipſo ſua materia & ſua forma cœleſtes in ipſo ſunt coniunctæ, cum quibus eſt neceſſitatum: ſicut homo, quando anima & corpus in ipſo coniungitur. Per ſecundã ſpeciem quæritur, quare eſt cœlum? Et reſpondendum eſt ratione finis, quod cœlum eſt vt ſit cauſato cauſans motiuitates inferiores, cum quibus homo ſit diſpoſitus ad eſſendũ & ſeruiendum Deo. Per primã ſpeciem regulæ E. quæritur de quantitate cœli? Et reſpondendum eſt, quod cœlum habet quantitatm continuam, & diſcretã, continuam circulariter? vt in ipſo figuratũ eſt: diſcreta, ſicut per octauam ſphærã quæ cõcaua eſt; & ſic de ſphæra Saturni. Per regulam G. quæritur, quale eſt cœlum? Et reſpondendum eſt, quod eſt quale per qualitates primas & approprietas propriè ſunt ſicut ſua innata bonitas, magnitudo &c. ſuus motus & ſuæ figuræ; & ſic de quantitate appropriatæ ſũt: ſicut caliditas & ſiccitas, frigiditas & humiditas, maſculitas & fœminitas, & huiuſmodi. Et dicitur quod ſuæ appropriatæ qualitates ſunt in eo, quod cum ipſis agit in inferioribus: ſicut ſol qui dicitur calidus, & ſiccus, eo quia calefacit & deſiccat. Per regulam H. quæritur, de tempore cœli? Et reſpondendum eſt, quod eſſentia octauæ ſphæræ eſt in illo; nunc in quo cauſſata fuit, circulus qui ſine ſucceſſione exiſtit quo ad ſuam eſſentiam. Sed ratione ſui motus cauſat tempus in inferioribus: ſicut in Saturno qui mouetur ſucceſſiuè de vno nunc, in aliud nunc. Et eſt vnus dies de octaua ſphæra vſque ad ſphæram ignis: ſed ſphæra ignis vſq; ad terrã, ſunt plures dies, & plures noctes, ratione præſentiæ & abſentiæ ſolis: ita quod ſol eſt cauſa quare ſunt plures dies, & plures noctes, & horæ. & cætera, Per regulam I. quæritur de loco cœli? Et reſpondendum eſt, quod octaua ſphæra eſt in illo loco in quo creata fuit quo ad ſuã eſſentiam: & ſic de Saturno, &c. Sed ratione motus & pluriũ circulationum de octaua ſphæra vſq; ad ſphæram ignis, reſpectu rectitudinis, eſt in pluribus locis: ſicut Saturnus qui in vno tẽpore eſt iunctus cum ariete: & in alio tempore cum tauro. Et ſic de ſole, qui vno tẽpore eſt in vno loco cœli; & in alio tempore in alio; & in vno loco cauſat dies artificialiter; & in alio cauſat noctes. Per primam ſpeciem regulæ K. quæritur, quomodo eſt cœlum? Et reſpondendum eſt, quod cœlum eſt modale per particulares modalitates, quæ ſunt de ſua eſſentia, quæ ſũt ſuæ partes innatæ: ſicut bonitas, magnitudo &c, Et ſic de ſuo habitu, ſitu & huiuſmodi. Per ſecundã regulã K. quæritur, cũ quo eſt cœlũ? Reſpondendũ eſt, quod eſt cum ſuis partibus naturalibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum

cum quibus est compositum: sicut sunt sua bonitas, magnitudo, &c. cum quibus causat circularitates, & mobiles bonitates, magnitudines, & cætera.

DE QVARTO SUBIECTO, QVOD est de homine per principia discursо.

CAP. XLIV.

De quarto subiecto q̃ est de homine p̃ principia discursо.

IN homine sua bonitas est ei ratio, quod agat bonum specificum: homo quidem id quod agit per suam speciem agit naturaliter, siue moraliter. In homine bonitas spiritualis & corporalis coniunguntur ratione suæ animæ & corporis. Et ideo ista duplicitate rationum habet naturam siue rationem agendi bonum, obiectando, intelligendo, amando; atqüe recolendo: corporaliter autem, sicut generando hominem, & sentiendo, & imaginando: & ab ambobus exeunt bonæ operationes, vt apparet in artibus liberalibus & mechanicis. In homine sua magnitudo est duplex, sicut sua bonitas. Et ideo qüando homo agit bonum, cum magnitudine agit ipsum magnum. Sicut cum bonitate agit ipsum bonum. In homine est duratio: & ipsa est ratio suæ bonitatis & magnitudinis: & sic de alijs quod durent: & hoc dupliciter, sicut superiùs dictum est; moraliter vero & ad placitum. In homine sua potestas est dūplex, sicut de bonitate dictum est, Et est id cuius ratione potest existere & agere. Inde igitur patefit quod potest existere & agere per suam speciem. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modū habet specificam libertatem ad agendum. In homine suus intellectus est specificatus, cum quo specialiter intelligit: non quod suus intellectus descendit ab alio intellectu, generando ipsum; neque est idem cum alio intellectu essentialiter: alioquin esset genitus, & etiam post mortem hominis esset annihilatus siue corruptus: & in tempore, loco, quantitate, superficie & diuisione, successione, motu assituatus, figuratus, punctuatus & lineatus, quod est impossibile. Nam hæc omnia sunt de natura corporeitatis siue corporis. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod male & falsè dixerunt illi qui cogitauerunt & affirmauerunt, quod in omnibus hominibus nō erat nisi vnus intellectus. Adhuc cognoscit intellectus noster per hoc quod dictum est, quod instinctus naturalis corporis humani coniungitur cum intellectu hominis, sicut de bonitate dictum est. Intellectus habet modum per quem faciat speciem intelligibilē per sensitiuum & imaginatiuum in suo proprio intelligibili: de quibus speciebus intelligibilibus facit scientiam. In homine sua voluntas est potentia specifica cū cum qua agit speciales a-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mabilitates: non quidem ista voluntas descendet ab alia voluntate generali.nam aliter esset generabilis & corruptibilis sua essentia; sicut dictum est de intellectu:& esset destructa sua libertas, ex eo quia esset necessitata ad volendum per suum generale principium : sicut corpus quod habet appetitum necessitatum per hoc quod est superius, sicut quando appetit cibum , potum aut coitum, aut calidum; quando sentit magnam frigiditatem; & sic de aliis. Adhuc si omnes haberent vnam voluntatem : iam omnes homines se haberent ad inuicem ad idem objectum , & etiam mortuo homine, mortua esset anima rationalis. Et sic iam non esset alia vita:neque iusticia & misericordia Dei haberent subjectum in quo agerent,quod est impossibile & valde absurdum differentiæ. Amplius appetitus corporis & voluntatis coniunguntur:sicut de bonitate dictum est, ratione cuius voluntas facit species per sensitiuum & imaginatiuum volendo, sicut intellectus intelligendo; & sic de memoria quæ est pars animæ potest dici suo modo. In homine virtus corporalis & spiritualis coniunguntur : & quia virtus spiritualis est superius; ideo formal & perficit virtutem inferiorem. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum morales virtutes oriuntur à virtute spirituali & corporali , sicut à forma & materia : de quibus virtutibus erimus locuti in nono subjecto. In homine est veritas spiritualis & corporalis; & quod veritas spiritualis est superior; ideo perficit inferiorem. Vnde cognoscit intellectus,quod sicut sensus naturæ sentit per visum & auditum , & sic de aliis: sic anima vere rerum essentias attingit,intelligendo,amando & recolendo. Nam aliter inferius ageret plus cum sua virtute, quàm superius cum sua:quod est absurdum rationi intellectus. Et in isto passu gaudet multum intellectus. In homine coniunguntur naturalis gloria,spiritualis & corporalis; id est, coniungũtur naturales delectationes spiritualiter & corporaliter. Vnde sequitur,quod anima habet delectationem in agendo in corpore; & corpus sub ipsa in patiendo; & homo cum istis prædictis. Et corpus sub ipsa in patiendo:& homo cum istis prædictis. Et hic cognoscit intellectus per quem modum homo habet delectationem in moribus. In homine,differentiæ spirituales & corporales coniunguntur , ratione cuius intellectus per vnum modum intelligit cum visu , & per alium cum auditu; & sic de aliis: similiter & corpus per vnum modum patitur sub intellectu:& per alium sub voluntate; & per alium sub memoria; & sic per prædicta cognoscit intellectus per quem modum facit ipsemet scientiam discurrendo,& voluntas amationem , & memoria memorationem. In homine, anima & corpus conueniunt inter se, componendo ipsum , anima remanente in sua essentia,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& corpore in ſua ſimiliter : & in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum anima & corpus conueniunt, obiectando idem obiectum corpus in videndo, audiendo, & huiuſmodi: anima intelligendo, amando & recolendo. Corpus hominis eſt cõpoſitum ex quatuor elementis. Anima autem non eſt ex contrariis, quia incorruptibilis eſt; & quia in homine coniunguntur anima & corpus : idcirco patitur homo contrarietates rectas & naturales ex parte corporis; ex parte vero animæ obliquas & accidentales: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod omne peccatum eſt per accidens. Quoniam in homine anima & corpus coniunguntur: idcirco homo eſt efficiens, mouendo formam in materia propter finem, videlicet mouet animam in corpore: & in iſto paſſu cognoſcit intellect', per quem modum homo eſt principium efficiens, materiale, formale, & finale. Et in homine coniunguntur anima & corpus, in quo actu ſignificatur coniunctio, quæ eſt medium influxum ab anima & corpore. Et iſtud medium eſt connaturale, & ſubſtantiale, intelligere, velle, recolere, elementare, vegetare, ſentire, imaginari: ſine quibus homo non eſſet coniunctus ſubſtantialiter. Et tãdiu viuit homo, quamdiu iſta materialis coniunctio durat in eo: quando autem diſſolùitur, ilico moritur homo. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum anima & corpus coniunguntur & menſurant ſuos actus ſecundum modum diſpenſando & proportionando anima influente ſuam virtutem : & corpore refluente ſuam, homine exiſtente medio in tertium numerum deducto. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum in homine eſt humidum radicale & nutrimentale. Radicale eſt ex principiis primitiuis & punctis & lineis, cũ quibus anima eſt coniuncta. Et humidum nutrimentale eſt ſuum inſtrumentum: ſicut nauicula textoris in textura, in qua inducuntur puncti lineæ per motum elementativè, vegetatiuè, ſenſitiuè & imaginatiuè, influendo, & refluendo : & humidum radicale viuet, & ſeipſum augmentet de hoc quod venit extra, ſic in ſuam ſpeciem conuertendo per vegetatiuam. Sicut vegetatiua tranſſubſtantiat cibum in carnem, neruos, & oſſa, & potum in ſanguinem, & cibum & potum tranſſubſtantiat in medullam, & etiam in choleram, phlegma, & melancholiam, & cerebrum, & aquam oculorum, & in ſputum, & etiam in ſudorem tranſmutat. In homine coniunguntur finis ſpiritualis & finis corporalis naturaliter: ratione quorum homo ſe habet ad fines ſupradictos ad ſpiritualem finem cum anima, & ad corporalem cum corpore. Et ab anima quidem & corpore oriuntur ſiue egrediuntur fines morales, cum quibus anima & corpus inueniunt delectationes, cum quibus quieſcunt. In homine anima eſt ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est maior imago substantialis. Sed corpus est minor imago quã imago animæ. Iterum in corpore imaginatio est maior imago quàm sensitiua, eo quia obiectat, & etiam magis mouet ipsam sensitiuam secundariè; & sensitiua est maior imago quàm vegetatiua: nam super ea inserta & fundata est. Et deinceps vegetatiua est maior quàm elementatiua; vegetatiua namque super elementatiua fundatur. Et ideo in isto passu cognoscit intellectus quod sicut potentiæ substantiales sunt maiores & minores similiter accidentales in homine: anima & corpus non sunt æquales, anima enim habet principia superiora; sed corpus inferiora: veruntamen coniunguntur; anima quidem est tota in corpore, & econuerso, ut homo æqualiter sit cõiunctus & compositus. Quoniam homo est ex nihilo deductus respectu creationis; ideo est in minoritate inductus, cum qua se habet ad res minores. Et quod in ipso homine anima & corpus coniunguntur: idcirco homo mouet se cum anima ad minores mores, & cum corpore ad minora naturalia, cum quibus componit moralitates. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modũ anima habet inclinationem ad peccatum, quod in tantum est prauum, quod nullam essentiam habet: sed est habitus priuatiuus, deuians suum subjectum à fine ad quem debet esse. Et in isto passu cognoscit intellectus, quid est peccatum; & per quem modum augetur; & quæ sunt sua principia.

DE HOMINE PER REGVLAS deducto, CAP. XLV.

Deductio hominis per regulas.

PER regulam B. quæritur: vtrum homo sit magis cognoscibilis per affirmationem quàm per negationem? Et respondendum est, quod sic: nam prædicari prædicatum de subjecto affirmando est diffinire subjectum de quo prædicatum prædicatur, existente natura inter subjectum & prædicatum: ut cum dicitur, homo est animal rationale. Quando autem prædicatum prædicatur de homine negatiue, nulla quidem certitudo siue noticia de homine habetur: ut cum dicitur, homo non est lapis: homo non est planta. Affirmatio enim vera ponit ea quæ sunt in subjecto: negatio autẽ vera semper remouet à subjecto. Falsa quidem similiter habet modum remouendi à subjecto. Adhuc quoniam affirmatio præcedit ad negationem, sicut antecedens præcedit ad suum consequens: quare patet quod magis est homo cognoscibilis per affirmationem quàm per negationẽ. Hominẽ esse & ignorare quid est homo, est negligere hominis esse. Et ideo ut sciam' quid ẽ homo, & de ipso magnam noticiã habeam', diffiniem' ipsũ per 30. diffinitiones largo mo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

do ſumptas, quamuis per vnã diffinitionem ſtricto modo ſumptam poſſit diffiniri. Sed hominem iſto modo diffinimus, ut ipſum clarius cognoſcamus in noſtro intellectu. Et iſtæ diffinitiones erunt abſtractæ à 28. principiis huius artis, & à 10. prædicamentis, prædicando de ſubſtantia tale prædicatum quod conueniat cum ſubjecto in natura. Et primo per primam ſpeciem regulæ C. quæritur: quid eſt homo? & reſpondendum eſt, quod eſt animal de quo prædicantur plures bonitates differentes ſpecie quàm de aliquo alio animali. Homo eſt animal, in quo vna eius pars eſt incorruptibilis. Homo eſt animal, in quo ſunt plures poteſtates quàm in aliquo alio animali. Homo eſt animal, quod cum ſuo organo ſpecies intelligibiles facit. Homo eſt animal, quod vtitur virtutibus aut vitiis. Homo eſt animal, quod vere vtitur artibus liberalibus & mechanicis. Homo eſt animal, in quo ſunt plures delectationes quam in aliquo alio animalis. Homo eſt animal, in quo ſunt plures differentiæ quam in alio. Homo eſt animal, in quo ſunt plures concordantiæ quam in alio. Homo eſt animal, in quo ſunt plures contrarietates quam in alio. Homo eſt animal, in quo natura plus vtitur principio quam in alio Homo eſt animal, cum quo omnia corporalia ſeruiunt Deo. Homo eſt animal, quod ſe habet ad maiorem finem quam aliquod aliud animal. Homo eſt animal habẽs maiorem ſpeciem quam aliud animal. Homo eſt animal, habens plures æqualitates quam aliud animal. Homo eſt animal, quod magis poteſt ſe minorificare quam aliud animal. Homo eſt ſubſtantia quæ eſt ex pluribus rebus compoſita quam alia. Homo eſt ſubſtantia, in qua ſunt plures quantitates differentes ſpecie quàm in alia. Homo eſt ſubſtantia ſubſiſtens qualitatibus corporalibus & ſpiritualibus. Homo eſt ſubſtantia ſubſiſtens pluribus relationibus quam alia. Homo eſt ſubſtantia ſubſiſtens actionibus corporalibus & ſpiritualibus. Homo eſt ſubſtantia ſubſiſtens paſſionibus corporalibus & ſpiritualibus. Homo eſt ſubſtantia virtutibus aut vitiis habituata. Homo eſt ſubſtantia exiſtens in ſitu recto, dum vadit aut ſedet. Homo eſt ſubſtantia habens aliquam partem in ſe ſine ſucceſſione & tempore. Homo eſt ſubſtantia in qua anima & corpus collocantur ad inuicem. Homo eſt ens multiplicans humanam ſpeciem. Per ſecundam ſpeciem regulæ C. quæritur: quid habet homo in ſe coeſſentiale? Et reſpondendum eſt, quod homo habet ſubſtantiam & accidẽs, ſine quibus eſſe non poteſt. Adhuc habet in ſe correlatiuos ſuorum principiorum, & habet in ſe habitus quos acquiſiuit accidentaliter. Per tertiam ſpeciem quæritur: quid eſt homo in alio? Et dicendum eſt, quod homo eſt in fœmina hominificans, fœmina autem eſt in ſemine nutriens ipſum mouens, & multiplicãs de hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hoc quod euenit ei ab extra per nutrimentum. Vidi quoddam ouum positum sub gallina , & testa ipsius oui deficiebat in vna parte ipsius,ad quantitatem vnius denarij:& in medio pelliculę intraneæ, erat vna gutta sanguinis ad quantitatem vnius grani milij, à qua gutta procedebant lineæ rubeæ & graciles ad modum capillorum; & erant assituatæ ad modum telę aranearum, & illa gutta mouebat seipsam, & etiam illam telam : sicut facit aranea existens in medio suæ telæ. Adhuc homo est in habitu habituatus,& in situ assituatus.Per quartam speciem quæritur: quid habet homo in alio? Et respondendum est , quod habet in habitu scientiam,& in situ figuram,& in tempore motum,& in loco collocationem. Per primam speciem regulæ D. quæritur: homo de quo est? Et respondendum est, quod est de suis primis parentibus quo ad corpus; sed quo ad animam nequaquam:sicut suus intellectus qui non descendit ab alio intellectu; ut superius iam probatum est. Per secundam speciem quæritur : homo de quo est? Et respondendum est, quod est de sua anima & de suo corpore; & sua anima est de suis principiis spiritualibus, & suum corpus de suis principiis corporalibus.Per tertiam speciem quæritur:homo cuius est? Et respondendum est, quod est Dei,& vnus homo est alterius,sicut seruus sui domini:& homo peccator est mundi , carnis & diaboli. Per primam speciem regulæ E.quæritur: homo quare est? Et respondendum est, quod est eo quod de sua anima & corpore coniunctus est,eo quia ipsa coniunctio necessitat ipsum esse.Per secundam speciem quæritur,quare est homo? Et respondendum est, quod est,ut intelligat,recolat & diligat Deum : & quod ab eo beatitudinem sempiternam recipiat. Adhuc ut sit medium cum quo, & per quod omnia creata corporalia seruientia homini , seruiant Deo; adhuc ut homo multiplicet suam speciem. Per primam speciem regulæ F.quæritur:homo quantus est? huic dicendum est,quod homo tantus est,quanta est sua substantia continua per quantitatem continuam quantam. Per secundam speciem quæritur: homo quantus est? Et huic respondendum est,quod tantus est, quantus per suas partes discretas. Adhuc quæritur, quantus est bonus aut malus. &c? Et respondendum est , quod tantus est, quantus est suus habitus suę bonitatis aut malicię. Per primam speciem regulæ G. quæritur: homo qualis est? Et respōdendum est,quod est talis quales sunt suæ propriæ qualitates,sine quibus esse non potest:sicut est sua risibilitas, figura & huiusmodi.Per secundam speciem quæritur : qualis est homo? Et huic respondendum est, quod est bonus,aut magnanimus &c.Per regulam H.quæritur:homo quando est? Et est respondendum, quod est nunc quando Deus creat in corpore animam rationalem, quæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

deducet corpus in ſpeciem humanam. Adhuc eſt tunc quando eſt in præſenti nunc, non autem præterito & futuro, & cum tali nunc præſenti deducto per regulam C.D.K. homo eſt cognoſcibilis ſiue cognoſcendus. Et iſtum diſcurſum dimittimus homini ſubtiliter intuenti cauſa breuitatis. Per regulam I. quæritur: homo vbi eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt in ſua humanitate. Nam extra ipſam nequaquam eſſe poteſt. Adhuc homo eſt in loco, vbi eſt contentus & collocatus, & hoc per regulam C. D.K. ſignificatum eſt. Per regulam K. quęritur de homine, quomodo ipſe eſt: & quomodo tranſmittit ſuam ſimilitudinem extra ſe? Ad primum reſpondendum eſt, quod ipſe eſt per illum modum, per quem ſuæ partes habent modum coniungendi, & ponendi ipſum. Ad ſecundum eſt dicendum, videlicet quod habet modum tranſmittendi ſuam ſimilitudinem, extra generãdo & litteras figuras à mente abſtrahendo, cum motu manus & pennæ & huiuſmodi. Per ſecundam ſpeciem K. quæritur: homo cum quo eſt? Et eſt dicendum, quod eſt cum primis parentibus & cum ſuis coeſſentialibus principiis, & etiam accidentibus, ſine quibus eſſe non poteſt: & eſt cum ſua iuſticia iuſtus: & cum ſua manu eſt ſcribens, & huiuſmodi. Vlterius quæritur, verum intellectus humanus ſit de memoria & voluntate cum quo eſt vniuerſalis & particularis? Et eſt dicendum, quod eſt vniuerſalis cum principiis vniuerſalibus animæ: ſicut cum ſpirituali bonitate, magnitudine, &c. Adhuc eſt vniuersalis per ſuos correlatiuos naturales per ſecundam ſpeciem K. deſignatos. Particularis autem eſt cum particularitate obiectorum, & tunc eſt practicus, faciendo vnam ſpeciem intelligibilem, & deinde aliam ſucceſſiue.

DE QVINTO SVBIECTO QVOD eſt de imaginatione. CAP. XLVI.

De quinto ſubiecto, quod eſt de imaginatione.

IMAGINATIO eſt potentia, cum qua animal imaginatur in ſuo imaginabili intrinſeco imaginabile peregrinum ſiue ſimilitudinem, aut ſimilitudines eorum quæ fuerunt præſentata ſenſui aut ſimilia illis. Imaginatio eſt bona: bonum enim effectum deducit, quia ſi non eſſet imaginatio, iam non eſſet ſcientia de rebus præteritis. Neque animal ſciret reuerti ad fontem, & ſic de aliis. Imaginatio habet magnitudinem, cum qua magnificat ſua alia principia. Et iſtud apparet in hoc, quia imaginatur ad placitum. Imaginatio eſt durabilis: nam ſua obiecta durant, dum ab imaginatione obiectantur. Nam ſicut durant in animali rationali obiecta, ſpirituali per memoriam extra imaginationem: ſicut durant obiecta ſenſibilia per imaginationem extra ſenſum in brutis. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod ſicut anima rationalis perficit potentias inferiores, ſic imaginatiua in brutis perficit potentias inferiores. Imaginatio habet poſſe in ſenſitiua : potentia quidem imaginationis deſcēdit ad poſſe inferius, ut cum ipſo poſſit agere in ſeipſa : ſicut humidum radicale deſcendit ad humidum nutrimentale, ut cum illo viuere poſſit. Imaginatio habet inſtinctum naturalem; ut patet in brutis, quæ quidem per imaginationem habent inductriam ad viuendum, & ad malum euadendum : ſicut capra ad lupum. Imaginatio habet appetitum, cum quo appetit imaginatum. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod imaginatio habet inſtrumentum, ut ſuum actum exercere poſſit, & obiectum attingere. Imaginatio habet virtutem, cum qua attrahit ſpecies à ſenſibilibus, ponendo in ſuo imaginabili, in quo illas characterizat & imaginatur illas. Veritas eſt inſtrumentum imaginationis, ut cum ipſa vere attingere poſſit objectum, veruntamen quandoque deficit : ſicut agens qui deficit in agibili, deficiente inſtrumento: aut quod neſcit operari cum illo. Imaginatio cauſat delectationem aut triſticiam, in ſubjecto in quo eſt. Imaginatio habet differentiam, cum qua & per quam diuerſimode agit in obiecto : ſicut ſpeculo quod per ſuam differentiam diuerſas imaginationes recipit. Imaginatio concordat obiectum cum ſubjecto in quo eſt: ſicut mater quæ imaginatur filium ſuum, gaudendo cum filij imagine ſiue ſimilitudine ipſius acquiſita cum ſua imaginatione. Imaginatio cum contrarietate contradicit ſiue reſiſtit ſubjecto in quo eſt, obiectando obiectum odibile ſiue inappetibile : ſicut eſt mater imaginans filium ſuum mortuum cum triſticia. Imaginatio eſt principium efficiens, nihil extra ſe tranſmittens & de ſenſitiuis materiam faciens, abſtrahendo ab ipſis ſpecies ſenſibiles cum ſua forma, videlicet cum ſuo imaginatiuo qui eſt forma illius, ut ratione illius in obiecta quieſcere poſſit. Imaginatio eſt medium in homine, exiſtens inter potentiam ſenſitiuam & intellectiuam, ut intellectus in imaginatione poſſit acquirere ſpecies ſenſibiles & imaginabiles. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod ſpecies quas acquirit de ſenſitiuis, quod deinde ab imaginatione illas haurit ſiue abſtrahit extra ſenſum, aut abſq; ſenſu. Imaginatio vero non eſt mediū in bruto, ſed eſt ſua ſuprema extremitas ſiue forma, cū qua ſua vita eſt habituata atq; cōpleta: ſicut eſt anima rationalis in corpore humano. Imaginatio habet naturā, cū qua quieſcit in ſuo fine, qui eſt obiectū imaginatū, alioquin ſuū imaginari nō eſſet ei actus ꝓprius. Imaginatio habet maioritatē : nā maior eſt ſua bonitas ſubſtātialis quā accidentalis, & maior eſt ſuus actꝰ intrinſecꝰ q̄ extrinſecꝰ. Adhuc habet maioritatē in obiectādo leonē reſpectu capręꝫ; & habet maioritatē in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

obiectando magnum hominem, aut maiorem illo aut maximum illorum. Imaginatio habet æqualitatem in ſuis correlatiuis, per ſecundam ſpeciem regulæ C, deſignatis: niſi enim eſſent æquales per eſſentiam, iam æqualiter non ſe poſſent habere ad obiectum, quod eſt impoſſibile. Imaginatio ratione minoritatis eſt, ad quã minoritatẽ tẽdit, quãdo obiectat minimũ obiectum.

DE IMAGINATIONE PER REgulas deducta. CAP. XLVII.

Deductio imaginationis per regulas.

QVÆRITVR, vtrum imaginatio ſit de natura corporis? Et reſpondendum eſt quod ſic. Nam imaginatio non poteſt obiectare obiectum denudatum à conditionibus ſenſitiuis, videlicet à linea, figura, punctis & huiuſmodi. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt imaginatio? Et reſpondendum eſt, quod ſua diffinitio iam data eſt in principio iſtius ſubjecti: ſed quod imaginatio eſt difficile objectum intellectui, idcirco volumus diffinire eam per decem diffinitiones, largo modo ſumptas, ut à noſtro intellectu clarius cognoſcatur & erunt abſtractæ à decem prædicamentis. Et primo ſic eſt dicendum. Imaginatio eſt pars ſubſtantiæ animatæ, cum qua ipſa ſubſtantia imaginatur. Imaginatio eſt potentia cum qua animal imaginatur quale, cum qualitate: & quantum cum quantitate: & quomodo qualitas & quantitas coniungitur, animal tũc temporis imaginatur quantum quale ad inuicem, ſicut lignum longum & viride. Imaginatio eſt potentia, cum qua animal imaginatur quantum cum quantitate. Imaginatio eſt potẽtia cum qua animal per correlationes imaginationis, attingit objectum imaginarum, in imaginabili intrinſeco. Imaginatio eſt actiua per imaginatiuam exiſtentem ſub ratione formæ motæ ab animali, ut objectum ſit motum in imaginabili intrinſeco ipſius imaginationis. Imaginatio eſt paſſibilis in ſuo imaginabili tanquam in materia, ut in ipſo imaginabili ſit obiectum characterizatum & imaginatum. Imaginatio eſt habitus animalis cum quo facit ſpecies imaginabiles. Imaginatio eſt potentia aſſituata in medio cuiuſdam pelliculæ teſtæ capitis animalis, in qua apparent imaginationes obiectorum ſuo imaginatiuo, ſicut apparent imaginationes oculis in ſpeculo. Imaginatio eſt potentia in tempore per ſubjectum in quo eſt, ſine quo non poteſt eſſe neque obiecto vti. Imaginatio eſt potẽtia exiſtens in loco ad imaginandum objectum in illo loco. Diffiniuimus imaginationẽ per decẽ prædicamẽta: & ſicut diffiniuimꝰ eã per illa, ita poſſunt diffiniri aliæ potẽtiæ corporeę p eadẽ ſuo modo. Per ſecũdã ſpeciẽ regulę C. quęritur, imaginatio quid habet in ſe? Et reſpondendum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſpondendum eſt,quod ipſa habet ſuos correlatiuos,ſine quibus non poteſt eſſe, videlicet imaginatiuum, imaginabile & imaginari. Per tertiam ſpeciem quæritur, imaginatio quid eſt in alio? Ad quod eſt dicendum, quod in homine eſt diſpoſitio,cum qua intellectus ſe diſponit ad obiectandum inferiora: & ſenſus ſe diſponit ad ſentiendum cum ipſa imaginatione, & in bruto ipſa imaginatio eſt forma & complementum illius. Per quartã ſpeciem quæritur, quid habet in alio?Et reſpondendũ eſt,quod habet obiectum in ſubiecto in quo eſt: & habet inuentionẽ in ſenſatis, vt de eis abſtrahat ſpecies cum ſuo lumine, videlicet cum ſuo imaginatiuo: imaginatiuus vero eſt inueſtigatiuus ſpecierum, & etiam poſitiuus, & clarificatiuus in ſuo proprio imaginabili ſibi coeſſentiali: ſicut criſtallus qui cum ſua diafaneitate colorat ſe de colore ſupra quem ponitur: & etiam ſicut ſpeculum quod ſe habituat de ſpeculatis præſentatis ei.Per primam ſpeciem D. quæritur, imaginatio de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa,eo quia ſpecies ſpecificata eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, imaginatio de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſtde ſua materia & forma, vt cum ipſis ſit actiua & paſſiua in ſubiecto in quo eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur,imaginatio cui eſt ſubdita?Et eſt dicendum quod homini, & etiam animæ ipſius hominis. In bruto autem eſt ſubdita ei, ſicut pars ſuo toti. Per primamſpeciem regulæ E. quæritur, imaginatio quare eſt? Et eſt reſpondendum, quod eſt de ſuis partibus conſtituta, videlicet imaginatiuo, imaginabili & imaginari. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quare eſt? Et eſt dicendum, vt animal poſſit obiectare ſuum obiectum imaginando in abſentia ſenſus: & ipſe ſenſus cum ipſa imaginatione diſponit & proportionat ſe ad ſentiendum ſenſibilia, exiſtente præſentia ſenſus:ſicut carpentarius qui imaginatur figuram archæ.vt ipſam deducat de potentia in actum. Et ſicut auis diſponens ſe ad volandum quando ei neceſſe eſt. Per primam ſpeciẽ regulæ F. quæritur, imaginatio quanta eſt? Et eſt reſpondendũ quod eſt tanta quanta eſt ſua eſſentia extenſa in ſuis correlatiuis: vel quantus eſt ſuus habitus ſubiecti in quo eſt,ſicut cappa quæ eſt tanta, quantus eſt habitus cappati. Per ſecundam ſpeciem quæritur, imaginatio quanta eſt? Et eſt dicendum, quod eſt tanta quot ſunt ſua correlatiua diſcreta. Sed hic miratur intellectus, quæ eſt cauſa, quare imaginatio creſcit aut decreſcit ſuum actum: ſicut quãdo homo imaginatur vnum paruum lapidem; & imaginatur eundem ita magnum ſicut montem: deinde reflectit ſe ſupra ſe, conſiderando quod in brutis imaginatio imaginatur obiectum, illo modo quo ſenſus ſentit ſiue apprehendit ipſum obiectum, & non aliter, ſicut capra quæima-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ginatur lupum: ſicut ſenſus ſuus ſentit ſiue appræhendit illum, non autem quod poſſit imaginari ipſum ita magnum ſicut mõtem, quia ſi ſic poſſet creſcere ſuum imaginari, iam faceret ſcientiã, quod eſt impoſſibile. Sed qnod imaginatio eſt ſubdita intellectui, & intellectus eſt altior potentia quàm illa; ideo intellectus vtitur ea ſuper ſenſu, in tantum quod facit illam imaginari vnum lupum ita magnum; ſicut vnũ montem. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modũ Geometria mẽſurat cœlum & altitudines illius. Et etiam Arithmetica per quem modum numerat vnitates infinitas cum Geometria, diuidẽdo vnam partem in duas, & deinceps in infinitas partes. Et etiam cognoſcit per quem modum logicus vtitur ſecũdarijs intentionibus adiunctis primis. Adhuc cognoſcit, quod aliquid eſt in intellectu, quod nunquã fuit in ſenſu: lupus enim magnus ſicut mons: nunquã fuit in ſenſu. Et cum intellectus hæc omnia cognouerit, deinde intelligit, quod totaliter procul dubio ipſe eſt alia eſſentia remota ab ipſarum conditionibus. Et de hoc quamplurimùm gaudet, quia ipſe intelligit ſe immortalẽ & incorruptibilem. Per primam ſpeciem regulę G. quæritur, imaginatio cui eſt proprietas? Et quid eſt proprium ipſi imaginationi? Ad primum eſt reſpondendum, quod imaginatio eſt proprietas animali cuius eſt. Ad ſecundum eſt dicendum, quod proprium ipſius imaginationis eſt obiectare ſimilitudinem ſenſus in abſentia ipſius ſenſus: ſed de hoc miratur intellectus, cum imaginatio non habeat ſcilicet auditum, oculos, &c. quomodo poteſt attingere ſimilitudines ſenſus: quouſque recordatur attractionem adamantis attrahentis ferrum per ſuam ſpeciem; & rebarbarum attrahentem coleram ſimiliter per ſuam: ſic animal attrahit ſpecies ſeu ſimilitudines per ſuam ſpeciem mediante imaginatione in abſentia ſenſus. Per ſecundam ſpeciem quæritur quæ eſt appropriata qualitas ipſius imaginationis? Et eſt dicendum, quod ſimilitudo ſenſati abſtracta ab ipſa & deducta in imaginatione: ſicut eſt color colorati, & quantitas quantificati, & ſonus campanę, & frigiditas aquæ, &c. cum quibus imaginatio obiectat obiectum imaginando. Per omnes ſpecies regulæ H. quæritur, imaginatio quando eſt? Et dicendum, quod eſt in illo tempore, in quo animal eſt; quod animal ſit, abſque imaginatione eſſe non poteſt, ſicut abſque ſenſitiua eſſe non poteſt, modum autem per quem imaginatio eſt diſcurſibilis per ſpeciem H. dimittimus bene intuenti illas cauſa breuitatis. Per regulam I. quæritur imaginatio vbi imaginatur ſuum obiectum? Ad quod reſpondendum eſt, quod in ſua eſſentia, videlicet in ſua imaginabili intrinſeco & ſubſtãtiali, extra quod & ſine quo nullum imaginabile imaginari poteſt; nam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nam ſicut calidus niſi in caliditate: ſic obiectum imaginatum non poteſt eſſe imaginatũ, niſi in prædicto imaginabili intrinſeco & cõſubſtantiali ipſius imaginationis, quod eſt vniverſale ſubiectum ad omnia imaginabilia. De diſcurſu autem imaginationis deductæ per omnes ſpecies 1. hic non tractamus: ſed dimittimus ipſum diſcurſum bene intuenti; ſicut ſupra dictũ eſt in regla H. Per primam regulam K. quæritur, imaginatio quomodo obiectat ſuum obiectum. Sed intellectus prima frõte impeditus eſt ad reſpondendum, eo quia ille motus non eſt ſenſibilis: vsq; quo recordatus eſt quatuor ſpecies regulæ K. cũ quibus intendit ſolutionem dictæ quæſtionis. Nam in animali, ſenſitiua & imaginatio ſunt partes compoſitæ ad inuicem, habentes vnum organum compoſitum, vna exiſtente in alia: ratione cui⁹ imaginatio abſtrahit à ſenſatis ſimilitudines mediãte ſenſitiua, cum quibus obiectat obiectũ ſuum: ſicut ignis mixtus cum aqua attrahit ſimilitudines ab alia, cum quibus calefacit carnes: vt apparet per coitum quando imaginatio imaginatur modum per quem fit coitus. Per ſecundam regulã K. queritur, imaginatio cum quo imaginatur ſuum obiectum? Et reſpondendum eſt, quod cum organo in quo eſt, videlicet cum illa pellicula intránea exiſtente in capite, de qua ſuperius locuti ſumus, & attingit obiectũ cum complexione prædictæ pelliculæ, videlicet cum melancholia. Nam pars vltima ipſius pelliculæ eſt coagulata ratiõe frigiditatis, quæ cauſat reſtrictionẽ ſicut plumbum quod claudit partes exiſtentes retro in ſpeculo vt diaphaneitas non ſit tranſparens in illam partem. Prædicta autem pellicula à parte ante, videlicet verſus frontem, eſt porоſa ratione ſiccitatis quæ eſt proprietas terræ: quæ quidem eſt abſtracta & euacuatiua, in qua fronte homo cum intellectu inuenit ſpecies. Animalia autẽ bruta cum inſtinctu ſpeciebus præſentatis cum intellectu aut inſtinctu ipſi faciei prælibatæ pelliculæ. Qui videlicet intellectus & inſtinctus ſunt præſentationes ſpecierum prædictæ faciei per ſuam ſpeciem; ſicut adamas eſt attrahens ferrum per ſuam ſpeciem; & tunc antedicta pellicula colorat & pingit & induit ſe de imaginibus per ſuam ſpeciem: ſicut facit ſpeculum per ſuam. Adhuc imaginatio attingit obiectum cum diſpoſitione ſenſitiue, & etiam cum ſua & cum proportione vtriuſque; & cum appetitu & obiectione; & cum inuentione ſpecierum, & cum deſcenſu ipſius mẽ imaginationis ad ſenſatum mediante ſenſitiua. Et poſtmodũ cum acceſſu recedente à ſenſato ad ipſam imaginationem mediante ſenſitiua; & etiam cum nutrimento ſpecierum; & ſic de alijs quæ poſſunt dici, cum quibus imaginatio attingit obiectũ. Et in iſto paſſu cognoſcit intellect⁹, ꝙ ſicut ipſe eſt valde occupatus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

occupatus & oneratus per ſuum obiectum: ſic & imaginatio per ſuum ſuo modo.

DE SEXTO SVBIECTO, QVOD eſt de ſenſitiua, per principia diſcurſo.

CAP. XLIIX.

De ſexto ſubiecto, quod eſt de ſenſitiua, per principia deducto.

SENSITIVA eſt potentia cum qua animal ſentit; & etiam eſt ſenſatum in quo animali ſenſitiua eſt ſenſus communis, & habet ſenſus particulares. Senſitiua eſt potentia bona, eo quia cauſat cum ſua bonitate bonum ſentire; & quando additur magnitudo, bonum & magnum ſentire. Senſitiua eſt magna potentia, eo quia cauſat magnum ſentire; vt patet in coitu & actu ferri caliui, aut in tactu aquæ bullientis. Senſitiua durat per durationem ſubiecti in quo eſt, cum innata bonitate, magnitudine, &c. Senſitiua per ſuam poteſtatem poteſt exiſtere & agere. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod animal ſentit per ſuam ſpeciem: ſicut adamas attrahit ſpeciem per ſuam. Senſitiua habet inſtinctum innatum, vt patet in homine habente timorē de ſerpente quem videt; & ſimiliter capra de lupo: & ſicut catulus non videns qui habet inſtinctū & appetitum & tactū, & inuenit mamillam; & imaginatur illā. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quæ ſunt principia diſponentia imaginationem ad imaginandū. Senſitiua cauſat in animali appetitum ad ſentiendū, vt mediante animali in quo eſt, poſſit ſuum actum exercere. Senſitiua habet virtutem ſentiendi vt patet in ſuis particularibus, nam ſicut viſus non poteſt videre ſine aere illuminato; neq; etiam poteſt videre, niſi ſit de virtute innata habituatus, & in ipſa aſſituatus. Senſitiua vere ſentit per veritatem; ſicut manus tangens ferrum calidum, vere ſētit calidum. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod ipſe vere intelligit obiectum ſuum. Nam aliter potentia ſenſitiua quæ eſt inferior quam intellectus, per ſuum actum, eſſet ſuperius, & intellectus qui eſt potentia ſuperior quam ſenſitiua, eſſet inferius, quod eſt impoſſibile: de quo impoſſibili valde eſt gauiſus intellectus. Animal per ſenſitiuam habet delectationē ſentiendi; vt patet quando videt pulchram figuram; & quando audit pulchram cantilenam; & huiuſmodi. Senſitiua per differētiam habet ſenſus particulares mediantibus organis cum quibus obiecta differunt: ſicut color qui eſt obiectum viſus, & ſonus, auditus, & huiuſmodi: ſed miratur intellectus, vtrū iudicium ſubiecti fiat per ſenſum communē aut particularē, donec recordatur aquam fontis habentem multos riuulos, quæ eſt in ſe vna eſſentialiter: & in ſuis riuulis; ſed vnum ſicum & vnā figuram

(c) 2006 Ministerio de Cultura

figuram habet in vno riuulo, & alium & aliam in alio riuulo. similiter ſenſus communis vnum ſitum & vnam figurã habet in vno organo, & alium & aliã in altero organo. In ſenſitiua cõſiſtit concordantia innata; cum qua potentia obiectum & actꝰ vt plures concordant in vno, videlicet in ſenſitiua, quæ eſt eſſentia eorum: quod patet per ſuos relatiuos per ſecundã ſpeciem C. ſignificatos Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quẽ modũ ſenſus ſentit ſenſatũ cum habitu peregrino, ex quo ſenſatus eſt habituatus: ſicut per videre coloratum, & per odorare odoratum. In ſenſitiua eſt contrarietas per accidẽs. ſicut in guſtu amaritudo: & in tactu aſperitas, & huiuſmodi. Sed miratur intellectꝰ, quid cauſat contrarietatẽ in ſenſu, vſq; quo recordatur ſenſitiuã eſſe cõpoſitam ex quatuor elemẽtis, quæ quidem cauſant in elemẽtato cõtrarias qualitates habitus, ſitus, actiões paſſiones: ſicut quælibet planta eſt agens per ſuam ſpeciem, ſicut pomum per dulcedinem, & abſynthium per amaritudinẽ. Item conſiderat intellectus, quod infirmitas ſenſus cauſat mõſtruoſitates: ſicut homo infirmus, qui in cibo dulci inuenit amaritudinem per accidens. Senſitiua in principio aſſituata eſt efficien, ſeo quod cauſat cibũ per ſaporẽ & per coitũ delectationem & dulcedinem: ipſa quidem ſenſitiua eſt forma in animali quidem, quæ mouet eam in materia, vt materia ſit diſpoſita ad recipiendum paſſiones, vt ſequatur finis. videlicet ſenſatũ; ſicut coloratum, odoratũ, & huiuſmodi. Animal per ſenſitiua eſt ſenſatum ſicut coloratus eſt per colorem, odoratus per odorem. Senſus communis eſt medium; ſenſus autem particulares ſunt extremitates: ſicut circumferentia centri eſt extremitas ipſius cẽtri, & ſitus aſſituati, & habitus habituati. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod ſenſus cõmunis eſt cauſa ſenſatorũ, in quantum ſenſata ſunt, ipſo ſenſu cõmmuni vtẽte ſuis particularibus ſenſibus, tanquam inſtrumentis: ſicut pomum quod eſt ſenſatum per ſensũ communem vtentem guſtu, odoratu, & viſu, & tactu, & affatu: per quẽ nominatũ eſt pomum: & auditu per quem eſt auditum. Item ſenſitiua eſt exiſtens inter vegetatiuam & imaginatiuam: ſicut linea inter duo puncta. Imaginatiua quidẽ in ſenſitiua fundata eſt & ſenſitiua in vegetatiua, vt imaginatiua poſſit imaginari cõditiones vegetatiuæ, mediante ſenſitiua, & hoc patet per diffinitionem medij, & per eius ſcalam deſignatam in ſecunda figura. In ſenſitiua conſiſtit finis innatus; ad quem finem ſe mouet, videlicet ad ſenſatũ cum ſuo inſtinctu & appetitu, & ſic de alijs principijs innatis. Sicut homo qui cum pedibus ſuis & viſu mouet ſe ad locum in quo quieſcere deſiderat: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod ſenſitiua cum ſuis principiis innatis agit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vna ſenſitiua eſt maior altera ſenſitiua: ſed hoc eſt per accidẽs' Nam ſicut aliqua aqua alicuius fontis eſt maior in frigiditate, ſapore & ſanitate, ratione maioris diſpoſitionis qualitatis ſui ſitus: ſic vna ſenſitiua eſt maior altera, ratione maioris diſpoſitionis qualitatis ſui ſitus quo ad ſpeciẽ ſubiecti in quo eſt: ſicut aquila quæ habet maiorem ſenſitiuam per viſum, quàm aliud animal; & vultur per odoratũ quàm aliud; & canis per auditũ quàm aliud: homo autẽ per guſtum & tactum quàm aliùd. In ſenſitiua conſiſtit qualitas inter potentiam, obiectum & actũ: & hoc intrinſecè quo ad ſuos correlatiuos, videlicet ad ſenſitiuum, ſenſibile, ſentire. Veruntamẽ nõ dico quod ad obiectũ peregrinũ: ſicut ſapor ſenſatus pomi, & ſapor cauſatus à ſentire. Vna ſenſitiua minor eſt quàm altera ſenſitiua ſecundũ ſubiectum in quo eſt. Nam auis non viuens de rapina, non ſentit tantum per guſtũ, quantum auis viuens de rapina; & ſic de aliis ſuo modo poteſt dici, vt in capitulo maioritatis ſignificatũ eſt.

DE SENSITIVA PER REGVlas deducto. CAP. XLIX.

De ſenſitiua per regulas deducta.

QVAERITVR, vtrũ ſenſitiua ſit à generante vel à creante? Et reſpondendũ eſt quod à generãte: vt patet in hoc quod animal abſq; ſenſitiua non poteſt ſentire conditiones corruptas, quas debet ſentire & in imaginatione & non in ſe; eo quod non eſt inſerta & fundata in vegetatiua naturaliter. Adhuc Martinus non eſſet filius Ioannis ſecundum ſpeciem; quod eſt impoſſibile. Sed miratur intellectus, homo quando moritur, ſenſitiua quo vadit & vbi eſt? Et eſt dicendum, quod ipſa vadit ad ſua principia vniuerſalia, in quibus remanet & ſtat in ſuo numero miraculosè: ſuppoſito tamen quod ſit reſurrectio hominum, vt iuſticia & miſericordia Dei habeant ſubiectum in quod agere poſſint. Quæritur per primam ſpeciẽ regulæ C. quid eſt ſenſitiua? Et huic reſpondendum eſt, quod ſua diffinitio iam data eſt ſuperius. Per ſecundã ſpeciem quæritur, quid habet in ſe ſenſitiua? Reſpondendum eſt, quod habet ſua correlatiua, ex quibus ſenſus cõmunis cõſtitutus eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt in alio? Et dicẽdum eſt, quod eſt ens cauſans entia ſenſata, cũ quibus ſẽtit: ſicut viſus qui ſenſat coloratum, in quantum ab eo viſum eſt: & ſicut olfactus qui cauſat odoratum, in quantum ab eo eſt. Per quartam ſpeciem quæritur, ſenſitiua quid habet in alio? Et eſt dicendum, quod habet obiectũ: ſicut viſus coloratũ & figuratũ; & olfactus odoratum, & habet noticiam de ipſo obiecto, eo quia de illo facit iudicium. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, ſenſitiua

Quæſtio notabilis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de

de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſuis principijs videlicet primis parentibus, à quibus deriuata & genita eſt: nam vnũ animal aliter non eſſet filius alterius, quod eſt impoſſibile. Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quo eſt ſenſitiua? Et reſpõdendum eſt, quod ipſa eſt de ſua materia & forma; eo quia per ſuam materiam eſt paſſiua, & per ſuam formam eſt actiua. Per tertiam ſpeciem quæritur, ſenſitiua cuius eſt? Et reſpondendũ eſt, quod ipſa eſt animalis in quo eſt: ſicut inſtrumentum eſt ſui agentis vtentis illo. Nam animal cum illa ſentit, viuit & generat aliud animal. Per primam ſpeciẽ regulæ E. quæritur, ſenſitiua quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ex ſua materia & forma coniuncta eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, ſenſitiua quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt, vt ſuus inſtinctus & appetitus poſſint habere actus naturales, vt animal poſſit habere induſtriam ad viuendũ. Vlterius eſt, vt imaginatiua poſſit haurire ſpecies ab illa, & imaginari obiectatum & ſenſatum, & habere actum ſuum. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur ſenſitiua quanta eſt? Et reſpondendum eſt quod eſt tanta, quãtum ſuum ſubiectum ex ipſa eſt ſenſatum. Sed miratur intellectus per quem modũ poteſt eſſe continua in ſubiecto in quo eſt: & in quo ſunt pili & vngues & oſſa, quæ non ſentiunt; vſq; quo recordatur ſuam quantitatem diſcretam per ſecundam ſpeciem ſignificatam. Adhuc miratur intellectus cũ ſenſitiua non ſit punctualis, neq; linealis, neq; figuram habeat, per quẽ modum habeat quantitatem; vsq; quo recordatur criſtallum poſitum ſupra coloratum, & de illo ſe colorat: ſic ſenſitiua à quantitate ſubiecti in quo eſt, eſt quanta & habituata. Nã quãtitas punctualis & linealis multiplicat ſuam ſpeciem in ſenſitiua: ſicut coloratum in criſtallo multiplicat ſuum colorem prædicto criſtallo. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modũ vnus habitus eſt poſitus ſupra aliũ. Per primam ſpeciẽ regulæ G. quæritur, quæ ſunt appropriatæ qualitates ſenſitiue; Et reſpondendum eſt, quod eſt ſenſatum in quantũ eſt acquiſitum ex alio, & eſt poſitum in ipſa ſenſitiua, ſicut lapis coloratus qui per viſum eſt ſenſatus: ſicut pomum odoratum, quod per olfactum eſt ſenſatum, & ſic de alijs. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod ſicut imaginatiua multiplicat ſuã: ſic & ſenſitiua ſuam. Per regulam H. quæritur, per quẽ modũ ſenſitiva cõſiſtit in tempore & motu: cũ ipſa nõ ſit punctualis neq; linealis; Et reſpondendũ eſt, quod conſiſtit per ſubiectũ in quo eſt. Et hoc approbant regulæ B. C. D. K. vt apparet bene intuẽti & hæc declaratio ſufficiat cauſa breuitatis. Per regulã I. quæritur, ſenſitiua vbi ſentit; Et reſpondendũ eſt, quod in ſenſibili

intrin-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intrinseco; quod est de essentia sensitiuè, Nam extra tale sensibile nullum obiectum est sensatum: sed in isto passu miratur intellectus, quomodo lapis est sensatus, & sic de aliis, cum non sit collocatus in essentia sensitiuè siue sensus, neque etiam cum oculis participet per contactum, quia si sic, visus attingeret substantiam, & auditus campanam, & adhuc brutum attingeret substantiam: & sic haberet scientiam; quod est impossibile. Sed recordatur rosam multiplicantem suum odorem in aëre, qui cum ipsa rosa participat per contactum. Similiter visus multiplicat suam speciem in aëre, qui participat cum visu & obiecto colorato & sensato; & hoc sufficiat quo ad species regulæ I. causa breuitatis. Per primam speciem regulæ K. quæritur, sensitiua quomodo sentit? sed intellectus in prima fronte est impeditus ad respondendum prædictæ quæstioni, eo quia ille modus non est sensibilis: & quod voluit declarare secundum sensum, fuit impeditus, sed descendet ad imaginationem in qua modus ille est imaginabilis, & ad memoriam in qua regula K. est memorabilis, & tunc intellectus respondet prælibatæ quæstioni, videlicet sensitiua siue sensus habet modum sentiendi per mixtionem sui instinctus & appetitus & virtutis, & sic de aliis principiis, cum quibus haurit & colligit similitudinem elementorum, quibus sensat ipsa obiecta, sicut coloratum à quo haurit & colligit similitudinem eius, in qua similitudine sensus, videlicet visus ponit suam similitudinem. Et cum istis similitudinibus substantiat coloratum. Per secundam regulã K. quæritur, sensitiua siue sensus cum qua sentit? Et respondendum est, quod est cum sua specie, sicut adamas qui cum sua specie attrahit ferrum. Et etiam sentit cum suis instrumentis naturalibus, videlicet auditu, visu, &c. Adhuc sentit cum speciebus acquisitis, cum quibus sentit obiecta peregrina; & etiam cum suo instinctu, & appetitu, virtute, posse, &c. cum quibus mouet organa sua ad sentiendum.

DE SEPTIMO SVBIECTO, VIdelicet de vegetatiua, per principia deducto.

CAP. L.

De septimo subiecto, videlicet de vegetatiua per principia deducto.

VEGETATIVA est bona, vt patet in plantis, quæ per bonitatem sunt bonæ ad seipsas, & quo ad alia quę viuunt ex illis, quæ quidem absq; illis viuere non possent, neq; tale esse quale habent, habere possent. Vegetatiua est magna: nam ambit & compræhendit omne vegetatiuum & plãtatum in ipsa vegetatiua: & hic quærit intellectus, vtrum vna & eadẽ sit vegetatiua quæ est in animalibus, & illa quæ in plantis? Cui respõ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

respondendum est, quod vna eadem est vegetatiua in genere: sed est plures differētes specie in diuersis subjectis ratione ipsorum, non autem ratione suimet. Nam qui diceret, quod ratione suimet vegetatiua esset plures, diceret quidem quod vnum esset plura, & plura esset vnum, quod est impossibile; quare patet quod vna & eadem est in genere: plures autem differentes specie in diuersis subjectis. Vegetatiua durat per suam specificam durationem sed quærit intellectus de quo durat ipsa, cum suum subjectum in quo est, sit corruptibile; sed recordatur elementatiua de qua durat: sicut flamma ignis in lampade ex oleo. Vegetatiua est potens per suam specificam potestatem, in qua omnes potestates vegetabiles plantarum & animalium sunt plātatæ & radicatæ. Vegetatiua habet instinctum, cum quo quodlibet vegetatiuum se habet ad suam operationem, specificando, habituando se de suo specifico habitu, situ, quantitate, qualitate & huiusmodi. Vegetatiua habet appetitum, videlicet ut hoc quod est elementatum, sit vegetatum: sicut visus qui habet appetitum ad hoc quod est coloratum & per ipsum sit sensatū: ipse quidem appetitus est generalis ad omnes appetitus qui sunt in genere vegetatiuè. Vegetatiua est de virtute habituata, quantificata, qualificata, assituata, &c. ut patet in planta. Nam illud quod euenit ei per terram, aquam, aërem, ignem, in quo est plantata, transmutat per suam speciem; & hoc idem facit per cibum & potum. Adhuc vegetatiua habet virtutem in plantis, de qua medici habent experientiam. Vegetatiua ratione veritatis vere vegetat & veras conditiones habet, scil. veram substantiam, qualitatem, &c. sine quibus in veritate sua non esset plantata. Vegetatiua habet delectationem in conseruando suum esse, multiplicando suam speciem, ut apparet in plantis, quæ generant quantum possunt euitando non esse. Vegetatiua est radicata & plantata in differentia, ut plures species sint de suo genere: sed quærit intellectus, quæ est causa quod viridis color est generalior in plantis quàm alius color; vsquequo recordatur terram & aquam quæ componunt viridem colorem, in quibus maximè planta est radicata, & nutricata. Adhuc miratur intellectus: quare siculnea non generat superficiem duram fructus sui, sicut facit nux; & quare rosa habet colorem rubeum; & lilium album, sed recordatur magnitudinem ratione cuius differentia est magna. Vegetatiua habet cōcordantiam ad hoc, ut suæ species conueniant inter se in aliquibus rebus: sicut concordant piper, & allium in caliditate, lactuca quidem & cucurbita in frigiditate, & multæ res in eodem colore, siru & huiusmodi; & hoc idem de vegetatiua, quæ est in animalibus, potest dici suo modo: vegetatiua quidem semper sequitur vegetando

Le

(c) 2006 Ministerio de Cultura

maiorem complexionem ſubjecti in quo eſt. Contrarietas eſt ſubjectum in quo vegetatiua eſt plantata, ut cõtrarietas ſit cauſa corruptionis : ſicut concordantia eſt cauſa generationis; ſed quærit intellectus, quę eſt cauſa quare realgal interficit animal, triticum autem ipſum viuificat , & quare allium & cucurbitæ contrariantur: ſed recordatur magnitudinem in qua contrarietas vegetationis eſt plantata Vegetatiua eſt principium. in ipſa quidem vegetans ſiue compoſitum tranſmittit vnam ſpeciem in aliam,& forma in ipſa vegetatiua eſt aliud principium,in quo compoſitum tranſmutat formam nouam in ſuam antiquam,& materiam nouam in materiam antiquam;& hoc propter finem videlicet vegetatum , in quo ſpecies ſit genita & multiplicata. Vegetatiua eſt medium generale exiſtẽs inter elementatiuam & ſenſitiuam : ſicut linea inter duo puncta; vegetatiua quidem in ipſa elementatiua eſt inſerta & plantata; ſenſitiua autem in ipſa vegetatiua; & quod ſenſitiua eſt finis, ideo eſt ſupra vegetatiuam,& influit ei, & vegetatiua refluit ſenſitiue ſeipſam cum ſuis principiis ſpecificis : & idcirco quod ipſa vegetatiua eſt ſupra elementatiuam influit, & elementatiua refluit vegetatiue. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum plantę & animalia viuunt & nutriuntur,& creſcunt per vegetatiuam, & de vegetatiua & per elemẽtatiuã & de elementatiua; & iſte quidem paſſus eſt vtilis medico. Adhuc cognoſcit intellectus, quod arbor eſt medium & ſubiectum ſiue inſtrumentũ in quo & cum quo vegetatiua habet ſuum actum ; & ſimiliter ſua principia habent actus ſuos : ſicut aqua intrans aliquod vas per aliquod foramen illius,& exiens illud idem vas per aliud foramen eiuſdem vaſis,& hoc per modum generationis,& corruptionis; & priuationis. In vegetatiua finis habet ſuas ſpecies in ſecunda figura,in angulo de fine deſignatas. Finis priuationis eſt in vegetatiua cauſa corruptionis : & ſenſitiua & elementatiua ſunt termini vegetatiue, in quibus ipſa vegetatiua terminatur. Finis perfectionis eſt obiectum & ſubjectum ipſius vegetatiuę. In vegetatiua plantarum vna planta eſt maior altera : ſimiliter in vegetatiua animalium , vnum animal eſt maius altero : nam vnus leo eſt maior altero leone vel alio animali; ſicut capra,lepore,& huiuſmodi. Ratio huius eſt,ut vegetatiua in maioritate poſſit eſſe plantata. Et hoc quo ad maioritatem decem prædicamentorum & principiorum huius artis. Sed miratur intellect⁹, quæ eſt cauſa, quare vna magna arbor eſt in potentia in vno parvo grano:ſed recordatur ſcintillam ignis exeũtem è lapide, homine percutiente ipſum lapidem cum chalibe; quæ quidẽ ſcintilla magna flamma eſt in potẽtia reſpectu materiæ euanientis. Adhuc miratur intellectus,quare maiores fructus in eadem arbore in-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bore inueniũtur, cum idem ſunt ſpecie; & ſimiliter poteſt quęri de foliis: ſed recordatur quæſtionem prælibatam ſcintillæ, & incontinenti apud eum ſoluta eſt talis quæſtio. In vegetatiua eſt æqualitas, ut multæ plantæ poſſint eſſe æquales per ſpeciem, & ſimiliter multa alia: ſicut iſte leo & ille leo, qui ſunt æquales per ſpeciem: & ſimiliter piper & allium ſunt æqualiter in gradu caliditatis; & multa poma in eodem pomario, quæ ſunt ęqualia in odore, ſapore, colore, & huiuſmodi. Hoc autem eſſe non poſſet: niſi vegetatiua in æqualitate eſſet plantata & radicata. De minoritate quidem vegetatiuę ſic poteſt dici, ſicut de eius maioritate dictum eſt: nam relatiuè ſe habent. Vegetatiua vero reducibilis eſt per minoritatem ad non eſſe, eo quia eſt: & non erat antequam creata fuiſſet.

DE VEGETATIVA PER REGVlas deducta. CAP. LI.

De vegetatiua per regulas deductas.

PER regulam B. quæritur, vtrum vegetatiua ſit potentia ſenſata? Et reſpondendum eſt, quod ſic, aliqualiter, videlicet ſecundum coniunctionem ſiue compoſitionem quam habet vegetatiua cum ſenſitiua in ſubiecto in quo eſt. Et alio modo per vocem ſicut affatus qui nominat eam; & per auditum qui audit nomen ſuum. Alij vero ſenſus ipſam ſenſare non poſſunt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod affatus eſt ſenſus, poſtquam ſenſat ſuum obiectum & dat auditui audibile. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt vegetatiua? Et reſpondendum eſt, quod eſt potentia trāſmutans vnam ſpeciem in aliam: ſicut in animalibus in quibus tranſmutat cibum in carnem; & in plantis elementatiuam in ſemetipſam. Per ſecundam ſpeciem quæritur, vegetatiua quid habet in ſe? Et reſpondendum eſt, quod habet ſuos correlatiuos, ex quibus eſt, Et cum quibus habet ſuas operationes, videlicet cum vegetatiua, vegetabili & vegetare. Nam in ſuo vegetabili vegetat omnia vegetabilia peregrina: ſicut ſenſitiuus in ſuo ſenſibili ſentiat omnia ſenſibilia peregrina adhuc, & ſicut calefactiuus in ſuo calefactibili calefacit omnia calefactibilia. Per tertiam ſpeciem quæritur, vegetatiua quid eſt in alio? Et reſpondẽdum eſt, quod eſt in ſenſitiua fundamentum: in elementatiua autem eſt fundata, & in prædicamẽtis eſt idem quod eſt, videlicet eſt pars ſubſtantialis ipſius ſubſtantiæ in qua eſt, quantitate quidem vegetatiuę exiſtente ſupra quantitatem elementatiuę: & ſic poteſt dici de ſua quantitate & relatione, &c. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod vegetatiua eſt altior potentia quàm elemẽtatiua: ſed dubitat intellectus, vtrum relatio ſua ſit accidẽs; vſquequo recordatur ſuam relationẽ ſubſtantialẽ habẽtẽ relatio-em

(c) 2006 Ministerio de Cultura

accidentalem existentem ei instrumentum , & habitum cum quo agit in subjecto in quo est: sicut substantia quæ cum suo accidente agit. Per quartam speciem quæritur , vegetatiua quid habet in alio? Et respondendum est, quod in substantia elementatiuæ habet suam substantiam: & in quantitate elementatiuæ habet suam quantitatem, & sic de aliis prædicamentis: & in isto passu cognoscit intellectus per quem modum vegetatiua in elementatiua est assituata & collocata. Per primam speciem regulæ D quæritur, vegetatiua de quo est? Et respondendum est, quod est de suis principiis specificis cum quibus agit. Per secundam speciem quæritur, de quo vegetatiua est? Et est dicendum, quod est de suis correlatiuis. Per tertiam speciem quæritur, vegetatiua cuius est? Et respondendum est , quod est subjecti in quo est : sicut pars quæ est sui totius , & instrumentum agentis. Vegetatiua enim est par animalis cum qua ipsum agit & viuit. Et similiter planta. Per primam speciem regulæ E. quæritur, vegetatiua quare est? Et respondendum est, quod est; quia est ex suis partibus consubstantialibus constituta, videlicet de suis correlatiuis. Per secundam speciem quæritur, vegetatiua quare est? Et respondendum est, ut sit vegetatum & ut viua nutriatur & crescat; & in generatione vnam speciem in aliam transmutet. Per primam speciem regulæ F. quæritur, vtrum vegetatiua habeat quantitatem continuam in subjecto in quo est? Et respondendum est, quod sic: ut possit esse in continuo motu. Per secũdam speciem quæritur, vtrum vegetatiua habeat quantitatem discretam? Et respondendum est, quod sic : ut possit esse in motu successiuo. Sed miratur intellectus per quem modum potest habere in subjecto quantitatem continuam & discretam; quousque recordatur quod per respectum ad suam essentiam est in continua quantitate, & per respectum ad correlatiuos , habet quantitatem discretam. Per primam speciem regulæ G. quæritur, vegetatiua quam proprietatem habet proprie? Et est dicẽdum, quod illam qualitatem generalem, à qua descendunt qualitates particulares: sicut caliditas piperis, & alij, &c. quæ descẽdunt à caliditate generali: & sicut frigiditas lactucæ & cucurbitæ, quæ descendunt à generali frigiditate, &c. de qua generali qualitate elementali , proprietas propria ipsius vegetatiuę est deriuata : sicut à generali quantitate elementorum deriuatur quantitas vegetatiuę, generalem quantitatem siue proprietatem vegetatiue dicimus esse transmutationem vnius substantiæ in aliam. Per secundam speciem quæritur , quid est qualitas appropriata vegetatiuę? Et est respondendum , quod vegetatio facta est in vegetatis per motum cœli effectiue : sicut visio lapidis quæ est per accidens. Per regulam H. quæritur, per quem modum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum vegetatiua consistit in tempore? Sed hic impeditus est intellectus ad respondendum, quousque recordatur elementatiua à qua vegetatiua influxa est, cum qua sic consistit in tempore & in motu: sicut per ipsam consistit in quantitate, qualitate, & caeterio huius est, quare essentia elementatiua est punctualis & linealis: essentia autem vegetatiuæ nequaquam, & hoc per regulam C.D.K. significatum est bene intuenti. Per regulam I. quæritur: vegetatiua vbi vegetat vegetatum? Ad quod respondendum est, quod in suo vegetabili intrinseco & ei consubstantiali, extra quod & sine quo vegetare non potest: sicut calefactiuū extra suum calefactibile, calefacere non potest. Locus quidem vegetatiuæ est cognoscibilis per regulam C.D.K. Ipsa vero vegetatiua attingit substantiam, eo quia participat cum ea per contactum. Per primam speciem regulæ K. quæritur, vegetatiua quomodo vegetat vegetatum? Et est dicendum, quod vegetat per illum modum quem habet quo ad suos correlatiuos: vegetatiuus namque ponit in suo vegetabili intrinseco formam & materiam, quæ eueniunt ei de elementatiua. Et in ipso vegetabili mutat suam substantiam in aliam, vegetatiuo expoliante formam & materiam ab elementatiua, veniente ab ea. Et ex illis induit vegetatiua ipsa vegetatum nouum. Sed ad istum modum concurrunt multi modi, videlicet modus proportionis, modus generationis, corruptionis, priuationis, & augmentationis, & huiusmodi, imponendo partem in parte; & partes in toto, & econuerso, & toto transmittente suam similitudinem suo assimilato. Per secundam speciem K. quæritur, cum quo vegetatiua vegetat? Et respondendum est, quod vegetat ipsum cum suis propriis correlatiuis, scilicet vegetatiuo, vegetabili, & vegetare, qui sunt ei coessentiales. Nam vegetatiuus in suo vegetabili intrinseco, vegetat omnia vegetabilia peregrina mediante vegetare. Adhuc vegetat cum principiis huius artis, videlicet cum bonitate, magnitudine. Et hæc quæ de vegetatiua dicta sunt, sufficiant; licet de ipsa multa sint dicenda: veruntamen quicquid de ipsa dici potest, in prædictis implicatum est.

DE OCTAVO SVBIECTO, SCILICET elementatiua per principia deducto.

CAPVT. LII.

De octauo subiecto, scilicet de elemẽtatiua per principia deducto.

ELementatiua est potentia cum qua elementa intrant compositionem, & existunt sub elementis. Elementatiua est potentia bona: nam sine ipsa corporalia essent ociosa, & deuiata à suo fine ad quem sunt; & mundus nullam haberet perfectionem. Et ideo quantum est bona tantum est ratio bono ut agat benũ. Elementatiua est magna potentia, & quo ! per suam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magnitudinem ambit multa, & ſua magnitudo multũ magnificat ſuam bonitatem & durationem,&c Elementatiua durat tanto quod corrupto vno elemento,immediatè & protinus generat aliud, nullis eius ſpeciebus differentibus, neque eorum conditionibus,eo quia nullum elemẽtum eſt corruptibile, quo ad ſuam eſſentiam. Elementatiua eſt potens per ſuam ſpeciem exiſtentem,ſecundum id quod eſt, & agendo ſecũdum id quod agit,quæ quidem poteſtas ei in aliquo non deficit. Elementatiua enim ſic poteſt elementare elementata: ſicut vegetatiua vegetare vegetata,& ſenſitiua ſentire ſenſata,& imaginatiua imaginari imaginata. Elementatiua habet inſtinctum generalem,à quo deſcendit inſtinctus ſpecierum, & ab illis inſtinctus & indiuiduati & elementati deſcendunt. Et de hoc experimẽtum habemus in quatuor temporibus anni,videlicet in vere,æſtate,autumno & hyeme: in quibus elementatiua habet diuerſas operationes. Et etiam in quatuor regionibus, videlicet in oriente, & occidente, meridie & ſeptentrione. Et hoc idem dici poteſt de vita plantarum & animalium. Adhuc habet inſtinctum reperiendi virtutem planetarum & octauæ ſphæræ. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus cauſam,quare quodlibet elementum agit per ſuam ſpeciem. Elementatiua habet appetitum ad elementandum elementata, ratione cuius appetitus elementa intrant mixtionem; & compoſitionem, vno elemento habente appetitum ſurſum,alio autem deorſum,ut ipſa ſub elementatis exiſtere poſſit. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quid eſt cauſa motus elementorum generando, corrumpendo & priuando. Elementatiua habet generalem virtutem, à qua deſcendunt ſpeciales virtutes elementorum; quę quidem virtutes ſunt fundamenta virtutibus vegetatis & ſenſatis. Veruntamen ſua virtus quandoque eſt defectiua per monſtruoſitates cauſatas ab elementorum,contrarietatibus. Elemẽtatiua habet veras conditiones,ut vna ſpecies non ſe tranſmutet in aliam ſpeciem. Et in iſto paſſu Alchimiſtę dolent & habent occaſiones flendi. Elementatiua habet naturalem delectationem ſic elementando,ſicut habet vegetatiua in vegetando,& ſenſitiua in ſentiendo; ratione cuius elementatiua magnificat & multiplicat actus ſuos quantum poteſt, ut ſua elementata in magna delectatione eſſe poſſint. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus,quid eſt cauſa intẽſi caloris,ſaporis,& coloris & huiuſmodi. Elemẽtatiua per ſuam differentiam habet diuerſa ſubjecta, in quibus eſt diffuſa: ſicut in quatuor maſſis quæ ſunt objecta ſenſuum: ſicut iſta flamma, iſte aẽr, iſta aqua, iſta terra quibus vtimur. Iterum elementatiua eſt in metallis, plantis & animalibus, non quod in illis ipſa ſit obiectum ſenſibus: Sed tantum imaginationi & intellectui. Et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

iſto

isto passu cognoscit intellectus, quæ fuit causa illorum Philoso-
phorum dicẽtium elementata nõ esse actu in elementis: sed tã-
tum ipsa in illis esse in potentia & virtute. Elementatiua ratio-
ne suæ concordantiæ, finis, magnitudinis, bonitatis, potestatis,
instinctus, appetitus, & virtutis, in eorum elementatis est remis-
sa & confracta, ut fiat temperamentum inter qualitates contra-
rias, aqua mordente ignem cum sua frigiditate, & igne aquam
cum sua caliditate; & aër terram cum sua humiditate; & terra
aërẽ cum sua siccitate, vt elementatiua possit generare elemẽ-
tatum, elementando: sicut digestiua digerere digestum; & faber
mollificare ferrum cum caliditate, vt fiat clauus: & in isto passu
cognoscit intellectus, quod concordantia est causa generationis
in elementatis. Elementatiua est ex contrariis qualitatibus ha-
bituata & assituata, videlicet ex caliditate, frigiditate, humidi-
tate & siccitate, leuitate, ponderositate, raritate & densitate, ut
contrarietas sit causa corruptionis in elementatis. In elemẽta-
tiua sunt quatuor principia: elementans enim est vnum princi-
pium efficiens, mittendo formam in materiam, ut sequatur fi-
nis, videlicet elementatum. Adhuc concurrunt in hoc principia
huius artis, scilicet bonitas, magnitudo, &c. & etiam motus cœ-
li, qui causat in inferioribus motum elementatiuę. Amplius in
ipsa elementatiua sunt decem prædicamenta, in quibus ipsa est
diffusa, & similiter regulæ huius artis. Principia vero sunt intel-
lectiua, maximè obiectiue, regulæ autem subjectiue loquendo
comparatiua: & in isto passu cognoscit intellectus, quod princi-
pia obiectant obiectum elementatum, & regulę sustinent illud.
Elementatiua est medium existens inter elementa simplicia &
elementata, sicut sensus particulares existũt inter sensum com-
munem & sensata. Et in isto passu cognoscit intellectus motum
elemẽtatiuę, à quo est influxus; & à quo est refluxus; & in quo
subjecta est discursus. Finis elementatiuę est habere & genera-
re elementatum, in quo quiescat vltra quod elementatiua nul-
lũ appetitũ habet. Si enim appeteret aliquid aliud vltra suum e-
lementatũ; iã suũ elemẽtatũ nõ esset suus ꝓpriꝰ finis: & sic plus
quiesceret in hoc quod non egreditur à sua natura, quã in hoc
quod egreditur, & faber plus quiesceret in clauo fabricato, quã
in suo filio generato ab eo; & leo plus quiesceret venãdo, quam
suũ simílẽ generãdo, ꝙ ẽ impossibile. quare patet, ꝙ finis elemẽ-
tatiue ẽ habere & generare elemẽtũ, ut in ipso quiescere possit.
Et in isto passu cognoscit intellectꝰ ꝙ sic quiescit elemẽtatiua in
elemẽtato, sicut vegetatiua in vegetato, & sensitiua in sensato,
& imaginatiua in imaginato, & intellectꝰ in intellecto. Elemen-
tatiua est in subjecto maior quo ad vnam qualitatem, & nõ quo
ad aliam: sicut in pipere est maior quo ad caliditatem, quam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad humiditatem. Item magis quo ad humiditatem, quam quo ad frigiditatem. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum maioritas elementatiuę eſt ſubalternata in ſubjecto in quo eſt, veruntamen ſecundum iuuentutem & ſenectutem non eſt ſic: nam elementatiua maior eſt in medio quam in extremitatibus, videlicet in medio ętatis quam in iuuentute & ſenectute: ſicut ſol qui maior & calidior eſt in caliditate in meridie, quã in mane & ſero effectiue. Elementatiua in æqualitate eſt aſſicuata. Elementa namque æquales eſſentias habent per quantitatem, ut proportio poſſit eſſe in elementatis; ut iſta roſa & illa roſa ſint æquales in ſpecie & ſic de aliis ſuo modo. Nam alias vnum elementum corrumpet aliud elementum per eſſentiam & naturam. Aut vnum elementum tranſmutaret aliud in ſuam eſſentiam: ſicut ſi roſa tranſmutaret lilium aut violam in ſuam eſſentiam. Elementatiua in minoritate eſt aſſicuata, eo quod ſua principia primitiua fuerunt de nihilo deducta & creata: item elementatiua ſecundum quod eſt in minori elementato, eſt quod de minori quantitate, &c. habituata & aſſicuata.

DE ELEMENTATIVA PER REgulam deducta. CAPVT LIII.

De elementatiua per regulã deducta

QVÆRITVR, vtrum elementatiua differat ab elementis per eſſentiam? Et reſpondendum eſt quod non: quod ſi differrent per eſſentiam, iam elementa non haberẽt ſubjectum in quo eſſent compoſita; neque elementatiua eſſet à generante, ſed à creante, & qualitates elementorum mutarentur in nouum ſubjectum, ſicut caliditas ignis quæ eſt in lapide, non eſſet eadem per ſpeciem cum caliditate ignis quæ eſt in ſphæra ignis, quod eſt impoſſibile; ſicut humanitas quæ non differt ab anima & corpore, prout coniunguntur; humanitas enim ex iſtis eſt, non autẽ ex vno tantum. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt elementatiua? Et reſpondendum eſt, quod ſua diffinitio iam ſuperius eſt data. Per ſecundam ſpeciem quæritur, elementatiua quid habet in ſe eſſentialiter & ſubſtantialiter? Et dicẽdum eſt, ipſa habet ſuos correlatiuos, cum quibus eſt, & ex quibus agit in elementatis, videlicet in lapide, flamma, planta & animalibus. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt in alio? Et eſt dicẽdum, quod eſt in elementis inſtrumentum cum quo ipſa elementa agunt in elementatis. Adhuc eſt in decem prædicamentis id quod eſt; & eſt in vegetatiua fundamentum. Adhuc ẽ elemẽtatiua in potẽtia ignis imago infinitatis & ęternitatis Dei in quãtũ ignis, ſi haberet ligna infinita cõbureret infinitè, & ęternę, ſed quia nõ habet, illa potẽtia remanet in diſpoſitione

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtione tantum, & eſt finita differente infinita materia. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et eſt dicendū, quod habet in ſubiecto in quo eſt, ſuam materiam, & ſuam formam, & quantitatem, & qualitatem, & ſuum motum, & huiuſmodi: ſicut in planta & in animali. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, elementatiua de quo eſt? Et eſt dicendum, quod eſt de ſuis principijs primitiuis in elementatiuis poſitis & ex illis principijs, vt ex vniuerſali forma ſicut elementa. Per ſecundam ſpeciem quæritur, elementatiua de quo eſt? Et eſt dicendum quod eſt de ſua ſpecifica forma & materia, aut cum ipſis agat per ſuam ſpeciem elementando elementata. Per tertiam ſpeciem quæritur, elementatiua cuius eſt? Et eſt dicendum, quod ſubiecti in quo eſt: ſicut pars quæ eſt ſui totius; vt patet in planta quæ generando elementat aliam plantam. Per primam ſpeciem regulæ E. quęritur, elementatiua quare eſt? Ad quod dicendum eſt, quod eo quia ex elementis eſt compoſita. Per ſecundam ſpeciem regula E. quæritur, elementatiua quare eſt? Ad quod reſpondendum eſt, vt per ipſam elementata ſint. Adhuc vegetatiua, ſenſitiua & imaginatiua ab ea ſiue fundatæ, nutritæ & genitæ. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, vtrum elementatiua habeat quantitatem continuam? Et reſpondendum eſt, quod ſic: vt ſua continua quantitas ſit genus ad quantitatem individuorum quæ in illis ſunt lineatæ & ſubſtentatæ. Per ſecundam ſpeciem quęritur, vtrum habeat diſcretas quantitates? Et reſpondendum eſt, quod ſic: vt in individuis elementatis habentibus differentes quantitates in numero: & quantitas ſua eſt punctualis, eo quia eſt ex quatuor elementis coniuncta & conſtituta. Per primam ſpeciem G. quęritur, qualis eſt ſua propria qualitas? Et reſpondendū eſt, quod illa quam habet per ſua propria elementa ſicut cholera quę eſt elementata, cui caliditas eſt ſua propria qualitas. Per ſecundā ſpeciem regula G. quæritur, qualis eſt appropriata qualitas? Et eſt dicendum, quod ſiccitas eſt ei appropriata qualitas. Nam à terra recipit ſiccitatem; & ſic de alijs complexionibus præter caliditatem, ſecundum quod à diuerſis recipit eas. Per regulam H. quęritur, elementatiua per quem modum conſiſtit in tempore? Et reſpondendum eſt, quod conſiſtit in tempore reſpectu nunc in quo eſt. Adhuc conſiſtit in tempore mediante motu in quo eſt, augmentando, alternando ſubiectum in quo eſt, ab vno loco in altero mutando; & per regulam C. D. K. Per regulam I. quæritur, elementatiua vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod in elementatis: & hoc ſubiectiue; non autem ſicut viſus in colorato obiectiue: quoniam niſi elementatiue eſſet in elementato, iam qualitates non eſſent in elementato, aut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

essent sine subiecto, quod est impossibile; vt patet in flamma in qua est caliditas: & in glacie in qua est frigiditas & hniusmodi. Tamen hic dubitat intellectus, vtrum in sphæra ignis sit siccitas terræ & frigiditas aquæ, cũ sint de elementatis inferioribus humiditate resistente & contrarietate siccitati terræ & caliditate igni frigiditate aquæ, vsque quo ipse recordatur, quod si omnia elementa non essent in sphæra ignis, neque in qualibet sphæra cuiuslibet elementi alterius esset destructa generalis mixtio eorum: & per consequens mixtiones eorum particulares in elementatis. Nam ad destructionem vniuersalis sequitur destructio particularis. Item si ignis qui est in sphæra sua calidus per se: & siccus per terram, esset siccus per se: adhuc aër qui est humidus per se, & calidus per ignem esset calidus per se: amplius aqua quæ est in sphæra sua frigida per se & humida per aërẽ, esset humida per se: & similiter terra quæ est in sphæra sua sicca per se & frigida per aquam, esset frigida per se, & sic essent duæ qualitates cuiuslibet elementi in genere. Sic duæ caliditates in igne, & duæ humiditates, & duæ frigiditates, & duæ siccitates, duæ igneitates, duæ aëreitates, duæ aqueitates, & duæ terreitates; & per consequens octo elementa, sicut octo qualitates quæ supra dictæ sunt, quod est absurdũ dicere: sicut est absurdum dicere duas albedines in genere, & duas vegetationes, & duas sensationes. Amplius esset destructus appetitus naturalis, eo quod non haberet obiectum: nam ignis vnus non appeteret alium ignem neq; ignis appeteret terram, postquam per se esset siccus, & sic de alijs elementis potest dici suo modo. & esset destructa appropriata qualitas; & etiam secunda species regulę G. significans illam qualitatem. Iterum esset destructus motus habẽs appetitũ sursum: & ille habẽs deorsum; & per consequens natura esset destructa, eo quod non haberet subiectum in quo esset substentata: & etiam destructa elementatiua & per cõsequens elementata; vegetata & sensata. Adhuc omne corpus existens sub luna esset compositum in vacuitate finis, in tanto quod finis naturę esset sic habitus priuatiuus naturæ: sicut cœcitas visus, & surditas auditus. Et quod hæc omnia sunt valde impossibilia, patet ergo per regulam H. & per diffinitionem veritatis, quod omnia elementata sunt mixta in sphæris suis & in massis similiter, & in elementatis iam magis sunt mixta & compolita: sicut in plantis, in quibus sunt composita cum vegetatiua, & in animalibus cum sensitiua & imaginatiua; & hoc mediante elementatiua composita cum ipsis. Sed hic mirarur intellectus, terra quæ est inferius, per quem modum potest ascendere superius, videlicet in sphæram ignis, eo quia aër est in medio contrarians terræ. Et similiter ignis descendere

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad nos inferius, eo quod aqua est contraria illi, vsquequo recordatur scalam concordaniæ in secunda figura designatam. Nam ignis descendit sic dando de sua caliditate aëri & conuenit cum eo descendendo: & aër dando de sua humiditate aquæ, & conuenit cum ea descendendo ; & sic transit ignis in aquam per humiditatem calefactam; & aqua descendit ad terram, dando ei de sua frigiditate calefacta & humefacta; & terra ascendit ad ignem dando ei de sua siccitate calefacta, humefacta & frigefacta. Et quoniam qualitates non dimittunt suum proprium subiectum, qualitatibus ascendentibus & descendentibus: ideo ascendunt & descendunt. Et sic sequitur circularis motio & mixtio. Per primam regulã K. quæritur, elementatiua quomodo est mixta & cõposita ex quatuor elementis? sed recordatur intellectus paragraphũ loci supradictũ, in quo solutio quæstionis est implicata & significata; & hoc sufficit ad declarandum quęstionem prælibatam causa breuitatis. Per secundam regulã K quæritur, elementatiua cũ quo elemẽtat elemẽtata? Et respondendum est, quod cum instinctu & appetitu principiorum ex quibus est, sequẽdo motum quẽ habet secundum naturam diffinitionum principiorũ: & sic de regulis in quibus consistit suus transitus. Et hoc idem dici potest per impressiones, quas habet in decem prædicamentis, suo tamen motu moto per generalẽ motum cœli. Sed declarare hoc esset longum: sed ipsa declaratio satis scibilis est scienti hanc artem.

DE NONO SVBIECTO QVOD est de instrumentalitate.

CAP. LIV.

De nono subiecto, quod est de instrumentalitate.

NONVM subiectum est de artificio: & habet tres species. Prima est de moralibus. Secunda de artibus liberalibus. Tertia de mechanicis. De prima, scilicet de moralibus hic tractabimus. De secunda & tertia tractabimus in vndecima parte huius libri, videlicet in applicatione. Sciendum est, quod de moralitate possunt tractari duobus modis scilicet secundũ virtutes & secundum vitia. Et primo de iusticia, quæ est in genere virtutis, tractabimus.

DE IVSTICIA PER PRINCIpia deducta. CAP. LV.

De iusticia per principia deducta.

QVONIAM iusticia est applicabilis ad suum genus, videlicet ad virtutem quæ est principium vnum huius artis: & similiter de æqualitate, potest dici, & ideo sicut ista duo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

duo principia ſunt deducta per principia & regulas, vt patet in octaua parte huius libri, quæ eſt de mixtione principiorum; idcirco iuſticia applicabilis eſt ad virtutem & æqualitatem, ſecundum quod ipſę ſunt deductæ per principia & regulas. Nam particulare applicabile eſt ad ſuum vniuerſale ſecundum conditiones ipſius vniuerſalis: ſed ad maiorem euidentiam iuſticiæ volumus diſcurrere eã per principia & regulas huius artis. Iuſticia eſt habitus, cum quo iuſtus iuſte agit: quoniam bonitas eſt ratio bono quod agat bonum; ideo iuſtum eſt quod bonus agat bonum. Quapropter quando agit bonum, iuſte agit; vnde patet quod iuſticia oritur de ratione bonitatis. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod iuſticia oritur oriente ſuo actu, & quod bonitas eſt diſponens ipſam iuſticiam, in quantum eſt ratio bono, quod ipſe agat bonum; quoniã magnitudo eſt id ratione cuius duratio, &c. ſunt magnæ: ideo magnitudo eſt diſpoſitio magnæ iuſticiæ, bonitatis & durationis; vt ſi bonꝰ agit bonũ & durabile, &c. tunc temporis iuſticia erit magnus habitus collectus de bonitate, magnitudine, duratione, &c. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectꝰ, quod quemadmodum magna iuſticia eſt connexa cum principijs, & ab eis deriuata: ſicut bonitas, magnitudo, &c. durant per durationem, ſic iuſticia durat per illam, ſuppoſito tamen, quod non perueniat iniuria. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum durat habitus iuſticiæ, dato quod homo vtatur altera virtute, aut ipſe dormiat. Et in iſto paſſu eſt intellectus moralis & practicus. Poſtquam bonitas eſt ratio bono, quod agat bonũ, & magnitudo diſponat quod illud bonum ſit magnum, & duratio diſponit quod ſit durabile: & poteſtas vero eſt ratio quod bonus poſſit exiſtere & agere bonũ, iuſticia diſponit vt ſit deducta per illud agere. & quando bonus agit bonũ, tunc iuſticia eſt orta, & eſt de potentia in actum deducta. Iuſticia per intellectũ eſt intelligibilis, & per voluntatẽ amabilis. Et ideo intellectus & voluntas ipſa obiectant, poſtquam iuſticia eſt nata, actus iuſticiæ remanent in potentia: ipſa namq; iuſticia in duratione & poteſtate, &c. eſt gubernata. Iuſticia per bonitatẽ, magnitudinem, &c eſt diſpoſita, & ideo per voluntatem eſt amabilis, nam omne bonum eſt amabile; & ideo quando diligitur cũ diſpoſitione bonitatis, magnitudinis, &c. tunc iuſticia de potẽtia in actum deducitur. Iuſticia eſt virtus, quæ quidẽ virtus eſt ſuum genus, eo quod ſub virtute conſiſtũt multæ virtutes: & ideo ſicut virtus in cõmuni oritur ex bonitate, magnitudine, &c, ſic iuſticia oritur per eundẽ modum per quem virtus moralis oritur. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modũ particulare cum ſuo vniuerſali regitur & dirigitur. Et in iſto

(c) 2006 Ministerio de Cultura

paſſu

passu iuristæ debent valde congaudere, eo quod iste passus est regula generalis infallibilis ad omnia iura. Iusticia sine veritate esse non potest: & ideo quando est cum illa, sequitur quod illa sic sit cognoscibilis per illum modum, per quē veritas est cognoscibilis in discursu principiorum & regularū. Et in isto passu cognoscit intellect⁹, quod iusticia est facilis ad cognoscendū cum discursu veritatis, posito in mixtione principiorum regularum. Ita gloria bonitas, magnitudo, &c. habent delectationē & quietē: ipsam autem habere non possent absq; iusticia. Et ideo quando sunt in delectatione, consumentia non mordet: eo quod iusticia est in delectatione vnde. sequitur quod quies cōscientiæ significat & declaret iusticiā in illa delectatione. Iusticia ratione differentiæ habet duas partes, videlicet pondus & proportionē: quo ad pondus est intensa. sed quo ad proportionem est extensa: & ideo in causis quandoq; requiritur iudiciū intensiue, & quandoq; extensiue, secundum quod subiectū iudiciū est dispositum & ordinatū ad recipiēdum iudiciū. Iusticia per concordantiam principiorum oritur & vivit: & ideo in cognoscendo concordantiam principiorum ad vnum iudiciū cognoscitur iusticia cum suis conditionibus: nam cognita causa cognoscitur effectus. Iniuria est inimica iusticiæ, eo quod iniuria est habitus priuatiuus, & quod concordantia est inimica principiorum: ideo iusticia est habitus positiuus. Nam vnum contrarium cognoscitur per reliquum. Iusticia dicit siue significat sentiā: sed ius significat esse iusticiæ; & quia essentia in suo esse est substētata, ergo iusticia in iure est substētata, vt patet ex prædictis, quod iudex in principio absoluto est causa efficiens, quæ quidē iusticia est principium formale & ius materiale: eo quia per iusticiam formatum est. Iudicium vero est principiū finale: eo quod in ipso est quies. Iusticia est media inter actorē & reū, cum quo iudex dat vnicuiq; ius suum. Nā sicut iusticia non potest esse medium absq; iudicare neq; etiā absqua bonificare, magnificare, &c. vt suum iudicare sic sit mixtū cū bonitate, magnitudine, &c. Finis iusticiæ est quies principiorū: eo quia sine iusticia quiescere non possunt. Vnde sequitur, quod iusticia est subiectum finale, in quo principia habent pacem inter actorē & reum, reddendo vnicuiq; quod suum est. Iusticia est maior per substantiam quam per accidens, vnde sequitur quod sua maior maioritas est substantialis, & sua maior minoritas est accidētalis. Ipsa quidē maior maioritas est cū maiori bonitate, magnitudine, &c. & maior minoritas est cum minori bonitate & magnitudine, &c. Et ideo in causis iudex debet cognoscere quæ est iusticia maior aut minor, in cognoscēdo iusticiam substantialem & accidētalem; & ista noticia est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in cauſis valde neceſſaria: nam iuſticia quandoque pro actore ſubſtantialiter, & pro reo accidentaliter, & è conuerſo, vt patet per eſſe & bene eſſe: eſſe enim in cauſis dicit neceſſitatem; ſed bene eſſe contingentiam, & in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod neceſſitas non habet legem. Æqualitas eſt habitus iuſticiæ: æqualitas quidem generalior eſt ipſa iuſticia. Et ideo ſecundum quod æqualitas eſt diſcurſa in tractatu principiorum; ſic debet iuſticia diſcurri in eodem, vt iam ſupra dictum eſt: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod bonum & æquum eſt reddere vnicuiq; quod ſuum eſt, cum bonitate, magnitudine, &c. In cauſis vna iuſticia eſt maior altera iuſticia: & illa quę eſt minor, diſtat magis à magnitudine bonitatis, durationis, &c. quam illa quæ tantum non diſtat ab eodem, & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod iudex poſſet cognoſcere in cauſis minorem iuſticiam cum minori magnitudine bonitatis, durationis, &c. quæ cum maioritate iuſticię concordat.

DE IVSTICIA PER REGVlas deducta. CAP. LVI.

De iuſticia per regulas deducta.

PER regulam B. quæritur, iuſticia corrupta in homine, an ipſa reuertatur in eundem numerum, quando iniuria corrumpitur? Et reſpondendum eſt, quod non. Nam ſicut naturaliter materia diſponitur & proportionatur ſucceſſiuè, forma in inſtanti in ea introducitur: ſic habitus moralis ſucceſſiuè diſponitur & proportionatur: & in inſtanti perficitur: & ideo quando habitus corrumpitur, ipſe in inſtãtia corrumpitur. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, iuſticia quid eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt illa forma, cui propriè competit iudicare. per ſecundam ſpeciem C. quæritur, iuſticia quid habet in ſe eſſentialiter & ſubſtantialiter? Et reſpondendum eſt, quod habet ſuos correlatiuos morales, videlicet iuſtificatiuum, iuſtificabile & iuſtificare; cum quibus eſt habitus: ſed hic dubitat intellectus, vtrũ iuſticia remaneat habitus, quando homo non vtitur illa, aut dormit, aut vtitur alia virtute? Et reſpondẽdum eſt, quod eſt ſic: iuſticia enim non corrumpitur; niſi quãdo iniuria introducitur. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt iuſticia in alio? Et reſpondendum eſt, in cauſis cauſa, & in alijs virtutibus eſt connexio earum: ſicut humilitas & patientia, quæ iuſtè ſe conueniunt. per quartam ſpeciem quæritur, iuſticia quid habet in alio? Et reſpondẽdum eſt quod habet obiecta in cauſis, quæ iuſtè ſunt obiectata, etiam habent impreſſiones principiorum & regularum, & decem prædicamentorum. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, inſticia de quo eſt? Et

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et eſt dicendum, quod ipſa eſt de diſponentia principiorum & regularum, & decem prædicamentorum, eo quod ſub ipſis eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, iuſticia de quo eſt? Et dicendum eſt, quod ipſa eſt de ſua ſpecifica materia & forma, quæ deſcendunt per differentiã & proprietatẽ à generali virtute. vt iuſtus per iuſticiam in iudicio poſſit agere. Per tertiam ſpeciem quæritur, iuſticia cuius eſt? Et reſpondendũ eſt, quod eſt iuſti: ſicut cappa cappati. Per primam regulam E. quęritur iuſticia quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt ex tiuis & bilibus & are principiorum collecta, videlicet ex iuſtificatiuo, bonificatiuo, &c. & iuſtificabili & bonificabili, & iuſtificare, bonificare & magnificare, &c. Et in regulis aſſituata eſt per proprietatẽ & impropria & ſpecifica materia & forma inducta eſt: nã ſicut eadem qualitas, videlicet eadem ſignificata eſt per vnam formam ſpecificam in roſa, & per aliam in viola: ſic eadẽ virtus eſt per formam & materiam ſpecificata in iuſticia & per alias in prudentia. Per ſecundã ſpeciem quæritur, iuſticia quare eſt? Et reſpondendum eſt, vt principia à quibus deſcendit habeant actus rectos in cauſis. Adhuc eſt, vt ciuitas habeat pacẽ & bonũ publicum. Per primã ſpeciẽ regulæ E. quæritur, iuſticia quanta eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt quanta continuè, ſiue habeat quantitatem continuam, eo quia eſt habitus continuus: non autem quia punctualis, neq; linealis, quod non eſt de conditione corporis, neq; creſcit, neq; decreſcit; licet ſuus actus quandoq; ſit magnus, quandoq; paruus: ſicut idem martellus, qui quandoq; dat magnum ictum, quandoq; paruum, ſecundum agentis voluntatem vtentis illo ad placitum ſuum. Per ſecundam ſpeciem regulæ F. quæritur, quę ſunt ſuæ quantitates diſcretæ? Et reſpondendum eſt, quod ſunt illæ quas habet per differentiam, iuſticia enim vnã quantitatẽ habet in iudice; aliã in actore; aliã vero in reo: ſicut eadem aqua vnum ſitum habet in vaſce circulari & alium in vaſce triangulari. Per primã ſpeciem regulæ G. quæritur, iuſticia qualis eſt? Et eſt dicendum, quod eſt talis qualis eſt per bonitatem, magnitudinẽ, &c. ſine quibus eſſe non poteſt. Per ſecundam ſpeciem G. quæritur, iuſticia qualis eſt? Et dicendum, quod eſt talis qualis poteſt eſſe per connexionem aliarum virtutũ, quæ habent per iuſticiam actus rectos. Per regulam H. quæritur, per quem modum conſiſtit iuſticia in tempore ſucceſſiuè de vno obiecto in aliud: ſicut nauis in motu continuo localiter: ſed iuſticia conſiſtit ſic abſq; ſucceſſione in tẽpore, in ſubiecto in quo eſt, ſicut homo ſedens in naue mouente, & in motu continuo. Et quo ad ſpecies temporis illa ſufficiãt cauſa breuitatis. Per regulã I. quæritur, iuſticia quomodo conſiſtit in loco cũ ipſa nõ ſit punctualis

neque

(c) 2006 Ministerio de Cultura

neque linealis? Ad quod respondendum est, quod consistit in loco per illum modum qui dictus est in regula H. nam mediante subiecto in quo est iustitia, ipsa consistit in loco per accidēs. Et hoc sufficiat de speciebus loci causa breuitatis. Per primā speciem regulæ K. quæritur: iustitia quomodo est? & respondendum est, quod est per illum modum per quem à suis principiis collecta est: & in regulis posita est cum diffinitionibus principiorum; & cum assituationibus regularum; & specierum. Et hoc significatum est per hoc, quod de ea supradictum est. Per secundam regulam K. quæritur, iustitia cum quo est? & respondendum est, quod est cum materia & forma specificis ex quibus est: & cum differentia quæ dividit generalem virtutem in multos habitus, & est cum proprietate quæ specificat ei talem materiam & non aliam, & talem formam & non aliam, vt sit omnino virtus specialis. Adhuc est cum agente qui acquirit ipsam, & est cum bonitate, quod bona est. Et sic de aliis sine quibus esse non potest.

DE PRVDENTIA PER PRINcipia deducta. CAP. LVII.

Deductio Prudentiæ per principia.

HOMO subsistens ratione bonitatis, quando ipsa est ratio bono quod bonus agat bonum, tunc temporis bonus est de prudentia habituatus: quando autem non subsistit ratione bonitatis, tunc tēporis est imprudens. Homo disponens suam bonitatem cum magnitudine, vt ipsa sit magna ratio bono quod agat magnum bonū, prudens est. Homo antiquus suam prudentiam perseuerando cum ea in causis, cum illa quidem prudens submittit prudentias nouas. Prudentia cum potestate potest, & potestas cum prudentia est gubernata & acquisita. Prudentia est habitus scientiæ per intelligere, & fidei per credere. Prudentia primo & principaliter est habitus per amorem: secundariè autem per timorem: nam timor consequitur amorem. Prudentia quando est bona, tunc temporis est virtuosa: quando autem est mala, tunc est vitiosa. Prudētia cum veritate est vera: sed cum falsitate est falsa. Prudentia cum parua pœna disponit magnam gloriam. Prudentia disponit differentias: sed imprudentia confusiones. Prudentia connectit virtutem cum virtute: sed imprudentia, vitium cū vitio. Prudentia contradicit ignorantiæ quæ est sua inimica: & imprudentia contradicit intellectui, qui est suus inimicus. Prudentia conseruat causas secundum quod ipsæ sunt assituatæ in principio: Imprudentia autem illam assituationem corrumpit & destruit. Prudentia disponit medium existens proportio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

portionaliter inter principium & finem. Imprudentia autem agit per oppositum. Homo prudens cum fine perfectionis quiescit: sed homo imprudens cum fine imperfectionis laborat. Prudentia cum maioritate bonitatis, magnitudinis, est maior. Imprudentia cum maioritate maliciæ est maior. Prudentia cum æqualibus causis æqualificat suos actus: sed imprudentia cum inæqualibus vult illos coæquare. Prudentia cũ maioritate fugat imprudentiã; imprudẽtia autẽ cũ minoritate fugat prudẽtiam.

DE PRVDENTIA PER REGVlas deducta. CAPVT. LIIX.

Deductio prudentiæ per regulas.

QVÆRITVR, vtrũ prudẽtia simpliciter sit de gener. sciẽtiæ? Et respondendum est, quod non. Nam homo credens veris causis prudens est. Per primam speciem regulæ C. quæritur: prudentia quid est? Et est dicendum, quod ipsa est habitus cum quo prudens ante eligit magnum bonum quam paruum, & ad bonas contingentias se disponit, & à malis se deuiat & segregat. Per secundam speciem quæritur: prudentia quid habet in se coessentiale? cui respondendum est, quod habet suos correlatiuos sine quibus prudens agere non potest. Per tertiam speciem quæritur: quid est prudentia in alio? Et respondendum est, quod est in bonitate bona: sed est mala in malis, & est in virtutibus fortis, & in peccatis debilis. Per quartam speciem quæritur: prudentia quid habet in alio? dicendum est, quod in virtute habẽt meritum: sed in peccato culpam. Per primam speciem regulæ D. prudentia de quo est? Et respondendum, quod ipsa est de phantasmatibus quæ intellectus acquirit per diligentiam & experientiam, ut fugiat laborem, & in fine quiescat. Per secundam speciem quæritur: prudentia de quibus est? Et est dicendum, quod est de suis tiuis & bilibus, qui solũm ei competunt. Per tertiam speciem quæritur: prudentia cuius est? Et dicẽdum est, quod ipsa est subjecti in quo est, sicut cappa cappati. Per primam speciem regulæ E. quæritur: prudentia quare est? Et respondendum est, quod est eo quod ex suis tiuis & bilibus specificis constituta est. Per quam speciem quæritur, prudentia quare est? Et respondendum est, quod ipsa est propter vtilitatem prudentis, ut cum ipsa acquirat quietem. Per primam speciem regulæ F. quæritur, de continua quantitate prudẽtiæ? Ad quod respondendum est, quod prudentia in quantum est habitus, habet sic continuam quantitatem: sicut cappa cappati. Per secundam speciem quæritur de discreta quantitate prudentiæ? Et respondendum est, quod ipsa habet discretam quantitatem ratione differẽtiæ suorum correlatiuorum. Per primam speciem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

regulæ G. quæritur; de prudentia, quæ eſt ſua propria paſſio & qualitas? Cui reſpondendum eſt, quod eſt prouidentia. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas prudentiæ? Et reſpondendum eſt, quod eſt bonitas in bonis, & malicia in malis. Per regulam H. quæritur de tempore prudentiæ? Et reſpondendum eſt, per regulas C.D.K. Nam illæ ſignificant modum quo prudentia conſiſtit in tempore per hoc quod eſt; & per ea de quibus eſt; & per modum quem habet in tempore, quando prudens vtitur prudentia in tempore. Quæritur per regulam I prudentia vbi eſt? Et reſpondendum eſt; quod in regulis C.D.K. extra quas in ſubjecto eſſe nequaquam poteſt. Adhuc eſt in factis prudentis, cum quibus ipſe prudenter agit. Per primam regulam K. quæritur, prudentia quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt per illum modum quem prudens habet, cauſando ea, & colligendo ſimilitudines principiorum & regularum ex quibus eſt. Per ſecundam regulam K. quæritur, prudentia cum quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt cum prouidentia; diligentia, ſcientia aut credulitate, diſpoſitione & proportione, ſine quibus eſſe non poteſt.

DE FORTITVDINE PER PRINcipia deducta. CAP. LIX.

De fortitudine per principia deducta.

FORTITVDO ſub ratione bonitatis nutritur, coloratur & diſponitur, & proportionatur & conditionatur. Fortitudo cum magnitudine bonitatis, magnitudinis, durationis, &c. exceptis contrarietate & minoritate, eſt impugnabilis & defenſibilis. Fortitudo antiquata cum duratione bonitatis, magnitudinis ſibi ſubmittit fortitudines nouas. Fortitudo cum poteſtate bonitatis, magnitudinis, &c. omnia poteſt. Fortitudo fortior eſt cum intelligere quam cum credere. Fortitudo fortior eſt cum amore quam cum timore: ſine fortitudine nulla virtus eſt fortis. Fortitudo cum veritate cauſat audaciam & victoriam. Fortitudo cum delectatione facit hominem magnanimum. Fortitudo cum aliis virtutib⁹ diuerſificat actus ſuos. Fortitudo cum maiore virtute maiorem concordantiã habet. Fortitudo in peccatis eſt habitus priuatiuus. Fortitudo habet principia ſpecifica, ut actus ſpecificos habere poſſit. Fortitudo eſt medium exiſtens inter virtutem & virtutem. Fortitudo cum fine vltimo cauſat audaciam & victoriam. Fortitudo maior eſt per ea quæ ſunt ſubſtantialia, quàm per ea quæ ſunt accidentalia Fortitudo eſt fortior cum cauſis æqualibus, quàm cum inæqualibus. Fortitudo minor eſt cum maiori vitio, & etiam eſt pugnabilis, & deuincibilis cum illo.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE FORTITUDINE PER REgulas deducta. CAP. LX.

De fortitudine per regulas deducta.

VTRVM fortitudo ſit fortior per proſperitates quàm per aduerſitates? Et reſpondendum eſt, quod ſic. Cum proſperitate enim pugnat cum acritate & amore. Cum aduerſitate autem pugnat cum patientia & timore. Quæritur per primam ſpeciem regulæ C. fortitudo quid eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt habitus ponens fortificabilia contra vitia. Per ſecundam ſpeciem quæritur, fortitudo, quid habet in ſe ſibi coeſſentiale? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos, cum quibus eſt habitus. Per tertiam ſpeciem quęritur, quid eſt fortitudo in alio? ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt in bonitate bona & magna in magnitudine: nam vna virtus per accidens eſt habitus alterius virtutis. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet in bonitate bonum actum: & in magnitudine magnum, &c. & in iuſticia iuſtum: ſicut bonitas quæ eſt fortis in fortitudine. Per primam ſpeciem regulæ D, quæritur, fortitudo de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de actibus ſuperiorum potentiarum, videlicet de intelligere, diligere & recolere. Per ſecundam ſpeciem quæritur, fortitudo de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſuis tiuis & bilibus, ut ipſa poſſit habere actum ſpecificum. Per tertiam ſpeciem quæritur, fortitudo cuius eſt? Cui dicendum eſt, quod ipſa eſt ſubjecti in quo eſt, eo quod ſuum inſtrumentum eſt. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, fortitudo quare eſt? Et eſt reſpondendum, quod ipſa eſt, quod habitus acquiſitus eſt. Per ſecũdam ſpeciem quæritur, fortitudo quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt, ut aliæ virtutes contra vitia victoriam habere poſſint. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, fortitudo quanta eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt tanta quanta ipſa eſt habitus acquiſitus. Per ſecundam ſpeciem quæritur, fortitudo quanta eſt diſcretiue? Cui reſpondendum eſt, quod ipſa habet quantitatem diſcretam per quam ſuum actum creſcit aut decreſcit. Per primã ſpeciẽ regulæ G quæritur, quę eſt ꝓpria qualitas fortitudinis? Ad ꝙ dicẽdũ ẽ, ꝙ virilitas, animoſitas cũ qua eſt in ſua cõtinua qualitate permanens: ſicut homo in ſua riſibilitate. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod eſſentia ſua non creſcit, neque decreſcit. Per ſecũdã ſpeciẽ quæritur, quę eſt appropriata qualitas fortitudinis? Ad quod reſpondendum eſt, ꝙ eſt iuſticia, &c. Nam ſicut iuſticia per fortitudinem eſt fortis: ſic fortitudo per iuſticiã eſt iuſta: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod virtus per appropriatam qualitatem creſcit, aut decreſcit a-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctum ſuum ſecundum quod illa qualitas eſt ei influxa. Per regulam H. quæritur, fortitudo quando conſiſtit in tempore? Ad quod reſpondendum eſt, quod per illum modum qui ſignificatur per regulam C. D. K. Nam per tertiam ſpeciem C. eſt in ſubjecto mobilis & ſucceſſiua ſecundum motum & ſucceſſionem ſubjecti in quo eſt. Per quartam autem ſpeciem habet nouitatem: & ſic de aliis regulis ſuo modo. Per regulam I. quæritur, fortitudo vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in victoria; ſicut agens in effectu ſuo: ſicut patet per tertiam ſpeciem regulæ C. Et ſic de D. K. dici poteſt ſuo modo. Per primam regulam K. quæritur, fortitudo quomodo eſt? Et eſt dicendum, quod ipſa eſt per illum modum quem habet in diffiniendo ſe per alias virtutes, cauſando ſuas ſimilitudines. Per ſecundam regulam K. quæritur, fortitudo cum quo eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt cum principiis & diffinitionibus aliarum virtutum & cum aliis virtutibus, & maxime cum poteſtate, voluntate, ſpe & charitate, ſine quibus eſſe non poteſt.

DE TEMPERANTIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXI.

De temperãtia per principia deducta.

TEmperantia ſubſiſtens rationi bonitatis habet bonum actum. Temperantia cum magnitudine eſt magna, & habet magnum actum. Temperantia quanto magis durat, tanto minus de labore habet. Temperantia abſque poteſtate aliarum virtutum poteſtatem habere non poteſt. Temperantia per ſuum actum eſt ſcibilis. Temperantia eſt amabilis in verbis, & in expenſis & in menſa. Temperantia eſt illa virtus quæ frequentius eſt neceſſaria. Temperãtia cum veritate cauſat actum ſuum. Temperantia cauſat quietem, ſanitatem & delectationem. Temperantia ſemper diſtinguit inter maius & minus, eligendo æqualitatem. Temperantia concordat æquales res ad vnum finem. Temperantia maximè contradicit gulæ. Temperantia in principio oportet quod ſit fortis, ut ſequatur medium, & per medium ſequatur finis. Temperantia eſt mediocris menſura diminuendo magis, in augmentando minus. Temperantia cum fine quieſcit in labore. Temperantia cum maiore virtute eſt maior. Temperantia cum rebus æqualibus creſcit ſuum actum. Temperantia cum minoritate laborat, & cum ea eſt infirma.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TEMPERANTIA PER REgulas deducta. CAP. LXII.

VTRVM temperantia ſit neceſſaria omnibus virtutibus? Et reſpondendum eſt, quod ſic: ut virtutes habeant actus temperatos Per primam ſpeciem regulæ C, quæritur quid eſt temperantia? Reſpondendum eſt, quod eſt illa virtus, cum qua homo habet actus temperatos. Per ſecundam ſpeciem regulæ C. quæritur, temperantia quid habet in ſe coeſſentialiter? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos, ſine quibus eſſe non poteſt, cum quibus eſt habitus ſubjecti in quo eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur, temperantia quid eſt in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in agente menſura, qui cum ea menſurat actus ſuos temperatos. Per quartam ſpeciem quæritur, temperantia quid eſt in alio? Cui reſpondendum eſt, quod ipſa habet in principiis actum ſuum, ut in iuſticia iuſtum, & prudentia prudentem, & in fortitudine fortem. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, temperantia de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſimilitudinibus actuum animæ, videlicet de ſimilitudinibus intelligendi, diligendi & recolendi. Per ſecundam ſpeciem quæritur, temperantia de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de actibus temperatis imaginatiue, ſenſitiue, in ſubjecto in quo eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur, temperantia cuius eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt ſubjecti cuius eſt habitus. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, temperantia quare eſt? Cui dicendum eſt, quod ipſa eſt. Nam cauſata eſt per temperatum ratiocinari, imaginari, ſentire. Per ſecundam ſpeciem quæritur, temperantia quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt, ut ſubjectum in quo eſt, habeat per eam actus tẽperatos. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, temperantia quanta eſt diſcrete? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa habet quantitatem diſcretam, cum qua creſcit & decreſcit ſuos actus. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas temperantiæ? Ad quod reſpondendum eſt, quod eſt abſtinentia. Per ſecũdam ſpeciem quæritur, quæ eſt qualitas appropriata temperantiæ? Et reſpondendum eſt, quod eſt bonitas, magnitudo, æqualitas & iuſticia. Per regulam H. quæritur, quando temperantia conſiſtit in tempore? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa conſiſtit per illum modum per quem ſubjectum in quo eſt conſiſtit in illo, temperantia exiſtente habitu habet ſubjectum ſuos actus cum illa. Per regulam I. quæritur, temperantia vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt in ſubjecto in quo eſt: ſicut cappa in cappato, vel efficiens in effectu. Per primam regulam K. quæritur, tem-

De temperãtia per regulas deducta.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

perantia quomodo est? Ad quod respondendum est, quod ipsa est per illum modum per quem homo cum actib⁹ superiorum potentiarum secundum intelligere, diligere & recolere, temperat actus inferiorum potentiarum, videlicet imaginari, affari, comedere, &c. Et hoc signatur per regulam C.D.K. Per secundam regulam K. quæritur, temperantia cum quo est? Ad quod respondendum est, quod ipsa est cum iusticia, prudentia, &c.

DE FIDE PER PRINCIPIA deducta. CAP. LXIII.

De fide per principia deducta.

PER analogiam oportet nos discurrere istud capitulum, ut videamus per quem modum fides est superius, & intellectus inferius; & primo per bonitatem: quoniam intellectus non potest tantum obiectare Deum quantum ipse obiectabilis est; ideo diuina bonitas est ratio Deo quod præponat se intellectui humano, obiectando & credendo: hoc quidem intelligens. Bonum est, & tunc temporis intellectus obiectat Deum: credēdo ipsum esse vnum infinitum & æternum creatorem, saluatorem, & huiusmodi. Et hoc intellect⁹ facit supra suam naturam, & talem obiectionem dicimus esse sanctam fidem admirabilem & bonam. Deus est magnum obiectum, & secundum suam magnitudinem intellectus non potest ipsum naturaliter obiectare idcirco Deus magnificat intellectum, ut magnifice agat supra suam naturam simpliciter credendo; & sic fides ascendit super intellectum: sicut oleum ascendit super aquam. Nam quando intellectus attingit Deum esse vnum cum fide, credit magis esse vnum quam cum intelligere intelligat ipsum esse vnum: intellectus enim altior est per magnitudinem cum credere absq; labore, quam cum intelligere cum labore. Fides durat per durationem à Deo datam, intelligere autem durat per scientiam acquisitam: vnde patet quod fides est superius, sed intellectus est inferius: & quãdo homo fide habituatus, peccat per auariciam, aut luxuriam, &c. Fides durat in subjecto sub portione, & cum difformitate. Nam subjectum non est dispositum cum iusticia, prudentia, &c. Sicut asinus qui non est dispositus, ut serico sit indutus. Prima causa plus potest quàm secundaria, & quando secunda potest cum prima, tũc potest supra seipsam. Quapropter intellectus potest per primam causam credere in eam; sed quod potest per se, est intelligere Deum & adiuuante tamen credere ad suum intelligere: sicut dixit Esaias: Nisi credideritis, non intelligetis. Sicut aliquis homo qui non erat Philosophus, & in posterum fuit Philosophus, & dum non erat Philosophus, credebat Deum esse; sed cum fuit Philosophus, intellexit Deum esse.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

esse. Et tunc intellectus ascendit ad illum gradum intelligendo, in quo erat credendo. Veruntamen non dico quod propter hoc fides destruatur: sed quod ipsa ascendit in altiorem gradum obiectando, plus credendo Deum esse, quàm intelligendo ipsum esse: sicut oleum in vase in quo est supra aquam. Et qui adderet plus de aqua prædicto vasi, aqua quidem ascenderet ad illum locum in quo erat oleum; Et deinde oleum ascenderet in altiorem locum in quo non erat. Deus est intelligibilis per suam naturam. Et ipse causat quod intellectus humanus intelligat multum per naturam, Deo habituante illum de fide, ut ipse cum fide adiuuet eum ad intelligendum. Intellectus enim plus potest ascendere ad primum intelligibile, videlicet ad Deum cum duobus habitibus, quàm cum vno tantum: sicut ipse plus potest cum prudentia & fortitudine, quàm cum prudentia tantum: quando intellectus intelligit obiectum primum, fides disponit ipsum intellectum ad intelligendum. Sicut charitas disponit voluntatem ad amandum obiectum primum. Et sicut voluntas non posset amare obiectum primum sine charitate: sic intellectus non potest intelligere obiectum primum sine fide. Vnde patet, quod sicut charitas non corrumpitur, quando voluntas amat primum obiectum: sicut fides non destruitur, quando intellectus intelligit primum obiectum. Nam potentia non contradicit suæ dispositioni communi: Per illam enim ascendit & fortificatur. Fides est virtus existens habitus in intellectu: alioquin fides non posset esse virtus, neque habitus: sicut charitas quæ non posset esse habitus, nisi voluntas esset ei subiectum. Et ideo sicut charitas facit ascendere voluntatem ad amādum obiectum virtuose: sic fides facit ascendere intellectum ad intelligendum obiectum virtuose. Fides cum veritate est habitus intellectus: & ideo quando intelligit obiectum primum cum veritate ipsam intelligit. Nam absque virtute cum intelligere non potest. Et ideo veritas est principium fidei & intellectui commune: Veruntamen fides in veritate est superius in credendo, intellectus autem inferius in intelligendo; & ideo quādo intellectus ascendit in altiorem gradum in veritate: & finaliter fides ascendit in altiorem gradum in ipsa veritate. Nam habitus est superius, sed habituatus est inferius: sicut homo cappatus ascēdens in montem, cuius corpus est inferius, & sua cappa in ipso superius. Intellectus non potest intelligere Deum, uni cum labore: sicut homo ascendens in montem, qui illum ascendere non potest, nisi cum labore sed cum intellectus ascendit ad Deum, cum fide non laborat, sed potius in illo se delectat credendo, & quod potentia altior est sine labore quàm cum labore: idcirco intellectus est altior credendo diuinam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gloriam,quam intelligendo. Intellectus non distinguit credendo modaliter & necessarie, sed large & confuse, sed intellectus cum intelligit vere necessarie quidem & inconfuse intelligit; & ideo intellectus in credendo est instantaneus; intelligendo autem successiuus: quare patet quod intellectus altior est in credendo,quàm intelligendo, cuius ratione suus actus est super sua natura credendo: sicut aqua est super sua natura calefaciendo. Fides est habitus à Deo datus,& sic à Deo gubernatur: sicut à Deo creatur:vnde patet quod intellectus non potest talem habitum gubernare,nam super sua natura est: veruntamen disponit se ut succumbat ei, timendo Deum offendere, non credendo in eum. Et sic oritur concordantia inter intelligere & credere. Illa lex quæcunque sit per fidem, oportet quod sit vera. Sicut per bonitatem oportet esse bonam: & per magnitudinem magnam, &c. Et ideo lex illa oportet ut sit vera, in qua fides est altior in veritate & magis contra peccata: & in isto passu cognoscit intellectus, quæ lex oportet quòd sit vera; aut lex Christianorum; aut Sarracenorum; aut Iudæorum. Fides in principio disponit intellectum ad intelligendum: ut per regulam B. patet Et quando intellectus est in aliquo gradu in intelligendo: fides disponit illum in illo gradu credendo, ut ascendat in alium gradum intelligendo; & sic de gradu in gradum, quousque intellectus ascendit ad primum obiectum, & in ipso quiescit intelligẽdo sed maximè in via credendo. Fides est medium cum quo intellectus acquirit meritum, & ascendit ad primum obiectum: quod quidem influit intellectui fidem, ut ipsa sit intellectui vnus pes ad ascendendum. Et intellectus habet alium pedem de sua natura, videlicet intelligere: sicut homo ascendens scalam cum duobus pedibus. Et in primo scalone, primo ponitur pes fidei. Et in illo met pes intellectus, ascendendo gradatim. Et in secundo scalone, primò ponitur pes fidei: & deinde pes intellectus, ascendendo gradatim cum prioritate fidei, & cum posterioritate intellectus: & similiter sicut in disputatione primo ponitur dubitatio, deinceps affirmatio vel negatio. Credere non est finis intellectus, sed intelligere: veruntamen fides est suum instrumentum ad eleuandum suum intelligere cum credere; & ideo sicut instrumentum consistit inter causam & effectum: sic fides consistit inter intellectum & Deum, influxa fide à Deo in subjectũ, ut per ipsum quiescat in obiecto primo. Illa fides quæ est maior in bonitate, magnitudine, &c. & etiam in spe, charitate, &c. oportet quod sit vera: sed fides ei contraria quod sit minor & falsa. Alioquin principia positiua succumberent principiis priuatiuis, quod est impossibile. Et in isto passu cognoscit intellect. s, quæ fides est maior & verior illa ha-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illa habente maiorem virtutem & maius obiectum. Illa fides quæ plus credit esse æqualitatem in rationibus Dei oportet quod sit vera. Sed illa quæ ponit in illis inæqualitatem oportet quod sit falsa. In Deo namque non est prius neque posterius quia diuina bonitas, magnitudo, &c. sic oportet quod habeant suos correlatiuos æquales: sicut intellectus & voluntas habeant potentias æquales. Et in isto passu cognoscit intellectus, quæ fides est vera. Cum minori fide intellectus non potest eleuare suum intelligere, sed cum maiore. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod suum maius intelligere non est contra suum maius credere: sicut in ascensu scalæ vnus pes non est cõtra alterum, etiam in currere vnus pes non est contra alterum.

DE FIDE PER REGVLAS deducta. CAPVT LXIV.

De fide per regulas deducta.

SVPPOSITO quòd intellectus possit intelligere de Deo ea quæ per fidem potest credere, fides quidem destrueretur, & per consequens meritum: sicut dicitur; fides non habet meritum cui humana ratio præbet experimentum? Ad quod respondendum est, quod non. Ratio huius est, quod fides quidem ascendit supra intellectum, vt iam ostensum est: nam meritum fidei consistit prius; Meritum autem intellectus posterius sed si essent in eodem gradu, bene sequeretur quod dicis. Per primã speciem regulæ C. quæritur, quid est fides? Ad quod respondendum est, quod ipsa est virtus à Deo data, vt per ipsam credamus id quod per eam intelligere non possumus. Per secũdam speciem quæritur, quid habet fides in se coessentialiter? Et respondendum est, quod habet suos correlatiuos cum quibus est habitus. Per tertiam speciẽ quæritur, quid est fides in alio? Ad quod dicendum est, quòd ipsa est habitus in intellectu, existens supra habitum quem ipse habet per scientiam, vt apparet per gustum gustantem vinum dolij, quo iudicat quale est ipsum vinum gustatum. Sed quod possibile est vinum alterari in alio tempore: ideo intellectus non habet scientiam certam per intelligere, sed per fidem credit quod tale sit. Adhuc fides est in bonitate bona, & in magnitudine magna, &c. Per quartã speciem quæritur, quid habet fides in alio? Et respondendum est, ipsa habet inteligibilitatem in intellectu, & habet in volũtate amabilitatem: ab ipsa enim amata est, & in memoria recolibilitatem, quod ab ipsa recolita est. Per primam speciem regulæ D. quæritur, fides de quo est? Et est respondendũ, quod ipsa est de seipsa, eo quod creatura est. Per secundam speciem quæritur, fides de quo est? Et respondendum est, quod ipsa est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de ſuis tiuis & bilibus. cum quibus ipſa eſt virtus ſpecialis. Per tertiam ſpeciem quæritur, fides cuius eſt? Et eſt dicẽdum, quod ipſa eſt ſubiecti in quo eſt, ſicut cappa cappati. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, quare eſt fides? Et eſt reſpondendum, quod eſt eo quod ſua cauſa eſt. Per ſecundam ſpeciem quęritur quare eſt fides? Et eſt reſpondendum, quod ipſa eſt, vt intellectus per eam poſſit credere id, quod per ſeipſum non poteſt intelligere. Sicut imaginatio eſt, vt homo imaginetur id quod per ſenſum non poteſt ſentire. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, quanta eſt fides continue? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt tanta quantum homo poteſt cum ipſa obiectare obiecta. Adhuc eſt continua, eo quod eſt habitus indiuiſibilis. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quanta eſt fides diſcrete? Ad quod eſt reſpondendum eſt, aut decreſcit quod ipſa eſt tanta quot ſunt ſui correlatiui, quibus creſcit ſuum actum. Per primam ſpeciem regula G. quaritur, quæ eſt propria qualitas fidei? Et reſpondendum eſt, quod credulitas: Nulli enim alteri virtuti competit. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas fidei? Et reſpondendum eſt, quod ſua bonitas, magnitudo: iſtæ enim rationes alijs virtutibus cõpetunt; ſicut & iſti. Per regulã H. quęritur, de tempore fidei? Ad quod reſpondendum eſt, per tertiam ſpeciem regulæ C. quod ipſa *eſt* in tempore, eo quod in ipſa eſt noua. Et per quartam ſpeciem C. ipſa habet corruptionem in tempore, quãdo homo non credit de Deo ea quæ de eo credere ſolebat, & eſt reſuſcitando in tempore: quando homo reſurgit credendo de Deo ea quę credere ſolebant de illo. Adhuc eſt in tempore: nam quandoque habet magnum actum, quandoque paruum. Item eſt in tempore, quandoq; enim obiectat vnum obiectum, quandoq; aliud Et ſic de regula D.K. dici poteſt ſuo modo. Per regulam I. quęritur, fides vbi eſt? Ad quod reſpondendum eſt per ſecũdam ſpeciem regulæ C. quod ipſa eſt in ſuis correlatiuis: & per tertiam ſpeciem C. reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in intellectu, ſicut habitus in ſuo ſubiecto: & ſic de regula D.K. dici poteſt de ſuo modo. Per primam ſpeciem regulę K. quæritur, fides quomodo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt per illum modum quem habet primum obiectum in ponendo ſe obiectum intellectui: & credendo ipſe intellectus obiectat ipſũ ſupra ſuũ intelligere. Per ſecundam regulam K. quæritur, fides cum quo eſt? Et eſt reſpondendum, quod ipſa eſt cum potentia obiecto & actu. Per intellectum quidem eſt cum potentia qui effectiue & moraliter vtitur fide, & eſt cum obiecto, videlicet cum Deo, ſine quo eſſe non poteſt; & cum actu, videlicet cum credere: ſed hic dubitat intellectus ipſe quærendo quando non credit intelligit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ligit vbi est fides? Ad quod respondendum est, quod fides est in ipsomet intellectu, eo quod suus habitus est. Et tunc temporis credere est in illo in potentia, sed reducitur ad actum quando intellectus credit.

DE SPE PER PRINCIPIA deducta. CAP. LXV.

De spe per principia deducta.

SPES est habitus memoriæ, vt per ipsam memoria sperando possit ascendere ad primum obiectum, sicut intellectus credendo. Et primo de bonitate dicemus. Bonum est memorię quod recolat naturaliter Deum quantum potest: & quando magis non potest naturaliter adiuuat spes moraliter, Deo obiectante se memorię ratione suæ bonitatis: & memoria sic obiectat Deum supra suas vires sperando, sicut voluntas cum charitate ascēdit ad Deum amando. Et hoc memoriæ valde est bonū Memoria magis est magna per duos actus quam per vnum tantum. Idcirco magnitudo Dei magnificat memoriam hominis, quando homo magnificè se disponit ad recolendum Deum cum habitu spei: vt memoria quando non potest eum recolere quod possit eum sperare. Et hoc memoriæ magnum est. Spes cum subiecti dispositione durat in subiecto, videlicet cū recolere Deum ratione suę bonitatis, magnitudinis, æternitatis, &c. Sed quando memoria non se disponit ad recolendum, & peccatum est suus habitus: tunc spes nō habet subiectum, in quo durare posset, & sic deficit. Memoria cum suo posse potest recolere, & similiter cum posse Dei mediāte spe potest sperare in Deo & sic analogicè loquendo, posse spei est superius: posse autem memoriæ est inferius, ratione cuius posse existēs inferius ascēdit ad obiectum cum posse existente superius: sicut posse intelligendi cum posse credendi. Homo peccator intelligens in hora suæ mortis sua magna peccata, & magnā iusticiam Dei; est circa desperationem cum intelligere & recolere. Sed spes quæ est habitus memoriæ, ascēdit ad diuinam misericordiam, Deo obiectando se peccatori habenti spem. Et tunc peccator prolōgat se ad desperationē: hoc autem facere non posset, nisi spes esset habitus memoriæ. Quando homo est in bello, aut in mari cum magna fortuna, aut habet magnam indigētiā alicuius rei: tunc temporis sua voluntas est in tātum remissa & contracta propter nimium timorem, quod ipsa nō potest eleuare suū amare Deū: sed memoria obiectans Deū cum spe excitat voluntatē ad amandum illum cum charitate. Et tunc voluntas confortata & cōsolata est per memoriam. Et sic de intellectu potest dici qui non inuenit aliud remedium, nisi sperare in Deo. Memoria cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum ſpe virtuoſa eſt, ſicut voluntas cum charitate. Et ſicut voluntas eſt vitioſa abſq; charitate: ſic memoria ſine ſpe. Quoniam memoria & voluntas ſunt inter ſe ad inuicem coadiuuantes: ideo memoria cum ſpe adiuuat voluntatem, & voluntas memoriam cum charitate, vt ipſæ ſint virtuoſæ. Spes cum veritate eſt vera, & cum falſitate falſa. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod peccator quando poteſt fugere à peccato & non vult, ſed proponit exire: tunc ipſe credit habere ſpem & ipſam non habet. Spes enim cum peccato non poteſt participare in ſubiecto. Peccator cum ſpe habet delectationem: ſed abſq; ſpe triſticiam & dolorem. Nam cum ſpe habet amare: ſine ſpe autem habet odire. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod peccator cum ſpe aſcendit ad amandum: ſine ſpe deſcendit ad odiendum & deſperandum, peruertendo amare & ſperare in odire & deſperare: triſticiã & dolorem qui ſunt in tali peccatore quis poſſet æſtimare. Inter recolere & ſperare eſt differentia: ſicut inter intelligere & credere: ratio huius eſt; quòd ſperare eſt ſuperius: ſed recolere eſt inferius. recolere eſt actus naturalis: ſed ſperare eſt actus ſupernaturalis. Sperare & recolere conueniunt inter ſe. Nam recolere diſponit ſperare; ſuppoſito tamen quod ſperare ſit cum bonitate, magnitudine, &c. Et ſperare facit aſcendere, recolere gradatim, vt ſperare per aſcenſum recolendi poſſit aſcendere. Sicut cappa quæ aſcendit in montẽ per aſcenſum cappati. Spes legitima & ſpes ſpuria opponuntur, in tantum quod in ſubiecto ſtare non poſſunt Nam aliâs daretur oppoſitum in obiecto. Spes legitima eſt illa quæ eſt cũ bonitate & veritate & huiuſmodi: & eſt contra maliciam & falſitatem. Spes autem ſpuria eſt illa, quæ cum malicia & falſitate eſt contra bonitatem, veritatem, &c. Et in iſto paſſu dolet memoria quæ tot peccatores recolit habituatos ſpe ſpuria & difformata. In principio, homo ſperans in Deo eſt efficiens: & ſpes eſt forma. Et illa quæ homo recolit, ſunt materia & ſummum obiectum eſt finis, recolere ſubſiſtente ad ſperare. Spes eſt medium exiſtens inter peccatorem & Deum, eò quod ipſa eſt nũcius amborum, Deo influente ſpem peccatori: & peccatore refluente ſuum bonum & magnum recolere Deo. Quando peccator ſiue homo indigens recolens Deum ſine ſpe inuenit requiem in ſuo recolere. Ratio huius eſt, quod ſuum recolere non eſt in illo gradu in quo inuertitur requies. Quando autem ſpes jungitur: tunc aſcendit recolere cum ſpe ad illum gradum in quo inuenitur requies. Illa ſpes quæ eſt maior ratione bonitatis, magnitudinis, eſt lumen veræ fidei ſiue legis. Nam minor fides ſiue lex non poteſt ſtare in maiori ſpe. Sed maior ſpes ſtat in maiori fide ſiue lege: alioquin eſſet dare oppoſitum in obiecto

(c) 2006 Ministerio de Cultura

iecto & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quis populus conſiſtit in lege vera. Sperare & recolere poſſunt eſſe inuicem in ſummo obiecto & in eodem tempore: ſed non ęqualiter, eo quod ſperare eſt prius: recolere autem poſterius. Sicut velle & amare in eodem tempore poſſunt eſſe in vno & eodē ſubiecto. Amare tamen per prius, quod eſt habitus; velle autem per poſterius, quod eſt habituatus de charitate: ſicut in altitudine montis, in qua cappa eſt ſupra cappatum. Memoria cum minoritate habet recolere: cum maioritate autem ſperare. Et ideo quando appetit eleuare ſuum recolere ſine ſperare: ſuus quidem appetitus eſt difformatus. Accenſus enim eſt de genere maioritatis. Et ideo memoria quando cred t aſcendere, ipſa deſcendit. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum peccatores cadunt in deſperationem. Potentia enim cum minori habitu aſcendere non poteſt; ſed cum maiori.

DE SPE PER REGVLAS deducta. CAP. LXVI.

De ſpe per regulas deducta.

QUÆRITUR vtrum ſpes ſit habitus memoriæ? Et reſpondendum eſt, quòd ſic: eò quòd in tempore neceſſitatis memoria ſperando confortat & conſolatur intellectum & voluntatem. Et recolere ſic aſcendit ad ſummum obiectum per ſperare: ſicut intelligere per credere: & velle per amare. Item ſperare non eſt de genere certitudinis, quæ quidem eſt de genere ſcientiæ: neq; enim eſt de genere voluntatis. Voluntas enim multa vult, in quibus non ſperat: vnde ſequitur quod poſtquam ſpes non eſt de genere intellectus, neq; de genere voluntatis: quod ipſa ſit de genere memoriæ. Et cum in anima non ſint niſi iſtæ res potentiæ ſupradictæ: amplius ſpes nō eſt de genere imaginatiuè neque ſenſitiuè, Per primam ſpeciē regulę C. quæritur. quid eſt ſpes? Et reſpondendum eſt, quod eſt virtus cui propriè competit ſperare. Per ſecundam ſpeciem quęritur, ſpes quid habet in ſe coeſſentialiter? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos ſpeciales, cū quibus agit per ſpeciem ſuam. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt ſdes in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt virtus ſpecialis in alijs virtutibus, & etiam nuncius conſolans & confortans, & conſulens, & huiuſmodi. Adhuc eſt in bonitate bona & in magnitudine magna, &c. & eſt imaginatiua, imaginabilis: & in ſenſitiua ſenſibilis: & in ſubiecto indiuiſibilis Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet ſpes in alio? Et dicendum eſt, quod ipſa habet ſperare in recolere: ſicut charitas habet amare in velle: & fides credere in intelligere. Adhuc habet bonum actū in bonitate: & magnum in magnitudine, &c. & iuſtum in iuſticia, &c. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, ſpes de quo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa, eò quod habitus creatus eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, ſpes de quo eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſe eſt de ſuis ſpecificis ſimilitudinibus deriuatis à relatiuis memoriæ, quarum eſt habitus. Per tertiam ſpeciem quæritur, cuius eſt ſpes? Et eſt reſpondendū, quod ipſa eſt memoriæ, ſicut inſtrumentū eſt agentis. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, ſpes quare eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ex eo quod ſua cauſa eſt: ſicut dies artificialis eſt, quod ſol ſuper terrā eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, ſpes quare eſt? Et reſpondendum eſt. quod ipſa eſt, vt memoria poſſit leuare ſuum recolere in tempore neceſſitatis, conſulendo, adiuuando, confortando Conſulendo intellectui ſuum intelligere, & voluntati ſuum velle, vt aſcendere poſſint ad ſummum obiectum. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, ſpes quanta eſt continuè? Et eſt reſpondendum, quod ipſa habet quantitatem magnam & continuam. Officium enim magnum habet conſolando, confortando & eleuando alias potentias ad ſummum obiectum: ſua quidem quantitas indiuiſibilis eſt, cum non ſit punctualis, neque linealis. Per ſecundam ſpeciem quæritur de quātitate diſcreta ſpei? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa habet quantitatem diſcretam reſpectu ſuorum correlatiuorum, cum quibus habet differētias, cum quibus creſcit aut decreſcit ad placitum actus ſuos. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas ſpei? Et reſpondendum eſt, quod eſt ſperare. Nam ſperare non competit niſi ſpei tantum. Per ſecundā ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas ſpei? Ad quod dicendum eſt, quod bonitas, magnitudo & huiuſmodi. Per regulam H. quæritur de tempore ſpei? Et eſt reſpondendum, quod eſt in tempore præſenti, eo quia ipſa eſt; adhuc quia habet ſuum actum & ambit tempus futurum: nam illud ſperat. Et hoc per regulam C. D. K. ſignatum eſt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod ſpes in tempore valde magnus habitus eſt. Per regulam I. quæritur, vbi habet ſpes actum ſuum? Et reſpōdendum eſt, quod ipſa habet illum in memoria recolibilitatem, extra quam non poteſt habere illū. Nam extra recolibilitatem memoriæ obliuio eſt habitus priuatiuus. Et hoc per regulam C. D. K. ſignatum eſt. Per primam regulam K. quæritur, ſpes quomodo eſt, & quomodo corrumpitur? Ad quod dicēdum eſt, quod ipſa eſt per modum quem habet memoria, diſponēdo actū ſuum cum principijs & cum aliis virtutibus: ſicut homo in tempore neceſſitatis, quando ſe non poteſt adiuuare cum ſuis virtutibus, adiuuat ſe cum bonitate Dei, &c. Et ſimiliter cū miſericordia & charitate Dei, & huiuſmodi. Sua vero deſtructio eſt, quando in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

do in ſubiecto in quo eſt, euenit peccatum quod malum eſt, & contra miſericordiam & charitatem Dei, ratione cuius peccator priuata ſpe cadit in deſperationem. Per ſecundam regulam K. quæritur, ſpes cum quo eſt? Ad quod reſpondẽdum eſt, quod ipſa eſt cum diſpoſitione ſubiecti in quo eſt; & cum habitibus principiorum & virtutum; & maximè cum ſummo agente qui ipſam ſpeciem cauſat, & ſubiectum ex ea habituat & induit.

DE CHARITATE PER PRINcipia deducta. CAP. LXVII.

De charitate per principia deducta.

CHARITAS eſt habitus voluntatis; & charitas ratione ſuę bonitatis eleuat voluntatem ad amandum diuinam bonitatem plus quàm ſemetipſã. Charitas ratione ſuæ magnitudinis omnia bona facit communia. Charitas cum ſua duratione facit durare, amare cum bonitate, magnitudine, &c. Volũtas cum poſſe charitatis vincit omnia. Charitas cum magna duratione diſponit intellectum ad intelligendum ſummũ intellig bile. Quoniam Deus eſt ſumme amabilis: ideo voluntas cum charitate eleuat ſuum amare ad diligendum plus Deũ quam ſemetipſum. Quoniam Deus eſt per ſe amabilis & non per ſe credibilis, neq; ſperabilis; in quantum eſt de ſe: ideo charitas eſt altior virtus quàm aliæ virtutes. Charitas cũ veritate viuit, & etiã vincit imaginabilia & ſenſibilia. Charitas in omnibus inuenit delectationem. Charitas nõ diſtinguit inter proprium & commune. Charitas ad verum bonum & concordantẽ finẽ reducit omnia. Charitas non inuenit contrarium. Voluntas per charitatem eſt prius in amore: & per velle eſt poſterius in illo. Charitas in omnibus quieſcit. Illa lex cum qua charitas eſt maior, eſt & verior quàm aliqua alia lex. Charitas omnia bona coæquat. Charitas cum minoritate eſt infirma.

DE CHARITATE PER REGVlas deducta. CAP. LXIIX.

De charitate per regulas deducta.

QUÆRITUR vtrum charitas ſit habitus voluntatis? Et reſpondendum eſt, quòd ſic: vt voluntas cum charitate poſſit plus Deum diligere quam ſeipſam. Et proximum tantum quantum ſe ipſam. Per primam ſpeciem regulæ C. quęritur, quid eſt charitas? Et reſpondendum eſt, quòd charitas eſt illa virtus, cũ qua voluntas aſcendit ad diligendũ Deum & proximũ ſuum ſupra ſuũ poſſe naturale. Per ſecundã ſpeciẽ quęritur, charitas quid habet in ſe ſibi coeſſentiale? Et reſpõdendũ eſt, quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quòd ſuas ſpecificas relationes cum quib⁹ eſt ſpecificata virtus. Per tertiam ſpeciē quæritur, quid eſt charitas in alio? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt in bonitate bona, in magnitudine magna, & in omnibus virtutibus imperatrix & gubernatrix. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet charitas in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet in omnibus quicquid vult. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, charitas de quo eſt? Dicendum eſt quod ipſa eſt de ſe ipſa, eo quod creata eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, charitas de quo eſt? Cui dicendū eſt, quod ipſa eſt de ſimilitudinibus correlatiuorū voluntatis, de quibus in ſuo capitulo locuti ſumus. Per tertiam ſpeciem quęritur, charitas cuius eſt? Ad quod reſpondendum eſt; quod eſt voluntatis: nam ſuus habitus eſt. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, charitas quare eſt? Et eſt reſpondendum, quod ipſa eſt, quod effectus Dei eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur; charitas quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt, vt voluntas poſſit amare Deum ſuper ſuis viribus; & etiam ſuum amicum & ſuum inimicum. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quare charitas eſt altior virtus. Per primam ſpeciem regulę F. quęritur, de quantitate continua charitatis? Ad quod reſpōdendum eſt, quod ipſa habet admirabilem quantitatem, eo quod voluntas cum ipſa diligit Deum, & ſuum amicum & ſuū inimicum. per ſecundam ſpeciem quæritur de quantitate diſcreta charitatis? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet quantitatem diſcretam ratione differentiæ ſuorum correlatiuorum cum quibus creſcit aut decreſcit ad placitum ſuum actum, ſua quantitate continua exiſtente ſine diuiſione & augmentatione, & diminutione. Charitas enim non eſt habitus punctualis; neq; linealis. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas charitatis? Et reſpondendum eſt quod eſt ſuum ſpecificum amare. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas charitatis? Ad quod reſpondendū eſt, quod bonitas, &c. Nam bona eſt, &c. Nam iuſta eſt, &c. Per regulam H. quæritur de tempore charitatis? Cui reſpondendum eſt per tertiam ſpeciē regulæ C. quod ipſa eſt in illo ſine ſucceſſione, eo quod habitus ſpiritualis eſt, ſed eſt in ſucceſſione mediante ſubiecto in quo eſt, & in quo influit & refluit actus ſuos, mutando obiecta & hoc per regulam C. D K. ſignatum eſt. Per regulam I. quæritur, charitas vbi eſt? Et reſpondendū eſt, quod ipſa eſt in ſubiecto habituatiui, & in obiecto obiectiue. Et hoc per regulam C. D. K. ſignatum eſt. Per primam regulā K. quæritur, charitas quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt per illum modū, per quem eſt ſimilitudo collecta à voluntate deducta per principia, exceptis contrarietate & minoritate: &

etiam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

etiam eſt in ſpeciebus regularum ſubſtentata, Deo exiſtente ſua cauſa & voluntate exiſtente ſuo obiecto cum diſpoſitione ſine peccato. Per ſecundam regulam K quæritur, charitas cum quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod eſt cum agente, videlicet cum Deo, qui eſt ſua cauſa; & cum ſua voluntate quæ eſt ſuum ſubjectum; & eſt cum principiis & regulis ſuo modo, & cum aliis virtutibus, ſine quibus eſſe non poteſt.

DE PATIENTIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXIX.

De patientia per principia deducta.

QVONIAM patientia eſt habitus voluntatis: ideo voluntas cum bonitate ſuæ patientiæ vincit ſuam maliciã. Voluntas cum magnitudine patientiæ vincit iram. Patientia cum duratione durat contra impatientiam. Patientia cum poteſtate charitatis & humilitatis omnia vincit Patientia cum deliberatione intellectus oritur, viuit & nutritur. Patientia cum charitate eſt de genere humilitatis. Patientia ſub charitate eſt maior virtus quam ſub aliqua alia virtute. Contra veram patiẽtiam nulla ira ſtare poteſt. Patientia cum paſſione acquirit læticiam & delectationem. Patientia non diſtinguit inter vituperantem & vituperatum. Patientia cum charitate, pietate & humilitate eſt connexa. Patientia non curat de vindicta. Patientia in principio habet paſſionem, in fine actionem, & victoriam. Patientia eſt mediũ exiſtens inter laborem & quietẽ. Homo de patientia habituatus ſemper eſt in quiete. Patiẽtia cũ maiori labore eſt maior virt⁹. Patiẽtia coæquat ꝓſperitates & aduerſitates.

HOMO CVM MINORITATE PAtientiæ eſt in periculo. CAP. LXX.

Homo cũ minoritate patientiæ eſt in periculo.

VTRVM patientia ſit fortior virtus abſolutè; quàm impatientia vitium? Et reſpondendum eſt, quod ſic, eo quod patientia eſt habitus poſitiuus: impatientia autem priuatiuus. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum homo peccat. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt patientia? Ad quod dicendum eſt, quod eſt virtus, quæ mouet voluntatem ad eligendum paſſionis ſuper viribus ſuis. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet in ſe patientia coeſſentialiter? Ad quod dicendum eſt, quod habet ſimilitudines paſſiuas principiorum cum quib⁹ patitur. Per tertiam ſpeciem quæritur, patiẽtia quid eſt in alio? Et reſpõdendum eſt, quod ipſa eſt habitus vincens & pacificans duos homines inter ſe litigantes.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Et eſt in prouidentia conſolata,quando aliter factum ſe non poteſt habere. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet patientia in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet in voluntate actionem per prius: & voluntas in ſeipſa per poſterius. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, patientia de quo eſt? Et reſpondendum eſt,quod ipſa eſt de ſuis bilibus ſpecificis cum quibus eſt ſpecifica virtus. Per terriam ſpeciem quæritur, patientia cuius eſt? Cui reſpondendum eſt ,quod ipſa eſt voluntatis quæ cum ea ſummittit ſe ad paſſiones. Per primam ſpeciem regulæ E.quæritur, patientia quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt nam charitas prudentia,iuſticia, fortitudo & humilitas cauſant illam in diſpoſita & proportionata voluntate, ſubmittendo eam alteri voluntati. Per ſecundam ſpeciem quęritur,patientia quare eſt? Ad quod eſt dicendum, quod ut intellectus & voluntas habeant deliberationem continuam, eligendo vtilia. Per primam ſpeciem regulæ F.quæritur, de quantitate continua patientiæ? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet continuam quantitatem,eo quod non eſt habitus punctualis, neque linealis, neque diuiſibilis. Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quantitate diſcreta patientiæ? Ad quod reſpondendum eſt,quod ipſa habeat quantitatem diſcretam. Nam ex pluribus paſſionibus eſt. Per primam ſpeciem regulæ G.quæritur,quæ eſt propria qualitas patientiæ? Et reſpondẽdum eſt,quod paſſibilitas. Nam ipſa ſoli patientiæ competit proprie:per virtutem enim patientiæ patiens patitur. Per ſecundam ſpeciem quæritur,quæ eſt appropriata qualitas patientiæ? Et reſpondendum eſt, quod bonitas,magnitudo,&c.victoria,iuſticia,&c. Per regulam H. quæritur,de tempore patientię? Ad quod reſpondendum eſt per terriam ſpeciem regulæ C. quod ipſa eſt in tempore noua. Et per quartam ſpeciem eiuſdem eſt in illo ſucceſſiuè, ipſa exiſtente in vno tempore ſub vna paſſione, & in alio tempore ſub alia: & ſic de aliis, ſecundum quod per regulam C.D.K. ſignatum eſt. Per regulam I. quæritur, de loco patientiæ? Et reſpondendum eſt,quod ſua loca ſunt bilitates principiorum, ut cum ipſis & in ipſis ſit ſpecifica virtus ſiue habitus:& hoc per regulam C.D.K. ſignatum eſt. Per primam regulam K.quæritur, patientia quomodo eſt? Et reſpondẽdum eſt, quod ipſa eſt per illum modum per quem collecta eſt ex bilibus principiorum in tempore neceſſitatis cum deliberatione, ut ira & impatientia non oriatur. Et hoc per regulam C.D.K. ſignatum eſt. Per ſecundam regulam K. quæritur, patientia cum quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt cum deliberatione intellectus & voluntatis: & eſt cum victoria bonitatis & magnitudinis,&c. excepta contrarietate. Et eſt cum aliis virtutibus, cum quibus eſt connexa, ſine quibus eſſe non poteſt.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PIETATE PER PRINCIpia deducta. CAP. LXXI.

De pietate per principia deducta.

VOLVNTAS cum bonitate pietatis se disponit ad habẽdum dolorem de languore proximi sui. Magnitudo pietatis mouet voluntatem ad habẽdum dolorem magnum de aduersitatibus sui amici & etiam inimici Pietas durat cum charitate, humilitate, patientia & mansuetudine. Voluntas cum potestate pietatis potest causare in corde suspiria; & in oculis lachrymas & fletus; & in anima tristiciam. Intellectus intelligit quod signa pietatis sunt charitas, humilitas, patientia, mansuetudo, suspiria & fletus. Pietas est amabilis, eo quod cum ipsa voluntas destruit suam crudelitatem. Pietas cum charitate, humilitate, &c. ostendit se esse virtutem. Vera pietas est vera medicina voluntatis. Voluntas cum pietate putat quod suus languor & sua tristicia sint sua gloria & sua delectatio. Pietas mediante habitu charitatis non distinguit inter proprium & commune. Homo pius cum pietate concordat & pacificat inimicos. Pietas cum charitate & humilitate, & patientia & mansuetudine, contradicit impietati, quæ est sua inimica. Pietas est principium formale & humile: suspiria & fletus sunt sua materia; & actus est suus finis. Pietas in medio charitatis consistit. Pietas sine actu non quiescit. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod voluntas cum pietate se delectat: quando pius dolet, & flet, & suspirat. Illa lex cum qua maior pietas potest haberi, oportet quod sit vera. Homo pius languores suos coæquat cum languoribus proximi sui. Pietas cum minoribus signis ostendit se esse minorem.

DE PIETATE PER REGVlas deducta. CAP. LXXII.

De pietate per regulas deducta.

VTRVM charitas sit habitus pietatis? Et respondendum est, quod sic. Ratio huius est, quod charitas ratione summi obiecti est prius: pietas autem ratione obiecti inferioris est posterius. Per primam speciem regulæ C. quæritur, quid est pietas? Ad quod dicendum est, quod ipsa est virtus, cum qua voluntas mouet se ad habendum dolorem de languoribus proximi sui. Per secundam speciem C. quæritur, quid habet pietas in se coessentialiter? Et est dicendum, quod ipsa habet suos correlatiuos, cum quibus est specialis virtus. Per tertiam speciem quæritur, quid est pietas in alio? Et respondẽdũ est, quod ipsa est virtus significata in suis significatiuis; videlicet in charitate, humilitate, patiẽtia, mãsuetudine, suspiriis, fletibus, & huiusmodi;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſicut vinum ſignatur vendi ratione rami exiſtentis coram taber na Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet pietas in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet ſua ſigna in homine pio, ſicut impietas habet ſua ſigna in hom ne impio. Per primam ſpeciem regulæ D quæritur, de quo eſt pietas? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſeipſa, eo quod eſt habitus acquiſitus. Per ſecũdam ſpeciem quæritur, de quo eſt pietas? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ex illa materia ſignata per ſua ſigna. Per tertiam ſpeciem quæritur pietas cuius eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ſubjecti in quo eſt: ſicut inſtrumentum agentis. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, pietas quanta eſt continue? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt tanta quanta per ſua ſigna eſt ſignificata. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt quantitas diſcreta pietatis? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet quantitatem diſcretam, cum qua auget & decreſcit ſuum actum ſine augmentatione & diminutione quantitatis continuæ ſuæ eſſentiæ. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas pietatis? Et reſpondendum eſt, quod compaſſio quam habet de languore proximi ſui. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas pietatis? Et dicẽdum eſt, quod triſticia. Nam triſticia eſt forma communis: & ſic de charitate, humilitate, & ſic de aliis ſuis ſignis. Per regulam H. quæritur, de tempore pietatis? Et reſpondendum eſt per tertiam regulam C. quod ipſa eſt in tempore, quando per ſua ſigna eſt ſignificata, & ſic de aliis C D. K. ſignatis. Per regulam I. quæritur, de loco pietatis? Et eſt reſpondendum, quod pietas eſt in homine pio; & eſt in omnibus illis ſignis cum quibus eſt ſignata. Per primam regulam K. quæritur, pietas quomodo eſt? Ad quod eſt dicendum, quod ipſa eſt per illum modum quem habet homo pius ad acquirendum illam cum charitate, humilitate, patientia & manſuetudine, &c. Per ſecundam regulam K. pietas cum quo eſt? Cui reſpondendum eſt, quod ipſa eſt cum ſuis ſignis: ſicut faber cum ſuis inſtrumentis, videl. cum fornace, incude, martello, forcipibus, &c. Diximus de nouem virtutibus: & ſicut diximus de ipſis per principia & regulas: ſic poteſt dici de vitiis contrariis eis, videl. de iniuria, imprudentia, debilitate cordis, temperantia, infidelitate, deſperatione, crudelitate, impacientia, impietate.

DE AVARICIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXXIII.

De auaricia per principia deducta.

AVARICIA cum ſua malicia impedit bonitatem, quod non ſit ratio bono quod agat bonum de bonis. Auaricia cum ſua magnitudine magnificat maliciam, durationem, poteſtem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſeſtatem cum ſuo actu. Quanto durat auaricia, tanto durat ſuus actus inſatiabilis: & propter hoc auarus augmentando diuitias, credit quieſcere, ſed non poteſt. Poteſtas auariciæ eſt habitus priuatiuus poteſtatis largitatis: ſicut ſurditas poteſtatis auditus. Quapropter auarus non habet poteſtatem quieſcentem. Sicut fides eleuat intellectum ad credendum veritates ſuper ſuis viribus; & ſic auaricia eleuat intellectum ad credendum falſitatem ſuper viribus ſuis; & ſicut auarus credit eſſe largus: ſic charitas exaltat voluntatem ad diligendum ſuper ſuis viribus: ſic auaricia eleuat illam ad diligendum futura, & non quieſcit in his quæ habet. Homo auarus quanto magis habet, tanto magis ſe credit eſſe virtuoſum. Homo auarus credit hoc quod eſt verum, quod falſum ſit, & econuerſo: ſicut infidelis. Nam auaricia & falſitas conueniunt: ſicut largitas & veritas ſuo modo. Auarus non ſe delectat in his quæ habet: adhuc enim indigentem ſe credit, neque in his quæ ſperat; non enim habet illa. Homo auarus non diſtinguit inter largitatem & auariciam, eo quod credit, quod hoc quod eſt auaricia, ſit largitas. Auarus ratione auariciæ cum aliquo homine virtuoſo concordantiam habere non poteſt: nam illa omnibus virtutibus contradicit. Homo auarus quanto magis eſt diues, tanto magis contradicit proximo ſuo: quod fini bonorum eſt contrarius. Homo auarus peruertit principia poſitiua in priuatiua; & ſic quanto magis credit quieſcere, tanto magis laborat: ſicut aliquis homo credens melius videre cum oculis obcœcatis, quàm cum videntibus. Homo auarus cum ſua auaricia omnia coniungit & menſurat. Homo auarus cum fine priuationis quieſcit ſicut homo patiens famem & illi placet pati illam. Homo auarus cum maioribus diuitiis eſt magis auarus: vnde patet, quod quanto magis habet, tanto magis appetit habere. Homo auarus non coæquat: nam auaricia conſiſtit in extremis. Minor auaricia minora ſigna habet: ſicut maior maiora habet.

DE AVARICIA PER REGVlas deducta. CAP. LXXIV.

De auaritia per regulas deductæ.

VTRVM auaricia ſit generalius peccatum obiectiue? Et reſpondendum eſt quod ſic: quod plura & diuerſa obiectat & appetit. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt auaricia? Et reſpondendum eſt, quod auaricia eſt peccatum, quod deuiat bona à fine ad quem ipſa ſunt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid auaricia habet in ſe coeſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod habet correlatiuos priuatiuos: ſicut largitas habet ſuos poſitiuos. Per tertiã ſpeciem quæritur, quid

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt auaricia in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in homine auaro habitus priuatiuus, cum quo ſibimet cauſat paupertatem, & triſticiam, & laborem: ſicut homo cappatus nimia & magna cappa cauſat ſibimet tædium & laborem. Homo auarus habitu priuato habituatus, in ſuis diuitiis, neque in aliis habet requiem: ſed potius laborem & anguſtiam. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, auaricia de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſeipſa: non enim habet naturam, neque eſt creatura, eo quod eſt peccatum, neque eſt virtus. Per ſecundam ſpeciem quæritur, auaricia de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ex defectu morali hominis: ſicut ſurditas ex defectu naturæ: nam ſicut ſurditas eſt habitus priuatiuus contra habitum poſitiuum auditus: ſic auarus eſt contra habitum poſitiuum largitatis; & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, de quo eſt peccatum. Per tertiam ſpeciem quæritur, cuius eſt auaricia? Et reſpondendum eſt, quod eſt hominis auari: ſicut cappa cappati. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, quare eſt auaricia? Et reſpondendum eſt, quod illa eſt; quod homo non vult habere largitatem: ſicut nuditas hominis eſt, quod homo indutus non eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, auaricia quare eſt? Et reſpondendum eſt, ut homo non habeat largitatē, neque requiem in ſuis bonis. Per primam ſpeciem regulæ F quæritur, de quantitate continua auariciæ? Et eſt reſpondendum, quod ipſa habet quantitatem continuam: nam habitus continuus eſt; ſicut cappa cappati. Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quantitate diſcreta auariciæ? Cui dicendum eſt, quod ipſa habet quantitatem diſcretam, ut ipſa poſſit augere & diminuere actus ſuos ad placitum. Per primam ſpeciem regulæ G quæritur, quæ eſt propria qualitas auariciæ? Ad quod eſt dicendum, quod eſt inſaturabilitas: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod auarus quanto magis habet, tanto magis appetit habere. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas auariciæ? Et reſpondendum eſt, quod eſt paupertas, labor, triſticia, & huiuſmodi. Per regulam H quæritur, de tempore auariciæ? Et reſpondendum eſt, quod homo eſt auarus in tempore de auaricia habituatus, habens dolorem de præteritis, cogitando quod plura potuiſſet acquirere & laborat in tempore preſenti cum bonis, & habet dolorem, quia non vtitur futuris Et hoc per regulam C. D. K. ſignatum eſt Per regulam I. quæritur, auaricia vbi eſt? Et eſt reſpondendum, quod ipſa eſt in habitibus priuatiuis, cum quibus eſt ſignata & figurata, videlicet in malicia, iniuria, mendacia, inconſtantia, & huiuſmodi. Et hoc per regulam C. D. K. ſignatum eſt. Per primam regulam K quęritur, auaricia quomodo eſt? Et eſt dicendum, quod ipſa eſt per modum nolendi, videlicet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

licet quia voluntas non vult habere largitatem. Per secundam regulam K. quæritur, auaricia cum quo est? Et est respondendum, quod ipsa est cum potentiis inferioribus contra superiores, videlicet cum imaginatiua, sensitiua, contra intellectum amatiuam & recolitiuam; quæ quidem seipsas difformant cum auaricia bonorum sensibilium & imaginabilium.

DE GVLA PER PRINCIPIA deducta. CAP. LXXV.

HOMO gulosus cum nimia comestione & potatione facit sibi malum: & tamen credit bene facere. Homo gulosus cum magnitudine magnificat suum malum. Labores hominis gulosi plus durant quàm suæ delectationes. Gulosus cum potestate gulæ non potest contra gulam. Gula est peccatum, quod disponit intellectum ad credendum quod ipsa non sit peccatum. Gula est peccatum quod disponit voluntatem ad appetendum nimiam comestionem & potationem: sicut fides disponit intellectum ad credendum. Gula est peccatum, quod simpliciter est contra omnes virtutes. Gula est habitus mendax. Nam cum ipsa homo decipit semetipsum & per ipsam ad infirmitatem & mortem disponit se. Gula causat delectationem in gustu: labores autem & dolores in tactu. Gulosus confundit & intenebrat omnes potentias superiores & inferiores. Gulosus concordat nimiam comestionem cum nimia potatione. Gula contradicit curialitati & sanitati & diuitiis. Gula in principio dat lætitiam: sed in fine dat tristitiam. Gula non mensurat cibum, neque potum. Gulosus causa gulæ non inuenit requiem. Maiores proprietates & delectationes gulosi sunt nimia comestio & potatio. Gulosus non mensurat cum æquali mensura: non enim coæquat suam digestionem & retentiuam cum sua appetitiua: & homo minus gulosus est circa sanitatem; qui autem, magis gulosus est circa infirmitatem.

De gula per principia deducta.

DE GVLA PER REGVLAS deducta. CAP. LXXVI.

VTRVM gula sit maior habitus voluntatis quàm intellectus? Et respondendum est; quod sic. Gulosus namque cum voluntate appetit cibum & potum. Cum intellectu autem discernit inter maius & minus. Vnde sequitur quod intellectus disponit gulam per ignorantium, & voluntas per appetitum. Per primam speciem regulæ C. quæritur, quid est gula? Et respondendum est, quod est peccatum, cum quo gulosus nimiũ comedit & bibit. Per secũdam speciẽ quæritur, gula quid

De gula per regulas deducta.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habet in ſe coeſſentiale? Et reſpondendum eſt, quod habet correlatiuos priuatos contra relatiuos poſitiuos temperantiæ: ſicut homo monſtruoſus habet ſuos correlatiuos contra naturales correlationes. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt gula in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in menſa incurabilis, & in homine deriſibilis, & in ſocietate mendax. & in homine eſt pigritia, infirmitas, & dolor, & in marſupio prodigalitas, & in anima peccatum & culpa. Per quartam ſpeciem quæritur: quid habet gula in alio? Ad quod dicendum eſt, quod habet in ſubjecto in quo eſt dominium: nam ſicut homo cum obediẽtia diſponit ſe ad paſſionem, ſic cum gula ad ſubiugationem. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, gula de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa non eſt de aliquo primitiuè. Nam peccatum eſt; & quia peccatum nihil eſt, & nihil non eſt ex aliquo: ideo patet quod gula non eſt ex aliquo. Per ſecundam ſpeciem quæritur, gula de quo eſt? Et dicendum eſt, quod ipſa eſt ex defectiua moralitate hominis: ſicut ſurditas eſt ex defectiuo motu naturæ. Per tertiam ſpeciem quæritur, gula cuius eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt ſubjecti cuius eſt: ſicut cappa cappati. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, gula quare eſt? Et reſpondendum eſt, quia habitus acquiſitus eſt per guloſum, ſicut cappa per cappatum. Per ſecundam ſpeciem quæritur, gula quare eſt? Et reſpondendum eſt, ut homo per illam ſit deriſus, piger, pauper, infirmus, & quandoque mortuus, & in gehenna poſitus. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, gula quanta eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet in tantum magnam quantitatem continuam quod ipſa eſt indiuiſibilis, & guloſus cum ipſa ſaturari non poteſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quanta eſt gula diſcretiuè? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt tanta quot viribus guloſus vtitur, illam augmẽtando, aut diminuendo actus ſuos ad placitum ſuum. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas gulæ? Et reſpondendum eſt, quod inſaturabilitas animæ per guſtum vltra ſuas vires. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum gula ſubleuat appetitum intellectus ſuper viribus illius: ſicut ignis ſubleuat aquam, calefaciendo illam ſuper viribus ſuis. Per ſecundam ſpeciem G quæritur, quæ eſt appropriata qualitas gulæ? Et huic reſpondendum eſt, quod incurialitas deriſio, paupertas, ebrietas & huiuſmodi. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod prima ſpecies competit animæ: ſed ſecunda corpori, ratione cuius gula plus efficitur in anima, & deinde in corpore. Per regulam H quæritur, de tempore gulæ? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in illo habitus nouus. Adhuc eſt in tempore; quod ipſa tempore præterito vtitur. Nam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

guloſus

gulosus condolet; quod plus non potauerit & comederit. Et similiter præsenti vtitur, quod mediante illo habet practicam. Et similiter futuro vtitur: quando desiderat cõedere & bibere. Item in inferno vtitur illo in quo ipse patietur famem & sitim inæstimabiles & sempiternas. Per regulam I. quæritur, gula vbi est? Et respondendum est, quod ipsa est in suis correlatiuis habitus priuatiuus, & in illis in quibus est. Et hoc per regulam C. D. K. signatum est. Per primam regulã K. quæritur, gula quomodo est? Et est respondẽdum, quod sicut temperantia est per modum positiuum, sic gula per modum priuatiuum. Gulosus enim non habet modum, neq; mensuram in comedendo, neq; in bibendo. Per secundam regulam K. quæritur, gula cum quo est? Ad quod dicendum est, quod est cum sua causa, sicut cappa cum suo cappato, quæ per illum est facta siue artificiata.

DE LVXVRIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXXVII.

De luxuria per principia deducta.

LVXVRIA ratione bonitatis tactiue maleficat & inculpat bonitatem castitatis. Luxuria ratione magnæ dulcedinis tactiue magnificat magnitudinem & pœnam raciocinantem. Et in isto passu cognoscit intellectus, per quem modum oritur conscientia. Luxuria ratione durationis delectabiliũ corporalium causat durabiles pœnas in inferno. Luxuria submittit potestatem spiritualem potestati corporali. Et in isto passu cognoscit intellectus, per quem modũ luxuriosus est ligatus. Luxuria peruertit intellectum ad credendum, quod ipsa non sit peccatum. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod est obstinatio peccatoris. Luxuria ratione pulchritudinis faciei mulieris filo capit luxuriosum ad amandum turpitudines & fœtores inferiores quos mulier habet in se. Et homo multum filo captus per luxuriam credit se esse multũ virtuosum. Et de tali credulitate multum miratur intellectus. Luxuria est habitus mendax, eo quod incipit cum pulchritudine & quiescit in turpitudine. Et hoc quod est malum, habet ipsum pro bono. Luxuriosus per delectationem quem habet in videndo, audiendo, imaginando & cogitando, & tangendo, in via amittit gloriam paradisi, & acquirit pœnas sempiternas omnibus suis potentijs in inferno. Luxuriosus non distinguit inter turpitudines & pulchritudines mulieris: nam ex istis facit vnum finẽ, vnum quietem. Luxuriosus concordat pulchritudines & turpitudines ad vnum finem. Luxuriosus contradicit castitati per luxuriam, vt per castitatem ipse non habeat felicitatem. Verumtamen hoc non credit facere. Luxuria incipit cum sensiti-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ua; & multiplicat cauſatum cum imaginatiua, vſquequo in ratiocinatiua ſit peccatum. Finis luxurię influit ſenſitiuè: & ſenſitiua refluit fini. Et hoc mediante imaginatiua, vſque quo in peruerſa ratiocinatiua peccatum eſt. Luxurioſus primo quieſcit in pulchritudinibus: deinde in turpitudinibus & fœtoribus. Maior luxuria cum maioribus ſignis ſe offendit & demonſtrat. Vir & mulier æqualiter peccant per luxuriam; & non æqualiter ſe diligunt. Luxuria minor eſt per corpus: maior autem per animam Nam per corpus eſt in fieri: per animam autem eſt in facto eſſe.

DE LUXURIA PER REGULAS deducta. CAP. LXXIIX.

De luxuria per regulas deducta.

UTRUM luxuria ante incipiat per imaginationem, quàm per ſenſum? Et reſpondendum eſt, quod ſic. Imaginatiua enim propinquior eſt rationatiuę quã ſenſitiua. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt luxuria? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt peccatum, cui propriè competit luxuriari. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet luxuria in ſe coeſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos cum quibus eſt peccatũ ſpeciale. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt luxuria in alio? & reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in anima peccatum intenſum ſed in corpore extenſum. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum luxuria eſt in anima ſine ſucceſſione: & in corpore cũ ſucceſſione. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet luxuria in alio? Et reſpondendum eſt, quod habet in homine in quo eſt, altitudinem per dominationem: ſicut cappa in cappato per ornamentum. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, luxuria de quo eſt? Et reſpondẽdum eſt, quod ipſa eſt de ſeipſa, eo quod eſt peccatum quod non eſt de aliquo, peccatum enim nihil eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, luxuria de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de morali monſtruoſitate, eo quod habitus priuatiuus eſt in moralibus: ſicut ſurditas in naturalibus. Per tertiam ſpeciem quæritur, luxuria cuius eſt? Et reſpõdendum eſt, quod ipſa eſt ſubiecti in quo eſt, ſicut cappa cappati. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, luxuria quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habitus acquiſitus eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, luxuria quare eſt? Et reſpondẽdum eſt, quod ipſa eſt, vt non ſit caſtitas: ſicut ſurditas eſt, vt non ſit auditus: & ſicut aqua calida eſt, vt non ſit frigida. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, quanta eſt luxuria continua? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet quantitatem con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tinuam, eo quod habitus indiuisibilis est. Per secundam speciē quæritur luxuria quanta est discretiue? Ad quod est dicendum quod est tanta quantum luxuria potest augere aut diminuere actus suos: & in isto passu cognoscit intellectus, quod in eadem essentia & etiam habitu consistit quantitas discreta per plures actus differentes numero. Per primam speciem regulæ G. quæritur, quæ est propria qualitas luxuriæ? Et est dicendum, quod est per quam est speciale vitium. Sicut caliditas est propria qualitas ignis. Per secundam speciem quæritur, quæ est appropriata qualitas luxuriæ? Et est respondendum, quod est calefactio, cum qua caro luxuriosa crescit. Per regulam H quæritur, de tempore luxuriæ? Et respondēdum est, quod luxuria est in vno tempore per aptitudinem ratione sensitiuè & imaginatiuè: & in alio tempore per factū esse ratione conceptus animæ. Et hoc per regulam C. D. K. signatum est. Per regulam I. quæritur, luxuria vbi est? Et respondendum est, quod ipsa est in sensitiua imaginatiua per instrumentalem: in anima autem per essentiā & habitum. Et hoc per regulam C. D K. signatum est. Per primam regulam K. quæritur, luxuria quomodo est? Ad quod dicendum est, quod ipsa est per modum videndi, audiendi, tangendi, imaginandi. Et per modum animæ concipientis & imperantis. Per secundam regulam K. quæritur, luxuria cum quo est; Et respondendum est, quod ipsa est cum peruersis motibus: sicut aqua calida quæ est cum sua peruersa & contraria natura, videlicet cum caliditate. Et sicut intellectus cum ignorantia, & auditus cum surditate.

DE SVPERBIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXXIX.

De superbia per principia deducta.

SVPERBIA ratione suæ maliciæ facit descendere subiectum in quo est: sicut humilitas facit ascendere subiectum in quo est. Magnitudo superbię paruificat subiectū suum: sicut humilitas magnificat suum. Duratio superbię disponit subiectum vt ipsum habet in gehenna pœnas sempiternas. Potestas superbiæ contra potestatem humilitatis stare non potest. Ille est superbus qui credit habere sua bona naturalia & suas diuitias à se ipso Homo diligēs plus seipsum quam Deum, est superbus. Superbus quando corrigitur, credit se esse virtuosum: & corrigens quod sit vitiosus. Superbia est habitus mendax: nam credit ascendere & descendit. Et etiam quando credit verum dicere, dicit falsum. Homo superbus non quiescit cum aliquo, neq; aliquis cum eo. Superbus non distinguit inter sui superbiam & alterius humilitatem. Superbia cum omnibus vitiis concordantiam habet. Superbia omnibus virtutibus contradicit.

Superbia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Superbia eſt principium, quod id quod eſt ſuperius, facit deſcendere: quod autem inferius eſt facit aſcendere. Superbia impedit medium exiſtens inter principium, & finem. Quapropter ipſa deſcendit & non aſcendit. Superbus nunquam inuenit quietem. Maior ſuperbia maiora ſigna habet. Superbus non inuenit ſibi æqualem, neque vult ſocium. Minor ſuperbia eſt per corpus: maior autem per animam.

DE SUPERBIA PER REGULAS deducta. CAP. LXXX.

De ſuperbia per regulas deducta.

VTRVM ſqperbia ſit maxime per intellectum quam per voluntatem? Et eſt reſpondendum, quod per intellectū nam intellectus eſt primus in obiectando: Sed voluntas conſequentia in eligendo. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt ſuperbia; Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt peccatum, quod quando credit aſcendere, tanto deſcendit. Per ſecundam ſpeciem quæritur ſuperbia quid habet in ſe coeſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos, priuatiuos & oppoſitos relatiuis poſitiuis humilitatis. Per tertiam ſpeciē quæritur quid eſt ſuperbia in alio? Ad quod dicendum eſt quod ipſa eſt in intellectu indicatiua; in voluntate electiua; & in memoria conſeruatiua; & in omnibns peccatis peccatrix. Quæritur per quartam ſpeciem, quid habet ſuperbia in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet in ſubiecto in quo eſt deſcenſum, ſicut anima in corpore currente motum. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, ſuperbia de quo eſt? Et eſt reſpondendum, quod ipſa eſt de ſuis correlatiuis exiſtentibus priuatiuis ad relatiuos poſitiuos humilitatis. Sicut nox quæ eſt abſentia diei: & ſurditas eſt abſentia auditus. Per ſecundam ſpeciem quæritur, ſuperbia de quo eſt? Et reſpōdendum, quod ipſa eſt de ſuis correlatiuis ſpecificis, ex quibus eſt peccatum ſpecificum Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod prima ſpecies habet reſpectum ad deſectum ſui contrarii: ſecunda autem ad ſe tantum. Per tertiam ſpeciem quæritur, ſuperbia cuius eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt ſui ſubjecti: nam ſuus habitus eſt. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, ſuperbia quare eſt? Et eſt reſpondendū, quia de ſubiecto in quo eſt viſibilitas eſt abſentata, ſicut cæcitas eſt in eo, quia de ſubjecto in quo eſt viſibilitas, eſt abſentata. Per ſecundā ſpeciē quæritur, ſuperbia quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt, vt humilitas non poſſit eſſe: ſicut finis ignis eſt in cholerico, vt finis aquæ non ſit in illo. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, de continua quantitate ſuperbiæ? Et reſpondendum eſt, quod ſuperbia habet illam: nā habitus indiuiſibilis eſt; ipſa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

anima

enim quando generatur, in instanti generatur. Et quando corrumpitur in instanti, corrumpitur. Per secundā speciē quęritur de quantitate discreta superbiæ? Et respondendum est, quod ipsa habet illam. Nam ex pluribus principijs priuatiuis est, videlicet ex priuata bonitate, humilitate, &c. Per primam speciem regulæ G. quæritur, quæ est prima species superbiæ? Et respondendum est, quod est ascensus indebitus. Per secundam speciem quæritur, quæ est qualitas appropriata superbiæ? Et respondendum est, quod est descensus debitus violentus: contrario autem modo potest dici de humilitate. per regulam H. quæritur de tempore superbiæ? Et respondendum est per primam speciem regulæ D. quod ipsa est tunc, quando incipit esse, videlicet quando humilitas corrumpitur in subiecto, & superbia introducitur in illo, vt puta quando dicitur; Generatio vnius est corruptio alterius. Et hoc idem signatum est per regulam K. Per regulam I. quęritur superbia vbi est? Et respondendum, quod ipsa est in subiecto in quo erat humilitas, aut esse debebat. Et hoc per regulam C. D. K. signatum est. Per primā regulam K, quæritur, superbia quomodo est? Et est respondendum, quod ipsa est per modum contrarium modo humilitatis: sicut amare, quod est per modum delectationis: odire autem per modum passionis. Per secundam regulam K. quæritur, superbia cum quo est? Et respondendum est, quod ipsa cum priuatione humilitatis, obedientiæ, iusticię, & huiusmodi; & etiam cum omnibus aliis quæ de ipsa prędicantur.

DE ACEDIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXXXI.

De acedia per principia deducta.

HOMO acedioſus, ad agendum malum est velox & solicitus: sed ad agendum bonum est piger. Acedioſus ad euitandum vtile commune est solicitus. Acedia durat cum superbia, pigritia, ira, & huiusmodi. Acedia impedit homines qui proponunt agere bonum & euitare malum, & non possunt. Nam eorum potestas ab acedia est carcerata. Acedia alterat & inficit intellectum, & ipsa ab illo ignoratur. Acedia facit voluntatem pigram ad diligēdum bonum: sollicitam autem ad amandum malum. Acedia iudicat pigritiam pro virtute: sed diligentiam boni pro vitio. Acedia in veris est pigra: sed in falsis solicita. Acedioſus non se delectat cum habitibus positiuis, sed cum priuatiuis. Acedioſus ratione acediæ & pigritiæ sui intellectus non distinguit, in faciendo scientiam, sed confundit illam. Acedioſus concordat suas potentias superiores in omnibus potentiis. Nam cum ipsis est piger in acquirendo

virtutes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

virtutes. Acedioſus contradicit diligentiæ virtutum cum ſollicitudine viciorum. Acedia peruertit principia poſitiua in priuatiua. Quapropter acedioſus murmurat & fingit ſe vatticinatorem, & dat conſilium quando non eſt neceſſe, & reprehendit de bonis, & eſt inimicus finis. Adhuc formam ligat, materiam corrumpit, vt ipſe agens de pigricia ſit habituatus. Acedia impetit medium, vt principium debitum non inueniat finem in quo quieſcat. Acedioſus contra finem quieſcit: ſed in fine laborat Nam acedia eſt inimica finis perfectionis. Maior acedia eſt fons omnium vitiorum. Acedioſus cum ſua acedia eſt fons omnium vitiorum. Acedioſus cum ſua acedia coæquat actus vitiorum, vt acedia ſit fortis contra diligẽtiam virtutum. Minor acedia eſt circa minorem diligentiam, circa maiorem autem nequaquam.

DE ACEDIA PER REGULAS deducta. CAP. LXXXII.

De acedia per regulas deducta.

QVÆRITUR, vtrum acedia ſit peccatum mortale? Et reſpondendum eſt, quod ſic: ipſa enim impedit omnes actus virtutum. Sed hic miratur intellectus: cum *acedia* ſit peccatum mortale, & per multa ſigna ſit ſignata & figurata, quare eſt ita parum nota ab hominibus? vſquequo recordetur maiorem partẽ hominum eſſe habituatam de acedia. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt acedia? Et reſpondẽdum eſt, quod acedia eſt peccatũ, cum quo acedioſus dolet de bonis proximi ſui: ſed gaudet de malis illius. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet acedia in ſe coeſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos qui ſunt de correlatiuis priuatiuis charitatis. Nã homo charitatiuus gaudet de bonis proximi ſui, & dolet de malis illius. Per tertiã ſpeciem quæritur, quid eſt acedia in alio? Et reſpondendũ eſt, quod ipſa eſt in bonis pigra & maleuola: in malis autẽ velox & ſollicita & electiua. Per quartam ſpeciem quęritur, acedia quid habet in alio? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa habet in omnibus peccatis ſuos actus. Per primã ſpeciem regulæ D. quæritur, de quo eſt acedia? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt de abſentia charitatis in ſubiecto in quo charitas erat: ſicut conſequens quod non eſt, quod ſuum antecedens non eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, acedia de quo eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt de ſuis priuatiuis correlatiuis ſpecificis, cum quibus eſt peccatum ſpecificum. Per tertiam ſpeciem quæritur, acedia cuius eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ſubiecti in quo eſt, ſicut ſurditas ſurdi. Per primam ſpeciem regulæ E quę-

ritur,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ritur, acedia quare est? Et respondendum est, quod ipsa est ex eo, quod habitus acquisitus est; sicut dies est, quod sol lucẽs super terram est. Per secundam speciem quæritur, acedia quare est? Et respondendum est, vt charitas non habeat subiectum in quo existere possit: ipsa namque habitus priuatiuus est contra habitum positiuum charitatis, impediendo ei finem. Per primam speciem regulæ F. quæritur de continua quantitate acedię? Et respondendum est; quod ipsa habet illam in omnibus vitiis causatis ab ea. Per secundam speciem quæritur, de quantitate discreta acediæ? Et respondendum est, quod ipsa habet quantitates discretas ratione differentiæ vitiorum, in quibus habet differentes actus. Per primam speciem regulæ G. quęritur, quæ est propria qualitas acediæ? Ad quod dicendum est, quod est pigriciæ nam absq; ea agere non potest. Per secundam speciem quæritur, quæ est appropriata qualitas acediæ? Et est respondendum, quod malcuolentia, iniquitas, acedioſus enim per eam gaudet de malis, & dolet de bonis. Per regulam H. quæritur de tempore acediæ? Et respondendum est per regulam C. quod ipsa est de illo pigra, vt subiectum in quo est non agat aliquid vtile, dum tempus habet. Per regulam I. quæritur, acedia vbi est? Ad quod dicendum est, quod ipsa est in pigricia animę imaginationis & sensitiuè: quę quidem negligunt agere bonum, sed diligunt agere malum. Per primam regulam K. quæritur. acedia quomodo est? Et respõdendum est, quod ipsa est per modum existentem contrarium modo charitatis: Nam sicut charitas habet modum essendi in diligendo bonum proximi sui, & in odiendo malum de malis illius: sic acedia est per contrarium modum. Per secundam regulam K. quæritur. Acedia cum quo est? Ad quod dicendum est, quod ipsa est cum habitibus priuatiuis virtutum, videlicet cum iniuria, imprudentia, &c. Adhuc est cum pigricia, ira & huiusmodi.

DE INVIDIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXXXIII.

De inuidia per principia deducta.

INVIDIA appetit habere bona aliena contra rationem, quapropter malum sequitur illum in rebus spiritualibus. Et si hoc verè inuidus sæpe cognosceret, iam inuidiam non haberet. Magnitudo inuidiæ cum magnitudinibus aliorum vitiorũ est: & ideo cum vnica magnitudine virtutis deuinci non potest. Inuidia durat cũ duratione aliorum vitiorum: quapropter sine duratione aliarum virtutũ deuinci nõ potest. Potestas inuidię est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt radicata in poteſtatibus aliorum vitiorum. Et ideo deuinci nõ poteſt ſine charitatis poteſtate in poteſtatibus aliarum virtutum. Intellectus inuidioſus eſt peruerſus & alteratus per inuidiam. Non enim cognoſcit eam; cuius cura conſiſtit in hoc, videlicet quod ipſe intelligat eam. Inuidia deuiat voluntatem à ſummo bono: veruntamen curari poteſt reducendo voluntatem ſæpe ad ſummum obiectum, obiectando illud. Inuidus non habet virtutes ſed vitia: idcirco ſi voluerit habere virtutes, muret ea quæ habet, in ea quæ non habet. Inuidus non habet veritatem ſed falſitatem: idcirco ſeipſum decipit. Cuius cura poteſt adhiberi, videlicet vt ſeipſum non decipiat. Inuidus quando habet ea quæ inuidebat, adhuc in ipſis non quieſcit. Nam ipſum conſcientia mordet. Inuidus tot actus habet diuerſos per inuidiam, quot ſunt aliorum vitiorum: veruntamen curari poteſt ſæpe numerando illos. Inuidia cum aliqua virtute concordantiam non habet, cui cura eſt in cognoſcendo hoc. Inuidia contradicit virtutibus cum habitibus priuatiuis: cuius cura fit cum contrarietate habituum poſitiuorum. Inuidia incipit cum ſenſibilibus, & diſponitur cum imaginabilibus, & perficitur cum ſpiritualibus, deſtruendo imaginabilia & ſenſibilia. Inuidia eſt menſura, cum qua inuidus menſurat iniuriam, imprudentiam. & huiuſmodi. Sed cura conſiſtit per menſuram iuſticiæ, prudentiæ, & huiuſmodi. Inuidus non quieſcit in his quæ obiectat. Nam ea cum labore deſiderat: cura tamen datur, cum ille labor euitatur, vſquequoad quietem perueniant. Inuidus cum maiori inuidia maiores labores habet: veruntamen cum maiori charitate poteſt curari, vt maiores actiones habere poſſit. Inuidia cum ſuo actu omnes actus aliorum coæquat. Et huius cura conſiſtit cum charitatis actu, cum quo coæquantur omnes alij actus virtutum. Inuidus ea quæ poſſidet, credit eſſe minora; & quod illa quæ inuidet, ſint maiora: ſed cura conſiſtit quærendo quæ eſt vtilitas & finis illius.

DE INVIDIA PER REGULAS deducta. CAP. LXXXIV.

De inuidia per regulas deducta.

VTRVM inuidia ſit generalius peccatum obiectiue quam auaricia? Et reſpondendum eſt, quod ſic. Nam auarus non obiectat tantum quantum inuidus. Auarus namq; hoc quod obiectat, credit habere: inuidus autẽ multa obiectat quæ ſunt impoſſibilia ad habẽdum illa. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt invidia? ad quod eſt dicendũ, quod ipſa eſt peccatum cum quo inuidus appetit habere aliena abſq; ratione

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ne. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet inuidia in ſe coeſſentialiter? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos priuatiuos, cum quibus eſt id quod eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt inuidia in alio? Et reſpondendum eſt; quod ipſa eſt in inuido habitus, cum quo inuidioſus ſemper laborat cum triſticia & dolore. Per quartam ſpeciem quæritur; quid habet in alio? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa habet in inuidioſo altitudinem & præiacentiam: ſicut cappa in cappato. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, inuidia de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſuis correlatiuis priuatiuis & ſpecificis, cum quibus eſt peccatum ſpecificum: ſicut ſurditas de ſuis, & audire de ſuis. Per ſecundam ſpeciem quæritur, inuidia de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſuis ſpecificis relatiuis: ſicut cœcitas de ſuis. Per tertiam ſpeciem quæritur, inuidia cuius eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ſubiecti in quo eſt habitus: ſicut maleuolentia eſt voluntatis, & obliuio memoriæ, & ignorãtia intellectus. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur; inuidia quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt ex eo, quod ipſa eſt effectus ab inuidioſo cauſatus: ſicut ſurditas eſt effectus cauſatus à defectu auditus. Per ſecundam ſpeciem quæritur, inuidia quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ut ſubjectum in quo eſt inuidia; patiatur laborem: & in inferno perpetuum dolorem & triſticiã: Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur; de continua quantitate inuidiæ? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet eam tantam quantam cum ea inuidioſus poteſt menſurare auariciam, luxuriam, gulam & huiuſmodi. Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quantitate diſcreta inuidiæ? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet illam. Nam multos actus differentes numero habere poteſt. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas inuidiæ? Ad quod dicendum eſt, quod eſt, quædam paſſio quam inuidus habet in appetendo aliena. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas inuidiæ? Ad quod, dicendum eſt, quod eſt iniuria. Nam ipſa contra iuſticiam eſt & imprudentia contra prudentiam eſt; & ſic de aliis. Per regulam H. quæritur de tempore inuidiæ? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt in eo, ſicut habitus nouus in ſubjecto: quia in vno tempore habet vnum actum; & in altero aliũ. Adhuc quia ſuum ſubjectum eſt aliquo tempore in vno loco & alio tempore in alio loco, & huiuſmodi. Per regulam I. quæritur, inuidia vbi eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in anima, à qua fabricata eſt; & etiam in imaginatione: nam mediante ipſa facta eſt. Et etiam in ſenſibilibus, quibus ſignata & figurata eſt. Per primam regulam K. quæritur, inuidia quomodo eſt? Ad quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicendum eſt, quod ipſa eſt per modum obiectandi aliena contra rationem cum actibus infectis ſubjecti, in quo ipſa eſt. Per ſecundam regulam K. quæritur, inuidia cum quo eſt? Et reſpõdendum eſt, quod ipſa eſt cum habitibus priuatiuis ex quibus eſt, videlicet cum malicia, iniuria & huiuſmodi.

DE IRA PER PRINCIPIA deducta. CAP. LXXXV.

De ira per principia deducta.

VOLVNTAS mouet ſe cum ira ad odiendum bonum abſque deliberatione Et ideo remedium conſiſtit cum deliberatione. Ira cum magno furore vincit omnnia: ſed remedium datur cum magna abſtinentia & deliberatione. Ira quam diu durat, tamdiu durat ſuus actus. Remedium conſiſtit in obiectando obiectum peregrinum, & in illo perſeuerare. Poteſtas iræ cum poteſtate patientiæ & abſtinentiæ & etiam deliberationis deuincitur. Ira cõfundit intellectum, eo quod aufert ab illo intelligere: remedium autem eſt reddere ſuum intelligere intellectui. Ira peruertit voluntatem in odiendo, quod debet diligere: ſuum vero remedium eſt abſtinentia vſquequo reſurgat per diligere. Voluntas cum ira eſt in vitio: remedium vero eius eſt, ut cum abſtinentia ſit in virtute. Intellectus cum ira non intelligit virtutem: ſed in hoc conſiſtit remedium, videlicet quod per patientiam cognoſcat eam. Homo iratus cum odire patitur eam vim, quieſcit autem per amare & curatur. Homo iratus non diſtinguit inter ſui malum & alterius malum: remedium verò conſiſtit in diſtinguendo. Homo iratus concordat vitium cum vitio: ſed poteſt dari remedium in concordando virtutem cum virtute. Homo iratus contradicit patientiæ, cuius remedium conſiſtit ut reſiſtatur ei cum patientia. Ira incipit cum audire: ſed corrumpitur cum amare. Ira menſurat ſine menſura: remedium cõſiſtit in menſurando cum menſura. Nullus homo quieſcit cum ira: omnis homo cum patiẽtia quieſcit. Maior ira abſq; maiori patientia eſt impugnabilis; nõ aũt econuerſo: & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod virtus abſolutè fortior eſt vitio. Ira coæquat actꝰ intellectꝰ & volũtatis in furore quorũ remediũ poteſt dari in coæquãdo illos cũ abſtinẽtia, patientia & charitate: Minor ira cum maiori patientia deuincitur.

DE IRA PER REGVLAS deducta. CAP. LXXXVI.

De ira per regulas deducta.

VTRVM ira ſit generaliꝰ peccatum quàm aliquod aliud peccatum? Et reſpondendum eſt, quod ſic: in furore namque intellectus

(c)2006 Ministerio de Cultura

tellectus nullam deliberationem habet. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt ira? Ad quod eſt dicendum, quod ipſa eſt peccatum cum quo voluntas ſine deliberatione odit bonum & diligit malum. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet ſibi coeſſentiale? Cui reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos confuſos ratione furoris. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt ira in alio? Cui dicendum eſt, quod ipſa eſt in voluntate ligamen, cum quo voluntas ſe ligat ad odiẽdum abſque ratione; & intellectus ad ignorandum; & memoria ad obliuiſcendum. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa habet in voluntate imperium, eo quod imperat ei odire bonum & diligere malum. Adhuc habet dominium in intellectu & in memoria. Nam intellectui imperat ignorare: memoriæ autem obliuiſci Per primam ſpeciem regulæ D quæritur, ira de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa non eſt de aliquo. Nam peccatum eſt: peccatum namque non eſt de aliquo materialiter loquendo. Per ſecundam ſpeciem quæritur, ira de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſuis ſpecificis correlatiuis, cum quibus eſt in ſua ſpecie. Per tertiam ſpeciem quæritur, ira cuius eſt? Ad quod eſt dicendum, quod ipſa eſt ſubjecti in quo eſt. Per primam ſpeciem regulæ E quæritur, ira quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt: quia ipſa eſt in ſubjecto in quo non ſunt charitas, patientia & abſtinentia. Per ſecundam ſpeciem quæritur, ira quare eſt? Et huic reſpondendum eſt, quod eſt vt virtutes non habeant actus ſuos. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, ira quanta eſt continue? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt tanta quantum priuat actus à charitate, patientia, abſtinentia, & etiam à iuſticia & prudentia, & huiuſmodi Per ſecundam ſpeciem quæritur, de quantitate diſcreta iræ? Et huic dicendum eſt, quod ipſa habet eam quantum creſcit aut decreſcit actum ſuum. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas iræ? Et dicendum eſt, quod eſt furor Nam ſoli ei competit. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas iræ? Ad quod dicendum eſt, quod eſt impatientia, inabſtinentia, & huiuſmodi. Per regulam H quęritur de tempore iræ? Et dicendum eſt, quod ira eſt in nullo. Nam habitus nouus eſt: & in illo multiplicat ſuum actum. Per regulam I. quæritur, ira vbi eſt? Et reſpondendum, quod eſt in voluntate odiẽdo, & iniuria iniuriãdo, & huiſmodi. Et etiã eſt in motu: nã quãto magis mota eſt, tãto magis multiplicat ſuũ actũ. Per primã regulã K. quęritur, ira quomodo eſt? Ad q̃ dicẽdũ ẽ q̃ ipſa ẽ modo peruerſo intellectus voluntati: & memoriæ & imaginationis in ę peruerſione exiſtente ſub ratione cauſæ furoris & ſine deliberatione.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per ſecundam regulam K. quæritur. ira cum quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt cum ſenſibilibus, imaginabilibus, & etiam cum peruerſa anima, & cum habitibus priuatiuis principiorum, videlicet cum malicia, & huiuſmodi.

DE FALSITATE PER PRINCIpia deducta. CAP. LXXXVII.

De falſitate per principia deducta.

HOMO falſus decipiens alium decipit ſeipſum: cuius cognitio eſt per diffinitionem bonitatis. Falſitas cum ſua magnitudine non cognoſcitur: ſed cognoſcitur cum magnitudine legalitatis. Falſitas durat dum non cognoſcitur: nam quando cognoſcitur, corrumpitur. Falſitas non habet poſſe contra intelligere: ſed contra credere. prudentia quidem eſt ſua inimica. Falſitas cum credere decipit intelligere. Falſitas ſub vmbra legalitatis facit ſe diligere: ſed finis legalitatis ipſam oſtendit & probat. Falſitas cum hypocriſi fingit ſe eſſe virtutem: prudentia autem deſtruit & manifeſtat illam qualis eſt. Falſitas cum actu veritatis non agit: vnde ſequitur quod ipſa cum actu veritatis cognoſcitur. Falſitas promittit delectationes, ſed dat pœnas, & per hoc ipſa cognoſcitur. Falſitas non diſtinguit, ſed confundit. Idcirco à diſtinctione cognoſcitur. Homo falſus concordat ſenſibilia & eorum ſigna, ut decipiat imaginationem & intellectum, qui cum ſua concordantia enucleat prædictam falſitatem. Falſitas contradicit fini, cum quo contradicitur falſitati. Falſitas in principio ſe delectat: in fine autem triſtatur, cuius ratione agnoſcitur. Falſitas abſtrahit medium exiſtens diſpoſitum inter principium & finem. Et ideo per hoc cognoſcitur. Homo falſus in principio quieſcit: in fine autem laborat, ratione cui⁹ ipſa falſitas eſt cognita. Maior falſitas cum maiori legalitate agnoſcitur. Homo falſus coæquat ſimile cũ ſimili, cui⁹ ratione falſitas eſt cognita. Falſitas cũ minori virtute cognoſcitur.

DE FALSITATE PER REGVLAS deducta. CAP. LXXXIIX.

De falſitate per regulas deducta.

VTRVM falſitas ſit ita fortis ſicut legalitas? Et reſpondendum eſt, quod non, eo quod legalitas eſt habitus poſitiu⁹: ſed falſitas priuatiuus. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, falſitas quid eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt peccatum cum quo homo decipit & decipitur. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet falſitas in ſe ſibi coeſſentiale? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos ex quibus ſua eſſentia conſiſtit. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt falſitas in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſitas in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt in ſenſibilibus deceptiua per contraria ſigna : & in imaginatione eſt deceptiua per ignorantiam intellectus:& in fine eſt inimica. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet falſitas in alio? Ad quod eſt dicẽdum, quod ipſa habet in principiis priuatiuis actus ſuos contra principia poſitiua. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, falſitas de quo eſt? Et reſpondendum eſt , quod ipſa eſt de ſeipſa. Nam peccatum eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur, falſitas de quo eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſuis principiis ſpecificis priuatiuis, cum quibus ipſa eſt ſpeciale peccatum, ſicut ſurditas de ſuis cum quibus eſt mõſtruoſitas ſpecialis. Per tertiam ſpeciem quæritur, falſitas cuius eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt ſubjecti in quo eſt ſicut habitus. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, falſitas quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt: quod in ſuo ſubjecto non eſt legalitas. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quare eſt falſitas? Et eſt reſpondẽdum, quod ipſa eſt, ut homo decipiatur: ſicut inſtrumentum eſt ut mediante illo ſit effectus ab aliquo. Per primam ſpeciem regulæ F quæritur, quanta eſt falſitas continue? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt tanta quantum ſubjectum de ipſa agere poteſt. Per ſecundam ſpeciem F. quæritur, quanta eſt falſitas diſcretiue? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa habet quantitatem diſcretam cauſatam à principiis priuatiuis. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas falſitatis? Ad quod eſt dicendum, quod eſt deceptio: nam illius actus ſpecialis eſt. Per ſecundam ſpeciem quæritur , quæ eſt qualitas appropriata falſitatis? Ad quod eſt dicendum , quod eſt mendacium , hypocriſis & huiuſmodi. Per regulam H. quæritur , de tempore falſitatis? Et reſpondendum eſt , quod ipſa eſt in tempore , eo quod habitus nouus eſt , & in illo habet actus ſuos. Per regulam I. quæritur , falſitas vbi eſt? Et reſpondendum eſt , quod ipſa eſt in hominibus mendacibus & hypocritis & deceptoribus. Per primam regulam K. quæritur, falſitas quomodo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt per modum figmenti decipiendi & mentiendi & huiuſmodi. Per ſecundam regulam K. quæritur , falſitas cum quo eſt? Et reſpondendum eſt , quod ipſa eſt cum diſſimulatione atque deceptione & huiuſmodi : ut per hoc quod dictum eſt, ſignatum eſt.

DE INCONSTANTIA PER PRINcipia deducta. CAP. LXXXIX.

CONSTANTIA eſt habitus, in quo bonitas eſt ratio bono quod agat bonum: & quod inconſtantia hoc impedit id *De inconſtantia per prin-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eipiæ deductæ.

eo ipſa eſt peccatum. Inconſtantia cum magnitudine conſtantiæ deuincitur. Inconſtantia quandiu durat, tamdiu conſtantia eſt in priuatione. Poteſtas inconſtantiæ contra poteſtatem conſtantiæ non habet poſſe. Intellectus cum inconſtantia non habet forte intelligere. Conſtantia cum inconſtantia non eſt amabilis Conſtantia cum inconſtantia non eſt virtus. Conſtantia & inconſtantia non poſſunt eſſe ſimul in veritate. Inconſtãtia non eſt de genere delectationis, ſed de genere laboris. Conſtantia aperit & diſtinguit differentias: inconſtantia autem claudit & obſcurat eas. Conſtantia & inconſtantia non concordant in genere neque in ſpecie. De ratione inconſtantiæ eſt, quod in principio debet ei reſiſti. Nam poſtmodum graue eſt ei reſiſtere: Quoniam conſtantiæ eſt per prius: ideo omnis inconſtantia eſt per poſterius. Conſtantia coniungit: ſed inconſtantia diſiungit Homo conſtans quieſcit cum conſtantia: inconſtans autem cum inconſtantia laborat. Maior inconſtantia ſupra maiorem conſtantiam eſſe non poteſt, neque habere gradum. Conſtantia & inconſtantia ratione liberi arbitrij æqualiter ſunt eligibiles: ſed non ſunt æqualiter menſurabiles. Minor inconſtantia cum maiori conſtantia de facili vincitur.

DE INCONSTANTIA PER REgulas deducta. CAP. XC.

De inconſtãtia per regulas deducta.

VTRVM inconſtantia ſit magis habitus voluntatis quam intellectus? Et reſpondendum eſt, quod ſic. Voluntas quidem magis eſt alterabilis quam intellectus. Ratio huius eſt, quia intellectus eſt diſcurſiuus: voluntas autem ſubito eſt alterabilis. Quapropter intellectus cognoſcit, quod remedium contra inconſtantiam eſt auferre ſubitationem voluntatis, ponendo eam in diſcurſu cum intellectu Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, quid eſt inconſtantia? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt riuulus deuiatus à fine conſtantiæ. Per ſecundam ſpeciem quæritur, inconſtantia quid habet in ſe coeſſentiale? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos cum quibus eſt id quod eſt. Per tertiam ſpeciem quæritur, quid eſt inconſtantia in alio? Et reſpondẽdum eſt, quod ipſa eſt in voluntate imperatrix, & in intellectu inobediẽs, & in imaginatione verecundioſa & in ſenſibilibus labilis. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet in alio? Et reſpondendum eſt, quod ipſa habet defectum fortitudinis in voluntate, & in promiſſione deceptionem. Per primam ſpeciem regulæ D. quęritur, inconſtantia de quo eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt de ſemetipſa, eo quod eſt peccatum. Per ſecundam ſpeciem quæritur, in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

conſtantia

constantia de quo est? Et est dicendum , quod ipsa est ex suis principiis priuatiuis & specificis, cum quibus est hoc quod hoc. Per tertiam speciem quæritur , inconstantia cuius est? Cui respondendum est , quod ipsa est subjecti in quo est suus habitus. Per primam speciem regulæ E quæritur, inconstantia quare est? Et respondendum est, quod ipsa est, quod in subjecto in quo est, constantia non est, sicut caliditas quæ est in aqua calida : nam in ea non est frigiditas. Vnde cognoscit intellectus, per quem modum sunt similes habitus naturales habitibus moralibus. Per secundam speciem regulæ E. quęritur , inconstantia quare est? Ad quod dicendum est, quod ipsa est, ut constantia non habeat esse. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod peccatum nihil est, eo quod est contra esse. Per primam speciem regulæ F. quæritur , inconstantia quanta est? Et respondendum est, quod ipsa est tanta quantum constantiam impedit. Per secundam speciem quæritur, de quantitate discreta inconstantiæ? Ad quod dicendum est, quod ipsa habet illam: quod voluntas est sæpe alterabilis in practica. Per primam speciem regulæ G quæritur, quæ est propria qualitas inconstantiæ? Et respondendum est, quod est alteratio voluntatis. Per secundam speciem regulæ G. quæritur , quæ est appropriata qualitas inconstantiæ? Et huic respondēdum est, quod est debilitas fortitudinis cordis. Per regulam H. quæritur , de tempore inconstantiæ? Et respondendum est, quod ipsa est in illo tempore in quo voluntas est alterabilis & habituata ex illa. Adhuc est in tempore , in quo voluntas cum inconstantia agit contra constantiam. Per regulam I. quæritur, inconstantia vbi est? Et respondendum est , quod ipsa est in debilitate voluntatis & etiam in priuatione perseuerantiæ & in suis locis supradictis. Per primam regulam K. quæritur , inconstantia quomodo est? Cui respondēdum est, quod ipsa est per contrarium modum per quem est constantia : quæ quidem per modum discursiuum , deliberatiuum & electiuum cum prudē-tia & maximè cum fortitudine. Per secundam regulam K. quæritur, inconstantia cum quo est? Et huic respondēdum est, quod ipsa est cum subitanea alteratione, & est cum sua causa cuius est effectus, & cum priuatione constantię, sicut vmbra quę est cum priuatione lucis. Diximus de nouem subjectis discursis siue deductis per principia & regulas huius artis; & per ea quæ de ipsis diximus : de aliis quidem peregrinis eis attributis poterit artista dicere artificialiter simili modo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DECIMA PARS PRINCIPALIS HVIVS LIBRI, QVAE est de applicatione.

RVBRICA.

Decimæ partis principalis Rubrica.

APPLICATIO *diuiditur in* 15. *partes. Prima pars est per implicitum & explicitum Secunda per abstractum & concretum. Tertia per primam figuram. Quarta per secũdam figuram. Quinta per tertiam figuram. Sexta per quartam figuram. Septima per diffinitiones. Octaua per regulas. Nona per tabulam. Decima per euacuationem tertiæ figuræ Vndecima per multiplicationem quartæ figuræ. Duodecima per mixtionem principiorum. Tertiadecima per nouem subiecta Quartadecima per centum formas. Quintadecima per quæstiones. Et primo de prima parte dicendum est*

DE APPLICATIONE PER IMplicitum & explicitum. CAP. I.

Prima pars decimæ partis principalis de applicatione per implicitũ & explicitum.

APPLICATIO quæ fit per implicitum & explicitum fiat sic: videlicet quod recipiãtur termini qui sunt in quæstione; ut si quæratur, vtrum sit Deus. In quæstione ista per vtrum, est applicata B. & in B. est applicata bonitas & differentia: & sic artista debet se adiuuare cum istis terminis qui sunt sub B. & si vult se iuuare, applicet illos terminos implicatos in ipsa quæstione qui sunt explicati in arte: sicut sunt magnitudo, æternitas, & c. quoniam si Deus est, est per infinitam magnitudinem, æternitatem: & si non sunt infinita magnitudo & æternitas, sequitur quod Deus non sit, & sic habebit cameram B.C.D. Deinceps discurrat per istos terminos ad probandum Deum esse vel ad improbandum, sicut tres termini sunt discursi per principia & regulas: si vero in quæstione sunt duo termini explicati; ut si quærat, vtrum Deus sit æternus? recurrat ad alium terminum explicatum in ipsa quæstione, videlicet ad potestatem, & c. nam si est æternus, potest esse æternus: & si non est, non potest esse æternus. Vlterius si tres sunt termini in quæstione explicati: sicut quærere, vtrum sit bonum, quod Deus sit in tantum infinitus per suam magnitudinem: sicut per suam æternitatem, & sic habetur camera B.C.D. & in B. est implicata bonitas, differentia, & vtrum. & in C. magnitudo, concordantia & quid est. & in D. duratio, contrarietas, de quo. In istis quidem terminis sunt implicatæ diffinitiones & species regularum. Et sic tota camera applicetur ad ꝓpositũ, scilicet ad cõclusionẽ: & sicut exẽplificauim⁹ in prædictis; ita potest exẽplificari in aliis. Vlteri⁹ si quæratur;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quęratur, vtrum Deus ſit magis actu per ſuum intelligere quam per ſuam æternitaem, applicetur maius ad maioritatem; & minus ad minoritatem. Minus enim eſt de genere minoritatis. Maius autem de genere maioritatis: & ſi quæratur, vtrũ ſit ita potens per ſuam poteſtatem: ſicut per ſuã voluntatem, recurratur ad ęqualitatẽ, in qua comparatio eſt implicata: ſicut maius in maioritate, & minus in minoritate, & ſi quęratur vtrum Deus ſit iuſtus, recurratur ad virtutem, iuſtus autem eſt de genere virtutis; & recurratur ad bonitatem cum ſit bonum quod Deus ſit iuſtus, & ſic de aliis ſuo modo.

DE APPLICATIONE PER ABſtractum & concretum. CAP. II.

Secũda pars decimæ partis principalis quæ eſt de applicatione per abſtractũ & concretum.

ISTA applicatio quatuor modis eſt dicenda. Primus modus eſt, quando termini poſiti in quæſtione habent abſtractionem ſubſtantialem; ſicut ſunt terminus abſtractus & concretus, ſcilicet igneitas & ignis. Igneitas quidem eſt eſſentia ſubſtantialis: ignis autem eſt terminus concretus & ſubſtantialis. Secundus eſt, quando abſtractum eſt accidentale ſiue accidens, & ſuum concretum ſimiliter: ſicut quantitas & quantum; quantum dico in quantum eſt habitus, & ſic eſt accidentale ſiue accidens. Tertius eſt, quando abſtractum eſt ſubſtantia, & concretum eſt accidens; ſicut igneitas & calidum. Calidum dico in quantum eſt habitus; quod ſic eſt accidens. Quartus eſt, quando abſtractum eſt accidens, & ſuum concretum eſt ſubſtantia: ſicut albedo & album: & dico album ſub ratione corporis de albedine habituati; & ſic eſt ſubſtantia & non accidens. Omnes iſti quatuor modi ſunt implicati in terminis quęſtionis & è conuerſo: & ſic debent explicari in concluſione ad iſtos quatuor modos, vt intellectus non decipiatur per variationem medii.

DE APPLICATIONE PER PRImam figuram. CAP. III.

Tertia pars decimæ partis principalis quæ eſt de applicatione per primam figuram.

SECUNDUM quod dictum eſt fiat affirmando vel negando videlicet circulariter per conuerſionem ſubiecti & prædicati: ſicut bonitas magna; magnitudo bona: & ſi non conuertantur ſicut æternitas, magnitudo: nam aliqua magnitudo non eſt æternitas & è conuerſo; neq; aliqua bonitas eſt magna: quia aliqua bonitas eſt parua, & ſic de aliis ſuo modo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE APPLICATIONE PER *ſecundam figuram.* CAP. IV.

Quarta pars decima partis principalis quæ eſt de applicatione per ſecundã figuram.

APPLICATIO per ipſam ſecundam figuram fit per ipſos triangulos, & per ſcalas poſitas ſuper angulos: in quibus ſcalis eſt implicatum principiorũ generaliſſimũ, & principium ſpecialiſſimum & principium ſubalternum. principium generaliſſimum, ſicut differentia non habens aliquid ſupra ſe. Principium ſpecialiſſimum, ſicut differentia exiſtens inter iſtũ lapidem & iſtam plantam. Subalternum verò, ſicut differentia exiſtens inter ſenſibile & ſenſibile, &c. Et etiam in iſta ſcala eſt implicatus aſcenſus & deſcenſus intellectus: & extra iſtas ſcalas aſcenſus & deſcenſus intellectus nequaquã eſſe poteſt implicatus. Dicimus tamen, quod termini ſecundæ figuræ ſunt explicabiles ſecundũ quod in ipſa figura iacent ſecundum quod de ipſa dicimus. Vlterius dicimus quod ſecũda figura eſt applicabilis ad primam, ſicut ponere differentiam inter bonitatem & bonitatem, &c. & ponere concordantiam inter bonitatem & bonitatem; vt ſignatum eſt in tertia figura.

DE APPLICATIONE AD TERTIAM *figuram.* CAP. V.

Quinta pars decimæ partis principalis quæ eſt de applicatione ad tertiam figuram.

APPLICATIO quæſtionis ad tertiam figuram fiat ſic: videlicet ſi materia quæſtionis eſt de B applicet C. ad B. & ſi non ſufficit C. ad B. applicet D. ad B. Et ſic deinceps vſq; ad cameram B. K. Et reſpiciat ſignificata camerarum, affirmãdo aut negando: tali modo quod litera remaneat cum ſuis cõditionibus & ſuis ſignificatis. Veruntamen ſi materia quæſtionis competit C. applicentur aliæ literæ ad C. ſicut diximus de B. Et hoc idem poteſt dici de D. E, &c. & talis applicatio eſt infallibilis, & valde generalis.

DE APPLICATIONE AD QVARTAM *figuram.* CAP. VI.

Sexta pars decimæ partis quæ eſt de applicatione ad quartam figuram. Nota applicationem cæteris generaliorẽ.

APPLICATIO quartæ figuræ fit ſic: videlicet ſi materia quęſtionis competit cameræ B. C. D. applicentur ad ipſam cameram: & ſi materia competit B, C. & cum E. & non cum D. voluatur circulus minor & ponatur E. ſub C. & fiat camera B. C. E. Et recipiantur ſignificata literarũ cum quibus ſoluatur quæſtio: & ſicut diximus de iſtis, & ita poteſt dici de aliis. Iſta applicatio eſt magis generalis quam illa de tertia figura, eo quod camera eſt de tribus literis: & in tanto eſt generalis quod omnes cameras tabulæ continet in ſe.

DI

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE APPLICATIONE PER diffinitiones. CAP. VII.

Septimapars decimæ partis principalis quæ eſt de applicatione per diffinitiones.

SECUNDUM modum huius artis, artiſta debet diffinire terminos qui ſunt in quæſtione, ſiue ſint explicati aut implicati: ſicut ſi quæratur, vtrum Deus ſit infinitus? Et tunc reſpondens debet diffinire Deum & finitatem, dicendo ſic: Deus eſt ens ſic perfectũ quod extra ſe non indiget aliquo alio: & infinitas eſt ens cui competũt infinita correlatiua, ſine quibus eſſe minime poteſt. Vlteriꝰ, ſicut dicitur: bonitas eſt ens ratione cuius bonus agit bonũ: ſic poteſt dici, quod magnitudo eſt id ratione cuius magnus agit magnũ, & ſic de aliis ſuo modo. Vlterius quidem terminus poſitus in quæſtione poteſt quidẽ multipliciter diffiniri, diſcurrendo per ſpecies regularum. Et primo per ſpecies regulæ C. ſic: homo eſt animal ratione: & hoc per primã ſpeciem: per ſecundam verò ſpeciem, homo eſt animal habens ſua correlatiua propria, videlicet hominificantem, hominificabile & hominificare. Et per tertiam ſpeciẽ homo eſt animal im mechanicis agens, ſicut in ſcriptura ſcribens: & in equo equitans, & huiuſmodi. Et per quartam ſpeciem eiusdem regulæ homo eſt ens habens maiorem poſſeſſionem in brutis & plãtis. Per primam ſpeciam regulæ D homo eſt ens primitiuũ in nobilitate ſenſitiuitatis. Per ſecundam ſpeciem homo eſt ens conſtitutum ex anima & corpore. Per tertiam ſpeciẽ homo eſt ens cui ſunt ſubdita bruta & plantę & huiuſmodi. Per primam ſpeciem regulæ E. homo eſt ſubſtãtia per ſuam humanitatem. Per ſecũdam ſpeciem homo eſt ens creatum ad ſeruiendũ Deo cum vegetatiuis & ſenſitiuis. Per regulam F. homo eſt ens quantum & continuum per ſuam elementatiuam, vegetatiuã, ſenſitiuam, imaginatiuam & ratiocinatiuam, ex quibus eſt. Et iſtæ quinq; potẽtiæ ſunt ei partes diſcretæ, eo quia ſunt differẽtes. Per regulam G homo eſt ens cui proprie competit hominificare, & ens riſibile: & eſt ens ſcribens & equitans, & huiuſmodi. Per regulam H. homo eſt ens in tempore intelligens, legens, &c. Per regulam I. homo eſt ens in vinea fodiens: & in eccleſia Deum rogãs. Per regulam modalitatis homo eſt ens habens modum mechanizandi & generandi alium hominem. Per regulam inſtrumentalitatis homo eſt ſubſtantia generans aliũ hominem cum muliere; & cum martello ens eſt agens clauũ & huiuſmodi. Et ſicut dedimus exemplum de homine; ita poteſt dari de aliis ſuo modo. Et in iſto paſſu data eſt doctrina per quã homo ſciat facere diffinitiones diuerſimode de vna & eadem re ipſa cognita per vniuerſas cogitationes & diffinitiones, quæ prius ignota erat. Et ideo artiſta debet diffinire taliter, quod diffinitiones remaneant illæſæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE APPLICATIONE AD *regulas*. CAP. IIX.

Octaua pars decima partis principalis quæ est de applicatione ad regulas.

QVANDO quæritur de aliquo dubio, debet artista explicare illud dubium ad regulas successiuè Nam sicut cristalus positus in colore rubeo se habituat in ipso, & etiam si ponatur in viridi, se habituat de ipso, & sic de aliis: sic quando discurritur ignotum per regulas & species regularum, tunc ignotum est coloratum siue declaratum per species regularum in quibus est positum subiectiuè & obiectiuè: & tunc intellectus cognoscit per species regularum illud quod erat prius ignotum. Et sicut dedimus exemplum de homine diffinito per regulas, sed ratione maioris declarationis volumus exemplificare de natura deducta per regulas. Per primam speciem regulę C. dicim⁹, quod natura est essẽtia in suo naturali cõcreto substentata & mota per actũ naturalẽ, in quo actu est inquiete. Per secundã speciẽ est essentia habens connaturalia correlatiua: videlicet naturatiuum, naturabile & naturare, sine quibus esse non potest. Per tertiam speciem natura est in subiecto, in quo est actiua & passibilis cõnaturare Per quartam speciem natura habet in subiecto in quo est, actionem & passionem & actũ; & hoc per agentem naturalem & naturalem formam, materiam & finem, & cum naturalibus instrumentis. Per primam speciem regulæ D. natura est essentia primitiua. Per secundam speciem est de suis correlatiuis ascendendo ad essentiam: & suũ concretum est de ipsis descendendo & contrahendo Per tertiam speciem natura est subiecti in quo est, eo quod de ipsa naturaliter agit. Per primam speciem regulæ E. natura est: quod est ens contingens in se sua correlatiua ex quibus est. Per secũdam speciem natura est, vt alia entia habeant existentiam & agentiam naturaliter. Per regulam F. natura est essentia habens continuam quantitatem & indiuisibilem: & sua concreta sunt ei quantitates discretæ. Per regulam G. natura habet proprias actiones & passiones: sicut natura ignis per calefactionem, appropriatas verò habet, sicut habet aqua calefacta, quæ habet calefactiuum, calefactibile & calefacere. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod natura est in tempore continuè & successiue: continuè quidem per quantitatem continuam; successiuè autem per discretas quantitates in quibus est natura in tempore. Per regulam I. natura est in loco, ificut contentum in cõtinente, & agens in agibili. Et est in subiecto in quo est substentata & mota. Per regulam modalitatis natura habet modum miscendi, generandi & corrumpendi & huiusmodi. Per regulas instrumentalitatis natura est cum suis instrumentis: sicut substantia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubſtantia cum ſuis accidentibus; & mechanicus cum ſuis inſtrumentis; & ſic de aliis. Sic quidem natura diſcurſa per ſpecies regularum eſt quidem cognita per intellectum, eo quod ſpecies ſignificant ei id quod natura eſt per exiſtentiam & agentiam. Et ſicut diximus de natura: ita poteſt dici de aliis; & etiam de concretis ſecundum id quod ſunt. De miraculo vero non ſic poteſt dici, cum ſit ſupra naturam. Et ſic diſcurrendo miraculum per regulas, cognoſcit intellectus miraculum per ſuum contrarium eò quod miraculum intrat ſpeciem regularum per contrarium modum, per quem intrat natura. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quomodo vnum contrarium cognoſcitur per reliquum cum regulis.

DE APPLICATIONE PER tabulam. CAP. IX.

Nona pars decimæ partis principalis de applicatione per tabulam.

APPLICATIO tabulæ eſt quòd termini quæſtionum applicentur ad ipſam tabulam. Nam ſi termini quæſtionis conueniunt primæ columnæ, videlicet B. C. D. quæ eſt prima columna: ſicut ſi quæratur, vtrum eſſet magnum bonũ quod mundus eſſet ab æterno· Aut ſi quæratur, vtrum ſit actus infinitus: poſito quod bonitas ſit ratio quod agat bonũ: & quod magnitudo ſit ratio illius actus quod ſit magnus: & quod æternitas faciat durare illum actum, ab æterno & in æternum, oportet idem durare actum infinitum. Vlterius ſi termini quæſtionis competant ſecundæ columnæ: ſicut ſi quæratur, magnitudo bonitatis,, poteſtatis quare eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt quod per correlatiua bonitatis. magnitudinis & poteſtatis; & ſic de aliis ſuo modo. Amplius quælibet columna eſt applicabilis ad aliam: ſicut columna ſecunda quæ eſt applicabilis cum prima & cum tertia, eò quod continet de prima B, C. & de tertia ſimiliter: & ſic de aliis, cum ſint concatenatæ ad inuicem. Et in iſto caſu cognoſcit intellectus quod omnes columnę poſſunt applicari ad eandem concluſionem. Et ſic cognoſcit ſe valde generalem per ipſam applicationem quæ eſt valde generalis. Item: quando quæritur, vtrum mundus ſit æternus? tũc ſecunda camera quæ eſt B. C. T. B applicatur ad cameram ſuperiorem. Et ſic de camera quæ eſt B. C. T. C. & ſic de aliis vsq; ad T. B. C. D. Ratio huius eſt, quod æternitas eſt terminus in quæſtione explicatus. Adhuc ſi quæratur, vtrum poteſtas mundi ſit infinita? Applicetur reſponſio ad columnam B. C. D. ſicut eſt applicata quæſtio facta de æternitate mundi; & teneatur negatiua. Nam ſicut ſequeretur magnum incõueniens, quod mundus eſſet ab æterno; ſic ſequeretur magnum inconueniens; quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod mundus haberet poteſtatem finitam. Et ſicut dicimus de mundo: ſic de his quæ continet, dici poteſt. Amplius ſi quæratur, vtrum vnus angelus producat alium angelum? Applicetur reſponſio ad B. C. D quoniam inter eſſentiam angeli & hominis ſiue roſæ, eſt magna differentia Nam corpus hominis exiſtit ſub generali materia elementorum, ratione cuius vnus homo poteſt producere ſiue generare alium hominem, & vna roſa aliam. De angelo autem non eſt ſic. Vnus enim angelus non habet de quo producat alium angelum; cum non ſit deriuatiuus ab vna & eadem materia generali angelica, cum ſit finitus in ſua primitiuitate. Sicut dedimus exemplum per ea quæ diximus de tabula: ſic poteſt dici de plumbis aliis ſuo modo. Applicatio vero quæ fit per tabulam, requirit quod conſeruentur ſpecies & regulæ camerarum, & applicentur ea quæ ſignificant ad propoſitum, videlicet ad concordationem, affirmando vel negando conuenienter aut inconuenienter: ſicut patet per exemplum ſupradictum.

DE APPLICATIONE PER euacuationem tertiæ figuræ.

CAP. X.

Decima pars decimæ partis principalis quæ eſt de applicatione per euacuationem tertiæ figuræ.

APPLICATIOque fit per tertiam figuram, fit iſto modo: videlicet quod termini qui ſunt in quæſtione explicati, applicentur ad euacuationem tertiæ figuræ, & illi cameræ cui magis termini conueniunt: ſicut ſi quæratur, vtrum ſit magnum bonum, quod bonitas & magnitudo habeant correlatiua ſubſtantialia: & vtrum illa correlatiua ſint in bona & magna concordantia? Et tunc talis quæſtio applicetur ad cameram B. C. Et per ea quæ in ipſa camera diximus in capitulo euacuationis, quæſtio quidem erit ſoluta; & ſic de aliis quæſtionibus, ſecundum quod termini ipſarum poterunt intrare cameram, affirmando vel negando, & conuenienter aut inconuenienter. Vlterius ſi fiat quæſtio, vtrum in æternitate contrarietates bonitatis ab æterno poſſint eſſe? Et applicetur illa quæſtio ad cameram B. C. & ad cameram C. D. & ad cameram D. E. Et ſecundum quod in ipſis cameris dictum eſt, quæſtio quidem erit ſoluta: & ſic de aliis quæſtionibus, ſecundum quod termini ipſarum poterunt intrare cameras, affirmando vel negando cõuenienter aut inconuenienter. Amplius quęſtio ſubalterna applicetur ad quæſtionem particularem, & e conuerſo: ſicut ſi quæratur, vtrum in bonitate ſint magna correlatiua? Et iſta quæſtio applicetur ad iſtam, vtrum in bonitate Sortis, vel iſtius roſæ ſint magna correlatiua. Et tunc iſtæ quæſtiones applicentur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur ad cameram B. C. Et tunc inuenietur responsio iam soluta, per ea quæ dicta sunt. Amplius si quæratur, correlatiua magnitudinis de quo sunt: & correlatiua sortis de quo sunt? Applicẽtur istæ quæstiones ad cameram C. D. & quæstio subalterna applicetur ad quæstionem particularem: & tunc temporis inuenietur conclusio declarata & signata per ea quæ iam diximus in ipsa camera. & sic de aliis cameris. Et de hoc dabimus exemplum in tractatu quæstionum.

DE APPLICATIONE PER MULTIPLICATIONEM quartæ figuræ.

CAP. XI.

Vndec. pars decimæ partis principalis quæ est de applicatione per multiplicationẽ quartæ figuræ.

DIXIMVS, quod multiplicatio quartæ figuræ consistit in quinq; modis: videlicet in multiplicatione, in inuentione medii, in probatione maioris propositionis & minoris, in soluendo fallacias, & in doctrina per quam aliæ artes faciliter possunt addisci. Et ideo si artista vult multiplicare plures rationes ad eandem conclusionem, & inuenire multa media, & probare maiorem & minorem propositionem, & soluere fallacias, & faciliter & breuiter docere alias scientias cum ista arte generali: applicet modum quem tenuimus in multiplicatione quartæ figuræ. Nam ille modus est vniuersalis, & per illum modũ, modus quidem particularis erat regulatus & lucefactus. Nam in vniuersali relucet particulare & e conuerso; & hæc sufficiãt, nam satis est declaratum.

DE APPLICATIONE MIXTIONIS principiorum & regularum.

CAP. XII.

Duodec. pars decimæ partis principalis quæ est de applicatione mixtionis principiorũ & regularũ in duas secatur portiuncluas

PARS ista in duas partes diuiditur. In prima dicemus de principiis explicatis. In secunda de implicatis, quæ applicabimus principiis explicatis locis regularum huius artis. Ipsa vero principia vocata erunt centum formæ: hoc quidem facimus, vt ars sit magis materialis intellectui ad inueniendum multas conclusiones. De ipsis autem parum intendimus dicere, ex eo quod prolixitatem euitamus. Sed per ea quæ de ipsis dicemus, potest artista cognoscere processum cuiuslibet formæ per omnes regulas: sicut fecimus in deductione principiorum explicatorum, & etiam per regulas: & primo de prima parte sic dicemus.

PRIMA

(c) 2006 Ministerio de Cultura

PRIMA PARS CAP. XIII.

Quæstio sub prima parte huius nonæ partis.

SI quæstio continet in se terminos explicatos, sicut si quæratur, utrum sit ens bonum, magnum & æternum? recurratur ad capitulum bonitatis, magnitudinis & æternitatis & etiam videatur, per quem modum bonitatis est discursa per principia & regulas, & sic de aliis principiis: & tunc concludatur affirmando vel negando secundum quod principia sunt tali modo; quod principia & regulæ remaneant illæsæ: & tunc intellectus inueniet veritatem de hoc, de quo quæritur. Quæ veritas erit lucefacta per illum discursum: & sicut dedimus exẽplum de bonitate, magnitudine & æternitate; ita potest dari de aliis principiis. Et hæc sufficiant quantũ ad primam partem.

DE APPLICATIONE NOVEM *subiectorum.* CAP. XIV.

Tredecima pars decimæ partis principalis de applicatione nouem subiectorum.

DICTVM est de nouem subiectis: idcirco si quæstio erit dè Deo, applicetur ad primum subiectum: & discurratur per ipsum sicut Deus est discursus tali modo, quod affirmatiua vel negatiua conueniant cum textu. Si quæstio est de angelo, applicetur ad secundum subiectum, in quo angelus est discursus: & teneatur de quæstione hoc quod conuenit cum textu. Et sic de aliis subiectis suo modo.

DE APPLICATIONE AD CENtum formas. CAP. XV.

Decimaquarta pars decimæ partis principalis quæ est de applicatione ad centũformas.

VOCAMVS quidem centumformas. Nam in abstracto ipsas quidẽ si consideramus aliquæ erunt generalissimæ aliquæ erunt subalternę, & cuilibet formæ assignamus suum concretum, ut quælibet forma intellectui magis elucescat, & maxime cum quid sit, sic quidem abstractum aut concretum. Nam extra ipsa nullum ens esse potest: & primò de parte prima est dicendum.

DE ENTITATE. CAP. XVI.

Prima forma de entitate.

ENTITAS in arte ista est terminus implicatus: & sua diffinitio fieri potest, sicut fiunt diffinitiones aliorum principiorum explicatorum huius artis, ideo artista applicet ad diffinitionem bonitatis, magnitudinis, &c. Sicut enim bonitas est causa, quare aliquis bonus agit bonum: sic entitas est causa quare aliquid ens causat aliud ens. Et sicut magnitudo est causa quare bonitas est magna: sic entitas est causa quare bonitas est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est ens; & sic de aliis. Suum concretum verò est, & ens implicatum in secunda specie D. & in prima E. & ea ex quibus est implicata, quod est in secunda specie C. sunt: & ideo quicquid quæritur de entitate & ente, applicetur ad principia explicata, & ad regulas fiat tale iudicium de ipsa, sicut est factum de ipsa bonitate, magnitudine, &c.

DE ESSENTIA. CAP. XVII.

QVONIAM entitas & essentia conuertuntur: sequitur quod esse & ens conuertantur; & ideo sicut diximus de entitate & ente: sic possumus dicere de essentia & esse. Si quæritur, vtrum inter essentiam & esse sit differentia? Tunc temporis recurratur ad differentiam, quæ est terminus explicatus, & fiat iudicium secundum quod differentia est discursa per omnia principia & per omnes regulas, & tunc absque dubio apparebit quod affirmatiua in quæstione est tenenda. Differentia enim est essentia & sua correlatiua sunt in ratione altitudinis abstrahendo, & sua concreta sunt in ratione infinitatis continendo: & sic patet quod differentia consistit inter essentiam & esse. Et ad hoc regula B. consentit.

Secunda forma de essentia.

DE VNITATE. CAP. XIIX.

VNITAS est forma, cui propriè competit vnire. Et ipsa quidem est applicabilis bonitati, magnitudini, &c. cum sit bona, magna & cætera. Sicut vnitas est bona per bonitatē, & magna per magnitudinem. Sic bonitas est vna per vnitatem, & magnitudo est alia, vna creatura per ipsam vnitatem, & sic de aliis. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod differentia distinguit inter bonitatem & magnitudinem: ut sicut principia differentia, ut quodlibet principium habeat suam propriam veritatem. Et idcirco si in quæstione est terminus explicatus, recurratur ad hoc quod dictum est in discursu bonitatis & magnitudinis & differentiæ, & fiat responsio secundum quod de ipsis dictum est; Concretum quidem vnitatis est implicatum in concreto bonitatis, magnitudinis, &c. Nam bonus est vnus, & magnus est alius vnus. Ipse vero vnus habet sua correlatiua ex quibus est. Hoc applicabile est ad secundam speciem D. & ad primam E. Et ipsa correlatiua sunt applicabilia ad secundam speciem regulæ C. & ad primam D.

Tertia forma de vnitate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PLVRALITATE. CAP. XIX.

Quarta forma de pluralitate.

PLVRALITAS eſt forma aggregata de pluribus differẽtibus numero, ut patet per ſecundam ſpeciem regulæ C. quæ eſt ſuus fons. Ipſa vero applicabilis eſt ad principia explicata; eo quia bona, magna & æterna eſt. Et ſicut eſt bona per bonitatem, & magna per magnitudinem, &c. Sic bonitas & magnitudo ſunt plures per ſeipſam pluralitatem. Et etiam ſunt plures bonitates differentes ſpecie. Et ſic de magnitudine; ut patet per ſecundam ſpeciem regulæ C. quæ eſt ſuus fons. Primæ vero cauſæ pluralitatis conſiſtunt per differentiam & concordantiam & per æqualitatem, & ſic de aliis correlatiuis; & pluralitas eſt applicabilis ad ipſa principia, & econuerſo. Suum verò concretum eſt applicabile concreto bonitatis, magnitudinis, &c. Sicut patet in elementato quod eſt bonum magnum, & eſt vnum ex pluribus conſtitutũ, ut pluralitas in ipſo ſit ſubſtẽtata.

DE NATVRA. CAP. XX.

Quinta forma de natura.

NATVRA eſt forma, cui propriè competit naturare. Et quod principia ſunt naturalia per naturam: ideo natura eſt applicabilis ad bonitatem naturalem & magnitudinem naturalem; & ſic natura non poteſt cognoſci per diſcurſum principiorum & regularum, & de ipſo ſuperius largo modo diximus. Vlterius natura eſt applicabilis ad correlatiua naturalia bonitatis, magnitudinis, &c. eo quod ſine concretis ipſa correlatiua naturalia eſſe non poſſunt. Concretum verò naturale applicabile eſt ad concreta naturalia; ut patet per ſecundam ſpeciem D. & per primam E. Vlterius quod bonitas vnam naturam habet cum magnitudine, aliam cum duratione, &c. & econuerſo: applicabilis eſt ad mixtionem, vbi diximus de bonitate deducta, & magnitudine, & duratione.

DE GENERE. CAP. XXI.

Sexta forma de genere.

GENVS eſt ens conſideratum & valde confuſum, quod de pluribus differentibus ſpecie prædicatur. De genere autem ſatis diximus in logica noua quam fecimus. Ipſum quidem applicabile eſt ad principia explicata, eo quia per ipſum ſunt generalia: ſicut genus quod per bonitatem eſt bonum, & per magnitudinem magnum, &c. Ipſum quoque applicabile eſt correlatiuis explicatis, eo quia ipſa correlatiua ſunt generalia per ipſum, & etiam ſua correlatiua cognoſcuntur per ſecundam ſpeciem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſpeciem regulæ C. Vlterius ſuum concretum applicabile eſt ad ſecundam ſpeciem regulæ D. & ad primam E cum quibus cognoſcimus, quod genus eſt ens reale, & per ſe exiſtens: quod ſi non correlatiua principiorum explicatorum generalia eſſe non poſſent, neque per conſequens principia explicata generalia eſſe poſſent.

DE SPECIE. CAP. XXII.

SPECIES in hac arte eſt principium explicatum, & ſua diffinitio eſt iſta. Species eſt ens quod prædicatur de pluribus differentibus numero. Species quidem applicabilis eſt ad loca in mixtione, vbi dicimus bonitas magna; &c. Nam bonitas quæ erat generaliſſima, non omnino eſt generalis: quando dicitur bonitas magna, eo quod contracta eſt ad ſpecialem magnitudinem, & ſic de aliis. Vlterius applicabilis eſt ad correlatiua, eo quia quodlibet principiorum explicatorum habet correlatiua ſpecialia & propria differentia numero per differentiam: & ſic ſpecies applicabilis eſt ad differentiam quæ eſt principium explicatum in arte iſta; quæ quidem differentia diſtinguit genus in plures ſpecies differentes numero: ſicut homo qui eſt vna ſpecies, & leo alia. Item ſpecies applicabilis eſt ad medium: nam ſicut medium conſiſtit inter principium & finem: ſic ſpecies conſiſtit inter genus & indiuiduum: & in iſto paſſu cognoscit intellectus, quod ſpecies neceſſaria eſt ens reale: quoniam ſicut principium & finis non eſſent in extremitate medij, niſi medium eſſet ens reale; ſic neque per conſequens genus & indiuiduum eſſent entia realia. Concretum autem ſpeciei eſt ſpeciale, quod quidem eſt applicabile ad ſecundam ſpeciem regulæ D & ad primam E cum quibus eſt cognoſcibile: inſenſibile autem & imaginabile eſt. Vlterius ſunt aliæ ſpecies quæ ſunt naturales: ſicut viſibilitas per potentiam viſiuam & huiuſmodi, quæ conſiſtunt per viſum & potentiam: ſicut colores & figuræ quæ per viſum in ſubjecto ſunt ſenſati. Vlterius ſunt aliæ ſpecies, quæ per virtutes morales conſiſtunt in potentia: ſicut iuſtificabilitates per iuſticiam, & prudentificabilitates per prudentiam; credibilitates per fidem: & ſperaficabilitates per ſpem: & illæ ſpecies tales ſunt phantaſmata, ſicut imaginabilia imaginationis; & intelligibilia intellectus; & amabilia voluntatis; & memorabilia memoriæ.

Septima forma de ſpecie.

Veruntamen ſpecies virtutum ſunt ſecundariæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE INDIVIDVITATE. CAP. XXIII.

Octaua forma de indiuiduitate.

INDIVIDVITAS est diffinibilis per primam speciem regulæ C Nam sicut bonitas est ratio bono quod agat bonum: sic indiuiduitas est ratio indiuiduo quod producat indiuiduum; & sicut indiuiduitas est bona per bonitatem, &c. sic bonitas est, &c. indiuiduata per indiuiduitatē: & sic de suis concretis & relatiuis, cum quibus essentia est indiuisibilis: quæ correlatiua bonitatis, correlatiua indiuiduitatis sunt applicabilia, ut intellectus habeat noticiam: ipsa vero correlatiua sentiri neque imaginari possunt, cum sint extra figuram in essentia posita & contenta. Concretum indiuiduitatis est indiuiduum. Et hoc per secundam speciem D. & per primam E est ostensibile. Inclemētatis vero est sensibile & imaginabile; ut patet per istam rosam & istum leonem.

DE PROPRIETATE. CAP. XXIV.

Nona forma de proprietate.

PROPRIETAS est principium explicatum, ut patet per regulam G. Sed in aliis principiis & regulis est principium implicatum. Et sua diffinitio est applicabilis ad primā speciem regulæ C. Nam sicut bonitas est ratio, quare bonus agit bonum; sic proprietas est ratio quod proprius agat proprium. Et sicut bonitas habet sua propria correlatiua per proprietatē: sic proprietas habet sua correlatiua bona per bonitatem. Proprietas autem applicabilis est ad differentiam. Nam sicut differentia est causa differendi: sic proprietas appropriandi, & sic de aliis. Vlterius; concretum proprietatis est proprium ex correlatiuis concretis constitutum, & hoc per secundam speciem D. & per primam E. significatum est: sicut iste homo qui est proprium animal, & iste leo qui est aliud proprium animal, & iste equus, & ista rosa quæ est aliud corpus proprium, & sic in moralibus: sicut Socrates qui habet suum proprium equum; & Plato similiter, ut patet per tertiam speciem D. Et in isto passu cognoscit intellectus, à quibus principiis scientia iuris oritur, & in quibus principiis consistit, & quibus principiis iurista vti debet; & etiam cognoscit quod iura sunt applicabilia ad mixtionem principiorum & regularum.

DE SIMPLICITATE. CAP. XXV.

Decima forma de simplicitate.

SIMPLICITAS est applicabilis ad principia huius artis, eo quod per simplicitatē sunt principia simplicia, sicut simplicitas est bona per bonitatem, magna per magnitudinem: & sicut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& ſicut principia explicata ſunt diſcurſa in mixtione principiorum & regularum : ſic ſimplicitas poteſt diſcurri per omnia principia & regulas. Sua quidem diffinitio eſt per primam ſpeciem regulæ C. nam ipſa eſt forma quare principia ſunt ſimplicia. Simplicitas per ſecundam ſpeciem regulæ C. habet ſua correlatiua ſimplicia; ſicut bonitas quæ habet ſimplices bonificatiuum, bonificabile & bonificare: & cum ſimplicitate, & ſuis correlatiuis conſiſtit vna ſimplex eſſentia, habens per primam ſpeciem regulæ D. ſimplicia & primitiua principia. Concretum vero ſiue ſuum eſſe eſt ſimplex. Et hoc ſignatum eſt per ſecundam ſpeciem regulæ D. & per primam E.

DE COMPOSITIONE. CAP. XXVI.

Vndecima forma de cõpoſitione.

COMPOSITIO eſt forma aggregata de pluribus eſſentiis. Ipſa quidem applicabilis eſt ad contractionem & obuiationem principiorum explicatorum; ut patet in capitulo bonitatis deductæ in principia : vbi dicitur quod bonitas magna eſt duplicata, & bonitas magna & durabilis eſt triplicata, &c. conſtituendo compoſitum ex pluribus principiis explicatis. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, vnde oritur compoſitio, & ad hoc conſentit regulæ K. Vlterius compoſitio habet ſua correlatiua compoſita, ut per ſecundam ſpeciem C. patet, & ſic in creatis bonitatiuis quidem & magnificatiuis, &c. componuntur magnificabile & bonificabile : & etiam bonificare & magnificare ſimpliciter componuntur, &c. & inuicem vnam eſſentiam conſtituunt: quam eſſentiam compoſitionem vocamꝰ. Suum eſſe ſiue ſuum concretum eſt compoſitum intellectui lucefacto per ſecundam ſpeciem regulæ D, & per primam E.

DE FORMA. CAP. XXVII.

Duodecima forma de forma.

FORMA eſt applicabilis ad principia; ideo ſicut principium diſcurritur per principia explicata & regulas: ſimiliter forma poteſt diſcurri ſuo modo: hoc tamen dicimus de forma compoſita in creatis, eo quod bonificabile eſt de genere materiæ; ſed in Deo non. Forma eſt illa eſſentia cum qua agens agit in materia naturaliter. Ipſa quidem forma compoſita habet ſua correlatiua compoſita; ut ſupra dictum eſt. Sed forma ſimplex in cauſatis non habet correlatiua, eo quod eſt vna pars ſimplex ſubſtantiæ, videlicet formificans ſiue agens quo ad primam ſpeciem E conſiderata: & hoc idem de forma accidentali dici poteſt. Tali quidem forma inſenſibilis & imaginabilis eſt, in quantum extra figuram eſt. Concretum verò ſuum ſiue eſſe, eſt for-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

matum; eo quod à forma denominatum eſt. Formatum quod eſt de genere corporis per colorem & figuram eſt viſibile: & per duriciem tangibile: & in lapide de elementatiua formatum: & in planta de vegetatiua; & ſic de aliis. Et hoc per ſecundam ſpeciem regulæ D. & per primam E. ſignatum eſt.

DE MATERIA. CAP. XXIIX.

Decimaterzia forma de materia.

MATERIA eſt eſſentia ſimplex paſſiua: & eſt applicabilis ad paſſionem principiorum explicatorum, ſicut ad bonificabile, magnificabile, &c. Quæ quidem ſunt de genere materiæ ratione paſſionis. Materia verò non habet concreta: & hoc per ſecundam ſpeciem regulæ C. eo quia ſimplicitas ponit quod ſit vna ſimplex pars ſubſtantiæ ſua paſſio. Et ſuum principium primitiuum per primam ſpeciem regulæ D. ſignatum eſt. Concretum vero ſiue materiatum eſt compoſitum ex pluribus paſſionibus: ſicut eſt bonificabile, magnificabile &c. Ipſum vero materiatum per ſecundam ſpeciem regulæ D. & per primam E. eſt declaratum. Ipſum quidem materiarum eſt fons, à quo deriuantur omnes materiæ particulares: ſicut formatum à quo deſcendunt omnes formæ particulares reductæ de potentia in actum.

DE SVBSTANTIA. CAP. XXIX.

Decimaquarta forma de ſubſtantia.

SVBSTANTIA eſt applicabilis ad triãgulum contractum in quantum dicit, quod maioritas eſt inter ſubſtantiam & ſubſtantiam, & ideo diſcurſus ſubſtantiæ eſt implicatus in diſcurſu maioritatis per omnia principia & regulas: diffinitio autem eſt applicabilis ad diffinitionem bonitatis, &c. Nam ſicut bonitas eſt ratio bono quod producat bonum: ſic ſubſtantia quo ad ſuum genus, eſt ratio quod producat ſubſtantiatum. Subſtantia quidem habet ſua correlatiua ſubſtantialia, per ſecundam ſpeciem regulæ C. videlicet ſubſtantiatum, ſubſtantiabile & ſubſtantiare. Subſtantiatiuus eſt applicabilis ad bonificatiuum: & magnificatiuum: & ſubſtantiabile eſt applicabile ad bonificabile & magnificabile: & ſubſtantiare ad bonificare & magnificare. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectꝰ per quem modum ſubſtantia eſt compoſita ex forma & materia; & ex ipſis coniuncta; & in tertio numero poſita. Concretum verò ſiue eſſe eſt ſubſtantiale, ut per ſecundam ſpeciem regulæ D. & per primam E. ſignatum eſt intellectui, & etiam ſenſitiuè & imaginatiuè in elementatis.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ACCIDENTE. CAP. XXX.

Decimaquinta forma de accidente.

ACCIDENS eſt implicatum in triangulo croceo: vbi dicitur maioritas eſt inter accidens & accidens. Et ideo ſuus diſcurſus eſt applicabilis per omnia principia & regulas in triangulo ſupradicto: diſcurſus ſupradictus implicatus eſt. Accidens quidem eſt forma per ſe non exiſtens, niſi ad ſuum finem principaliter ſe habet: ſed ad finem ſubſtantiæ. Accidens tamen non habet correlatiua proprie, ſed per accidens: eo quod ſubſtantia ex ipſo eſt habituata, quanta & ſituata, &c. In capitulo bonitatis eſt magna, &c. Accidens oritur eo, quod multiplicatio compoſiti eſt. Quanta per quantitatem ortam per accidens. Et quod eſt aſſituata in ſubjecto, ſitus quidem eſt ortus per accidens, & ſic de relatione quæ eſt accidens, & ſic de aliis prædicamentis, & etiam de motu, & huiuſmodi. Concretum verò accidens eſt accidentale, quod applicabile eſt ad ſecundam ſpeciem regulæ D. & ad primam E. ſicut archa quæ eſt ſubjectum accidentale, ex eo quod habet accidentalem figuram per artificium. Et ſicut de logico qui accidentaliter eſt magiſter. Et ſic de aliis ſuo modo.

DE QVANTITATE. CAP. XXXI.

Decima ſexta forma de quantitate.

QVANTITAS eſt terminus explicatus in hac arte, ſcilicet in regula F. ſed ſua diffinitio eſt applicabilis ad diffinitionem bonitatis, &c. Nam ſicut bonitas eſt ens ratione cuius bonus agit bonũ: ſic quantitas eſt ens ratione cuius quantus agit, quantum ſua primitiuitas & ortus ſunt applicabiles ad capitulum bonitatis deductæ per principia: quod eſt vna eſſentia & magnitudo alia, & quando contrahuntur, ſequitur multiplicatio: & per conſequens quantitas ſine qua multiplicatio in creaturis fieri non poteſt. Et hoc per primam ſpeciem regulæ D. viſum eſt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, vnde oritur quantitas. Item quantitas eſt applicabilis ad correlatiua ſubſtantialia per ſecundam ſpeciem regulæ C. Quæ correlatiua ex quantitate in menſurata ſunt per differentiam quæ faciat ipſa differentia in tanto quod magis neque minus ſunt. Quantus autem eſt ſuum concretum per ipſam quantitatem menſuratum: ſicut albus qui per albedinem eſt coloratus.

DE QVALITATE. CAP. XXXII.

Decimaſeptima forma de qualitate.

QVALITAS eſt terminus explicatus, ut patet per regulam G. & ſua quidem diffinitio eſt ad diffinitionẽ bonitatis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

applicabilis,&c. Nam ſicut bonitas eſt ens,ratione cuius bonus agit bonum : ſic qualitas eſt forma quæ ponit quod bonificans ſit qualis,agendo:bonificatus ſit qualis,patiendo. Ipſa quidem qualitas applicabilis eſt ad correlatiua ſubſtantialia per ſecundam ſpeciem C.quæ correlatiua ex qualitate ſunt habituata.Et ipſa qualitas ex ipſis correlatiuis aſſituata.Per tertiam verò ſpeciem regulæ C.ponit ſubjectum quale in quo eſt : quod quidem ſubjectum quale eſt ſuum concretum. Amplius qualitas eſt applicabilis ad ſecundam ſpeciem regulæ D. In capitulo bonitatis diſcurſæ per principia & regulas:& ſic de magnitudine,&c.Nam bonitas quæ eſt principium generaliſſimum , non eſt qualis vſquequo eſt contracta : ſicut quando dicitur; qualis eſt bonitas? & reſpondetur,quod illa eſt magna & durabilis.&c.& tunc qualitas orta eſt per accidens per contractionem principiorum.

DE RELATIONE. CAP. XXXIII.

Decima octaua forma de relatione.

RELATIO eſt terminus implicatus : & ſua diffinitio applicabilis eſt ad diffinitionem bonitatis , &c. Nam ſicut bonus creat bonum per bonitatem : ſic relatiuus creat relatum per relationem.Si enim eſt relatiuus,ſequitur relatus.Et econuerſo.Si eſt antecedens, ſequitur quod ſit conſequens & econuerſo.Et ſi eſt concordantia, ſequitur quod ſit pluralitas; & ſic de aliis.Relatus eſt quidem ſuus concretus de ipſa relatione, & in ipſa habituatus , & huiuſmodi. Adhuc relatio exiſtens & accidens eſt quidem applicabile ad contractionem & mixtionem principiorum cum prima ſpecie regulæ D & cum ſecunda regulæ C.Si enim bonitas eſt magna,ſequitur quod habeat correlatiua bona & magna , ſine quibus bonitas nequaquam poſſet eſſe magna.Et ſic de aliis ſuo modo.

DE ACTIONE. CAP. XXXIV.

Decimanona forma de actione.

ACTIO eſt terminus implicatus in correlatiuis; & ad ipſa quidem correlatiua eſt applicabilis; ſcilicet ad bonificatiuum,magnificatiuum,&c. & ſua diffinitio applicabilis eſt ad diffinitionem bonitatis, &c. Sicut enim bonitas eſt ens ratione cuius bonus agit bonum : ſic actio eſt ratio in agente quod agat in paſſum ſuo concreto:tamen non eſt nomen impoſitum per rectam lineam.Ipſum verò concretum per ſecundam ſpeciem regulæ D. eſt ſignatum. Vlterius actio per primam ſpeciem D. eſt declarata in correlatiuis per ſecundam ſpeciem C. & hoc per diffinitionem medij:& ſic de aliis ſuo modo.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PASSIONE. CAP. XXXV.

Vigesima forma de passione.

PASSIO est terminus implicatus. Et est applicabilis ad correlatiua. Per secundam speciem regulæ C. scilicet ad bonificabile, magnificabile, &c. Ideo sicut illa correlatiua passiua sunt per mixtionem principiorum: sic passio quæ est generale principium potest deduci per mixtionem principiorum & regularum. Amplius passus est suus concretus, qui in passione est assituatus, & de ipsa habituatus. Ipsa verò Passio orta est in contractione & mixtione principiorum: sicut bonitas quæ est passio, in quantum est de magnitudine habituata & è conuerso. Et hoc per primam speciem regulæ D. clarum est; & ad hoc regula B. consentit.

DE HABITU CAP. XXXVI.

Vigesimaprima forma de habitu.

HABITUS est principium, & est implicatum: sed applicabile est ad principia explicata. Sicut enim bonus agit bonum habituando se de virtute morali bona: sic habituans habituat se de habitu morali ratione habitus, & sic de bonitate habituata de magnitudine. Habituatum vero est suum concretum. Nam sicut album est de albedine habituatum; & cappatus de cappa, & ignis de caliditate; & iustus de iusticia: sic habituatus de habitu. Adhuc per primam speciem regulæ D. & in mixtione principiorum & regularum, cognoscit intellectus vnde habitus oritur: & in quibus subiectis est diffusus. Sicut intellectus qui suum intelligibile intrinsecum habituat de phantasmatibus peregrinis, vt phantasmatibus scitis, intellectus de scientia sit habituatus. Et hoc per regulam B. manifestum est.

DE SITU. CAP. XXXVI.

Vigesima secunda forma de situ.

SITUS est terminus implicatus sed est applicabilis ad correlatiua per secundam speciem regulæ C. & D. & primam E. & etiam diffinitionem bonitatis &c. Sua quidem diffinitio applicabilis est. Nam postquam bonitas est ratio bono quare bonus agit bonum in essentia bonitatis, sequitur igitur, vt correlatiua bonitatis sint assituata & è conuerso. Et sic situs est accidens causans assituationem in principiis. Vlterius per primã speciem regulæ D. & per contractionem & mixtionem principiorum & regularum cognoscit quidem intellectus, vbi situs est ortus, & vbi ducitur de potentia in actum: sicut bonitas magna quæ est assituata, & è cõuerso. Et correlatiua bonitatis sunt assituata in correlatiuis magnitudinis, & ad hoc regula B. con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

consentit, sic correlatiua magnitudinis, & reliqua.

DE TEMPORE. CAP. XXXVII.

23. forma de tempore.

TEMPUS est principium explicatum in arte: sed gratia explanationis volumus ostendere per quem modum est applicabile ad omnia principia & regulas; sicut sua diffinitio quæ applicabilis est ad diffinitionem principii. Tempus enim est illud principium, cum quo omnia creata fuerunt noua. Et etiam sua diffinitio applicabilis est ad decimam regulam, eò quod tempus est instrumentum cum quo sunt dies & noctes, & horæ, & motus, & huiusmodi. Adhuc tempus est applicabile ad correlatiua per secundam speciem regulæ C. cum quibus est deductum de potentia in actum: quando agens agit in agibile cum tempore, multiplicando dies, horas, noctes, & sic de aliis. Suum vero concretum est temporificatum.

DE LOCO. CAP. XXXIIX.

24. forma de loco.

LOCUS est principium explicatum deductum per principia & regulas, & sua diffinitio est applicabilis ad diffinitionem principii. Nam locus est principium cum quo omnia entia sunt continẽtia & contenta. Ipse quidem est applicabilis ad decimam regulam, eò quod locus est instrumentum, cum quo omnia mobilia sunt mobilia de nouo loco ad nouum locũ. Ipse etiam locus applicabilis est ad correlatiua à quibus exit: quando ipsa correlatiua substãtialia collocant in seipsis correlatiua peregrina. Sicut ignis in ignibili etiã calore calorat aquam. Et generans in suo intrinseco generabili: generat generatum & huiusmodi. Collocatum autem est suum concretum.

DE MOTU. CAP. XXXIX.

25. forma de motu.

MOTUS est principium implicatum & sua diffinitio est applicabilis ad diffinitionem principii, & etiam ad decimam regulã, & sic de aliis. Nam motus est illud principium, cum quo omnia mobilia sunt mobilia; & sua correlatiua exeunt à correlatiuis substantialibus, sicut accidens à substantia. Motus est quidem instrumentum cum quo substantia mouet seipsum localiter, augmentaliter & alteraliter. Localiter, sicut cœlum quod mouet se circulariter cum suo appetitu qui est de genere motus. Augmentaliter, sicut planta crescendo & generando. Alterabiliter, sicut vinum quod muratur in acetum: & aqua de frigiditate in caliditatem: & homo de sanitate in infirmitatẽ: & iusticia in iniuriam, & huiusmodi. Suum autem concretũ est res motiua; essentia vero motus est insensibilis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bilis & imaginabilis; ſcilicet in ſubiecto in quo eſt, eſt ſenſibilis & imaginabilis: ſicut viſus qui attingit mouentem & motum, quando martellus mouet clauum. Et tactus qui attingit motū impulſum. Non autem dico quod attingat motum quoad eſſentiam ipſius motus: ſcilicet figurā tantum, & ſic de aliis ſuo modo: ſicut viſus qui attingit lapidem cadentē, ſed non attingit eſſentiā motus, neq; lapidis: ſed colorē & figuram tantum.

DE IMMOBILITATE, CAP. XL.

IMMOBILITAS eſt principium implicatum: ſed ad principii diffinitionem ſua diffinitio applicabilis eſt. Nam ſic principiū eſt cauſa, quare entia ſunt principiabilia. Sic immobilitas eſt principium, cum quo immobilia ſunt immobilia, ſiue permanentia: ipſa quidem immobilitas eſt applicabilitas ad ſua correlatiua intrinſece, à quibus nequaquam ſeparari poteſt Sicut forma ab actione, & materia à paſſione & calidus à caliditate, & bonus à bonitate, & homo à ſua ſpecie, &c. Concretum autē immobilitas eſt immobile: correlatiua aut immobilitatis ſunt immotiuum, immobile & immouere: ſicut in eſſentia intellectus, & ignis & huiuſmodi: in quo ſunt intellectiuus, intelligibile & intelligere, & ſunt immobilia; & hoc quia ſunt permanentia per differentiam & proprietates & differentiam numerorum, nam ſi eſſent mobilia, eſſentia quidem intellectus corruptibilis & alterabilis eſſet & huiuſmodi: & ſic de eſſentia ignis ſuo modo. Immobile vero eſt ſuum concretum per primam ſpeciem regulę C, & per regulam D, hoc ſignatum eſt. Immobile autem ſecundum ſecundam ſpeciem regulæ E. extra ſe non appetit quietem, & ſic de aliis.

26. forma de immobilitate

DE INSTINCTU. CAP. XLI.

INSTINCTUS eſt principium implicatum, & eſt applicabilis ad ſapientiam quæ eſt principium explicatum; & per cōſequens eſt applicabilis ad diffinitionem ſapientiæ cum decima regula. Nam ſicut ſapientia eſt ens, ratione cuius ſapiens intelligit: ſic inſtinctus naturalis eſt ens ratione cuius ſubiectū in quo natura eſt, naturaliter agit ſecundū ſuam ſpeciem: ſicut in planta. Nam ſuus inſtinctus ſe habet ad generare flores, folia, fructus & ſaporem, & huiuſmodi. Et ſic de brutis quæ habent inſtinctum & induſtriam ad viuendum per ſecundam ſpeciem regulæ C. Correlatiua inſtinctus ſunt applicabilia ad correlatiua principiorum explicatorum; & ſic de aliis ſpēciebus ſuo modo. Suum vero concretum eſt res inſtincta, vt per ſecundam ſpeciem

27. forma de inſtinctu.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſpeciem regulæ C. & per primam E. ſignatum: & ſuus finis conſiſtit in ſecunda ſpecie regulæ E.

DE APPETITU NATURÆ. CAP. XLII.

Vigeſima octaua forma de appetitu naturæ.

APPETITVS naturæ eſt principium implicatum: & ſua diffinitio applicabiliter eſt ad voluntates diffinitionis. Nam ſicut voluntas appetit obiectum, & ponit ipſum deſideratum & de ipſo concupiſcentiam habet: ſic appetitus ſe habet ad obiectum, vt in ipſo quieſcat: ſicut elementa quæ habent appetitum ad elementandum; & planta ad vegetandum: & ad generare flores, folia & fructus: & ad multiplicare ſuam ſpeciem in indiuidua Et ad hoc co'currunt principia explicata: ſicut bonitas animalis, quæ eſt in ſubiecto habet appetitum, vt habeat actum ſuum, ſcilicet bonificare: & hoc per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignatum eſt. Appetitus habet ſua correlatiua applicabilia ac correlatiua voluntatis. Ipſe etiam appetitus habet ſuum contractum; vt per ſecundam ſpeciem D. & primam E ſignatum eſt, cum quo mouet ſe ad ſecundam ſpeciem regulæ C vt quieſcat, ſicut homo qui mouet ſe cum ſua voluntate ad amores ſiue ad amatum & huiuſmodi.

DE ATTRACTIONE. CAP. XLIII.

Vigeſima nona forma de attractione.

ATTRACTIO eſt principium implicatum, & eſt applicabilis ad definitionem finis & bonitatis. nam finis attrahit ad ſe quietatum, ſicut bonificans bonificatum, & voluntas amatum, & anhelitus ſpiratum, & viſus coloratum, & guſtus ſapidum, & huiuſmodi. Correlatiua attractionis applicabilia ſunt ad correlatiua principiorum explicatorū per ſecundā ſpeciem regulæ C. Nam attrahens attrahit attractum in paſſione ſuæ eſſentiæ: ſicut ignis aërem in ſua calefactione, vt ipſe aër ſit calefactus: & anhelitus aërem, vt ipſe aër ſit reſpiratus. Et potentia obiectum, vt ſit obiectatum, & ſic de aliis ſuo modo. Suum vero concretum eſt res attracta: attrahit enim ſpecies, & operationes naturales ad ſe, vt ſit agens, & vt per ipſum principia explicata poſſint habere actus, & in ſecūda ſpecie regulæ E. quietem & huiuſmodi: ſicut magnes qui à tota ſpecie ſua attrahit ferrū, vt ſiccitas & frigiditas exiſtentes in ferro artificialiter quieſcat in ſiccitate & frigiditate magnetis, qui eſt ſubiectum naturale: & in hoc paſſu cognoſcit intellectus per quem modum ea quæ ſunt artificialiter, attrahuntur per ea quæ naturaliter ſunt.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE RECEPTIONE. CAP. XLIV.

Trigesima forma de receptione.

RECEPTIO est principium implicatum: & sua quidem diffinitio applicabilis est ad diffinitionem principii materialis, sicut attractio ad principium formale, & sicut in correlatiuis tuus quidem est de genere attractionis, sicut bilis est de genere receptionis: tamen non dico quod receptio habeat correlatiua, quia si haberet; tam sequeretur quod tuus & bilis essent idem numero; & similiter forma & materia, quod est impossibile. Sed dico quod receptans recipit receptibile peregrinum in passione suæ essentiæ, sicut visus colorem in suo visibili, & intellectus in suo intelligibili species peregrinas recipit. & huiusmodi. Et in isto passu cognoscit intellectus quod obiectum non mouet potentiam, sed potentia mouet se cum obiecto. Nam aliter obiectum esset agens & patiens, & per cõsequens potentia & actus essent confusi Et agens & patiens essent idem numero in natura: & illud idem posset dici de attractione & passione, quod est impossibile. Concretum vero receptionis est receptum, quod applicabile est ad secundam speciẽ regulæ D. & ad primam E. videlicet quod est constitutum de pluribus bilibus in subiecto in quo est.

DE PHANTASMATE. CAP. XLV.

Trigesima prima forma de phantasmate.

PHANTASMA siue species applicabilis est ad diffinitionem speciei & voluntatis cum quarta specie instrumentalis: eò quod non agunt nisi cum phantasmatibus Phantasma quidem est applicabile ad primam speciem regulæ D. & ad diffinitionem principii & hoc sic. Homo videns equum non imaginatur ipsum, & quãdo claudit oculos, aut equus est in absentia: tunc imaginatur ipsum & phantasma est deductum de potentia subiecti in actum, & receptum in imaginatione in qua intellectus colligit ipsum, & ponit ipsum in suo intelligibili, vt scientiam habeat, & etiam ponit ipsum in memoria in qua cõseruatur, & deinde aliud phantasma acquirit: & sic de voluntate per concupiscibile & irascibile. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum generatur scientia siue modus & ad hoc concurrunt omnia principia explicata & regulæ. Nam valde difficile est generale phantasma ratione paruitatis entis in quo est. Concretum autem phantasmatis est res phantasiata de pluribus similitudinibus constituta. In brutis autem non transit vltra imaginationem, Nam si transiret: iam bruta haberent scientiam Sed est permanens in imaginatione, vt industriam habeant ad viuendũ: & hoc per regulam B manifestum est.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PLENITUDINE
CAP. XLVI.

32. *forma de plenitudine.*

PLENITUDO eſt principium implicatum: & ſua diffinitio applicabilis eſt ad diffinitionem bonitatis, magnitudinis, &c. Nam plenitudo bonitatis eſt ratio quod producat bonum. Et plenitudo magnitudinis eſt ei ratio quod bonitas ſit plena de ipſa, & è conuerſo. Et ſic de aliis in mixtione principiorum & regularum ſignatum eſt. Amplius correlatiua plenitudinis ſunt applicabilia ad correlatiua bonitatis, quæ ſunt plena de correlatiuis plenitudinis. Suum vero concretum eſt plenum, & hoc eſt manifeſtum per ſecundam ſpeciem D. & per primam, &c. Et maximè quando per ſecundam ſpeciem regulæ E. quietatur. Vacuitas autem eſt ſuum oppoſitum. Et ſua diffinitio eſt applicabilis ad contrarios terminos eius. Et hæc per prædicta de euacuatione ſufficiant.

DE DIFFUSIONE.
CAP. XLVII.

33. *formæ de diffuſione.*

DIFFUSIO eſt principium implicatum; & ſua diffinitio eſt applicabilis ad diffinitionem bonitatis, differentiæ, &c. Nam bonitas eſt ratio producens bonum & eſt diffuſiua, & dilatat ſe in ſubiecto in quo eſt, contrahendo ſe ad magnitudinem & durationem, &c. differentia diſtinguente diffuſionem cum ſuis correlatiuis per ſecundam ſpeciem ſignatis. Concretum autem diffuſionis eſt diffuſum, & eſt de diffuſione habituatum, & in ipſo aſſituatum, &c. vt per ſecundam ſpeciem D. & per primam E. manifeſtum eſt: Oppoſitum autem diffuſionis eſt reſtrictio, quæ applicabilis eſt ad diffinitionem cordantiæ: cum ipſa quidem auarus cauſat auaritiam.

DE DIGESTIONE.
CAP. XLVIII.

34. *forma de Digeſtio.*

DIGESTIO eſt principium implicatum. Et ſua diffinitio eſt applicabilis ad diffinitionem virtutis & maioritatis Nam innata virtus digerit virtutes peregrinas in ſua ſpecie cũ ſua maioritate: ſicut planta in qua digeruntur elementa in ſua ſpecie; ſic in animali per potum & cibum. Correlatiua vero digeſtionis applicabilia ſunt ad correlatiua virtutis & maioritatis. Suum quidem concretum eſt digeſtum de digeſtione habituatum.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE EXPULSIONE.

Cap. XLIX.

35. forma de expulsione.

EXPULSIO est principium implicatum: ipsa vero est applicabilis ad diffinitionem contrarietatis. Nam vnum contrarium expellit aliud contrarium in subiecto in quo est. Et hoc patet in animalibus per fecem, vrinam & scabiem. Et in planta patet similiter per flores, folia & fructus, quæ in ipsa non habent permanentiam: & sic moraliter de rege expulso de suo regno, & peccatore de gracia Dei, & de fine quare est. Adhuc correlatiua expulsionis applicabilia sunt ad correlatiua contrarietatis. Suum vero concretum est expulsum de expulsione habituatum.

DE SIGNIFICATIONE.

Cap. L.

36. forma de significatione.

SIGNIFICATIO est principium implicatum: sua quidem diffinitio est applicabilis ad omnia principia explicata & regulas Nam postquam bonitas est ratio, quod producat bonum, bonitas concreta ad magnitudinem significat, quod bonus magnus producat bonum magnum; Et sic de aliis. Correlatiua vero significatiõis applicabilia sunt ad correlatiua bonitatis, magnitudinis, &c. cũ quibus correlatiuis, significationis bonitas quidem significat hoc quod est & ea quæ continet in se: suum aut ẽ concretum est signatum & de ipsa habituatũ. Occultatio vero est oppositũ significationis & sua diffinitio &c. applicabilis est ad terminos oppositos ipsius significationis.

DE PULCHRITUDINE.

Cap. LI.

37. forma de pulchritudine.

PVLCHRITVDO est principium implicatum: & sua diffinitio applicabilis est ad diffinitiones principiorum explicatorum. Nã bonitas & magnitudo, &c. sunt pulchritudines exceptis contrarietate & minoritate: tamen minoritas proportionata in subiecto in quo est, pulchra est; vt patet in puero paruo. Correlatiua vero pulchritudinis consistunt per secundã speciem regulæ C. sicut pulchra causa quę naturaliter causat pulchrum effectum. Et sicut intellectus in imaginatione causat pulchram figuram cum amore, ratione finis per secundam speciem regulæ C. designat: & etiam per quam consistit pulchra & maximè per propriam qualitatem quam per appropriatam. Et similiter per maioritatem magis consistit pulchritudo quam per minoritatem; vt patet in rhetorica, in qua rhetoricus magis colorat sua verba cum maiori fine quã cum minori

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE NOVITATE. CAP. LII.

38. *De nouitate.*

NOVITAS est forma prima, cuius subiectum habituatur de nouis habitibus: sicut cœlum quod habituatum est de loco, tempore & motu: & sic de ōmnibus indiuiduis elemētatis potest dici. Et hoc per primam speciē regulæ D. signatum est. Prima quidem nouitas sic oportuit esse: sicut fuerunt primus motus, & tempus, & locus. Et in isto passu cognoscit intellectus quod extra tempus, locum & motum nulla nouitas esse possit, cò quod simul & semel oportet quod sint. Et ad hoc consentiunt regulæ B. H. I.

DE IDEA. CAP. LIII.

39. *forma de idea.*

IDEA in æternitate est Deus: sed in nouitate est creatura, sicut figura arcæ quæ in meditatione carpentarii fuit noua: ipsa autem deducta de potentia in actum fuit antiqua. Et satis plane manifestatur in cōrrelatiuis diuinis per secundam speciem regulæ C. signatis. Diuinus enim intelligēs in suo proprio intelligibili infinito & æterno, attrahit omnes nouitates ab omni subiecto creato denudatas: quę quidē nouitates sunt Ideæ diuinæ: sed per tertiam speciē eiusdem regulæ sunt creaturæ nouæ, finitæ, & terminatæ.

DE MATHEMATICA. CAP. LIV.

40. *forma de mathematica.*

MATHEMATICA est forma cum qua intellectus humanus denudat substantiam ab accidentibus quæ subsistit eis, vt genus & species facere possit, cum quibus acquirat & faciat scientiam. Ipsa quidē forma mathematica est exemplata & denudata, mediante idea denudata ab omnibus creaturis, vt Idea cum forma mathematica cognoscatur. Et hoc patet per primam speciem regulę D. & per secundā speciem regulę E. & per quartam speciem regulę K. Talis quidem forma est genus in omnibus formis, quæ deducuntur de potentia in actum, vt patet in nono subiecto.

DE ENTE IN POTENTIA existente. CAP. LV.

41 *forma de ente in potētia existēte.*

ENS in potentia existens est forma existens in subiecto in quo est absq; motu, superficie, quantitate, qualitate & huiusmodi, vt patet in grano in quo arbor est in potentia. Et quando deducitur illa forma de potentia in actum, comitantur quidem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quidem in tali deductione siue generatione sua accidentia. Et quando prædicta forma orta est cum antedictis accidentibus, iam cum ipsis habituata est; quæ quidem accidentia oriuntur siue orta sunt ex accidentibus in actu existentibus in subjecto, in quo prælibata forma erat in potentia. Et in isto passu cognoscit intellectus quomodo vna substantia oritur ab altera substantia: & accidentia ex alteris accidentibus naturaliter. Et ad hoc consentit regula D. cum diffinitione bonitatis & potestatis, virtutis, principij & medij. Similiter ad hoc consentit secunda species regulæ E. & regulæ G. & quarta species regulæ K.

DE PVNCTEITATE. CAP. LVI.

PVNCTEITAS est essentia puncti naturalis quæ est minor pars corporis: punctus quidem tantum est prope minoritatem, quod indiuisibilis est in tantum, quod neque per sensum neque per imaginationem attingi potest. Et in isto passu miratur intellectus quomodo de puncto naturali noticiam habere potest, postquam insensibilis & inimaginabilis: sed adiuuat se cum puncto morali obiectato per visum & imaginationem. Et per ipsum quidem ascendit ad cognitionem puncti naturalis, de quo facit scientiam. Et ad hoc consentit regula B. & prima species regulæ D. sic de regula F. & I. dici potest. *42. Forma de punctitate.*

DE LINEA. CAP. LVII.

LINEA naturalis est longitudo constituta ex pluribus punctis continuis: cuius extremitates sunt duo puncta; & est secunda pars corporis Et dicitur secunda: eo quod ex pluribus punctis constituta est, ut signatum est in regula K. & in regula F. puncti quidem quantitatem discretam signant: longitudo autem continuam. Et in hoc patet, quod puncti significant quantitatem discretam. Nam per punctos linea diuisibilis est, latitudo oritur & causatur ex pluribus lineis continuis; & per consequens oritur superficies ex longitudine & latitudine simul existentibus in subjecto, in quo sunt: profunditas autem oritur ex rotunditate punctorum. Nam punctus autem magis est rotundus in natura quam longus & latus; ut patet in ramis frondentibus in arbore. Adhuc ratio huius est, quod circulus ratione cœli, cuius similitudo fortior figura est in motu naturæ quam aliqua alia figura. Et in isto passu cognoscit intellectus quæ sunt principia primitiua corporis, videlicet punctus, linea, longitudo, latitudo, superficies & profunditas. *43. Forma de linea.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TRIANGVLO. CAP. LIIX.

44. Forma de triangulo.

TRIANGVLVS eſt forma habens tres angulos tribus lineis contenta: ſicut patet in elementatis, in quibus quodlibet elementatum habet ſuum triangulum : ſicut ignis qui habet vnum angulum acutum per calidum & ſiccum; & alium per calidum & humidum; & alium per ſiccum & frigidum. Talis quidem triangulus attribuitur igni : ipſe enim per calidum & ſiccum regnat ſuper alios triangulos. Similiter aër habet alium triangulum per humidum & calidum. Amplius aqua per frigidum & humidum : iterũ & terra alium per ſiccum & frigidum. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus eſſentias , ex quibus corpus elementatum eſt plenum, ratione cuius elementa ſe habent ad inuicem ad compoſitum per differentiam , concordantiam & contrarietatem. Sed miratur intellectus quomodo de talibus triangulis poteſt habere ſcientiam, cum nunquam fuerint in ſenſu. Sed recordatur triangulum figuræ planæ qui ſenſibilis eſt , cum quo imaginatur & cognoſcit triangulum naturalem, mediãte tamẽ regula K. & ſecũda ſpecie regulæ D. &c.

DE QVADRANGVLO. CAP. LIX.

45. Forma de quadrangulo.

QVADRANGVLVS naturalis eſt figura habens quatuor angulos rectos: & in quolibet angulo trianguli ſunt implicati duo anguli recti, eo quod ſunt de genere trianguli, quodlibet enim elementum habet duas qualitates videlicet vnam propriam , & aliam appropriatam; ut patet in regula G. in quadrangulo quidem ignis habet vnum angulum tanquã rex, aër ſimiliter alium, &c. Et patet quod quadrangulus diuiſibilis eſt in quatuor triangulos æquales cum lineis diametralib'. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum quadrangulus multiplicatur per quatuor triangulos : & triangulus per tres lineas; & linea per punctos continuos.

DE CIRCVLO. CAP. LX.

46. Forma de circulo.

CIRCVLVS eſt figura vltima & dicitur vltima: quod perfectior eſt quam aliqua alia figura. Ipſa enim continet in ſe omnes alias figuras : ab ipſis quidem deſcendit & conſtituta eſt; ut patet per ſecũdam ſpeciem regulæ D. & per quartam ſpeciem K. Circulus enim cauſatur ex triangulo , quadrangulo, &c. In tantum vſque quo ſunt coniuncti anguli & linea circulari punctaliter ad ſimilitudinem cœli , quæ eſt maior figura: & ad hæc regula B. conſentit.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CORPORE. CAP. LXI.

CORPVS est substantia ex punctis, lineis & angulis plena ex longitudine, latitudine & profunditate assituata: & ex superficie habituata Ipsum quidem corpus habet partes coessentiales, scilicet punctos & lineas & angulos, ex quibus est compositum & plenum, & per tertiam quidem speciem vnum corpus terminatur in altero. Adhuc per secundam speciem D. est ex suis partibus ei coessentialibus per regulam F. habet quãtitatem continuam & discretam. & per regulam G. est aggregatio communis ex substantia & accidentibus composita: & per regulam H. est in tempore; per regulam I. est in loco; per regulam K. est in motu. Sed miratur intellectus de octaua sphera, quare ipsa non est in alieno loco contenta. Et dubitat, vsquequo considerat quod corpus est finitum, & de figura habituatum: alioquin esset ei dare infinitum, quod est impossibile. 47. *Forma de corpore.*

DE FIGVRA. CAP. LXII.

FIGVRA est accidens constitutum ex situ & habitu: quæ per secundam speciem regulæ C. sunt suæ partes: & per tertiam speciem eiusdem est habitus in corpore: & per quartam habet lineas rectas & curuas. Ipsa quidem figura cum colore est obiectum visus, cum lineis autem & angulis absque colore est obiectum tactus: & cum omnibus prædictis est obiectum imaginationis, & in isto passu cognoscit intellectus quod imaginatio est generalior potentia quam visus; figura autem non est obiectum intellectus sine imaginatione. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod mortuo homine anima retinet species, quas acquisiuit cum imaginatione, ut de hac vita & corpore in quo fuit, memoriam habeat. 48. *Forma de figura.*

DE GENERALIBVS RECTITVdinibus. CAP. LXIII.

RECTITVDINES generales sunt sex, quibus corpꝰ est centrum per lineas diametrales; ut per eas corpus possit esse in motu: videlicet ad superius & inferius ante & retro, dextrè & sinistrè: istæ quidem sex rectitudines sunt coessentiales motu. Sed miratur intellectus, quare sunt sex & non plures, neque pauciores, sed recordatur motum, qui non potest esse perfectus absque ipsis: si autem essent plures aut pauciores, imperfectꝰ quidem esset, ut patet per tertiã & quartã speciẽ regulæ C. & per secundam speciem eiusdem signatum est quod sex 49. *Forma de generalibus rectitudinibus.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rectitudines prædictæ sunt coessentialiter partes motus, in quo corpus est assituatum & habituatum. Sed miratur intellectus, quare corpus sphericum non habet tales rectitudines prædictas sicut caput hominis, oculus, & pomum, & huiusmodi. Sed recordatur mundum qui est corpus sphericum : qui quidem mundus non subsistit illis rectitudinibus, eo quod vltimum corpus est, quod causat suas similitudines in prædictis corporibus sphericis, ut de eo intellectus notitiam habere possit : & ad hoc consentit regula B. & K.

DE MONSTRVITATE. CAP. LXIV.

50. *Forma de monstruitate.*

MONSTRVITAS est deuiatio motus naturæ à termino à quo, ad terminum in quem , in subjecto in quo est per nimiam influentiam aut indigentiam virtutis corporum superiorum & inferiorum, dextrorum & sinistrorum, & etiam existentium ante & retro. Tales quidem motus causant habitus priuatiuos, videlicet cæcitatem, surditatem, & huiusmodi. Ratio huius est: quod extra secundam speciem regulæ C. est. Et in tertia specie ipse motus est imperfectus , & in quarta specie habet illas imperfectiones deficiente secunda specie regulæ C.

DE DERIVATIONE. CAP. LXV.

51. *Forma de deriuatione.*

DERIVATIO est subjectum generale, per quod particulare descendit ab vniuersali , sicut riuulus à fonte : & linea à punctis: & triangulus à lineis : & filius à parentibus per generalia instrumenta: & conclusio à suis præmissis, & per consequens ab antecedente & scientia à rebus, mediante tamen intellectu. Et intellectus sic considerans deriuationem, cognoscit per secundam speciem regulæ C. quod deriuatio continet in se correlatiua essentialia , quibus multa particularia deriuantur: sicut multi filij ab eis parentibus, & multa elementa à quatuor elementis generalibus, & multæ scientiæ per vnum intellectum inueniuntur : ipse quidem intellectus in se continet essentialia & generalia relatiua cum quibus inquirit & facit multas scientias intellectus ab eadem forma siue specie deriuatas. Et in isto passu cognoscit intellectus , quod relatiua ipsius intellectus sunt superiora, & scientiæ inferiores , & species in medio sunt: sicut inter causam & effectum: & in isto passu cognoscit à quo, & quomodo deriuantur scientiæ.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE VMBRA. CAP. LXVI.

§2. Forma de vmbra.

VMBRA eſt habitus priuatiuus lucis, qui non poteſt habere ſuas rectitudines, de quibus iam ſuperius locuti ſumus: eo quia corpus exiſtens in medio, eum impedit: & de hoc manifeſtè experimentum habemus per vmbram arboris ſiue turris. Sed hic quærit intellectus, vmbra cuius eſt color: & ſignificatio vmbræ quid eſt? Et conſiderat quòd aër eſt diafan': quod extra vmbram recipit colorem ſolis & ignis videlicet luciditatem: & in loco in quo eſt vmbra recipit colorem terræ: ſicut cryſtallus in ſubjecto croceo habituat ſe de croceitate: & quando ponitur in ſubjecto nigro, habituat ſe de nigredine Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod lux eſt color ſolis & ignis: & nigredo eſt color terræ & diaphanitas aëris: & albedo aquæ quæ cauſat albedinem. Qui quidem cryſtallus nihil aliud eſt niſi aqua congelata. Figura autem vmbræ eſt terminus, in quo lux & vmbra terminantur; & ad hoc conſentit diffinitio medij: & ſecunda & quarta ſpecies regulæ C. Sed quæritur intellectus, quæ eſt cauſa vmbræ lunæ? Et dubitat vſquequo cõſiderat quod luna eſt corpus diaphanum, in quo apparet vmbra terræ. Sed miratur quare non apparet in ſole qui eſt corpus diaphanum. Et dubitat vſque quo recordatur, quod ſol eſt coloratus à ſua luce propria. Et lux lunæ eſt ſic à ſole: ſicut caliditas aëris eſt à caliditate ignis; & hoc probant regulæ G. & B.

DE SPECVLO. CAP. LXVII.

§3. Forma de ſpeculo.

SPECVLVM eſt corpus diaphanum, diſpoſitum ad recipiendum omnes figuras ei præſentatas. Sed miratur intellectus cum vitrum ſit corpus diaphanum, quare non recipit figuras ſicut ſpeculum quod eſt vitrum? Sed recordatur capitulum vmbræ, cum quo declarat dubium. Nam vitrum ſiue plumbum, eſt corpus diaphanum in vtraque parte recipiens diaphanitatem tranſeuntem per ſex rectitudines, de quibus iam locuti ſumus. Sed in ſpeculo non eſt ſic: plumbum enim reſiſtit aliquibus rectitudinibus ratione ſuæ groſſiciei materiæ & ſuæ magnæ compactionis: partes quidem plumbi ſimul adinuicem valde compactæ ſunt. Et ideo ſicut arbor cauſat vmbram, eo quia exiſtit in medio lucis: ſic vitrum exiſtens inter plumbum & aërem & figuram ſiue colorem qui ei præſentatur, generat in ſe vmbram ſimilem figuræ ei præſentatæ per ſimiles habitus & colores. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quæ ſunt principia vmbræ ſpeculi: ut patet per regulas B. & G.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE COLORE ET COLORATO. CAP. LXIIX.

§4. Forma de colore, & colorato.

COLOR est qualitas existens objectum visus. Et in colorato habitus: & figura colorati est habitus coloris. Coloratus autem est substantia, in qua color substentatur. Color quidem habet correlatiua substantialia : sed color est habitus correlatiuorum substantialium. Et per primam speciem regulæ D. est de seipso : & per tertiam speciem eiusdem est colorati. Color per primam speciem regulæ G. est proprie qualitas; in homine vero siue in planta vera, sed appropriata est in homine picto siue planta picta, &c. quantitas autem coloris non est ei propria; sed potius est ei appropriata: veruntamen colorati quidem est. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum vnum accidens est in alio assituatũ ratione regulæ G sicut dictũ est de colore & colorato : sic dici potest de caliditate & calido.

DE PROPORTIONE ET PROportionato. CAP. LXIX.

§5. Forma de proportione & proportionato.

PROPORTIO substantialis consistit per relatiua consubstantialia : ut patet per infinitatem cui sunt proportionata sua correlatiua consubstantialia, sine quibus infinitas non posset esse in existentia & agentia. Finitus quidem non est proportionatus infinienti mediante infinire qui ei proportionatur; & hoc idem dici potest de æternante, æterno & æternare; & sic de aliis rationibus diuinis : & similiter potest dici de correlatiuis substantialibus in substantiis creatis : sicut in intellectu in quo intelligens, intelligibile, & intelligere sunt correlatiua ei proportionata naturaliter. Scientia autem nõ potest esse ei proportionata: non enim potest ei sufficere, sicut ligna igni. Nam plus potest ignis ligna comburere, quam ipsa igni abundare: veruntamen proportio accidentalis in correlatiuis bene potest existere, sicut inter calefactum & calefacere. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod nullum accidens potest proportionari substantiæ quo ad pondus. Nam substantia in plus se habet: accidens autem in minus; & hoc quidem clarum est per diffinitionem maioritatis & minoritatis : secundum autem iustitiam proportio potest dari inter substantiam & accidens & inter accidens & accidens. Et in isto passu cognoscit intellectus, per quem modum membra animalis, sũt proportionata in eo, & mores in homine cum quibus subjectum est proportionacum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE DISPOSITIONE ET DISPOSITO. CAP. LXX.

56. forma de dispositione & disposito.

DISPOSITIO substantialis est forma, in qua correlatiua substantialia sunt æqualiter disposita per objectum, potentiam & actum : sicut in diuina bonitate infinita & æterna, quæ est disposita ratio bono infinito & æterno, quod producat bonum infinitum & æternum, qui est dispositus bonificari: & sic de bonificare potest dici qui est ei dispositus per bonitatem infinitam & æternam : veruntamen est alia dispositio per accidens, quod patet per tertiam speciem regulæ C. sicut Deus qui disponit se ad iudicandum & procedendum secũdum quod homo se disponit ad recipiendum iudicium aut ad veniam. Non tamen dico quo ad pondus , sed quo ad iustitiam. Deus enim magis se disponit ad hominem ratione suæ bonitatis, quam homo ad ipsum : sicut ignis qui est magis dispositus ad comburendum ligna, quam ligna ad sufficiendum eius combustioni: & sic de intellectu humano potest dici. Intellectus quidem magis est dispositus ad intelligendum obiectum accidẽtale , quam ipsum obiectum, ut ab eo intelligatur: sicut intelligibilitas lapidis quæ non est intellectui proportionata , altiorem quidem potest intelligere , sicut sensibilitatem sentientem aut cœli aut angeli, &c. quæ altiores intelligibilitates sunt quam lapidis intelligibilitates, & sic de homine potest dici: homo enim plus potest currere quam currat. Nam non vult currere quantum potest, & sic de aliis suo modo potest dici.

DE CREATIONE ET CREATO. CAPVT. LXXI.

57. formæ de creatione & creato.

CREATIO est in æternitate idea per secundam speciem regulæ C. quare ab æterno est per diuinam sapientiam scita, & per diuinam voluntatem amata : sed in ente creato est habitus & actio respectu tertiæ speciei regulæ C. & per quartam speciem eiusdem regulæ. Creatio quæ est idea habet creationem quę creatura est; cum qua habet creatum nouum, passionatum sub ipsa actione, habituatum sub noua creatione. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum idea transit ad ideatum , multiplicando suam similitudinem respectu quartæ speciei regulæ K.

DE PRÆDESTINATIONE ET prædestinato, CAP. LXXII.

58. forma prædestinatæ

PRAEDESTINATIO est in sapientia Dei, in æternitate idea, sic est ab æterno : sicut in æterno & hoc ratione rela-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sione & prædestinato.

tiuorum secundæ speciei regulæ C. Intelligens enim æternum in suo proprio intelligibili æterno, intelligit omnia præterita & noua: futura & noua sunt à parte ante, scilicet ab æterno : sed præterita & antiqua sunt à parte post scilicet in æterno. Idcirco prædestinatus existens in medio duorum prædictorum terminorum per accidens, est de noua prædestinatione habituatus: sicut cappatus de noua cappa: & ideo prędestinatio vna est per secundam speciem regulæ C. Alia verò per tertiam speciem eiusdem. Nam respectu eiusdem speciei secundæ est idea: sed respectu tertiæ est habitus creatus, ad quem habitum se disponit liberè prædestinatus ad agendum bonum, sicut çappatus qui est indutus cappa noua : & sicut iudex qui se disponit ad iudicandum per habitum iustitiæ. Alioquin prædestinatio quę est idea, non haberet modum creandi prædestinationem nouam ab æterno & in æterno objectatã, quod est falsum, ut patet per quartam regulam K. Et in isto passu gaudet intellectus, eo quia de prædestinatione habat magnam declarationem sed dolet quod talis declaratio parum est scita in mũdo. Nam infuscatio prędestinationis ponit multos homines in errore & in dubitatione.

DE MISERICORDIA ET MISERICORDIATO. CAP. LXXIII.

59. forma de misericordia & misericordiato.

MISERICORDIA est in æternitate idea secundum respectum regulæ C. & respectu tertiæ speciei est habitus existens in prædestinato nouo, qui se disponit ad contritionem, & confessionem, & satisfactionem de commissis, ut de misericordia habituetur : sicut prædestinatus de prædestinatione per bonas operationes cum sua libera voluntate amatas. Alioquin nisi peecator disponeret se ad recipiendum veniam; iam non posset esse habituatus de misericordia : sicut homo malus agens malum, non potest habere habitum bonitatis. Et isto passu gaudent peccatores agentes pœnitentiam. Nam Deus potest plus parcere quam homo peccare. Sicut ignis qui plus potest de lignis comburere, quam ligna non possent ei sufficere.

DE NECESSITATE ET NECESSITATO. CAP. LXXIV.

60. forma de necessitate & necessitato.

NECESSITAS est forma, quæ aliter se non potest habere, & hoc patet per secundam speciem regulæ C. & quod absque necessitate esse nõ potest: sequitur quod necessitas est antecedẽs & necessitatus cõsequens est: sicut diuina bonitas infinita & æterna, quæ est ratio infinita bono & æterno

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod

quod producat bonum æternum & infinitum; & ideo producens eſt neceſſitatus ratione bonitatis, & per conſequens productus & producere ſunt neceſſitati. Et in ſecunda ſpecie regulæ C. patet. Vlterius ſequitur alia neceſſitas & neceſſitatus: videlicet ſi homobonus eſt, ad bonum neceſſitatus eſt. Sed ſi eſt malus ad malum. Nam iuſticia Dei ſi neceſſitat iudicium iudicando. ſicut miſericordia Dei ad veniam parcēdo; & in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod peccator quando ſe diſponi ad recipiendum iudicium, ſemetipſum iudicando: ad pœnitētiam ſe diſponit ad recipiendum veniam. Vlterius cognoſcit intellectus per quem modum miſericordia Dei & iuſticia neceſſitant actus ſuos in ſubiecto nouo: de cuius noticia intellectus eſt valde gauiſus.

DE FORTUNA ET FORTUNATO
CAPUT LXXIV.

61. *forma de fortuna & fortunato.*

FORTUNA eſt actus extra ſecundam ſpeciem C. tantum. Et eſt habitus cum quo fortunatus ſe diſponit ad illam bonam fortunam per accidens: ſicut viator iens in peregrinationem, qui à caſu inuenit aurum; ipſa quidē fortuna eſt per ſecundam ſpeciem regulæ D. & habet eſſe in ſubiecto in quo eſt per quartam ſpeciem regulæ C. & eſt hoc quod eſt per tertiam ſpeciem D. Et eſt extra principium, medium, & finem, concordantiam & contrarietatem: extra autem maioritatem & minoritatem nō eſt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod fortuna habet parum de eſſe quo ad ſeipſam: ſed quo ad fortunatum magnum eſſe habet.

DE ORDINATIONE ET ORDINATO. CAP. LXXVI.

62 *forma de ordinatione & ordinato*

ORDINATIO eſt aggregatio multorum principiorum, vt vnum principium cum alio quieſcere poſſit in vno fine. Ordinatum quidem eſt ſuum concretum, & eſt de ſua ordinatione habituatum. Ordinatio primo incipitur per ſecundā ſpeciem regulę C. vt ſit habitus in ſubiecto in quo eſt, & habet ſuam quietem per quartam ſpeciem C. Ipſa quidem ordinatio habet ſua principia primitiua; vt patet per primam ſpeciem regulæ D. & per definitionem principii, & eſt conſequentia per diffinitiones concordantiæ, cuius contrarietas eſt ſua inimica, deficiente modo per regulam K. deſignato.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE CONSILIO ET CONSVLTO. CAP. LXXIIX.

63. forma de consilio & consulto.

CONSILIUM est durabilis propositio: & consultus est suus finis & quies. Consiliarius vero debet respicere illam dubitabilem propositionem per secundam speciē C. discurrendo regulam B, tentando per quem modum consultus est figuratus cum principiorum diffinitionibus, & per nouum subiectum in tertia specie C. quod sit habituatus de virtutibus in specie quarta C. cuius habitus sit remotus à vitiis noni subiecti mediantibus regulis D. E. F. G. H. I. K.

DE GRATIA ET GRATIATO. CAP. LXXIIX.

64. forma de gratia & gratiato.

GRATIA est primitiua forma in gratiato posita sine gratia merito, vt patet per primam speciem D. & per maioritatem dantis gratiam, & per minoritatem recipientis ipsam & etiam per habitum charitatis. Adhuc gratia est in gratiato per diffinitionem bonitatis, & per magnificentiam voluntatis de liberalitate habituatæ: propter quod in isto passu cognoscit intellectus per quem modum gratia est diffusa in subiecto in quo est: & quando producitur, non impeditur à principiis superioribus sed ab inferioribus: videlicet quando considerat se esse dignum recipiendi gratiam ratione sui meriti: non autem ratione largitatis & benignitatis dantis gratiam.

DE PERFECTIONE ET PERfecto. CAP. LXXIX.

65. forma de perfectione & perfecto.

PERFECTIO est forma in subiecto perfecto quieta, cum qua subiectum perfectum quietat se, habituando de ea quæ in subiecto perfecto est habituata, vt patet per tertiam speciem C. Et ista talis perfectio deriuatur à secunda per speciem C. per multos riuulos, videlicet per multa principia & regulas huius artis. Et talis perfectio maxime est moralis. vt apparet in nono subiecto. Veruntamen est perfectio naturalis perfectissima essentialiter & naturaliter, infinite & æterne. Ipsa quidem perfectissima est per sua propria & cōsubstantialia relatiua, per secundam speciem C. designata. Perficiens enim de sua perfectione consubstantiali & naturali producit perfectum, & non de aliquo ente, qui quidem perfectus est ei coessentialis, & ambo inuicem, scilicet perficiens & perfectus, perficiunt actum scilicet perficere qui est essentialis & substantialis.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE DECLARATIONE ET declarato. CAP. LXXX.

DECLARATIO est forma, in qua intellectus distinguendo quiescit mediante diffinitione concordantiæ à diffinitione contrarietatis omnimode segregata. Declaratum est suum, in quo declaratio est habitus, vt patet per tertiam speciem C. Sua vero essentia consistit in secunda specie C. in qua intelligens declarat à se intellectum esse passiuum, & hoc per intelligere. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum habitus oritur à substantia per accidens: vt declaratio à scientia fieri possit, mediantibus tamen principiis & regulis huius artis.

66. forma de declaratione et declarato.

DE TRANSUBSTENTATIONE & transubstentato. CAP. LXXXI.

TRANSUBSTENTATIO est actus naturæ in transubstentato denudato ab vna forma antiqua. Et induitur forma noua vt sup actus possit esse in motu successiue in generabilibus & corruptibilibus. Nam absq; tali transubstentatione, natura quidem esset ligata quo ad suum actum substantialem, & etiam quo ad actum suorum accidentium & immutabilis esset suus habitus priuatiuus, & per consequens diffinitiones suorum principiorum essent destructæ, quod est impossibile. De ea quidem potest habere noticiãartista largo modo in septimo subiecto, in quo vegetatiua deducitur per principia & regulas huius artis.

67. forma de transubstentatione & transubstentato.

DE ALTERATIONE ET ALterato. CAP. LXXXII.

ALTERATIO est forma nata in alterato: vt patet per tertiam speciem C. Et ista talis alteratio oritur ab alteratione existente in secunda specie C. sicut riuulus à fonte. Et in isto passu cognoscit intellectus vias motus naturalis & moralis. In generatione quidem cognoscit viam naturalem ipsius motus in generatione autem alterãtur forma & materia. Nam alterans in suo proprio alterabili alterat res venientes, vt motus sit in fieri, & in facto esse, mediante diffinitione medii. Alteratio verò moralis est, quãdo homo mutat se de habitu in alium, sicut de iustitia in iniuriam, & de ira ad patientiam, & de logica ad medicinã, & de tristitia in gaudium, & huiusmodi.

68. forma de alteratione & alterato;

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE INFINITATE ET INFINITATO. CAP. LXXXIII.

69. Forma de infinitate & infinitato.

INFINITAS est forma habens actum infinitum ab omni finito remota, quæ absq; infinitato nequaquam esse potest. Ratio huius est, quod in subiecto finito sua quies esse non potest ipsa quidem infinitas habet suos correlatiuos per secundam speciem C. Ipsos quidem habere non potest absq; infinita bonitate, magnitudine & æternitate, &c. Nam aliter implicaretur contradictio, videlicet quod esset infinita & non infinita, & quod esset impetita & non imperita quod est impossibile. Ipsa infinitas est causa finitatis siue finiti, vt patet per tertiam speciem C. infinitate habente actionem in infinito & in ente finito Per quartam speciem C. finitus sic est habituatus de passione, sicut est habituatus de nouitate. Nam alias haberet vnum habitum infinitum & alium finitum, quod est impossibile. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod sicut finitas habet coessentiales correlatiuos finientem, finitum & finire; sic & multos melius infinitas habet scilicet infinientem, infinitum & infinire: alioquin natura finitatis se haberet in plus, natura autem infinitatis in minus, quod est impossibile.

DE DECEPTIONE ET DECEPTO. CAP. LXXXIV.

70. forma de deceptione & decepto.

DECEPTIO est habitus positiuus decipientis & priuatiuus decepti. Et ideo per secundam speciem regulæ C. intelligẽs causa in suo intelligibili per receptionem, ex qua habituat intelligibilem, & per tertiam speciem regulæ C. Et decipiens est in decepto, in quo causat deceptionem: deceptus autem non decipitur per suam secundam speciem regulæ C scilicet, in tertia decipitur & in quarta habet habitum deceptionis, cum quo deuiat se à fine ad quem est Et in isto passu cognoscit intellectus vnde oritur peccatum & vbi permanet.

DE HONORE ET HONORATO. CAP. LXXXV.

71. forma de honore & honorato.

HONOR est habitus actiuus in honorante: passiuus autem in honorato, & ideo honorans est in plus, quam honoratus, eo quod in secunda specie regulæ C. causat habitũ honoris: & in tertia est honoras, & in quarta habet habitũ hõoris: & honoratus recipit, & in tertia recipit & in quarta eiusde habet habitũ honoris. Et in isto passu cognoscit intellectus, per-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per quem modū idem habitus est in multis tiuis assituat9. Vlterius cognoscit intellectus per quem modū vituperās est magis habituatus de vituperatione quam vituperatus, Et de tali noticia per artem sic inuenta, est valde gauisus intellectus.

DE CAPACITATE ET INcapacitate. CAP. LXXXVI.

CAPACITAS est forma, cum qua capax tantum potest continere & respicere, quantum potest ei euenire. Incapacitas autem est in contrario Cappacitas quidem consistit per secundam speciem regulæ C. per quam est habitus positiuus existens in tertia & quarta specie eiusdem regulæ. Et hoc cum diffinitionibus principiorum & speciebus regularum. Incapacitas autem in secunda specie non est causata : habitus namq; priuatiuus est & remotus ab omni beneficio principiorum & regularum. Veruntamen incapacitas vicina est diffinitioni contrarietatis & minoritatis. Et in isto passu cognoscit intellectus, quid est causa suditatis intellectus & crudelitatis & impietatis voluntatis.

72 forma de capacitate et incapacitate.

DE EXISTENTIA ET AGENtia. CAP. LXXXVII.

EXISTENTIA est forma, cum qua existens existit hoc quod est: & agentia est forma mouens existentem ad terminum ad quem: & hoc patet per secundam speciem regulæ C. & per regulam E. & per diffinitionem bonitatis & potestatis & medii. Et si addantur diffinitiones, magis sequitur de necessitate, quod existentia sit tanta quanta est agentia. Et in isto passu cognoscit intellectus quod Deus tantum est agēs per secundam speciem regulæ C. quātum per primam speciem regulæ E. & est existens de quibus scilicet existentia & agentia noticia haberi potest in primo subiecto in capitulo, in quo Deus diffinitur.

73. forma de existentia & agentia.

DE COMPREHENSIONE ET apprehensione. CAP. LXXXIIX.

COMPREHENSIO est similitudo infinitatis, & ideo agens comprahensione comprahendit, etiam cum apprahensione apprahendit; sed comprahendit ratione gratiæ infinitatis: sed hic miratur intellectus, quæ est causa quare agens cum comprahensione obiectat apprahensum, sed recordatur hominem gustantem guttam vini, comprahendendo suam qualitatem

74. forma de comprehensione & apprehensione.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

qualitatem in gutture, cum qua apprehendit qualitatem vini dolii: ſicut intellectus qui cum ſenſu apprehendit eſſentiã ſenſati: ſed non comprehendit eſſentiam ſenſati denudata à ſenſu. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum eſt compræhendens & apprehendens & per diſcurſum ſpecierum regulæ E. per primam ſpeciem regulæ C. compræhendit diffiniendo, & per ſecundum appræhendit, quod ſeipſum non poteſt comprehendere, eò quod apprehendens eſt, & per primam ſpeciem C. compræhendens. Adhuc in tertia ſpecie C. eſt comprehendens: ſed in quarta ſpecie eiuſdem regulæ eſt habituatus de compræhenſione & appræhenſione. Et in iſto paſſu eſt intellectus valde altus & ſubtilis.

DE INVENTIONE ET INVENTO. CAP. LXXXIX.

95. *Forma de inuentione & inuento.*

INVENTIO eſt forma, cum qua intellectus inuenit inuentum, ut per ſecundam ſpeciem regulę C. ſignatur, quod inueniens in ſuo inuento proprio, inuenit inuenta peregrina: ſicut intellectus in ſuo proprio intelligibili ſpecies eueniẽtes facit intelligibiles: & in tertia ſpecie eſt cauſa inuenti in inueniendo: in quarta autem ſpecie inuentus eſt ſuus habitus. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum facit ſcientiam, & quod eſt ſuum ſubiectum, videlicet ars iſta, eò quia cum principiis & regulis inuenit inuentum.

DE SIMILITVDINE ET ASſimilato. CAP. XC.

96. *forma de ſimilitudine et aſſimilato*

SIMILITUDO eſt forma, cum qua aſſimilans aſſimilat ſuum aſſimilatum: ipſa quidem ſimilitudo oritur per principia, ſicut per bonitatem, eo quod quælibet ratio eſt bona: & alia ſimilitudo per ſecundum ſpeciem regulæ C. ſicut aſſimilans qui aſſimilat ſibi aſſimilatum videlicet homo pater aſſimilat ſibi filium in ſpecie humana, & ponit ſuam ſimilitudinem in filio per figuram aut colorem, aut huiuſmodi. Amplius bonitas, magnitudo, &c. ſunt ſimiles per correlativos: nam ſicut bonitas habet ſuos correlatiuos proprios: ſic & magnitudo habet. Item bonitas, &c. habet ſuos correlatiuos ſimiles eſſentialiter: nam adinuicem ſunt una bonitas, & ſic de aliis ſimilitudinibus ſuperioribus primitiuis & cauſatiuis, à quibus deſcendunt ſimilitudines inferiores, ſenſibiles & imaginabiles: ſicut plures homines qui ſunt ſimiles in ſpecie, & in moribus, & plura luminaria in luce & huiuſmodi.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ANTECEDENTE ET CONSequente. CAP. XCI.

77. *Forma de antecedente & cõsequẽte.*

ANTECEDENS est forma causans consequentem. Consequens autem est subjectum, cum quo antecedens quiescit: antecedens quidem consistit per principia & regulas huius artis: & consequens quidem oritur ex ipsis. Nam si agens agit cum bonitate & magnitudine, sequitur quod suus actus sit bonus & magnus, & per consequens quod sit possificatus. Et si bonitas est magna per magnitudinem, inde sequitur quod magnitudo sit bona per bonitatem. Adhuc si magnitudo est infinita duratio per æternitatem, sequitur quod æternitas sit infinita immensitas per magnitudinem: & si potestas est infinita duratio per æternitatem, sequitur quod æternitas sit infinita possificatio per potestatem, & sic de aliis. Viterius per secundam speciem regulæ C. est antecedens ad tertiam speciem regulæ C. & est antecedẽs ad quartam speciem regulæ C. sicut bonitas cum suo bonificatiuo, bonificabili & bonificare est habitus consecutus in homine. Et si homo habituatur de bonitate, sequitur quod habeat meritum per suam bonitatem. Et sic de aliis antecedentibus & consequẽtibus: sicut si homo est, sequitur quod animal est: & si duæ præmissæ sunt, sequitur quod conclusio sit in natura.

DE POTENTIA, OBIECTO & Actu. CAP. XCII.

78. *Forma de potentia, obiecto & actu.*

POTENTIA est forma cum qua intellectus attingit obiectum. Obiectum autem est subjectum in quo intellectus quiescit: sed actus est connexio potentiæ & obiecti. Et omnes tres consistunt per secundam speciem C. sicut in correlatiuis bonitatis, in quibus bonificatiuus est potentia siue forma. Nam actiuus est bonificatiuus, & obiectum passiuus quidem est: bonificare autem est actus egrediens ab ambobus. Et in isto passu cognoscit intellectus quod falsum asserunt dicẽtes, quod obiectum mouet potentiam: & verum asserunt dicentes quod potentia mouet se ad obiectum cum ipso obiecto, in tertia specie C. Potẽtia est actiua & obiectum est in eodem passu: in quarta autem specie potentia habet actionem: in eadem specie, obiectum habet passionem. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod motiuus naturaliter non appetit esse immobilis, neque econuerso. Et in isto passu cognoscit intellectus quis est capax ad recipiendum magnam declarationem philosophiæ.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE GENERATIONE ET CORruptione. CAP. XCIII.

79. *Forma de generatiõe et corruptione.*

GENERATIO in creatis est forma, cum qua agens causat nouas formas. Sed corruptio est forma, cum qua priuat formas antiquas. Et priuatio est forma existens in medio earum Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum istæ tres formæ consistunt in subiecto in quo sunt: & generatiuus & priuitiuus sunt vna forma: & eadem potentia quæ generat formas nouas positiue: & corrumpit formas antiquas priuatiue cum vno & eodem actu constituto, de generare & corrumpere, generabile & corruptibile non sunt ipsæ: nam diuersos fines habent ad inuicem Nam generabile est circa esse: corruptibile autẽ circa non esse: quamuis sint ab vno & eodẽ agẽte & in eodem subiecto: sicut ignis qui est agens, & ab vna quidẽ caliditate & eadem habet diuersos actus, vt apparet in deficcãdo tegulam, & in dissoluendo, & in molliendo ceram. Generatio in tertia specie C. est actiua. Corruptio autem in eadem est passiua cum eodem motu naturali. Ratio cuius est: quod per quamtam speciem subiectum habet actionem per generationẽ & passionem, per corruptionem, ipso subiecto habituato de habitu priuatiuo & positiuo. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum generatio, corruptio & priuatio sunt principia naturalia in elementatis. Diximus de 80. formis quæ sunt principia explicata huius artis, quibus possunt applicari principia implicata: sicut quicquid dicatur de generatione, corruptione & priuatione, applicetur capitulo generationis, corruptionis & priuationis, tali modo quod ea quæ dicta sunt in ipso capitulo non sint læsa: nam per se sunt nota: modo autẽ intendimus applicare hanc artem generalem ad artes particulares, vt declaretur per quem modum hæc ars est generalis ad omnes alias artes, & vt scientes hanc artem alias artes facilius addiscere & habere possint: & primo de Theologia dicemus.

DE THEOLOGIA. CAP. XCIV.

80. *Forma de theologia.*

THEOLOGIA est scientia in qua loquitur de Deo. Et idcirco primum subiectum per B. designatũ est, locus in quo loquitur de Deo artificialiter: eo quia ipse discurritur per principia & regulas; & ideo volentes loqui de Deo naturaliter siue artificialiter, recurrant ad prædictum subiectum; & dicant de Deo ea quæ inueniuntur in ipso. Si autem voluerint multiplicare verba quæ sunt in ipso, applicent ea ad verba explicata quæ sunt in prælibato subiecto, tali modo quod verba explicata

(c) 2006 Ministerio de Cultura

explicata remaneant illæsa: dicendo sic. Vtrum Deus possit non esse? Et recurratur ad illa quæ de ipso dicuntur per B. C. &c. Et si quæratur, quare Deus non posset non esse? recurratur ad regulam in qua quæritur, quare Deus est: & si quæratur, vtrum Deus possit esse malus: aut vtrum sint plures dij? recurratur ad locum in quo dicitur, quod bonitas est ratio quod producat bonum infinitum & æternum & etiam ad illum locum in quo Deus diffinitur. Item si quæratur, quę lex est vera, aut lex Christianorum, aut iudęorum, aut sarracenorum: recurratur ad subjectum, in quo de Deo loquitur, & respiciatur in eo quo lex implicata est? & si prædicator de Deo vult prædicare, extrahat materiam sermonis de illo subjecto quod est via perditioni magna & valde diffusa materia; & sic de aliis. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum primum subjectum est ei valdè magnum obiectum, de quo multum gauisus est.

DE PHILOSOPHIA. CAP. XCV.

PHILOSOPHIA est subjectum, in quo intellectus se cõtrahit ad omnes artes & scientias: & ideo philosophus per artem istam magnum subjectum intelligendi habere potest. Nam ipse potest philosophari per subjecta de substantia designata per C.D E.F,G.H I. & etiam per centum formas, nam philosophus tractat naturaliter de angelis, de cœlo, de homine, de imaginatiua, sensitiua, vegetatiua & elementatiua. De miraculis autem nequaquam: nam supra naturam sunt; quapropter si aliquis quærat philosophicè, recurratur ad prædicta subjecta, applicando de quo quæritur eis. Tali autem mõdo respondeatur quod id de quo quæritur, remaneat illæsum; tenendo de quæstione affirmatiuam aut negatiuam: nam illa quæ tractantur in antedictis subjectis, clara & manifesta sunt intellectui subtiliter intelligenti. Si autem id de quo quæritur sit implicatum siue peregrinum, applicetur prædictis explicatis: & cum eis respondeatur prælibatæ quæstioni. Tali verò modo quod verba explicata & implicata conueniant rationabiliter in conclusione proposita: & in isto passu cognoscit intellectus quod hæc ars est mirabile & valde generale subjectum intellectũ philosophi.

81. *Formá de philosophia.*

DE GEOMETRIA. CAP. XCVI.

GEOMETRIA est ars inuenta ad mensurandum lineas, angulos & figuras: & quia in hac arte tractatur de quantitate signata per F. & per medium mensurationis, quod designatum est per ipsum F. discursum per B. C. D. E, F. G. I. & K.

82. *Forma de geometria.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ideo ipſa quantitas eſt ſubjectum geometriæ: ſicut menſuræ ſuperiores quæ cauſant inferiores : nam bonitas eſt vna menſura ſecundum ſuam rationem & magnitudo alia, &c. Et hoc ſignatur per ſcalas ſecundæ figuræ & per ſpecies regularum: & idcirco bonitas in tanto quanto eſt, menſurat bonam & magnam: ut bonus & magnus producat bonum & magnum. Et hoc ſignificatur in loco in quo locuti ſumus de puncto, linea, triangulo & quadrangulo, circulo & figura. Amplius menſurę incipiunt per correlatiuos ſecundæ ſpeciei regulæ C. & deriuantur in tertiam, in qua ſunt habituati menſurans, menſuratum & menſurare. In quarta autem ſpecie menſuratus habet habitum in quantum figuratum: ſicut coloratus habet colorem: & hoc ſignificabimus per iſtas duas figuras ſubſequentes.

SEQVITVR PRIMA FIGVRA.



Suppono quod iſte quadrangulus valeat 4. palmos, & diuidatur in duas partes æquales per lineam diametralem, & vna pars diuidatur in duas, & maior pars vocetur A. ſecunda B. & tertia C. Modo quæritur, quomodo intellectus incipit inuenire geometriam? Cui reſpondendum eſt per diffinitionem principij & per regulam F H.I & K & etiam per ſubjecta per E.F.G. ſignata nam intellectus per viſum attingit in ipſa figura nouem angulos. A enim haberet tres: H. tres: & C. tres. Sed intellectus attingit cum imaginatione duodecim angulos. Nam ſi A. valet tantum quantum B. & C. tot angulos habet per intellectum cum imagina-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

imaginatione quot habent B. & C. per ſenſum. ſed B. & C. habēt ſex ergo A. habet ſex: quorum tres ſunt actu ſecundum viſum: alteri vero tres ſunt in potentia, quos intellectus cum imaginatione attingit extra ſenſum; quia nunquam fuerunt in ſenſu, cum quibus geometria de quantitate exiſtenti in potentia facit ſcientiam, ipſa quantitate deducta in ſenſum per ſimilitudinem & per experientiam, talis ſcientia remanet in intellectu & in imaginatione extra ſenſum: cui ſcientiæ ſecunda ſpecies regulæ C. eſt ſuum ſubjectum, & tertia & quarta ſunt experientiæ dictæ ſcientię Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum geometria facit ſcientiam, videlicet cum quantitate quæ eſt ei in potentia, menſurat quantitatem quæ eſt in ſenſu. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod falſa eſt iſta propoſitio: nihil eſt in intellectu quin prius fuerit in ſenſu. Nam linea quæ eſt in intellectu, nunquam fuit in ſenſu: & ſicut tres anguli in potentia qui ſunt in A nunquam fuerunt in ſenſu. Vlterius cum intellectus cum circino non poſſit menſurare lineam circularē, quomodo ipſe poteſt ſcire quot palmos habere poteſt linea circularis ſi extenderetur. Et tunc intellectus aſcendit ad menſuras ſuperiores, quæ ſunt extra ſenſum, de quibus iam locuti ſumus. Et poſt quem modum deſcendit ad menſuras quæ ſunt in ſenſu, & per diffinitionem medij, & per regulam F. videlicet per fluxum & refluxum, & per quantitatem diſcretam & continuam menſurat circularem extra ſenſum, conſiderando quot palmos habere poteſt. Et primo facit iſtam figuram, in qua ſunt tres quadranguli & vnus circulus, ut patet.

SEQVITVR SECVNDA FIGVRA.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Suppono quod quadrangulus minor æqui polleret quatuor palmis æqualibus,& quadrangulus maior valeat ſex palmos, & ſic dico quod quicquid conſiſtit inter quatuor & ſex, æquipollet quinque palmis : Sed circulus conſiſtit inter quadrangulum maiorem & minorem , ut patet ad ſenſum; eo quia contentus eſt per maiorem,& ipſe circulus continet minorem contentum linearum:ergo patet neceſſarie, quod circulus ſi extenderetur, æquipolleret quinque palmis exiſtentibus inter ſex & quatuor: ſicut in numero in quo ſecūda vnitas exiſtit æqualiter inter primam vnitatem & tertiam. Et hoc idem dici poteſt de tribus vnitatibus æqualiter exiſtentibus in numero nono , quæ æqualiter conſiſtunt inter tres vnitates antepoſitas & poſtpoſitas. Amplius intellectus facit aliam demonſtrationem , videlicet ponit vnum quadrangulum rubeum æqualiter inter quadrangulum maiorem & minorem , cum quo quadrat circulus ſecundum menſuram continentis & contenti. Nam ſi circulus continet quadrangulum rubeum, & econuerſo , ut patefit in extremitatibus eorum; tantum valet linea circuli,quantum linea quadrāguli : Sed quadrangulus rubeus æquipollet quinque palmis, eo quod conſiſtit inter quadrangulum minorem & maiorem æqualiter. Et hoc per experientiam haberi poteſt : ſi quadrangulus rubeus extenderetur cum circino,ergo linea circularis æquipolleret quinque,ſi extenderetur. Iterum per hanc demonſtrationem videtur quadrangulus rubeus & circulus æquipollere,ſi quater quatuor valent 16. domos. Et ſimiliter ſex quater valent ſiue æquipollent 24. domibus:ergo inde ſequitur quod quinque quater æquipollent 20. domibus. Et ſic patet quod quadrangulus rubeus & circulus exiſtentes æqualiter, inter quadrāgulum maiorem & minorem ad inuicem æquipollent. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modum de geometria facit ſcientiam,menſurando cum hoc quod eſt extra ſenſum , in quo ſenſu datur experientia:ſicut carpentator,qui menſurat ita magnam arcam mente ſua,quanta ipſa in ligno, in potentia,de quo ligno ipſe carpentator actu ita magnam arcam deducit, quantam menſurauit in potentia in prædicto ligno.

DE ASTRONOMIA. CAP. XCVII.

93. *Forma de aſtronomia.*

ASTRONOMIA eſt pars, cum qua aſtrologi cognoſcũt virtutes & motus quos cœlum habet in inferioribus effectiuè:in arte iſta loquitur de cœlo per D. deſignato. Et ideo ſi quæratur aliquod dubium de cœlo, recurratur ad tertium ſubjectum,& reſpondeatur dubio ſecundum quod explicatur in ſubjecto cœli:tali autem modo quod hoc, quod dicitur de cœlo,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cœlo, remaneat illæsum, ut si quæratur, vtrum sit aliud cœlum nisi cœlum huius mundi? Et respondeatur negatiue per diffinitionem concordantiæ. Nam si aliud esset cœlum, iam ambo cõuenirent in corporeitate & figura absque subjecto communi ambobus, & implicarent contradictionem; quod est impossibile. Species enim non possunt esse absque genere, neque distantiæ & propinquitas eorum esse possunt, ut apparet.

SEQVITVR TERTIA FIGVRA.



Per istas duas figuras, quarum vna vocatur A. alia vocatur B. quæ quidem distant per partes superiores & inferiores, & non per partes mediocres; ut patet per tres lineas. Nam duæ sunt longæ, & vna breuis est. Et esset dare quod vacuitas esset subjectum linearum & lineæ breuis: & sic daretur, distantia & propinquitas in subjecto vacuo, quod est impossibile. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod aliud cœlum stellarum non est capax ad essendum, ut non sequatur prædictum inconueniens, neque diffinitio concordantiæ destruatur: tamen dico quod possibile est secundum cœlum esse, eo quod potestas Dei est infinita, & si esset, distantiæ quidem & propinquitates essent in potentia & in dispositione: sed extra cœlos non essent actu, deficiẽte subjecto, scilicet loco existente inter cœlos vacuitate. Sed hic miratur intellectus, quæ est causa cum sol non sit calidus, quæ est ratio, quare calefacit aërem. Sed considerat quod sol sic causat calorem per suam præsentiam: sicut tenebras per suam absentiam, ut dies & noctes esse possint.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ARITHMETICA. CAP. XCIIX.

84. forma de arithmetica.

ARITHMETICA est ars inuenta ad numerãdum multas vnitates. Principia arithmeticæ sunt principia huius artis. Nam principia primitiua in quantum sunt primitiua, sunt numeralia. Sicut bonitas quæ est vnum principium in genere, & magnitudo aliud &c. Et quia principia sunt mixta ad inuicem : ideo componunt numerum numeratum habentem duas species, videlicet numerum parem, sicut duo principia : & imparem sicut tria, aut quinque principia, &c. Et in istis quidem duabus speciebus omnis numerus numeratur. Sunt alia principia numeri per correlatiuos secundæ speciei regulæ C. consideratos: sicut in essentia bonitatis, in qua vnus correlatiuus est bonificans: alter bonificatus, & alter bonificare. Et in istis tribus, numerus perficitur quo ad essentiam bonitatis. Bonitas in numero significat primam vnitatem, & bonificatus secundam ortam à prima vnitate: Bonificare autem tertiam ortam à prædictis. Et quia istæ tres vnitates sunt per numerum parem & imparem: ideo multiplicatur numerus per parem & imparem. Sicut ter tria sunt nouem vnitates; & per compositionem numeri paris & imparis inuenitur quinta vnitas. Nam duo & tres sunt quinque vnitates : & sic de aliis. Et in isto passu cognoscit intellectus per quem modum arithmeticus componit & multiplicat numerum. Amplius ut arithmeticus multiplicare possit numerum per tertiam speciem C. in figuris: sicut X. vnitates in ista litera X. quæ litera significat X. vnitates. & sic vsque C. & vsque ad M. & sic de aliis, & in isto passu cognoscit intellectus, quod arithmetica est deriuata à geometria. Sicut enim per figuram quæ est in capitulo geometriæ, linea circularis mensuratur à geometria cum tribus quadrangulis: sic arithmeticus cum istis literis videlicet X C D. & M. mensurat mille. Et omnia illa signantur in regula modalitatis, &c. In secunda specie regulæ C. numerus habet figuram. In quarta specie regulæ C. in quibus figuris intellectus cum sensu & imaginatione attingit multas vnitates: sicut intellectus geometriæ, qui attingit cum sensu hoc quod est extra sensum, ut in figura A. & B. dicitur.

DE MVSICA. CAP. XCIX.

85. forma de musica.

MVSICA est ars inuenta ad ordinandum multas voces concordantes in vno cantu; sicut multa principia ad vnum finem : & ista diffinitio figuratur per diffinitionem cõcordãtiæ, & principij diffinitionem. Iterũ recepta est per relationem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tionem ad correlatiuos muſicæ: ſicut enim carpentator concepit figuram arcæ in ſua mente, & ipſe eam deducit de potentia in actum. Sic quidem muſicus concipit vocem ordinatam in mente: & ipſam deducit in tertiam ſpeciem regulæ C. in qua muſica eſt habitus cum quo muſicus eſt practicus. Muſicus eſt practicus per ſex gradus aſcendendo, ſic dicēdo: ut, re, mi, fa, ſol, la. Sed hic miratur intellectus, quare ſunt ſex gradus, & nō plures neque pauciores. Sed recordatur capitulum rectitudinum ſupra tractatum, & in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum debet ſe iuuare cum centum formis ſuperius tractatis applicando illis dubia quæſita. Sed adhuc miratur intellectus de quinque vocibus quare ſunt quinque, & non plures, nec pauciores. Sed recordatur quatuor ſphæras elementorum, & quintam eſſentiam quæ ſunt per tertium & ſeptimum ſubjectum ſignatæ Et quod ipſæ conſiſtunt in motu, & quod motus generat ſonum, & muſicus à ſono extrahit vocem. Inde cognoſcit intellectus quod ordinata vox primitiua eſt per quinque voces ſimplices, ex quibus deriuantur literæ conſonantes ſiue compoſitæ. Et ſic cognoſcit, quare ſunt quinque vocales, & non plures neque pauciores Iterum miratur intellectus, quare litera E. eſt magis componibilis, cum aliis literis in alphabeto quam A. & A. quam V. & quare I. & O non cauſant conſonantes, ſicut faciunt A & V. Sed recordatur triangulum compoſitum ex maioritate, & minoritate, quem intrant literę vocales. Nam E. habet plus de materia quam A. E. quidem cauſat B C. D. F. G L. M. N. P. R. S. T. & X. In alphabeto autem A. cauſat H. K A. quidem maior eſt quam V. eo quod cauſat duas literas conſonantes ſupradictas: ſed V. cauſat Q tantum Et ſicut maioritas & minoritas ſunt in vocalibus, & per conſequens æqualitas eſt in O. & I. nullam enim conſonantem cauſant Intellectus ſic conſiderans E. maiorem quam A. ratione materiæ, cognoſcit quod E. conuenit cum motu terræ: A autem cum motu aquæ. Ratio huius eſt, quod terra habet plus de materia quam aqua. Sed V. conuenit cum motu aëris. quod habet minus de materia quam aqua. O. autem conuenit cum motu cœli, quod figuratur in ore per vocem ad ſimilitudinem figuræ circularis. Sed I. conuenit cum igne ratione gracilitatis & acuitatis, ex eo quod habet minus de materia.

DE RHETORICA. CAP. C.

RHETORICA eſt ars inuenta, cū qua rhetoricus colorat & ornat ſua verba. Et quod iſta eſt generalis: idcirco rhetorico eſt generale ſubjectum ad ordinandum ſua verba. videlicet ut cū dicitur: Bonitas eſt magna: & bonitas eſt æterna, *86. forma de rhetorica.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& iam ornatur plus quando coniunguntur,dicendo ſic; Bonitas eſt magna & æterna Et ideo rhetoricus ornat ſua verba quando colorat pulchrum ſubjectum cum pulchro prędicato.Sicut prędicari in figura A. omnia principia de vno & eodem ſubjecto. Eſt alius modus ornandi ſiue colorandi. videlicet ornare principium cum ſuis correlatiuis. Sicut ornare bonitatem cum bonificante,bonificato & bonificare. Adhuc ornare quemlibet relatiuum cum aliis relatiuis dicendo ſic:bonus, magnus & æternus producit bonificatum,magnificatum & æternatum. Amplius eſt alius modus ornandi,videlicet ornare principium cum ſua diffinitione , & cum diffinitionibus aliorum principiorum, ut cum dicitur: bonitas bona , magna & æterna ,eſt ratio bono quod producat bonum,magnum & æternum. Sicut logicus inuenit naturales coniunctiones inter ſubjectum & prædicatum, ut vera concluſio ſit in ſyllogiſmo: Sic rhetorica inquirit naturales coniunctiones inter ſubjectum & prædicatū,ut pulchrum ſubjectum poſſit ornari à ſuo eſſentiali prædicato , dicendo ſic: Domina regina habet pulchram faciem,pulchros capillos,pulchras manus,& huiuſmodi. Eſt adhuc alius modus ornandi ſubjectum per accidens,ut cum dicitur.Domina regina habet pulchram coronam,& loquitur pulchra verba,& domina regina eſt bona,& hoc patet per regulam G.Iterum rhetoricus ornat cum voce ſignificatiua,ut cum dicitur: aprilis & maius qui ſunt pulchriora vocabula,quam quando dicitur, october & nouember, eo quia ſignant flores, & folia, & auium cantum , & renouationem temporis & rerum generabilium : October autem & nouember nequaquam. Hoc idem poteſt dici de fontibus , Huminibus,riuulis,pratis.arboribus , vmbris & huiuſmodi , quæ ſunt pulchra vocabula ſecundum ſenſum & imaginationem ,& hoc patet per regulam E. Rhetoricus ſicut laudat amicum ſuum cum pulchris verbis applicatis ad finem bonum:ſic vituperat & ſpernit inimicum cum pulchris verbis & remotis & deuiatis à ſuo fine,ut cum dicitur religioſo inhoneſto. Si ego fuiſſem religioſus,habuiſſem pulchra honeſta verba, & hoc patet per diffinitionem finis concordantiæ & contrarietatis. Adhuc rhetoricus ornat ſua verba ſecundum officium gentium , ut quando homo loquitur de ſcientia,de largitate,& caſtitate,& huiuſmodi. Et ſimiliter in militia eſt rhetorica; quando dicitur : homo loquitur de audacia,de probitate& nobilitate de equo,de enſe, &c. Et de arte mercaturæ loqui de argento , de auro, de mercibus precioſis , & huiuſmodi. Et in agricultura loqui de campo, ferro,horto , & plantis & animalibus. Nam ſicut mercatori eſt pulchrū vocabulū loqui de auro,& c. ſic eſt pulchrū vocabulum ruſtico loqui de cāpo aut ferro,& huiꝰmodi. Adhuc rhetoricus

ornat

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ornat cum tribus gradibus, videlicet positiuo, comparatiuo & superlatiuo. Sed ornat plus cum comparatiuo, quam cum positiuo, & plus cum superlatiuo, quam cum comparatiuo, vt cum dicitur: rosa est pulchra, sed plus ornat cum dicit: rosa est pulchrior flos quam viola. Et iam plus quando dicitur: rosa est pulcherrima omnium florum. Et hoc patet per diffinitionem maioritatis & minoritatis. Item rhetoricus ornat, quando colorat pulchrum subiectum cum pulchro adiectiuo, aut deornat pulchrum subiectum cum pulchro adiectiuo, vt cum dicitur: regina est bona: regina est inhonesta. Nam inhonesta pulchrius vocabulum est quam malicia. Rhetoricus cum pulchra forma colorat materiam, & cum pulchra materia colorat formam: vt cum dicitur: Corpus humanum habet animam rationalem, & anima rationalis habet corpus bene dispositum ad agendum bonum cum vigore, & huiusmodi. Et hoc manifestū per scalam principii & suæ diffinitionis. Amplius rhetoricus ornat medium cum pulchro principio, & ornat finem cum pulchro medio: sicut in amore, in quo amans bonus amat de sua bonitate bonum amare, & amatus est ornatus & coloratus de suo amare: sicut bonus qui est habituatus de bono habitu. Et hoc patet per diffinitionem principii, medii & finis. Vlterius rhetoricus plus potest ornare sua verba cum substantialibus & necessariis, quam cum accidentalibus siue contingentibus, sic in factis: quod plus est existentia quam apparentia. Ratio huius est; quia principium necessarium plus quiescit in fine, quam accidentale siue contingens. Et hoc per triangulum maioritatis & minoritatis, & per diffinitionem principii & finis. Amplius rhetoricus ornat sua verba declarando per possibile & impossibile: & per facile & difficile: & per vtile & inutile: & per frequentius & rarius & huiusmodi: & hoc patet per regulam B. C. D. &c. Adhuc rhetoricus ornat sua verba cum prouerbiis pulchris applicatis ad propositum; vt patet in rhetorica noua quam fecimus.

DE LOGICA. CAP. CI.

87. forma de logica.

LOGICA est ars, cum qua logicus inuenit naturalem coniunctionem inter subiectum & prædicatum, quæ est medium cum quo necessarias conclusiones scit facere Logicus per diffinitionem medii inuenit medium contiguum, & per conuenientias existentes inter subiectum & prædicatum: & de hoc datur exemplum in multiplicatione quartæ figuræ. Adhuc logicus tractat de quinq; prædicabilibus, & de X. prædicamentis: & de hoc exemplum in tractatu centum formarū.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Item logicus tractat de syllogismo ; & de figuris, & de fallaciis, & de omnibus istis iam superius exemplificatũ est in multiplicatione quartæ figuræ. Et ideo si de logica aliquod dubium oritur siue quæstio peregrina, reducatur ad ea quæ dicuntur de logica, tenendo de quæstione affirmationem vel negationem tali modo, quod ea quæ dicuntur de logica in hac arte, remaneant illæsa. Adhuc logicus facit prędicatum superioris de inferiori : sicut animal de homine prædicatur, & corpus de animali, & substantia de corpore. Item ponit multiplicitatem generis, ponit genus generalissimum, vt substantia & genus subalternum, vt corpus animal. Et similiter speciei multiplicitatem ponit Nam ponit species subalternas: sicut sunt omnia illa quæ sunt inter substantiam & hominem in recta linea. Homo autem est species specialissima : sub ipsa enim nihil est, & omnia sunt per triangulum maioritatis, minoritatis, & æqualitatis, & per triangulum principii, medii & finis: sicut bonitas quæ est principium generalissimum, quando non contrahitur; quando autem contrahitur in medio, est genus siue principium subalternum, sic dicendo : bonitas est magna. nam inter generalissimum & specialissimum consistit: sed quando contrahitur ad speciem specialissimam siue ad individuum respectu finis, tunc temporis est principium specialissimum, vt cum dicitur, bonitas hominis siue Petri est magna. Logicus tractat de differẽtia differentiando, & de concordantia concordando, & de contrarietate contrariando : vnde intellectus cognoscit per quem modum logica est applicabilis siue applicando ad figuram A. & T. & etiam cognoscit per quem modum logicus non potest stare coram artista huius artis quæ sunt stabilia & immutabilia, confunditur petendo ab eo quod intendit concludere: & intellecta conclusione concluditur ei cum stabilitate & immutabilitate principiorum & specierum, regularum, & statim nescict quomodo euadet. Item logicus tractat de diffinitione considerata per primam speciem regulæ C. tantum : generalis autem artista huius artis per omnes species regulæ C. tractat. Logicus tractat de secundariis intentionibus adiunctis primis: sed generalis artista tractat de primis per secundam speciem regulæ C. & per primam & quartam de secundariis sicut logicus. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod logica est scientia instabilis siue labilis: hęc autem ars generalis permanens est stabilis. Item logicus facit conclusionẽ cum duabus præmissis, generalis autem artista huius artis cum mixtione principiorum & regularum. Adhuc logicus non potest inuenire veram legem cum logica : generalis autem artista cum ista arte inuenit. Nam illa lex est

vera

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vera quam principia & regulæ huius artis intrare possunt. Amplius logica est ars difficilis ad addiscendum: hæc autem ars est multum facilis ratione mixtionis & concatenationis principiorum & regularum. Et ideo plus potest addiscere artista de hac arte vno mense, quam logicus de logica vno anno.

DE GRAMMATICA. CAP. CII.

GRAMMATICA est ars ad inueniendum modum recte loquendi, rectęq; scribendi per diffinitionem differentię. Grammatica diuiditur in nouem modos. Primus modus est de grammatica, & de numero octo partium orationis. Secundus de casu. Tertius de coniugatione. Quartus de declinatione. Quintus de genere. Sextus de regimine. Septimus de constructione. Octauus de orthographia. Nonus de figura. Grammatica est applicabilis siue applicanda huic arti. Nam sicut grammatica docet modum recte loquendi, rectęq; scribēdi: sic ars ista docet inuenire alias artes. Idcirco grāmaticam ad hanc artem applicamus, vt nostro intellectu magis certa sit & clarificata. Octo sunt partes orationis, videlicet, Nomē, Pronomen, Participium, Verbum, Coniunctio, Præpositio. Aduerbiū & Interiectio. Nomen applicabile est principiis huius artis, sicut bonitati, magnitudini, &c. Nomina enim sunt Pronomen, quod eisdem est applicabile siue applicandum: nam Pronomen pro proprio nomine ponitur; principia enim huius artis nomina sunt, vt iam dictum est superius, & proprietatem habent. Nam applicari possunt vnicuiq; facultati. Principia autē alterius facultatis, siue scientiæ non possunt applicari aliis scientiis: non enim habent proprietatem ita generalem, quemadmodum Principia huius artis habent. Verbum est applicandū secundæ speciei regulæ C. videlicet bonificare, magnificare, &c. Significant enim actum quemadmodum & verbum. Participium applicabile est in eadem specie C. vt patet per significata bonificantis & bonificari, magnificantis & magnificati, & cætera. Coniunctio implicata est in eadem specie C. scilicet, in bonificare. Nam bonificare coniungit bonificantē & bonificatum ad essendum vnum concretum perfectum: sicut cōiunctio coniungit diuersas dictiones ad essendum vnam perfectam orationem. Adhuc Aduerbium in eadem specie implicatur, vt cum dicitur, bonificans bene bonificat suum bonificatū. Nam vnumquodq; agens bene intendit educere de se suum effectū: ergo ipsi implicatur aduerbiū. Præpositio est applicabilis ad quartā speciem regulę C. vel ad regulam instrumentalitatis.

88. *Forma de grāmatica.*

Nam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nam grammaticus de ipsa grammatica facit instrumentum cum quo reducit casum ad actum. Interiectio diffinitioni voluntatis est applicanda: per voluntatem enim tristicia aut lætitia maxime iudicatur.

DE CASU EST DICENDUM.
CAP. CIII.

NOMINATIVUS casus implicatur in secunda specie regulæ C. scilicet in bonificante. Nam bonificans per se est, non descendens ab aliquo alio, in quantum est nominatiuus, & est principium aliorū casuum ab eo descendentium. Similiter genitiuus implicatur in secunda specie regulæ C. videlicet in bonificato & bonificare. Bonificatus enim & bonificare à bonificante sunt descendentes: sicut genitiuus à suo nominatiuo. Et etiam ad tertium speciem regulæ C. potest applicari. Nam illa possessionem signat: sicut genitiuus. Adhuc datiuus implicatur in secunda specie regulæ C scilicet in bonificato & bonificare. Nam bonificans dat ei esse: & ambo, scilicet bonificans & bonificatus, dant esse ad bonificare. Adhuc accusativus implicatur in eadem regula, scilicet in tertia specie. In ipsa enim terminatur actus agentis, tanquam in patiente. Accusatiuus enim est ille casus, in quo terminatur actus agentis, tanquam in suo agibili siue patiente. Amplius vocatiuus implicatur in quarta specie eiusdem regulæ: In ipsa namq; vocatiuus habet suum vocatum obiectiue. Et etiam in regula B. potest applicari, vt patet bene intuenti naturam prædictæ regulæ. Ablatiuus implicatur in secunda specie C. scilicet in essentia bonificantis, bonificati & bonificare. Nam ipsa est principium & causa istorum trium correlatiuorum essentialiter & naturaliter. Coniugatio est implicata in secunda specie regulæ C. scilicet in essentia & suis correlatiuis; vt in bonitate & suis correlatiuis. Bonitas enim est principium & est causa suorum correlatiuorum ab ea descendentium, & se ad inuicem differentium secundum suas diuersas proprietates: sicut in coniugatione est dare aliquod principium, à quo deriuentur voces multæ differentes se ad inuicem per personas & tempora, & modos, & sic de aliis. Declinatio implicatur in secunda specie regulæ C, nam bonificare & bonificatus descendunt à bonificante generando: sicut vnus casus ab alio declinando Genus implicatur in correlatiuis secundæ speciei regulæ C. Nam in ipsis omne genus implicatur. Bonificans enim signat masculū genus ratione actionis: bonificatus vero fœmininum ratione passionis; bonificare autem ratione neutralitatis in neutrum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Regimen

Regimen implicatur in maiori poteſtate & virtute reſpectu regentis : & etiam in minori poteſtate & virtute reſpectu recti ſiue regibilis. Habenti enim maiorem poteſtatem & virtutem competit regere & non regi. Sed habenti minorem poteſtatẽ & virtutem competit regi & non regere. Comiti quidem cõpetit regere ſuum ſimplicem militem, & non è conuerſo. Conſtructio implicatur in triangulo principii, medii & finis ratione ordinis debiti. Principium enim prius eſt medio & fine ſecundum viam naturæ, & hoc patet per eius diffinitionem. Et etiã medium prius eſt in ipſo fine, vt etiam patet per eius diffinitionem. Et finis eſt vltimus, vt patet per eandem rationem. In fine enim principium quieſcit: & hoc fit per rectum & debitum ordinem. Sic quidem etiam in conſtructione ſuppoſitum præponitur, & appoſitum poſtponitur, vt cum dicitur, Petrus cuꝛrit. Non enim bene ordinat, qui vult tectum præponere ædificationi domus; Fundamentum autem & paries poſt ædificare: nã impoſſibile eſt. Orthographia in regula modalitatis implicatur. Ipſa enim regula docet, quomodo pars eſt pars: & quomodo vna pars eſt in alia parte, ſiue coniungitur cum alia parte. Adhuc quomodo partes ſunt in toto, & totum in ſuis partibus; & poſtmodum quomodo totum tranſmittit extra ſe ſuam ſimilitudinem: ſic & in orthographia in qua docetur, quomodo litera eſt hoc quod eſt, & quomodo vna litera coniungitur cum alia litera, & vna oratio cum alia oratione, & vnus accentus cum alio accentu, &c. Figura implicatur in diffinitione contrarietatis & concordantię diffinitioni quidem contrarietatis applicatur. Nam in quantum figura eſt vitium factum contra rectam grammaticam, contrariatur grammaticæ. Sed quod ipſa figura poteſt eſſe in grammatica per aliquam rationem quam continet in ſe: ideo diffinitioni concordantiæ applicatur. Nam illa ratio quam habet figura, concordat cum grammatica, & eſt poſita in grammatica: aliter enim non ponitur in ea.

DE MORALITATE. CAP. IV.

MORALITAS eſt habitus ad agendum bonum aut malum. De moribus tractauimus in nono ſubiecto, & ideo ſi quæratur de aliqua moralitate quæ ſit in ipſo ſubiecto explicata, recurratur ad ipſum ſubiectum: ſi vero fuerit implicata, recurratur ad ea quæ ſunt explicata & in ipſo ſubiecto: ſicut ſi quæratur de iniuria, recurratur ad iuſticiam. Et ſi quæratur de largitate, recurratur ad auaritiam. Vnum enim contrarium cognoſcitur per reliquum. Qui de vna virtute facit ſubiectum, & de illa prædicantur principia huius artis: ipſa quidem 89. *forma de moralitate.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dem virtus multiplicatur & fortificatur, non quoad eſſentiam, ſed quoad actum, vt cum dicitur: Charitas eſt bona : charitas eſt magna: charitas eſt durabilis, &c. Et ſic diſponit charitatem quod ipſa ſit habitus, cum quo homo agat charitatem bene, & magiſtraliter, & durabiliter, &c. Qui autē vult deſtruere vitium, faciat de eo ſubiectum, & de ipſo prædicentur principia huius artis, dicendo ſic: Crudelitas eſt mala: crudelitas quantum eſt magna, tantum eſt mala: quantum eſt durabilis, tantum eſt mala & periculoſa,&c. Qui bene magiſtraliter vult vti virtute, diſcurrat eam per euacuationem tertiæ figuræ, vt cum dicitur: Charitas eſt bona & magna. Deinde quæratur, quid eſt charitas bona & magna, & ſic de aliis quæ continentur in camera B. C. Et poſtmodum deſcendat ad cameram B. D. Et ſic de aliis: & dicatur, bonitas charitatis de quo durat? Et tunc reſpondeatur per illum modum per quem reſpondetur in illa camera de quæſtionibus,quæ in illa ſunt, tali modo quod non ſequatur contrarietas inter hoc quod dicitur in ipſa camera, & hoc quod dicetur de charitate. Et hoc idem ſuo modo poteſt fieri de crudelitate. Et ideo per talem modum charitas habebit nutrimentum: ſed crudelitas non. Bonum enim per ſe eſt amabile, quando cognoſcitur cum magnitudine, & duratione, per hoc quod ſuperius dictum eſt. In multiplicatione quartæ figuræ poteſt moralis vti virtutibus contra vitia, diſcurrendo virtutem ſiue vitium per tabulam, inquirendo medium artificialiter: ſicut facit logicus ſecundum ſuā artem. Et per talē modum moralis poteſt ſe habituare de virtute: denudare ſe de vitio: ſicut de charitate & bonitate, quæ ſunt in conuenientia naturæ moralis, eo quod charitas abſq; bonitate eſſe non poteſt. Sicut homo qui ſine animalitate eſſe non poteſt. Et de tali artificio & doctrina valde gaudet intellectus. Omne vitium & omnis virtus poſſunt inueniri per ſpecies regularum. Vitium ſiue virtus eſt inuenibilis per vnum modum, quo ad vnam ſpeciem, & per alium quo ad alteram. Sicut ſenſus qui per vnum modum inuenit in pomo colorem, & per alium modum ſaporem, & per alium grauitatem. A ſimili charitas diſcurſa per quatuor ſpecies C. inuenitur diuerſimode. Et ſic de crudelitate poteſt dici & inueniri. Qui vult habere virtutes, & euitare vitia, aut qui vult multiplicare virtutem & diminuere vitium, recurrat ad quartum ſubiectū quod eſt de homine. Et ſecundum quod inuēit hominem diſcurſum per principia & regulas, adiuuet ſe ad acquirendum virtutes, & ad euitandum vitia: & ſi ad hoc impeditur, recurrat ad ſubiectum imaginationis, & ad ſubiectum ſenſus: & tunc erit magis diſpoſitus ad acquirendum virtutes, & ad euitandum vitia.

Documentū ad vitia vitanda.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Si

Si autem omnia iſta, non ſufficiant, recurrat ad primum ſubiectum, orādo: & tunc videat per quem modum Deus eſt diſcurſus per principia & regulas, habituando ſe de ſpe. Et iſtud eſt vltimum remedium. Et ſi attingit finem, bene quidem. Et ſi non attingit ipſum, deficit : quia neſcit agere artificialiter de iſta arte.

DE POLITICA. CAP. V.

POLITICA eſt ars cum qua burgenſes procurant publicam vtilitatem ciuitatis. Ipſa quidem deriuatur à moralitate: & ideo politica tractabilis eſt per nonum ſubiectum, acquirendo virtutes contra vitia, cum quibus virtutibus publica vtilitas conſtituatur, diſcurrendo politicam per principia & regulas huius artis ſuo modo : ſicut diſcurruntur virtutes & vitia in nono ſubiecto L. & ipſa eſt cognita per ſuam diffinitionem & per ſuos correlatiuos per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignatos, per tertiam ſpeciem eſt habitus gentiū. Et per quartam ſpeciem gentes habent habitum politicum. Et ſic poteſt diſcurri politica per alias ſpecies regularū ſuo modo. Politica eſt ordo poſitus in ſenſu cū virtutibus: ſicut in ciuitate, in qua poſitum eſt forum rerum, quibus homo vtitur cauſa neceſſitatis, ſicut victualibus & aliis rebus ſimilibus iſtis. Vlterius politica eſt ordo quo ad bene eſſe: ſicut pulchra aſſituatio vicorū, platearum & aliorum locorum, & ornatus indumentorum, & huiuſmodi. Amplius politica requirit in ciuitate muros, valla & armaturas, &c. cum quibus iſtis omnibus ciuitas poſſit ſe defendere à ſuis inimicis. Inter ciuitatem & ſuum dominium debent eſſe priuilegia exiſtentia ſub ratione medii : ſicut logicus facit inter ſubiectum & prædicatum cum diffinitione concordantiæ & finis. Et illa priuilegia debent cuſtodire conſules, burgenſes, vt inter dominium & ciuitatem ſit temperamentum & ius determinatum. Politica in ciuitate eſt forma generalis, reſpectu ciuitatis. In qualibet autem domo ciuitatis eſt forma ſpecialis: & hoc cū medio, in quo coniungūtur forma generalis & ſpecialis. Et hoc per diffinitionem concordantiæ & per mixtiōem principiorum : ipſo tamen medio ab omni contrarietate remoto. Politica methaphyſice ſana eſt per mentem ſanam conſulum virtutibus habituatorum: infirmatur autē & difformatur per conſules habituatos vitiis. Politica viuit cum principiis ſubſtantialibus & neceſſariis: ſed eſt in periculo mortis cum principiis accidentalibus & contingentibus. Et cum politica non ſit ſubiectum difficile : ideo hæc quæ diximus de ea ſufficiant. 9ª. *forma de politica.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE IURE. CAP. CVI.

91. *forma de iure.*

IUS est actus regulatus in homine de iusticia habituato per primam speciem regulæ C. Quatuor sunt principia primitiua iuris, scilicet ius diuinum, ius gentium, ius naturale, & ius positiuum. Ius diuinum consistit per diffinitionem maioritatis, minoritatis & concordantiæ existentium inter Deũ & hominem. Ius gentium consistit per diffinitionem concordantiæ & æqualitatis existẽtium inter hominem & hominem. Ius autem naturale consistit necessaria diffinitione rationis, bonitatis, magnitudinis, &c. Sed ius positiuum consistit voluntaria ratione hominis, inueniendo ipsum, ponendo diffinitionem bonitatis, magnitudinis, &c. Et in istis terminis siue principiis omne genus iuris continetur per secundam speciem regulæ C. Per tertiam speciem regulæ C. ius est in alio. Et per quartam speciem eiusdem, actionem habet in iudicato. Iterum ius habet formam & materiam in secunda specie D. & prima E. ex quibus est. In secunda autem specie E. iusticia est subiectum iuris in iudicio: sequitur quod iusticia est subiectum, de quo prædicentur principia huius artis cum diffinitionibus eorum, vt cum dicitur: Iusticia est bona: iusticia est magna, &c. Vnde sequitur, quod iusticia est ratio bona & magna iudici, vt ipse faciat bonum & magnum iudicium, &c. Et per hoc patet, quod principia huius artis sunt formæ ipsius iusticiæ, sine quibus iusticia perfecta esse non potest. Ipsa quidem iusticia est subiectum earum quæ substentantur in eo. Veruntamen ipsa iusticia est forma respectu iudicis habituata de ipsa. Iterum est forma ratione actionis quam habet iudex cum ea in iudicato, & per consequens patet quod iudicatus est sua materia, considerando isto modo. Nam supra ipsum iudicium fit à iudicante: sicut actus fit in agibili ab agente. Et hoc clare patet per tertiã speciem regulæ C In iudicio recto & perfecto sequitur, quod iudex discurrat iusticiam per principia & regulas huius artis, sicut discursa est in nono subiecto. Et si hoc facit iusticia cum iudicio in iudicato est forma perfecta & necessaria: & sine aliqua conscientia dubitatiua iudex vti potest ea in suo iudicato. Si autem iudex eam non discurrat per antedicta, vt supra dictum est, male quidem contingenter, & etiam cum conscientia vtitur dubitatiua prædicta iusticia, quod est animæ suæ magnum & terribili periculum. Qui enim magnum damnum dat absq; prudentia & discretione, dignus est iudicio pœnoso. Ius scriptum verum est, si principia & regulæ huius artis in eo esse possint. Si autem in eo esse non possunt, tale quidem ius phanta-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

phantaſticum,& fictum,& difformatum eſt. Principia namque huius artis , & regulæ,veræ & neceſſariæ ſunt ſine aliquo defectu. Nam vnumquodque verum & neceſſarium eſt , quod id quod eſt non poteſt aliter ſe habere. Sicut cryſtallus poſitus ſupra diuerſos colores coloratur : ſic leges aut canones quando ponuntur ſiue applicantur iſtis principiis & regulis huius artis colorantur:hoc eſt fortificantur diuerſis rationibus neceſſariis. Et cito iudex per iſtum modum videt veritatem vtriuſque partis,quod non facit abſque prædictis : imo cum magna diuturnitate temporis & laborioſo ſtudio habet videre veritatem,& adhuc eſt dubitatio. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod ius non eſt ars : & quod non poteſt reduci ad artem , reducendo ipſum per prædicta principia & regulas,cũm iùs non ſit ars: ideo non eſt mirum ſi eſt confuſum & prolixum , & intellectus in eo impeditur.Subiectum iuris in anima maxime conſiſtit,tam per memoriam quam per intellectum , quod eſt cõtra debitum ordinem potentiarum ipſius ànimæ. Nam intellectus eſt primitiùus ad inueſtigandum & inueniendum iura:& voluntas eſt cõſecutiua ad ipſum in elidendo , deinceps memoria ſpecies conſeruãdo Et quod vniuerſale eſt plus quam particulare, & quod memoria eſt ſubjectum particulare particularium , ex quibus non eſt ſcientia : idcirco quo ad plures ius non eſt bene diſpoſitum,neque bene ordinatum in anima. Et inde patet quod deficientibus principiis,deficit ars. Forma iuris extra ſuam propriam materiam per regulam G deſignatam,agere non poteſt,neque econuerſo. Et ideo neceſſarium eſt iuriſtæ,ut ſciat quę ſunt materia & forma iuris. Formà reſpectu principiorum huius artis eſt aggregatio tiuorum prædictorum principiorum videlicet,iuſtificatiuum,bonifactiuum,magnificatiuum. &c. quà ratione concordantiæ in vna forma conueniunt. Iuſtificàbile autem & bonificabile & magnificabile,& c.ſunt materia iuris:forma tamen & materia diſcurſis per rectam lineam regularum cum diffinitionibus principiorum. Et in iſto paragragho , applicatum eſt , quicquid de iure dici poteſt. In iure intellectus eſt fortior cum imaginatione quam cum ſenſu, eo quod altior potentia eſt imaginatiua quam ſenſus: & cum intellectus ſit altior potentia quam imaginatio : ideo fortior eſt in ſeipſo quam in imaginatione. Et ut iuriſta ſciat agere de qualiber potentia ſecundum quod eſt màgis alta & minus alta:conſulo iuriſtæ quod de ſubjectis deſignatis per E.F.G. habeat noticiam. Conſulo quod iuriſta diſcurrat per ſpecies regularum antequam det iudicium Aliquod enim iudicium eſt competens cum vna ſpecie, quod non eſt competens cum alia: ſicut in ſecunda ſpecie regulæ C.apparet,Nam in ipſa ſecunda ſpecie,iura oriuntur à neceſ-

Cõcluſio quàre ius non eſt ars.

Documẽtum pro iuriſtis.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

ſitate, ſed in tertia ſpecie eiuſdem regulæ concurrunt à contingentia , & hoc manifeſtum eſt per diffinitionem maioritatis & minoritatis.

DE MEDICINA. CAP. CVII.

92. Forma de medicina.

MEDICINA eſt habitus, cum quo medicus procurat ſanitatem patientis. Medicus debet recurrere ad mixtionem principiorum & regularum huius artis. Nam per illum modum per quem miſcentur, habituabit ſe medicus ad habendum habitum, cum quo ſciat facere mixtionem medicinarum, in faciendo decoctiones, vnguenta, emplaſtra, ſiruپos, graduando herbas contra morbum. In ſubjecto per D. deſignato cœlum diſcurritur per principia & regulas, & quia principia ſuperiora & regulæ agunt in inferioribus: ideo medicus recurrere debet ad antedicta ſubjecta, ut ipſe videat ſub qua conſtellatione infirmus patiatur, cum qua & ſecundum quam debet agere, ſiue practicare in patiente. Iterum medicus ſe debet habituare de ſubjecto per F. deſignato, ut ipſe ſciat vti imaginatione, ut intellectus qui de ſenſualibus facit ſcientiam in prædicta imaginatione, ſciat ipſe ea vti extra ſenſum, & cum ea deſcendere ad ſenſum obiectiue, & cum ſenſu aſcendere ad imaginationem, tali modo quod imaginatio ſit medium exiſtens recte & ordinate inter ſenſum & intellectum, & hoc cum diffinitione medij. Adhuc medicus recurrat ad ſubjectum per D. ſignatum, ut ſciat vti ſenſu, videndo colorem infirmi & vrinæ eiuſdem, & reſpiciendo feces ipſius, odorando anhelitum, & audiendo planctus, clamores ipſius, & ſuum appetitum, & tangendo pulſum, & huiuſmodi. Medicus enim qui ſenſu vti neſcit, non eſt bonus medicus. Amplius recurrat medicus ad ſubjectum per H. deſignatum, ut de modo illius, & per quem vegetatiua eſt diſcurſa, ſit habituatus. Per talem quidem modum medicus ſciat cognoſcere gradum herbarum, & virtutes earundem quas habent in patiente : quoniam ſi fiet decoctio de vna herba calida in quarto gradu, & ſicca in tertio, humida in ſecundo, & frigida in primo, & de alia herba frigida in quarto , & humida in tertio, & ſicca in ſecundo, & calida in primo, & de alia herba humida in quarto gradu, frigida in tertio, calida in ſecundo, & ſicca in primo, tunc temporis medicus poterit cognoſcere per regulam G. quæ herba in decoctione eſt præualens, ſiue habeat maiorem virtutem. Et ad hoc eſt dicendum, quod herba calida in quarto gradu eſt præualens. Ignis enim dominatur ſupra aërem, dando ſuam caliditatem. Et aër in aqua, dando ei de ſua humiditate, vnde patet quod ignis ſit dominus aquæ. Amplius recurrat medicus ad ſubjectum per I. deſignatum, ut de modo illius per

Primum documentum pro medicis.

Secundum documentum.

Tertium documentum.

Nota.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lius per quem elementatiua eſt diſcurſa, ipſe habituetur cum quo medicus practicet in patiente: medico tamen cognoſcente naturam elementorum, & compoſitionem eorum in patiente, & hoc maxime mediantibus regulis F.G.H.I.K. Adhuc ea quæ ſcripta ſiue inuenta ſunt per Hippocratem, Galenum, & Auicẽnam, & ſic de aliis, applicet medicus principiis & regulis huius artis, & ſecundum quod applicare ea poterit in ipſis, fiat iudicium, exponendo & declarando auctoritates eorum. Nam ſicut campſor habet veram notitiam & experientiam de bono aut falſo auro, fricando ipſum ſuper quendam lapidem nigrum: ſic medicus habet veram notitiam experientiarum & ſcripturarum medicinæ, applicando eas principiis & regulis huius artis, reſpiciendo quem colorem (metaphorice loquendo) ab ipſis prædictæ ſcripturæ recipiunt. Et in iſto paſſu valde gaudet intellectus, ratione cognitionis modi poſitiui, quia ipſa poteſt reduci ad artem per iſtam artem neceſſariis concluſionibus.

DE REGIMINE PRINCIPIS.

CAP. CIIX.

REGIMEN eſt forma cum qua princeps informat & regit ſuum populum ad bona moralia: & ideo princeps habituet intellectum ſuum de nono ſubjecto, cum quo ſciet regere & gubernare ipſum. Item recurrat ad alia ſubjecta: ſicut ad ſubjectum B. coguoſcendo & diligendo ipſum: nam per eius cognitionem dirigit ſe ad regnandum & gubernandum. Adhuc recurrat ad ſubjectum E. Nam principe cognoſcente modum per quem homo eſt aſſituatus in principiis & regulis: ipſe quidem ſciet vti homine, iudicando ipſum, aut ei parcendo. Amplius habeat notitiam ſubjecti per F. deſignati, ut ipſe ſua imaginatione ſciat vti in ciuitate, & in bello, & in iudicio, & in conſilio, & huiuſmodi. Sicut enim ruſticus neſcit agere equum, curere. Sic princeps abſque imaginatione ordinata neſcit regnare. Intellectus quidem neſcit vti rebus ſenſibilibus ſine ordinata imaginatione. Adhuc princeps debet habere notitiam ſubjecti per G deſignati, ut ſuo ſenſu ſciat vti quo ad ſeipſum, & quo ad ſuos officiales, & quod illa quæ ſunt ſenſibilia deducat de imaginatione ad intellectum & de intellectu ad nonum ſubjectum Si autem princeps dixerit, quod ei hæc ſunt difficilia? Reſpondeatur illi, quod ipſe ad hoc faciat ſecundum poſſe ſuum, & vltra poſſe ſuũ habeat ſuos ſapiẽtes qui ſciãt facere, & ei cõſilium dare. Tali autẽ modo quod principia & regulæ remaneãt abſq; læſione, & princeps cũ ſummo ſubjecto ſit in cõcordãtia, & ab omni cõtrarietate remotus. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus

93. *Forma de regimine principis.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per quem modum regimen principis reduci poteſt ad artem, & de eo ſcientiam agere. Et vtinam princeps inueniatur, qui regimen ſuum ad artem reducat; ad quam diſponat filium ſuum, & ipſum eam doceat, ſiue doceri faciat. Et per conſequens omnibus principibus do pro conſilio quod eam addiſcant.

DE MILITIA. CAP. CIX.

94. *Forma de militia.*

MILITIA eſt habitus, cum quo miles iuuat principem, ut poſſit tenere iuſticiam. Miles enim inuentus eſt, ut per ipſum poſſit iuſticia ſuſtentari. Et ideo miles ſe debet habituare de iuſticia per illum modum, per quem iuſticia eſt diſcurſa per principia & regulas huius artis in nono ſubjecto, ut de ipſa miles perfectam notitiam habere poſſit. Quoniam miles indiget prudentia in bello: ideo debet habere eam in habitu, ut cum illa fortior ſit cõtra ſuum inimicum: ſcire ergo debet eam miles ſecundum quod eſt diſcurſa in nono ſubjecto, ut cum eã artificialiter ſe defendat à ſuis inimicis. Nam ars eſt habitus impugnabilis. Miles quidem habens illam, habet victoriam contra illum qui arte neſcit vti. Fortitudo eſt virtus fortificans cor hominis, & maximè quando de ipſa ſcit habere notitiam, & ideo quanto magis ipſam ſciuerit, tanto magis cauſat audaciam. Vnde ſequitur quod ſi miles vult ſcire perfectè fortitudinem, recurrat ad nonum ſubjectum, in quo perfectè ipſa tractatur. Miles ſine fide, ſpe & charitate, in bello non eſt munitus: & ideo miles ſe induat prædictis virtutibus, Deo tamen adiuuante per illum modum: per quem diſcurruntur in nono ſubjecto. Miles per bonitatem vult eſſe bonus, & per magnitudinem vult habere magnam victoriam, & honorem, & huiuſmodi. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, per quem modum militia ad artem reduci poteſt. Et etiam cognoſcit, quod virtutes maiores armaturæ sũt in anima, quam armaturæ corporis, cum quibus eſt munitus. Nam ars non conſiſtit in corpore: ſed in anima tantum. Militi competit quod ſit nobilis genere: nobilitas quidem eſt magnus habitus in corde, à qua oritur magna audacia faciei & dextræ manus: quæ cauſant victoriam, audacia cordis exiſtente cum illis. In bello eſt neceſſaria magna imaginatio & magnus ſenſus. Magnitudo prædictorum conſiſtit per diſcurſum virtutum noni ſubjecti. Nam ſicut vnus enſis cum fortiori brachio, deuincit alium enſem exiſtẽtem in debiliori brachio: ſic vnus miles cum maiori ſenſu & imaginatione, deuincit alium militem in bello. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod quandoque pauci milites deuincunt multos.

Fortitudo quid ſit.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE MERCANTIA. CAP. CX.

95. *forma de mercantia.*

MERCANTIA est habitus inuentus, cum quo mercator scit emere & vendere, ut ipse suam pecuniam multiplicare possit: sicut in tractatu principiorum & regularum cognoscitur, videlicet per quem modum vnum principium habet se cum alio: sicut in mercatura emens se habet ad vēdentem cum suis principiis & regulis, & vendens similiter ad emētem se habet cum suis, ut quilibet possit habere hoc quod est maius per hoc quod est minus. Vnde sequitur ille mercator qui scit discurrere suum intellectum, imaginationem & sensum per principia & regulas huius artis, habet maioritatem scientiæ in emendo & vendendo, quam alius mercator nesciens hunc discursum prædictum. Mercator quicquid agit in emendo aut vendendo, facit illud cum suo intellectu & voluntate & memoria: & ideo debet vti ipsis potentiis secundum ordinationē naturalem ipsius animæ, videlicet quod intellectus sit primitiuus intelligendo, & voluntas consequentia eligendo, & per consequens memoria species conseruando, cum quibus fit emptio & venditio in foro, & ideo mercator ut artificialiter sciat facere, ponat suam imaginationem & suum sensum in mercatura, sine quibus non fiunt emptio & venditio. Et hoc sciet facere, si sciat se habituare de subjectis per C.F.G. designatis. Et in isto passu cognoscit intellectus, per quem modum vnus mercator multiplicat magis pecuniam quam alter. In subjecto de E. tractatur de homine, & per consequens de corpore eius. Nam pars illius est. Et quia emptio & venditio fiunt necessitate corporis: ideo bonus mercator discurrat suum intellectum per subjectum. E. ut de rebus necessariis corporis habere notitiam possit. Tertia species & quarta regulæ C. sunt magna subjecta mercatori, mediāte regula H. & I. Nam eadem mercatura siue res est parui precij & magni secundum locorum & temporis diuersitatem. Nam res siue mercaturæ habēt plus de valore in vno tempore quam in alio: & plus in vno loco quam in altero. Et etiam plus in vno homine causa necessitatis & vtilitatis. In altero autem homine causa boni est & honoris. Amplius secunda species regulæ C. mediante regula G. causat lucrum in emptione & venditione. Proprium enim ad altiorem finem se habet quam appropriatū. Et idcirco res quæ proprie est necessaria homini, magis prolongatur à contingentia, quam res quæ est necessaria per accidens. Mercatura in homine fideli & virtuoso est habitus perfectus: in homine autem deceptore & peccatore est habitus imperfectus, & ideo qui vult esse bonus mercator, habituet se de virtutibus per illum modum per quem tractatur de ipsis in nono subjecto. Nam in mercatura habitus formatus ponit communitatem &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſocietatem in bonis:difformatus autem priuationem communitatis & ſocietatis. Multa alia de mercatura poſſent dici: ſed ſufficiant ea quæ dicta ſunt cauſa breuitatis.

DE NAVIGATIONE. CAP. CXI.

69. forma de nauigatione.

NAVIGATIO eſt ars cum qua nautæ ſciunt ire per mare:Nauigatio quidem deſcendit & oritur à geometria,& motu,tempore & loco mediantibus quod ad ſuos correlatiuos per ſecundam ſpeciem regulæ C.ſignatos, qui ſunt motiuus,mobilis,& mouere, tempore & loco mediantibus. Nauis in vno tempore eſt in vno loco: & in alio tempore in altero loco,Quoniam geometria & arithmetica deſcendunt ab arte iſta, ut ſuperius probatum eſt in ſuis locis:ergo patet per conſequẽs quod ars nauigationis primitiue ab arte iſta deſcendit:ſecundarie à geometria & arithmetica,ut patet per prædicta. Et ad hoc declarandum, feci hic iſtam figuram diuiſam in quatuor triangulos, ut in ea patet & eſt conſtituta ex angulis rectis, acutis & obtuſis.

SEQVITVR FIGVRA NAVIGATIONIS.



Et ſuppono quod in illo loco in quo ſunt quatuor anguli acuti,ſit tranſmontana & portus nauis, & quod ibi ſit nauis volẽs ire per orientem:ſed vadit per exaloch,& quando iuerit per quatuor miliaria, ipſa quatuor miliaria penes exaloch non valent niſi

(c) 2006 Minister

nisi tria versus orientem. Ratio huius est, quia in duratione motus primo generatur vnitas siue punctus, & quando nauis inuenit per octo miliaria apud exaloch, ipsa quidem non valent versus orientem nisi sex. Ratio huius est, quia causatur secunda vnitas, quæ cum prima causat vnam lineam compositam ex duabus vnitatibus siue punctis. Et quando inuenit nauis plus per quatuor miliaria, causatur tertia vnitas, & sic causatur triangulus per duodecim miliaria, ter quater causatur quadrangulus, quater tria. Et sic ostenditur per quem modum in motu nauis componitur triangulus & quadrangulus. Per modum quem dedimus de motu nauis per duodecim miliaria, potest nauta cognoscere, quod eundo per exaloch, per centum miliaria deuiatur nauis ab oriente per 25 miliaria, naue admittēte in quatuor miliariis penes exaloch, vnum miliarium apud orientem, motu nauis prius existente per punctum, deinde per lineam & postmodum per triangulum & post per quadrangulum. Si nauis recedit à portu & vult ire versus orientem, sed cum vadit per meridiem, ipsa quidem deuiatur in duplo ab oriente respectu deuiationis quam facit, quando vadit apud exaloch. Ratio huius est, quia exaloch consistit in medio orientis & meridiei. Et si nauis vadit per lebeich: sed tamen vult ire penes orientem, causatur deuiatio in triplo. Et si vadit per occidentem, causatur in quadruplo. Ostendimus modum, per quem nautę possunt arbitrari deuiationem loci, ad quem intendunt ire: & motus quem dedimus ei artis ad cognoscendum deuiationem, ostendendo principia generalia, sine quibus nauis non potest esse in motu. Quæ principia sunt hæc, videlicet punctus, linea, triangulus & quadrangulus. Et diminutio vnius miliarij quatuor miliariorū penes exaloch & duorum octo miliariorum penes meridiem, & sic de aliis. Modo intendimus dare doctrinam & artem, per quas nautę sciāt cognoscere, in quo loco maris est nauis, & hoc intendimus exemplificare, ostendendo quantū distat vnus mōs ab altero. Suppono quod sit vnus mons penes orientem longè à portu, in quo assistit nauis per quatuor miliaria qui vocetur L. talis mons: & quod sit alter mons apud exaloch, distans à portu per 4. miliaria: & quod ille mons vocetur M. Et quod sit alter mons versus meridiem distans à portu per 4. miliaria, & quod vocetur N. Vlterius suppono quod sit alius mons penes meridiem, distās à portu per 8. miliaria, & quod vocetur O. modo quęritur quātū distat L. ab M. & ab N? Et quātū distat O. ab L. & ab M? Ad primā quæstionē & secūdā respōdemus sic. Figura habet quatuor triāgulos, ut p se patet, & 4 & 3. cōponūt septē ut triāgul⁹ & quadrāgul⁹ habeāt cōpositionē: & 7. diuidūt in duas partes æquales, qualibet habēte 3. miliaria cū dimidio. Vnde sequit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod ab L. vſque ad N. ſunt miliaria 3 & dimidium, M. exiſtente in medio L. & N. Ratione cuius diſtat L. ab M. per medietatem miliarium. 3 & dimidium. Ad tertiam quæſtionem reſpondemus ſic: de portu vſque ad O. ſunt 8. miliaria, & ab L. vſque ad N. 3. & dimidium, ut ſupra probatum eſt: & ſic multiplicant 11. & dimidium. Quapropter apparet, quod L. diſtat ab O per 6. miliaria minus quarta, & ſic ſoluta eſt tertia quæſtio. Ad quartam quæſtionem reſpõdemus ſic: de portu vſque ad O ſunt octo miliaria: & de N. vſque ſunt duo miliaria minus quarta: & ſic ſequitur quod M. diſtat ab O. per medietatem decem miliariorum minus quarta, quæ ſunt quinque miliaria minus octaua, & ſic ſoluta eſt quarta quæſtio. Secũdum quod data eſt ars ad cognoſcendum diſtantias exiſtentes inter L. M. N & O. montium per miliaria ſupradicta: ſic potes cognoſcere diſtãtias aliorum mõtium per miliaria ſupradicta, multiplicando miliaria per triangulos & quadrangulos. Quoniam ſicut arithmeticus multiplicat numerum, numerando ter tria, & quater quatuor: ſic nauta poteſt facere ſimili modo. Declaratum eſt ergo per quem modum poſſunt cognoſcere nautæ in quo loco maris eſt nauis, arbitrando diſtantias penes tranſmontanam ad orientem, meridiem atque occidentem exaloch, lebeich, maiſtre & grech, reſpectu loci maris in quo conſiſtit nauis. Et iſta doctrina eſt facilis, breuis, & valde vtilis, & generalis, & particularibus applicabilis. Per regulam G. & per ſubjectum elementatiue cognoſcitur, quod ſi motus oritur ab oriente, ipſe habet maiorem inclinationem penes exaloch quam penes græchum. Exaloch enim eſt humidus & calidus. Græchus autem frigidus & humidꝰ, qui cauſatur à tranſmontana. Item ſi ventus dependet ab exaloch, ipſe habet maiorem declarationem penes orientem quam ad meridiem: eo quia meridies eſt calidus & ſiccus; & ſic de aliis ſuo modo poteſt dici. Adhuc nauta debet conſiderare qualitates aëris. Nam aër eſt groſſus & frigidus, iam ſignificatum eſt, quod ventus oritur à tranſmontana. Si autem aër fuerit tenuis & humidus, ſignatum eſt quod ventus egreditur ab oriente: ſed ſi aër eſt humidus & ſubtilis, ſignatum eſt quod vẽtus exit à meridie. Si vero aër eſt ſiccus & frigidus, iam ſignatur quod ventus procedit ab occidente. Nubes ſecundum colores quos habent ſignant ventos: ſicut nubes rubea ſignat orientalem ventum, & ſi habuerit colorem aureum, ſignat ventum meridianum, & ſi habuerit colorem album, ſignat ventum ſeptentrionalem, & ſi habuerit colorem nigrum, ſignat ventum occidentalem. Nubes vero quandoque eſt compoſita ex pluribus coloribus: & tunc ſignat mixtionem ventorum, & ſecundum quod eſt magis de vno colore quã de alio, ſignat magis vnũ vẽtum quã aliũ. Pluuia quidem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quidem ſecundum illam partem egredietur, à qua ventum ilius ſignat. Et ſic de coruſcationibus & tonitruo ſuo modo poteſt dici. Fauonius aquæ maris motum ventorum circularem ſignat, vento habente talem aſſituationem: ſicut limax ſiue teſtudo habet. Qui quidem ventus eſt aſſituatus circulariter vt aqua maris aſcendat: ſicut facit puluis ſubtilis ſuper terram. Adhuc fibulonus ſicut eſt coloratus, proprium ventum ſignat: ſicut in nubibus dictum eſt. De tranſmontana & ferro non oportet loqui: nam de aliis experientiam habemus: neq; hic eſt cauſa quærenda quare attrahit ferrum. Non enim hic eſt ſuus locus: ſed potius in naturalibus habet locum naturali quidem competit iſta petere & inquirere. Dum intellectus conſiderat quod ſupra dictum eſt de nauigatione, gaudet: quia valde de nauigationibus doctrina habituatus eſt.

DE CONSCIENTIA. CAP. CXII.

97. forma de conſcientia.

CONSCIENTIA eſt forma, cum qua intellectus affligit animam de commiſſis, ſecundum quod in ſubiecto quarto ſignatum eſt: quod ſcientia eſt forma actiua per intellectum, quo ad voluntatem eſt electiua; quo ad memoriam eſt conſeruatiua; ideo qui conſcientia bene vult vti, deducat ipſam per nonum ſubiectum. Conſcientia magna cauſatur à diffinitione maioritatis: parua autem à diffinitione minoritatis: temperata autem & virtuoſa à diffinitione æqualitatis & virtutis. Conſcientia oritur à poſſibili & intelligere, non autem ab impoſſibili & ignorare. Et ideo tractabilis eſt cum diffinitione poteſtatis & intellectus. Conſcientia deducta per principia & regulas eſt cognita: & maxime ſi eſt deducta per cõmixtionem principiorum. Nam quodlibet principium declarat eam quo ad ſeipſum: & quo ad alia principia. ratione cuius conſcientia clare cauſat. Et dat pro conſilio, vt fiat contritio, & confeſſio, & ſatisfactio de commiſſiis. Conſciẽtia oritur à correlatiuis principiorum cum amore: & eſt in tertia ſpecie cum timore & triſtitia. In quarta autem ſpecie ſubiectum in quo eſt, habet cum ipſa paſſionem mediante ſecunda ſpecie regulæ E. Conſcientia antequam fiat peccatum, diſponit iuſtitiam, prudẽtiam & fortitudinem: poſt autem peccatum, triſtitiam & languores. Et ideo reducẽda eſt ad diffinitionem principii & regulam H. Cõſcientia cum bonitate & magnitudine atq; perſeuerantia viuit. Sed cum malitia & paruitate & inconſtantia moritur. Quapropter reducenda eſt ad diffinitionem bonitatis, magnitudinis & durationis. Conſcientia fortificatur cum primo ſubiecto, obiectãndo ipſum ſecundum quod eſt diſcurſum per principia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& regulas. Et ſic auget actum ſuum à qua oriuntur contritio & confeſſio, & ſatisfactio. Adhuc per ipſam conſcientiam à corde ſuſpiria oriuntur, & ab oculis lachrimæ, & ab ore orationes multæ: & hoc per regulam I. ſignatum eſt, Conſcientia cum iuſticia diuina facit miſericordias, & cum magnitudine & æternitate multiplicat illas: cum bonitate autem, magnitudine, & miſericordia diuina mediante, cum ſpe & pœnitentia dat conſolationem hominibus. Conſcientia non dormit, nec etiam hominem dormire permittit, ratione amiſſionis tempotis & pœnitentiæ. Et idcirco vigilatio, oratio & diligentia cum timore ſunt ſuæ conſanguineæ ſiue ei vicinæ. Intellectus ſic conſiderãs cognoſcit conſcientiam ſic diſcurſam: quod conſcientia ſic diſcurſa per principia & regulas, eſt impugnabilis & infallibilis, de cuius cognitione eſt valde gauiſus.

DE PRÆDICATIONE. CAP. CXIII.

98. forma de prædicatiõe.

PRÆDICATIO eſt forma cum qua prædicator informat populum, ad bonos mores ſequendos & vitandos malos: & maxime ſi ille modus diſcurſus fuerit per principia & regulas huius artis, & etiam per nouem ſubiecta, vt intellectus prædicantis & audientium abundet in magna materia, & talis prædicatio valde vtilis & valde facilis eſt: ſicut eſt valde artificiata & in magno ſubiecto ædificata & collocata. Prædicator ſicut artificiat ſuum intelligere ad deducendum: ſic debet artificiare ſuam voluntatem ad diligendũ voluntatem audientium, vt ſermo tantum valeat per exiſtentiam, quantum valet per apparentiam. Et hoc per diffinitionem æqualitatis intellectus & voluntatis, vt in fermone intellectus & voluntas ęqualiter quieſcant: alioquin ſermocinator in ſermone ſuo eſt habituatus de vana gloria. Prædicator debet artificiare memoriam audientium cum artificio ſui ſermonis artificiati: ſi de ſubiecto prædicator prædicat coniuncta in natura per ſubiectũ, ſicut iuſticia Dei eſt magna. Miſericordia Dei eſt magna, & vna iſtarũ eſt ita magna ſicut altera, ratione cuius prædicator debet exiſtere in gaudio & timore, mediante iuſticia, prudentia & ſpe. Et talis habitus timoris & amoris audientiũ, eſt valde rationabilis & amabilis: ſicut eſt valde intelligibilis. Prædicator ſic debet agere in prædicando, ſicut facit intellectus in inueniendo ea de quibus ſcientia eſt: intellectus enim facit ſciẽtiam de ſenſitiuis in imaginatione extra ſenſum. Adhuc facit ſcientiam de intelligibilibus in ſemetipſo extra imaginationem. Sic prædicator debet deſcendere ad ſenſum, dando ei experientias ſenſibiles & poſtmodum debet aſcendere ad imaginationem, dando ei experientias

(c) 2006 Ministerio de Cultura

perientias imaginabiles. Adhuc deinceps ad intellectum aſcendere debet, dando ei experientias de intelligibilibus. Et ſic de voluntate & memoria poteſt dici ſuo modo. Si autem hoc non facit, ſuum quidem ſermonem obſcurat & confundit; eo quia in memoria audientium labilis eſt, in intellectu ignotus eſt, & in voluntate neglectus talis prædicator ſiue ſermo. In euacuatione tertiæ figuræ da exemplum euacuandi cameras, & ideo ſermocinator debet euacuare, ſimili modo dictiones ſiue propoſitiones in themate poſitas. Et etiam debet quærere mediū faciendi concluſiões, per illum modum qui datus eſt in multiplicatione quartæ figuræ: nam per talia intellectus audientium firmior eſt per intelligere, quā per credere auctoritates ſanctorum: eo quia credendo intellectus agit extra ſuum actum naturalem, qui eſt intelligere. Nam vnūquodq; magis gaudēs & contentum eſt quando ſuo proprio actu vti poteſt; & ſicut de intellectu dictū eſt: ita de voluntate & memoria dici poteſt ſuo modo. In geometria dicitur per quem modum facit demōſtrationes. Similiter in arithmetica datur exemplum per quē modum arithmeticus numerat vnitates. Adhuc in rhetorica dictū eſt per quem modū rhetoricus ornat ſua verba: & ideo ſermocinator in ſermone ſuo debet habere habitū geometriæ, arithmeticæ & rhethoricæ, vt ex illis ſit habituatus & illuminatus, cum quibus habituet & illuminet intellectum audientiū. Prædicator debet eſſe theologus, vt ſciat loqui de Deo, & etiam philoſophus, vt ſciat effectū applicare ad primam cauſam diſcurrendam per ſubiecta C. D. E. F. G. I. K ſignata. Et ſi prædicator hoc ſciuerit facere, magnam atq; latam materiam prædicandi habebit. Prædicator in ſermone debet diffinire membra ſiue partes ſui thematis, ſive ſermonis. Nam per diffinitionem populus cognoſcit diffinitum. Adhuc debet conſiderare per quem modum eſt diſcurſa per principia & regulas, ſicut datum eſt exemplum in centum formis. Et per talē modum intellectus prædicatoris & audientiū habebit magnam requiem. Quoniam Deus cum magnitudine intelligibilis, amabilis, & recolibilis: idcirco prędicator debet dare magnam noticiam de Deo, vt multum intelligatur, ametur & recolatur, & hoc poteſt facere cum mixtione principiorum & regularum, & etiam cum primo ſubiecto. Si autem hoc non facit, ſuus quidem ſermo imperfectus & labilis erit. Tria loca ſunt, quorum vnus eſt omnimode perfectus abſque aliqua imperfectione: & iſte eſt æterna & infinita gloria. Alius eſt totaliter imperfectus: & iſte eſt infernus, in quo eſt pœna ſempiterna. Tertius autem eſt partim perfectus, & partim imperfectus, & iſte talis, eſt iſte mundus: & ideo prædicator debet iſtos tres locos recitare, & declarare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

declarare, & dicere quid ſunt, quid habent in ſe, & propter quid ſunt, & quem vtilitatem habent in ſe. Locus enim omnimode perfectus totaliter eſt amabilis, imperfectus penitus eſt odibilis. Qui autem partim perfectus & partim imperfectus, in parte quidem amabilis eſt ratione ſuæ perfectionis, & in parte odibilis ratione ſuæ imperfectionis. Dum ſic intellectus conſiderat, cognoſcit per quem modum ſermocinator poteſt ſuũ ſermonem reducere ad artem prædicandi, vt artificialiter & facilius ſciat facere ſermones: ſicut nos fecimus vnam partem ſermocinandi, in qua ſunt centum & octo ſermones conſtituti ſine facti artificialiter.

DE ORATIONE. CAP. CXIV.

99. *forma de oratione.*

ORATIO eſt forma cum qua orans loquitur de Deo ſanctifice. Qui bene vult orare, diſponat ſe in bono ſecundũ nonum ſubiectum. Nam Deus dignus eſt vt honoretur cum virtutibus: non autem vitiis. Orator ſiue contemplator orat ſiue contemplatur Deum ad ſimilitudinem euacuationis tertiæ figuræ: ſic vt ipſa oratio eſt ſignata in ipſa figura per euacuationem dicendo ſic. O domine Deus bone & magnifice; poſtquam in te tua altiſſima bonitas & magnitudo habent altiſſimam concordantiam, diſtinguendo. & concordando naturaliter, & tua bonitas & magnitudo ſunt in te rationes, vt producas bonum magnum naturaliter: ſic de tua altiſſima bonitate & magnitudine, quod producas in mundo moraliter ſiue effectiue multa bona & magna; cum quibus tuus populus ſit bonus & magnus, te benedicendo & magnificando, & tecum cõcordantiam habendo. Quoniam tu Domine es eſſentia & ſubſtantia, in qua tua bonitas & magnitudo habent correlatiuos bonos & infinitos ad inuicem diſtinctos, vt apparet in te. Quoniam tu Domine es bonus, & magnus creator: idcirco placeat tibi, quod tuus populus ſit in te bonus & magnus laudator & ſeruitor, vt tu habeas populum tuum bonum & magnum in moribus differentibus & concordantibus. Orator ſiue contẽplator poſtquam euacuauerit cameram B. C. euacuet cameram B. D. &c. O dulciſſima bonitas, in ſubiecto æterno exiſtens diſtincta diffuſione, atq; ab omni contrarietate remota, & es de teipſa primitiua & æterna ſine aliqua ſubiectione: ſic de tua benignitate & æternitate, quod defendes populum tuum à pœnis ſempiternis. Contemplator ſiue orator poſtquam euacuauerit totam tertiã figuram ab vno die in alium ſucceſſiue: deinde tranſeat ad multiplicationem quartæ figuræ, contemplando & orando per modum ipſius figuræ, videlicet per columnã

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lumnam B. C. D. & ſic de aliis, conſiderando medium naturale exiſtens inter ſubiectum & prædicatum, & dicat ſic. O reuerenda bonitas poſtquam naturaliter es bona bono magno & æterno in te, & de te ſine aliquo alio tibi pręiacente: igitur habes ne tuum populum in obliuione? videtur quod ſic. Nam in mundo plus eſt de malo quam de bono. Magnitudo quidem maliciæ magis durat, quam magnitudo bonitatis, abſit Domine: eo quia de tua benigniſſima bonitate & magnitudine fuit deducere tuum populum in tempore, quia non erat, vt ipſe in æternum te collaudaret, benediceret & magnificaret. Orator euacuet ſic cameram B. C. T. B. dicendo: Domine Deus altiſſime, tua bonitas magna eſt tibi ratio, & bona & magna ratio, diſtinguẽdo vt producas bonum & magnum à te diſtinctum correlatiue: non autem quo ad eſſentiam bonitatis & magnitudinis, eo quod eſſentia tuà vna eſt. Et quia hoc ita eſt: ergo tua altiſſima productio deſcendat ad nos benigniter & magnifice nobis declarando & monſtrando bonum & malum, & in magnum bonum nos inducat, & à magno malo defendat. Orator ſic orans, iam vnum obiectum obiectando poſſet ſicut intellectus qui non poteſt intelligere alias ſpecies, dum intelligit illas quas inuenit. Et in hoc paſſu cognoſcit intellectus per quem modũ orator poteſt cogere ſuam animam, & ligare illam cũ ſummo obiecto artificialiter & continue dum orat. Et intellectus recordatus eſt artem philoſophiæ amoris quam fecimus, quæ eſſet bonum ſi aſſociarer prædictam orationem, ſiue coniungeret cùm ea. Amplius orator imploret & benedicat Deum, per illum modum per quem Deus eſt diſcurſus in primo ſubiecto Deus enim non exaudit peccatores contra ſuas rationes, neq; etiam contra earum relationes, quia iniuriaret ſibiipſi; quod eſt impoſſibile Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod cũ peccator orans ſine conſcientia & contritione, nil boni impetrat oratione ſua, animo enim deridet & blaſphemat. Iterum contemplator ſiue orator rogat Deum ſecundum quod ipſe eſt prima cauſa, ſubiectis deſignatis per C. D. E. F. G. I. H. & etiã per K. quo ad virtutes. Nam per cognitionem cauſæ cognoſcitur effectus, & è conuerſo. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus quod ſubiectum orationis eſt valde magnum & diffuſum. O orator, in tua oratione dilige plus Deum quam temetipſum, & etiam quam alia: & ſi hoc facis, iuſtus es & prudens, & de charitate & ſanctitate habituatus. Qui habitus eſt amicus tuus in oratione, in tantum quod mediante ipſo tua oratio venit ad perfectionem. Si autem hoc non facis, nullum quidem amicũ habes: imo Deus eſt tuus inimicus, eo quia ei iniuriam facis. O orator, quando orabis pro commiſſis, iuſticiam Dei recum

tencas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teneas diligendo: non autem odiendo; quia si sic, misericordia Dei non posset esse tua amica, eò quia iniustus esset, & tuus habitus esset crudelis, & à spe, & charitate prolongatus, & etiam tuum amare in odire esset peruersum, de quo odire esses in æternum habituatus. O contemplator siue orator, si non potes intelligere & attingere altitudinẽ diuinarum rationum & suorum actuum: ora credendo. Nam vltra posse, nullum repræhensibile est. Veruntamen tale intelligere est possibile. Tale autem credere in tua oratione erit tuus amicus, & maxime tuum intelligere, si ipsum habere potes. O orator, in tua oratione excita tuam conscientiam, & discurre ipsam per principia & regulas, & si hoc facis, cum ea impetrabis contritionem. Et si discurras contritionem per principia & regulas, impetrabis motum à corde, à quo egredientur gemitus & suspiria: à corde ad oculos aqua ascender, madefaciendo tuam faciem & tuas manus & vestes, & illam aquam senties calidam, quia à calido & feruente fonte oritur, & illa aqua sancta procurabit tibi confessionem. Et si confessionem discurris per principia & regulas, ipsa ducet te ad satisfactionem & pœnitentiam, quæ quidem coniunget te cum Deo in gloria sempiterna. O orator, in tua oratione cõsidera aduersitates & prosperitates, quas dedit tibi per suum amorem: aduersitates, vt habeas patientiã sub sua iustitia: prosperitates, vt habeas charitatem sub sua gratia. Et postquam per vnum & eundem amorem sunt tibi datæ prosperitates & aduersitates, benedic, lauda & dilige diuinum amorẽ, & ei gratias quamplurimas redde. Nam cum reali amore Deus ipsas in te amat, & si tu eas in Deo amas, tuus amor procurabit quidem in gloria æterna sempiternum amare. O orator, si tuus intellectus est impeditus per tuum sensum & imaginationem, ascende ad primum subiectum, orando, & discurre teipsum extra sensum & imaginationem. Aut si vis descendere, ora mediante sensu & imaginatione, discurendo orationem per subiecta designata per G. Et tunc temporis videbis, quod formæ inferiores nihil possunt contra superiores in oratione, & de ista doctrina multum gaudet intellectus. O orator, discurre per nonum subiectum tuam orationem, intelligendo, amando, & recolendo & timendo, sperando & gratias reddendo, & non quiescas donec è corde tuo suspiria egrediantur, & lachrimæ emanent: si autem absq; prædictis quiescas, iam bonus & magnus orator es. O orator adiuua te cum hoc quod dictum est in centum formis, discurrendo vnam formam, & postmodum aliam, & discurre quamlibet formam per principia & regulas, & sic habebis magnum subiectum ad inueniendum multas nouas orationes. O orator ora pro populo. Nam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vniuersalis

vniuerſalis oratio multum placet Deo: deinde ora pro amico tuo, & pro mortuis. Et hoc artificialiter, vt ſupra dictum eſt, vt tua anima de bona & magna oratione ſit habituata, & cum tali habitu ſit cum Deo penitus ligata & concatenata.

DE MEMORIA PER PRINCIpia deducta. CAP. CXV.

Centeſima forma de memoria per principia deducta.

QVONIAM memoria eſt ita perfecta potentia: ſicut intellectus & voluntas, de quibus perfecte pertractauimus in mixtione principiorum: ideo de ipſa hic volumus tractare perfecte, diſcurrendo ipſam per principia & regulas, vt illam perfecte cognoſcamus, & etiam vt demus doctrinam videlicet quod ſicut eam diſcurremus per principia & regulas: ſic quælibet forma centum formarum poteſt diſcurri per principia & regulas. Memoria ſicut eſt bona naturaliter per bonitatē: ſic moraliter ſua bonitas eſt ei ratio, quod recolat bonum recolibile obiectiue. Memoria per magnitudinē eſt magna, ratione cuius ſua magnitudo eſt ei ratio, quod agat magnum recolere, cum quo recolat magnum recolibile ſiue obiectum quod idem eſt: ſicut cappatus habet vnum habitum per cappam, & per tunicam alium cum qua eſt tunicatus: ſic memoria per durationem habet vnam conditionem, & per poteſtatem aliam. Nam per durationem facit durare ſuum recolere, & tractat de præteritis, & per poteſtatem habet aliam conditionem & tractat de poſſibili. Memoria vnam conditionē habet cum intellectu, & aliam cum voluntate. Nā per intellectum recipit ſpecies deſideratas aut oditas: & per illū modū per quē recipit ſpecies à voluntate, per eundem modum ei reddit. Memoria eſt habitus virtuoſus naturaliter, eo quia naturaliter recolit obiectum virtuoſe, moraliter habet habitum vitioſum per accidens. Memoria per veritatem eſt vera, & per eam vere attingit obiectum recolendo: quādo attingit ipſum reſpectu finis, eſt habitus iuſtus & verus, quādo autem attingit obiectum contra finem vltimū, eſt habitus iniuſtus & falſus. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus per quem modū cauſantur virtutes & vitia. Memoria cum gloria habet delectationem, recolendo, & cū pœna habet triſticiam. Item quando appetit recolere, & non poteſt recolere, habet pœnam cū qua eſt habitus paſſiuus & priuatiuus. | Memoria cum differentia recolit diuerſimode obiecta: nam ſicut intellectus cognoſcit differentias obiectorū; ſic memoria recolit illas. Ratio huius eſt; quia differentia eſt ita generale principiū ſiue inſtrumentū memorię ſicut intellectus. Memoria ratione con-

cordantiæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cordantiæ concordat in obiecto cum intellectu & voluntate; recolendo obiectum, intellectum, & amatum, & oditum, vt obiectum patiatur per istas potentias in eodem tempore. Memoria cum contrarietate contradicit quandoq; intellectui & voluntati, non reddendo eis species quas appetunt recuperare, quia non est dispositа ad reddendum species: aut intellectus & voluntas non appetunt recuperare, quia memoria non reddit eis per illum modum, per quem intellectus & voluntas tradiderunt ei: aut intellectus est lentus, & voluntas nimis prompta, & è conuerso: aut intellectus appetit vnam speciem, & voluntas aliam. Homo in principio agit recolendo, & memoria est sua forma siue instrumẽtum cum quo recolligit obiectũ, & ipsum obiectum est subiectum siue materia, recolens autem est suus finis, & quando ipsum recolere impeditur, memoria quidem patitur, & per consequens agens. In memoria memorati est medium inter memorantem & memoralem, cum quo memorans, memorabileq; coniunguntur: supposito quod mẽsuratio fit per rectam lineam æqualiter terminatam inter memorantem K. memoralem. Termini memoriæ sunt tres, videlicet potẽtia, obiectum, actus; extra istos, memoria non habet posse. Et per finem priuationis memoria est habitus priuatus: licq; deficientibus actu & obiecto ad eã: sicut deficientibus luce & colere ad oculos: finis autem vltimus memoriæ est recolere recolibile. Memoria ratione maioritatis vna est maiorialia per essentiam siue per quantitatem, vna enim memoria habet maiorem actum quam alia. Vlterius quando memoria habet maiorem actum, ipsa quidem est maior habitus, non dico, quod sua essentia crescat aut decrescat, eo quia non est diuisibilis neque corruptibilis, cum sit potentia spiritualis: sed cum homo agat cum memoria ad placitum. Et sic tamen ea quandoque recolit multum: quandoque paruum. Memoria naturaliter & æqualiter existit inter intellectum & voluntatem, vt æqualiter recipiat & reddat species intellectas & dilectas, verum tamen quandoq; recipit species dilectas non intellectas. Et hoc est quando credit, & non intelligit ratione placiti agentis, qui magis desiderat credere quam intelligere. Memoria cum minoritate est circa nihil: vnde sequitur quod quando ipsa obliuiscitur, est habitus priuatiuus ratione minoritatis.

DE MEMORIA PER REGULAS deducta. CAP. CXVI.

Decimaquinta pars decimaprimi

QVÆRITUR, vtrum memoria citius recipies species ab intellectu quam à voluntate? Et respondendum est quod sic: ratio huius est, eo quia intellectus facit scientiam, & volun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Voluntas habet deliberationem ratione ſuæ libertatis. Per primam ſpeciem regulæ C. quæritur, quid eſt memoria? Et dicendum eſt, quod eſt potentia cui proprie competit recolere. Per ſecundam ſpeciem quæritur, quid habet memoria in ſe coeſſentialiter? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa habet ſuos correlatiuos, videlicet memoratiuum, memorabile & memorare. Per tertiam ſpeciem quæritur, memoria quid eſt in alio? Et eſt dicendũ quod ipſa eſt in bonitate bona obiectiue, ſuppoſito quod intellectus & voluntas quieſcant in illo obiecto. Et eſt in malicia mala, poſito quod voluntas diligat illud malum. Adhuc memoria eſt in ſubiecto habitus, cum quo cuſtodit ſcientiam. Per quartam ſpeciem quæritur, quid habet memoria in alio? Cui reſpondendum eſt, quod habet in bono obiecto bonitatem, & in magno magnitudinem, &c. cum habet actum in ſubiecto & in obiecto. Per primam ſpeciem regulæ D. quæritur, memoria de quo eſt? Et eſt reſpondendum quod eſt de ſeipſa: nam creata eſt, & ipſa quidem non eſt genita, nec facta ex aliquo ei præiacente. Per ſecundam ſpeciem quęritur, memoria de quo eſt? Ad quod dicendum eſt, quod eſt de ſuis ſpecificis materia & formas; cum quibus agit per ſuam ſpeciem. Per tertiam ſpeciem eiuſdem regulæ quæritur, memoria cuius eſt? Et reſpondendum eſt quod ipſa eſt ſubiecti, in quo eſt: ſicut pars eſt ſui totius naturaliter aut moraliter, ſicut cappa cappati. Per primam ſpeciem regulæ E. quæritur, memoria vnde eſt? Ad quod reſpondendum eſt, quod ipſa eſt conſtituta ex ſua forma & materia. Per ſecundam ſpeciem eiuſdem regulæ quæritur, memoria quare eſt? Ad quod dicendum eſt quod illa eſt, ut entia ſint recolita. Adhuc eſt, ut de præteritis homo poſſit habere ſcientiam. Per primam ſpeciem regulæ F. quæritur, vtrum memoria habeat quantitatem continuam, cum ipſa non ſit linealis? Cui reſpondendum eſt quod ſic. Nam potentia ſpiritualis, & finita eſt, & indiuiſibilis. Omne quidem ens finitum eſt quantum. Et ſi aliquid ens ſpirituale eſt finitum, ipſum quidem eſt quantum: quare patet quod memoria habet quantitatem continuam. Per ſecundam ſpeciem quæritur, vtrum memoria habeat quantitatem diſcretam? Et reſpondendum eſt quod ſic: ut per differentiam ſuos correlatiuos ſupradictos habere poſſit: per memoratiuum enim habet vnum correlatiuum, & per memoriale habet alterum; & per memorare habet alterum. Qui autem dicit memoriam non habere iſtos correlatiuos, dicit quidem eam eſſe vacuatam & indigentem natura ſua, quod eſt impoſſibile: quare patet quod memoria habet quantitatem diſcretam ratione correlatiuorũ. Per primam ſpeciem regulæ G. quæritur, quæ eſt propria qualitas memoriæ? Et reſpondendum eſt, quod eſt ſua recolibilitas,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſicut in homine riſibilitas Per ſecundam ſpeciem quæritur, quæ eſt appropriata qualitas memoriæ? Ad quod reſpondẽdum eſt, quod eſt habitus moralis, videlicet iuſticia, ſpes, &c. aut iniuria, &c. aut grammatica, &c. aut militia, &c. aut agricultura, &c. Per regulam H. quæritur, vtrum memoria ſit in tempore? Et reſpõdendum eſt quod ſic: eo quia noua eſt mediante motu ſubjecti in quo eſt: ſicut anima mota in corpore mobili. Et ſic de aliis ſpeciebus regulæ H poteſt dici ſuo modo, quas habet per C.D.K. deſignatas: quarum declarationem dimittimus artiſtæ bene intuenti cauſa breuitatis. Cum memoria nõ habeat ſuperficiem, quæritur, utrum ipſa ſit in loco? Et reſpondendum eſt quod ſic: ſicut pars in ſuo toto ſine contactu: ſicut in corpore elementato in quo ſunt elementa compoſita abſque contactu, contactus quidem impedit compoſitionem, ut patet in monte denariorum & lapidum, qui quidem non eſt compoſitus, ſed aggregatus. Quæritur per primam ſpeciem regulæ K. quomodo poſſet homo diſponere memoriam ad recolendum, quod ipſe optat recolere: & non poteſt illud recolere? Et reſpondẽdum eſt quod modus conſiſtit in hoc, videlicet quod homo applicet diffinitiones principiorum & ſpecies regularum ad ſimilitudines, quas optat recolere. Nam ſicut intellectus per ſimilitudinem attingit ſimulatum: ſic memoria per ſimilitudinẽ recolit objectum deſideratum. Nam ſi quis videt aliquem hominem ſimilem filio ſuo, ipſe tam cito recolit filium ſuum per ſimilitudinem illius. Per ſecundam ſpeciem K. quæritur, memoria cum quo obliuiſcitur? Ad quod reſpondendum eſt, quod cum minoritate diſcurſa per omnia principia & ſpecies regularum. Nam ſicut maioritas cauſat habitum poſitiuum: ſic minoritas priuatiuum ſuo modo. Dictum eſt de cẽtum formis, & data eſt doctrina per quam artiſta ſciat diſcurrere quamlibet formam per principia & regulas huius artis. Et in fine formarum oſtenſum eſt, per quẽ modũ artes liberales per hanc artẽ faciliter addiſci poſſunt.

VNDECIMA PARS PRINCIPALIS.

De vndecima parte principali quæ eſt de quæſtionibus.

Rubrica vndecima partis principalis.

HAEC pars in ſex partes ſiue loca diuiditur. Prima pars eſt de quæſtionibus, quas faciemus per tabulam. Secunda pars eſt illa, quam faciemus de quæſtionibus per euacuationem tertiæ figuræ. Tertia pars eſt, quam faciemus de quæſtionibus per multiplicationem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiplicationem quarta figura. Quarta est de quæstionibus quas faciemus per mixtionem principiorum. Quinta est de quæstionibus quas faciemus per nomen subiecta. Sexta est de quæstionibus centum formarum. Verùm tamen de quæstionibus aliquas soluemus & aliquas transmittemus ad loca huius libri: in quibus solutiones earum sunt implicatæ & signatæ; & in illis quas soluemus, docebimus practicam huius artis, & dabimus doctrinam ad soluendum alias quæstiones peregrinas quæ possunt solui secundum modum, per quem soluemus alias quæstiones. Ratio, quare transmittemus aliquas quæstiones ad sua loca, est quia euitamus prolixitatem, & quia illi qui sciunt istam artem, poterunt illas soluere per earum loca, in quibus solutiones earum sunt implicatæ. Item dicimus quod per quæstiones quas faciemus, dabimus doctrinam ad faciendum quæstiones, abstrahendo illas à significatis regularum.

In tabula sunt 84. columnæ, & quia euitamus prolixitatem: ideo nolumus facere quæstiones de omnibus columnis: sed tantummodo de septem columnis, per quas dabimus doctrinam ad faciendum & soluendum quæstiones per omnes columnas tabulæ.

DE QVAESTIONIBVS PRIMAE columnæ B.C.D.T.

CAP. I.

Prima pars undecimæ partis principalis de quæstionibus primæ columnæ B.C.D.T.

PER istam columnam iam fecimus quæstiones, ut patet in tabula, in qua probamus, quod mundus non est æternus. Sed ut videatur, quod columna est generalis, volumus iterare eam, abstrahendo ab ea aliquas quęstiones. Et sicut ipsa est generalis; sic alię columnę sunt generales. Per cameram B.C. D. quęritur, vtrum sit aliqua bonitas infinita & immensa per bonificationem, sicut æternitas per durationem? Et respondendum est, quod sic: alioquin æternitas non esset tota bona, neque tota magna; quod est impossibile. Quęritur, quid est infinita & immensa bonitas? Et respondendum est, quod est essentia habens in se multos, infinitos & immensos correlatiuos per secũdam speciem C. signatos. Quęritur, infinita & immensa duratio de quo est? Et respondendum est per primam & secundam speciem regulę D. & per secundam regulę C. Et ad hoc testatur regula B. quod ipsa est de correlatiuis æternis bonitatis & magnitudinis, sine quibus æternitas non potest esse infinita & immensa B.C.T.B. Vtrum bonitas possit esse magna sine distinctione? Et respondendum est quod non, eo quia non esset naturaliter ratio bono quod ageret bonum, cum in omni agere oporteat esse distinguere. Quęritur, quid est magna distinctio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bonitatis? Et reſpondendum eſt, quod illa eſt de ſuis correlatiuis,in quibus eſt ſubſtentata,& cum quibus habet naturam, & eſt eſſentia perfecta B.C.T.C. Vtrum bonitas poſſit eſſe magna ſine concordantia? Et reſpondendum eſt quod non. Nam ſicut contrarietas ſe habet ad non eſſe:ſic concordantia ad eſſe. Quæritur, quid eſt magna magnitudo bonitatis? Et reſpondendum eſt,quod eſt, ut ipſa habeat correlatiuos ei naturales B.C.T.D, Quæritur,vtrum angelus ſit maior cœlo?Et reſpondendum eſt, quod ſic Ratio huius eſt; quia angelus habet correlatiuos,cum quibus obiectat Deum:cœlum verò non. Quęritur,quid eſt magna contrarietas cœli? Et reſpondendum eſt, quod eſt immobilitas quam habet,poſito quod ipſum non moueat ſe Sicut ignis haberet magnam contrarietatem , ſi per ſuam leuitatem non poſſet per ſemetipſum ſe mouere. Quęritur,de quo eſt magnus motus cœli? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſuis correlatiuis per ſecundam ſpeciem regulæ C.deſignatis B.D.T.B. Vtrum in æternitate ſit differentia? Et reſpondendum eſt,quod ſic:ut ipſa poſſit habere ſuos correlatiuos , ſine quibus non haberet naturam,neque bonitatem infinitam. Quæritur,bonitas motus cœli de quo eſt? Et reſpondendum eſt,quod ipſa eſt de ſeipſa,ut per ſuos correlatiuos ſignatum eſt B.D T.C. Vtrum diuina bonitas & diuina magnitudo concordent? Et reſpondendum eſt, quod ſic:nam ſine concordãtia diuina bonitas non haberet infinitam magnificationem,neque diuina magnitudo infinitam bonificationem. Quæritur,quid eſt magna concordantia diuinæ æternitatis & diuinæ bonitatis? Et huic dicendum eſt, quod eſt eſſentia ſuorum correlatiuorum,videlicet bonificatiui,æternificatiui quæ conueniunt in vno numero,& bonificabile & æternabile in altero; & bonifacere & æternare in altero, & iſti tres conueniunt in vna eſſentia bonitatis & æternitatis eſſentialiter B.D. T.D. Vtrum inter diuinam bonitatem & æternitatem ſit contrarietas? Et reſpondendum eſt, quod ſic , ſuppoſito quod æternitas impediat bonitati actum ſuum & è conuerſo,quod eſt impoſſibile.Suppoſito quod inter diuinam bonitatem & æternitatem eſſet contrarietas:quæritur , illa contrarietas de quo eſſet? Et reſpondendum eſt , quod ipſa eſſet de principiis priuatiuis exiſtentibus contra correlatiuos poſitiuos bonitatis & æternitatis, quod eſt impoſſibile : & contradictio manifeſta B.T.B.C. Vtrum in ſimplici eſſentia bonitatis poſſit exiſtere differentia & concordantia? Et reſpondendum eſt, quod ſic,poſito ipſa bonitas habeat ſuos correlatiuos per ſecundam ſpeciem C. ſignatos,qui quidem per differentiam ſunt plura , & per concordantiam ſunt idem per eſſentiam. Quæritur quid ſunt differentia & concordantia in eſſentia bonitatis? Et reſpondendumeſt , per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tertiam

tertiam ſpeciem regulæ C.quod ipſæ ſunt id,quod ipſæ ſunt:adhuc ſunt ipſamet bonitas B.T.B.D. Suppoſito quod mundus ſit æternus: vtrum in ſua bonitate poſſent eſſe inuicem differentia & contrarietas? Et reſpondendum eſt quod non:nulla enim bona differentia coram contrarietate æterna ſtare poſſet. Quæritur,bona differentia de quo eſt? & reſpondendum eſt,quod ipſa eſt de correlatiuis per ſecundam ſpeciem D. deſignatis B.T.C. D Suppoſito quod mundus ſit æternus : vtrum in ſua bonitate æterna poſſint eſſe inuicem concordantia & contrarietas? Et reſpondendum eſt quod non : aliter enim concordantia haberet bonum actum concordandi ab æterno & in æterno,& etiam cõtrarietas,quod eſt impoſſibile. Quæritur, quid eſt magna contrarietas bonitatis? & reſpondendũ eſt, quod eſt videlicet quod bonitas ſit in ſubjecto naturali, quod ſit habituatum de morali malicia:ſicut in homine peccatore C.D.T.B. Quæritur,quid eſt magna differentia æternitatis? & reſpondendum eſt, quod eſt illa quam habet æternitas per ſuos correlatiuos. Quæritur,magna differentia æternitatis, de quo eſt? & reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulæ D.quod ipſa eſt de ſeipſa,Nam æternitati in nulla cauſa poteſt eſſe præiacens C D.T.C. Quæritur, quid eſt magna concordantia cœli: & reſpondendum eſt , quod ſui correlatiui cum quibus eſt hoc ,quod eſt,& mouet ſeipſum. Quæritur, magna concordantia cœli de quo eſt? & reſpondendum eſt , quod ipſa eſt de ſuis correlatiuis cum quibus habet motum , & naturam : & mouet & naturat omnia corpora inferiora C.D.T.D. Quæritur,quid eſt magna contrarietas prudentiæ & luxuriæ? & reſpondendum eſt, quod eſt moralis contrarietas. Quæritur , de quo durat moralis contrarietas? & reſpondendum eſt,quod ipſa durat habitibus poſitiuis & priuatiuis ad inuicem reſiſtentibus in ſubjecto in quo ſimul non poſſunt ſtare C.T.B.C. Vtrum iuſticia & prudentia habeant magnam differentiam & concordantiam? & reſpondendum eſt, quod ſic:eo quia cauſant magnos actus per magna merita. Quæritur, quid eſt magna differentia & concordantia iuſticiæ & prudentiæ? & reſpondendum eſt , quod magni relatiui cum quibus differunt & concordãt C.T.B.D. Vtrum in eſſentia magna poſſit eſſe differentia & contrarietas? & reſpondendum eſt, quod ſic : poſito quod eſſentia ſit compoſita:ſicut eſſentia hominis & elementorum.Sed in eſſentia ſimplici nequaquam C.T.C.D.Poſito quod in magnitudine ſimplici eſſent concordantia & cõtrarietas:quæritur,quid eſſet illa magnitudo? Et reſpondendum eſt, quod eſſet eſſentia impoſſibilis. Quæritur magna concordantia & contrarietas de quo ſunt? Et huic dicendum eſt per primam ſpeciem regulæ D. quod eſt de ſeipſis. Nam ſupra magnitudinẽ nul-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lum ens præiacet D.T.B.C. Vtrum in æternitate ſint differentia, concordantia? & reſpondendum eſt, quod ſic: nam alias in æternitate bonitas non eſſet ratio, quod ipſa ageret bonum. Namque æternitas ſine concordantia haberet aliquid cum quo diſtaret à cõtrarietate & ocioſitate: quod eſt impoſſibile. Quæritur, differentiæ concordantiæ exiſtentes in æternitate de quo ſunt? & reſpondendum eſt, quod ipſæ ſunt de ſuis correlatiuis per primam ſpeciem & ſecũdam regulæ D. Quæritur, quid ſunt in æternitate differentia & concordãtia? Et reſpondendum eſt, quod ipſæ ſunt ipſamet æternitas D.T.B.D. Vtrum in æternitate poſſit eſſe inuicem differentia & contrarietas? Et reſpondendum eſt, quod non: quia ſi ſic, æternitas eſſet compoſita ex pluribus eſſentiis contrariis & corruptibilibus; ut patet in elementatis. Poſito, quod cœlum eſſet ex pluribus eſſentiis contrariis: quæritur de quo eſſet ſua duratio? Ad quod dicẽdum eſt, quod ipſa eſſet ex habitibus poſitiuis & priuatiuis quod eſt impoſſibile D.T.C.D. Poſito quod in eſſentia angeli eſſet concordantia & contrarietas: quæritur, duratio angelica de quo eſſet? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſſet de ſuis contrariis, quod eſt impoſſibile. Quæritur, quid eſt duratio angeli? Et reſpondendum eſt, quod eſt concordantia ab omni contrarietate remota T.B.C.D. Quæritur vtrum differentia poſſit eſſe ſubjectum cõcordantiæ & contrarietatis? & reſpondendum eſt; quod non; eo quia concordantia ſe habet ad eſſe: contrarietas autem ad non eſſe, in ſubjecto in quo ſunt. Quæritur, quid eſt differentia in cõcordantia, & contrarietate? Et reſpondendum eſt, quod differentia in concordantia eſt principium poſitiuum, & in contrarietate priuatiuum. Quæritur de quo durat differentia? & reſpondendum eſt, quod ipſa durat de ſuis correlatiuis concordãtibus per eſſentiam ab omnibus contrarietatibus remotam.

DE QVAESTIONIBVS SECVNdæ columnæ C.D.E.T. CAP II.

De quæſtionibus ſecunda columna C. D.E.T.

QVAERITVR, quæ eſt magna poteſtas æternitatis & reſpondendum eſt, quod eſt poteſtas infinita & æterna, ut per ſuos correlatiuos ſignatum eſt. Quæritur, de quo eſt magna poteſtas æternitatis? Et reſpondendum eſt, quod eſt de æternis correlatiuis. Magna poteſtas æternitatis quare eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt ex eo, quia æternitas poteſt habere infinitos & æternos correlatiuos C.D.T.C. Quæritur, quid eſt infinita concordantia æternitatis? & reſpondendum eſt, quod ipſa eſt infinita eſſentia & æterna. quæritur, infinita & æterna eſſentia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

essentia de quo est? Et respondendum est, quod ipsa est de infinitis & æternis correlatiuis, sine quibus non posset esse infinita & æterna C.D.T.D. Supposito quod in æternitate esset contrarietas: quæritur, quid esset illa contrarietas? & respondendum est, quod ipsa esset infinita & immensa essentia, ex contrariis infinitis & æternis constituta quæritur, magnitudo æternitatis de quo est? Et respondendum est, quod est de suis correlatiuis, sine quibus sua magna magnitudo esset infinita & ociosa C.D.T.E. Quæritur, quid est magnum principium ęternitatis? & respondendum est, quod est essentia ęterna & infinita: quęritur, magnum principium ęternitatis de quo est? & respondendum est, quod est de suis correlatiuis infinitis & ęternis Quęritur, principium infinitum & ęternum quare est? Et respondendum est, quod est ex eo quia ęternitas habet infinitos correlatiuos ab omni ociositate segregatos C.E T.C. Quęritur, quid est infinita potestas? & respondendum est, quod ipsa est infinita concordantia. Quęritur, quare est infinita potestas? Et respondendum est quod est, quia habet infinitos correlatiuos C.E.T.D. quęritur, infinita potestas de quo est? Et respondendum est, quod ipsa est de suis correlatiuis ab omni contrarietate remotis. Quęritur, quare est potestas sine contrarietate? Et respondendum est, quod ipsa est essentia infinita ab omni contrarietate separata C.E.T.E. Quęritur, quare est infinitum principium? & respondendum est quod est: nam in semetipso habet suos infinitos correlatiuos, in quibus quiescit. Quęritur, quare est potestas infinita? & huic dicendum est, quod ex eo, quia ipsa non potest sine subjecto infinito C.T C.D. Quęritur, quid est magna concordantia? Et respondendum est, quod ipsa est magna essentia ab omni contrarietate remota. Quęritur, magna concordantia de quo est? & respondendum est, quod est ex suis magnis correlatiuis, primitiuis, &c. Queritur, quid est magnum principium? Et respondendum est, quod est magna concordantia ab omni cõtrarietate remota. Queritur, quare est magnum principium? & respondendum est, quod est ex eo, quia habet magnos correlatiuos C.D.T.E. Queritur, quid est magna contrarietas principij? Et respondendum est, quod est essentia euacuans principium à suis correlatiuis. Quęritur, de quo est magnum principium? Et respondendum est, quod est de suis correlatiuis à contrarietate remotis. Vel est de suis correlatiuis quibus contrarietas minimè potest contradicere siue resistere D.E.T.E. Aeternitas & potestas quare concordant? Et respondendum est, quod ipsę concordãt, ut possint existere & agere ab ęterno & in ęterno. Concordãtia ęternitatis & potestatis quęritur, quid est?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur, concordantia æternitatis & poteſtatis de quo eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſa eſt de æternatiuo & poſſificatiuo, æternabili & poſſificabili, & æternare & poſſificare D.E.T.D. Quæritur, quare contrarij fines non poſſunt eſſe ab æterno? Et reſpõdendum eſt quod ex eo quia in æternitate eſt quies. Quæritur, quies æternitatis de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt de ſuis correlatiuis ab omnibus contrariis remotis D.E.T.E Poteſtas æterna quare poteſt ab æterno & in æterno? Et reſpondẽdum eſt, quia eſt primitiuitas æterna. Poteſtas æterna quare eſt principium æternum? Et reſpondendum eſt, eo quia poteſt ab æterno & in æterno D.T.C.D. Poſito quod cœlum ſit æternum, quæritur, quæ eſt ſua æterna concordantia & contrarietas? Et reſpondendum eſt, quod ſua concordantia eſt vna æternitas actiua & paſſiua: & ſua contrarietas eſt alia æternitas quæ eſt actiua & paſſiua, quod eſt impoſſibile. Nam æternitas non poteſt eſſe ex contrariis, cum ſit infinita. Contrarietas æterna de quo eſt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa eſt de ſubjecto naturali, & habitu morali: ſicut ſi cappatus eſſet indutus cappa ignitiua D. T.C E. Quæritur, quid eſt principium æternitatis? Ad quod reſpondendum eſt, videlicet quod eſt concordantia ſuorum correlatiuorum. Quæritur, concordantia æternitatis de quo eſt? Et reſpondendum eſt quod eſt, ex correlatiuis æternitatis E.T.C. D Quæritur, quare concordantia & contrarietas non poſſunt eſſe vna poteſtas? Et huic dicendum eſt, ex eo quia concordantia tendit ad eſſe: contrarietas autem ad non eſſe contrarietas. Quæritur, quid eſt contrarietas corporis & animæ in homine? Et reſpondendum eſt, quod eſt ex contrariis finibus ſiue cõtrariis correlatiuis E.T.C.E. Quæritur quæ eſt poteſtas prudentiæ & poteſtas ſuperbiæ? & reſpondendum eſt, quod poteſtas ſuperbiæ eſt habitus priuatiuus: prudentiæ autem poſitiuus. Quæritur, quare poteſtas ſuperbiæ & poteſtas prudentiæ non ſunt vna poteſtas? Cui dicendum eſt, quod propter hoc quia diffinitio concordantiæ non poteſt concordare illas in vno fine, cum ſint contraria principia E.T.D.E. Quæritur, quare poteſtas non poteſt eſſe ex contrariis principiis? & huic dicendum eſt Nam poteſtas habet principia relatiua & ſegregata à contrarietate per concordantiam. Quæritur, contraria principia de quo ſunt? Et reſpondendum eſt, quod ipſa ſunt ex contrariis finibus T.C. D E Quęritur quare concordantia eſt principium primitiuum: ſed contrarietas eſt conſecutiuum? Et reſpondendum eſt, quod concordantia eſt principium poſitiuũ, contrarietas autẽ priuatiuũ. Quęritur quid eſt primitiuitas concordãtiæ & poſterioritas contrarietatis? & reſpondendũ eſt, quod primitiuitas concordantiæ eſt quando plures res ſe habent ad vnum. Poſterioritas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

contrarie-

contrarietatis eſt, videlicet quando multa non ſe habent ad vnum. Quæritur, vtrum concordantia, & contrarietas ſint ex vno & eodem principio? & reſpondendum eſt, quod non: quia non ſe habent ad vnum finem.

DE QVÆSTIONIBUS TERtiæ columnæ D. E. F. T.

CAP. III.

QVÆRITUR, quare Deus eſt ita potens per ſuam ęternitatem: ſicut per ſuum intellectum? Et reſpondendum eſt, quia ſua æternitas & ſuus intellectus ſunt vna & eadem poteſtas. Quæritur, poteſtas æternitatis de quo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt ex ſuis correlatiuis vt poſſit per ipſos ab æterno, & in æterno exiſtere & agere. Quæritur, poteſtas æternitatis quanta eſt? & reſpondendum eſt, quod ipſa eſt tanta per poſſificationem, quanta eſt per durationem D. E. T. D. Quæritur, quare contrarietas non poteſt eſſe in poteſtate æterna? & dicendum eſt, quod poteſtas æterna ita eſt infinita per poſſificationem, ſicut per durationem. Quæritur poteſtas æterna de quo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt de ſeipſa, vt patet per primam & ſecundam ſpeciem regulæ D. & E. D. E. T. E Quæritur, quare Deus non habet principium? Reſpondendum eſt, quia ipſe habet poteſtatem æternam, cui nulla alia poteſtas præiacet. Quæritur, poteſtas cœli de quo eſt? Cui dicendum eſt, quod eſt de ſeipſa, quia non eſt ex alio principio ſibi præiacente deriuata D. E. T. F. Quæritur, poteſtas cœli quanta eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tanta quanta ſunt ſua correlatiua. Quæritur quare cœlum eſt mobile? reſpondendum eſt, quod eſt mobile per ſua correlatiua: vt patet per primam ſpeciem regulæ E. & per ſecundam eiuſdem eſt mobile, vt eſſent in inferioribus mobilitates. Quæritur, motus cœli de quo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt de ſuis correlatiuis, ſine quibus non haberet motum naturaliter in ſe, nec extra ſe. D. F. T. D. Quæritur, correlatiua æternitatis quot ſunt? & reſpondēdum eſt, quod ſunt tot, quot correlatiua diuini intellectus: alioquin diuina æternitas impediretur per æternā contrarietatem, quod eſt impoſſibile. Quæritur, correlatiua æternitatis ex quo ſunt? & reſpondendum eſt, quod ſunt ex ſeipſis, & hoc contrarietas æterna non poteſt impedire, quia non eſt D. F. T. E. Quæritur, quare æternitas non habet quantitatem? & reſpondendum eſt, eò quia eſt ex correlatiuis infinitis. Quæritur æternare æternitatis quantus eſt? & reſpondendum eſt, quod

De quæſtionibus tertiæ columnæ D. E. F. T.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt tantus quantus eſt intelligere diuinus. Quæritur, æternare ex quo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt ex æternante & æternato: ſicut intelligere diuinus eſt ex intelligente & intellecto D. T. D E. Quęritur, quare in æternitate contrarietas non eſt principium? & reſpondendum eſt, quod eſt ex eo, qui æternitas non eſt corruptibilis, neque peccatrix. Suppoſito quod in æternitate eſſet contrarietas: quæritur illa de quo eſſet? & reſpondendum eſt, quod eſt de contrariatiuo & æternatiuo, contrariabili & æternabili, & contrariare & æternare, quod eſt impoſſibile D.T.D.F. Quæritur, medium exiſtés inter fortitudinem & fidem ex quo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt ex virtutibus ſicut genus ex ſuis ſpeciebus. Quæritur, quanta eſt contrarietas inter fidem & infidelitatem? & reſpondendum eſt, quod tanta eſt quantum inter ſe differunt, & ipſa autem contrarietas extra animam non eſt in ſubiecto, in quo inuicem infidelitas & fidelitas ſtare non poſſunt D. T. E. F. Quæritur, quare æternitas eſt primum principium? & reſpondendum eſt, quod æternare eſt in ipſa primum medium. Quæritur in principio æterno, medium quantum eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tantum quantum eſt menſuratum per ęternitatē & æternatum. Quæritur, principiare æternum de quo eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt de æternante principiante, & æternato principiato E.F.T.D. Poſito quod intellectus non ſit coniunctus cum corpore hominis. Quæritur, quare eſt homo? & reſpondendum eſt, quod homo eſt non deficiente ei ſecunda ſpecie D. & E. Quæritur, homo de quo eſt? & reſpondendum eſt per ſecundam ſpeciem regulæ D. quod ipſe eſt de corpore & anima rationali. Quæritur, contrarietas hominis quanta eſt? & reſpondēdum eſt quod ipſa eſt tanta, quantæ ſunt ſuæ partes contrariæ ad inuicem E. F. T. E. Quæritur, ſi poteſtas Dei eſt tātum prius, ſicut ſuus intellectus? Et reſpondendum eſt quod ſic, eo quia ſunt idem principium. Quæritur, quare in poteſtate diuina non eſt materia; Et reſpondendum eſt, eo quia eſt infinitas in qua materia eſſe non poteſt E. F. T. F. Quæritur, quare in diuina poteſtate oportet eſſe medium? Et reſpondendum eſt, quod in intelligere diuino, intelligere eſt medium, & hoc probat regula E. Quæritur, poſſe diuinæ poteſtatis quantum eſt? Et reſpondendum eſt, quod eſt tantum quantum eſt ſuus poſſificatiuus & ſuus poſſificabilis infinitus E. T. D. E. Quæritur, principia hominis de quo ſunt; Vade ad ſcalam anguli D. ſecundæ figuræ: & vade ad ſecundam ſpeciem regulæ D. Quæritur, quare homo habet liberum arbitrium; & reſpondendum eſt per primam ſpeciem regulæ E. eo quia eſt de principiis contrariis: per ſecundam autem ſpeciem ſignatum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sum est, quod habet liberum arbitrium, vt acquirat meritum E. T. D. F. Quæritur, quare potestas imaginatiue non est ex contrariis; Et respondendum est, ex eo quia suum medium est simplex. Quæritur, medium imaginatiue de quo est? & vade ad secundam speciem regulæ D. Quæritur, medium imaginatiue quantum est? Et respondendum est, quod est tantum, quantum est mensuratum per imaginatum & imaginabile E. T. E. F. Quæritur, quare homo habet potestatem existendi & agendi? Et respondendum est, quia sua principia sunt ad hoc naturaliter disposita. Quæritur quantum homo potest existere & agere? Et respondendum est, quod quantum sua principia sunt ad hoc disposita F. T. D. E. Quæritur principia intellectus de quo sunt? Vade ad primam & secundam speciem D. Quæritur principia intellectus quare sunt? Vade ad regulam E. Quæritur, principia intellectus quot sunt? Vade ad correlatiuos intellectus F. T. D. E. Quæritur instinctus cœli de quo est? Vade ad primam & secundam speciem regulæ D. Quæritur, instinctus imaginatiuæ quantus est? Vade ad capitulum imaginatiuæ per intellectum & per medium signatum F. T. E. F. Quæritur, quare medium intellectus est? Et respondendum est ex eo quia absq; medio intellectus non esset principium intelligendi. Quæritur, intelligere quantus existit inter intelligentem & intelligibilem? Vade ad capitulum intellectus, & ad paragraphos per principium & medium signatos, &c. & ad paragraphum videlicet quantitatis T. D E. F. Quæritur, influentia influens in homine de quo est? Vade ad paragraphos contrarietatis principii & medii, qui sunt de subiecto hominis in subiecto cœli. Quæritur, quare cœlum agit in homine? vade ad regulam E. existentem in subiecto cœli, & in subiecto hominis. Quæritur, quantum cœlum est imaginabile? vade ad quantitatem existentem in subiecto cœli. & in subiecto hominis, & in subiecto imaginationis per suam potestatem.

DE QVAESTIONIBUS quartæ columnæ E. F. G. T.

CAP. IV.

De quæstionibus quartæ columnæ E. F. G. T.

QVÆRITUR quare Deus potest tantum quantum per suam sapientiam & voluntatem? Et respondendum est per regulam E. & per primam speciem regulæ G. Nam Deus ita est infinitus per suam infinitam potestatem, sicut per suum infinitum Intellectum & voluntatem. Quæritur, diuina potestas quãta est? Et respondendũ est quod ipsa est tanta quanta est scibilis per infinitũ intellectum & voluntatem infinitam.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Queritur

Quęritur, diuina poteſtas qualis eſt? Et reſpondendũ eſt, quod eſt talis qualis ipſa voluntas eſt E. F. T. E. Quæritur, quare diuina poteſtas eſt principium infinitum? Et reſpondendum eſt, quia per ſuum intellectum eſt ſcita infinite. Quæritur, diuina poteſtas quantum eſt ſcibilis? Et reſpondendum eſt, quod eſt tantum quantum ſuus intellectus eſt infinitus E.F.T. F. Quæritur, quare poſſe eſt in diuina poteſtate medium? Et reſpondendum eſt, quia in diuino intellectu eſt intelligere medium. Quęritur, poſſe diuinæ poteſtatis quantum eſt? Et reſpondẽdum eſt, quod eſt tantum quantum eſt intelligere diuinum F.F.T.G. Quęritur, quare finis cõſiſtit tantum per diuinam poteſtatem, quantum per diuinum intellectum? & reſpondendum eſt per hoc, quia Deus eſt infinitus tantum per ſuum poſſe, quantum per ſuum intelligere. Quæritur, finis diuinæ poteſtatis quantus eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tantus quantus eſt finis intellectus. Quæritur, finis diuinæ poteſtatis qualis eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt talis qualis competit infinito poſſificare E. G. T. E. Quæritur, quare diuina poteſtas eſt principium infinitum? & reſpondendum eſt, quod ſuum poſſe amatur per diuinam voluntatem. Quæritur, qualis poteſtas eſt amata infinite? & reſpondendum eſt quod eſt illa, quæ habet correlatiuos infinitos E. G. T. F. Quæritur, quare diuina voluntas poteſt plus amare vnum hominem quam omnes? Vade ad diffinitionem voluntatis, & poteſtatis, & medii & etiam ad ſcalam medii ſecundæ figurę. Quæritur, qualis homo eſt magis amabilis à diuina voluntate? & reſpondendum eſt, quod eſt ille quem diuina voluntas poteſt plus diligere. Quæritur, quare aliquis homo eſt magis amabilis quam omnes? & reſpondẽdum eſt, quia diuina voluntas eſt abſoluta in amando. Quæritur, quo medio poteſt Deus magis amare hominem? Vade ad diffinitionem voluntatis, poteſtatis, & medii, & etiam ad ſcalã medii E. G. T. G. Quæritur, quare finis diuinæ poteſtatis eſt tantum amabilis, quantum finis diuinæ voluntatis? & dicendũ eſt, quod diuina poteſtas eſt tantum potens, quantum diuina voluntas eſt volens. Quæritur; qualem finem poteſt diuina voluntas magis amare? & reſpondendum eſt, quod eſt illa quam diuinus intellectus poteſt magis intelligere. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus qualis lex eſt magis amabilis. E, T. E. F. Quæritur, quare Deus potuit principiare mundum nouum? Vade ad regulam E. & ad diffinitionem medii. Quæritur nouitas mundi quanta eſt? & reſpondendum eſt quod eſt tanta quanta diuina poteſtas ipſam menſurare poteſt. Et in iſto paſſu cognoſcit intellectus, quod impoſſibile eſt mundum eſſe ab æterno E. T. E. G. Quæritur, quare Deus poteſt principiare maius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

principium

principium? & respondendum est, quia potest principiare maiorem finem. Quæritur in quali principio habet Deus maius posse? Vade ad regulam G. & ad diffinitionem potestatis & finis E. T. F. G. Quæritur, quare Deus potest causare maius medium & maiorem finem? & respondendum est, quia habet potestatem infinitam. Quæritur maius medium creatum quale est? & respondendū est quod est illud in quo diuina potestas habet maius posse, & in quo posse ipsum mediū potest magis quiescere. Quæritur, maius medium creatum quantū est? & respōdendum est, quod tantum quantum Deus potest ipsum causare F. G. T. E. Quæritur, quare Deus tantum diligit aliquod principium, quātum diuina sapientia ipsum potest intelligere? & respondendum est, quia diuina voluntas tantum potest per amare, quantum diuinus intellectus per intelligere. Principiū maius quantum est amabile? & respondendum est, quod est tantum amabile quantum est intelligibile, quale principium est magis amabile? & respondendum est, quod est illud, quod est magis intelligibile F. G. T. F. Quæritur, quale medium est intelligibile & amabile? Ad quod dicendum est, quod est illud quod Deus magis potest intelligere & amare. Maius medium quantum est intelligibile & amabile? & respōdendum est, quod est tantum quantum Deus potest intelligere & amare F. G. T. G. Quæritur, qualis finis est magis intelligibilis & amabilis? & respondendum est, quod est ille quam Deus potest magis intelligere & amare. Quæritur, maior finis quantus est & respondendum est, quod est tantus quantum Deus potest intelligere & amare. Et in isto passu cognoscit intellectus qualis lex est vera per scalam differentiæ & concordantiæ F. T. E. F. Quæritur, quare diuinus intellectus intelligit maius principium creatum quam intelligere potest? Vade ad diffinitionem intellectus & principii & maioritatis, & ad regulam E. Quæritur, quantum est maius medium quod esse potest? & huic est addēdum, quod tantum quantum per diuinum intellectum est magis intelligibile F. T. E. G. Quæritur, quare diuinus intellectus intelligit maius principium? & respondendum est, quia intelligit maiorem finem. Quæritur quale est illud principium quod Deus magis intelligere potest? & respondendum est, quod est illud quod in maiori fine quiescere potest. Principium quod in maiori fine quiescere potest, quantum est? & respondendum est, quod est tantum quantum per diuinum intellectum est intelligibile in maiori fine. F. T. F. G. Quæritur, quale medium est magis intelligibile? & respondendum est, quod est illud, quod Deus potest magis intelligere. Illud medium quod potest magis intelligere quantum est? & est dicendum, quod est tantum quan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tum quantum diuinus intellectus ipsum intelligere potest G. T. E. F. Quæritur quale principium est magis amabile? & respondendum est, quod est illud quod diuina voluntas potest magis amare. Quare aliquod principium est magis amabile? & respondendum est, quia diuina voluntas potest ipsum magis amare. Medium magis amabile quantum est? Cui respondendum est, quod est tantum quantū diuina volūtas potest ipsum magis amare G. T. E. G. quæritur, quale mediū diuina voluntas potest magis amare? & respondendum est, quod est illud quod in maiori fine quiescere potest. Quęritur, quare diuina voluntas debeat amare maius principium? & respondendum est, quia maius principium est magis amabile. E. F. T. G. Quæritur, quale medium est magis amabile? & huic dicendum est, quod est id in quo maior finis potest quiescere. Maius medium quod in maiori fine quiescere potest, quantum est? & respondendū est quod est tantū quantū diuina voluntas id amare potest T. E. F. G. Quæritur, quare in principio oportet dare mediū? cui dicendū est, vt principiū per ipsum medium possit transire ad finem I. & in ipso quiescere. Medium quod per principium transit ad finem quantum est? & respōdendū est quod est tantū quantum mensuratum est inter suum principium & finē. Quæritur, quale mediū est magis mensurabile? & respondendum est, quod est id quod magis existit inter principium & suum finē.

DE QVAESTIONIBVS QVINTÆ COLUMNÆ E. G. H. T.

De quæstionibus quintæ columnæ.

CAP. V.

QVÆRITUR qualis virtus est magis intelligibilis? & respondendum est, quod est illa, qua diuinus intellectus maiorem non potest intelligere. Quęritur, virtus qua diuinus intellectus maiorem intelligere non potest, quanta est? Ad quod dicendum est, quod illa est tanta quod diuina voluntas eam magis amare non potest. Quæritur, virtus quam Deus non potest magis intelligere & amare, quando fuit? & respondendum est, quod fuit antequam virtus quæ non est magis intelligibilis & amabilis. F. G. T. F. Quale medium est magis intelligibile? & respondendum est, quod est illud, quod est magis amabile. Quæritur, medium quod est magis amabile quantū est? & respondendum est, quod est tantum, quantum diuinus intellectus potest ipsum intelligere F. G. T. G Quęritur, qualis finis mūdi est magis amabilis? & respondendū est, quod est ille quo diuinus intellectus non potest magis intelligere. Quæritur, maior finis mundi quantus est? & respondendum est? quod est tantus quantum diuinus intellectus magis intelligere potest

(c) 2006 Ministerio de Cultura

teſt F. G. T. H. Quæritur, qualis ſubſtantia eſt magis amabili- & intelligibilis; & reſpondẽdum eſt, quod eſt illa, quæ eſt remota ab omni accidente. Subſtantia remota ab omni accidente quando fuit? & reſpõdendum eſt quod fuit eſt antequã illa quæ abſq; accidente eſſe non poſſunt. Maior ſubſtantia creata quãta eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tanta quod maior à diuino intellectu & diuina voluntate intelligi nõ poteſt, nec amari. F. H. T. F. Medium quod maius à diuino intellectu non poteſt intelligi, quando fuit? & reſpondendum eſt, quod fuit antequã illud medium, quod non eſt tantum virtuoſum. Maior virtus creata quantũ eſt intelligibilis? & reſpondendũ eſt, quod eſt tãtum quantũ diuinus intellectus ipſam intelligere poteſt F. H. T. G. Maior finis virtutis quando fuit? & reſpondendum eſt quod fuit antequam virtus finis quæ non eſt tantum intelligibilis. Maior finis virtutis creatæ quantus eſt? & dicendũ eſt, quod eſt tantus quantũ diuinus intellectus illũ intelligere poteſt. F. G. T. H. Maior virt^{9} intellect^{9} quãdo fuit? & reſpondendũ eſt, quod antequam minor virtus intellectus. Maior virtus intellectus quanta eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tanta quanta diuinus intellectus illã intelligere poteſt F. T. F. G. Qualis finis medii poteſt à Deo melius intelligi? & reſpondendum eſt, quod eſt finis qui eſt ſui intelligere. Finis maioris intelligere quantus eſt? Cui dicendum eſt, quod eſt tantus quantus diuinus intellectus F. T. F. H. Quæritur, maius medium intellectus quando fuit? Ad quod dicendum eſt, quod fuit tunc quãdo maior intellectus fuit. Maius medium intellectus quantum eſt & reſpondẽdum eſt, quod eſt tantum quantum intellectus maior eſt F. T. G. H. Maior finis intellectus qualis eſt? & dicendũ eſt quod eſt talis quod maiorem diuinus intellectus intelligere non poteſt. Maior finis intellectus quantus eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tantus quanta ſubſtantia abſq; accidente eſſe poteſt. Subſtantia quare ſine accidente eſſe poteſt quando fuit? & dicendum eſt, quod fuit antequam ſubſtantia quæ ſine accidente eſſe non poteſt G. H. T. F. Quæritur, quale medium virtutis eſt magis eligibile? & reſpondendum eſt, quod eſt illud quod eſt in virtute magis amabile. Quæritur, mediũ quod eſt magis amabile quando fuit? & dicendum eſt, quod fuit antequã medium quod non eſt tantum amabile. Medium voluntatis quantũ eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tantum quantũ virtuoſum eſſe poteſt G. H. T. G. Quæritur, qualis virtus eſt magis amabilis? Ad quod dicendum eſt quod eſt illa quę cauſat maiorẽ finem. Finis maioris virtutis quando fuit & reſpondendũ eſt, quod fuit tunc quando magis amata fuit. G. H. T. H. Quæritur qualis virtus poteſt eſſe maior creatura? & dicendum eſt quod

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt

eſt illa quæ poteſt magis amari. Virtus quæ poteſt magis amari quando fuit? & reſpondendum eſt, quod fuit antequam virtus quæ non eſt tantum amabilis. G. T. F. G. Quæritur, per quale medium acquiritur maior finis? & reſpondendum eſt per illud quod nullum aliud poteſt amari. Finis qui non poteſt magis amari, quantus eſt? Ad quod dicendum eſt, quod ipſe eſt tantus quantus finis voluntatis eſſe poteſt. G. T. F. H. Quæritur, quale medium eſt maius quod eſſe poteſt? & reſpondendum eſt, quod eſt illud quod magis diligi non poteſt. Medium quod magis diligi non poteſt quando fuit? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando maior voluntas eſt. Maior voluntas quanta eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tanta quantum maius amare eſt. G. T. G. H. Quæritur, maior finis voluntatis qualis eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt talis qualis eſt per maius amare. Finis qui eſt per maius amare quando fuit; & dicendū eſt quod fuit antequam finis qui non eſt per maius amare. H. T. F. G. Quæritur, qualis virtus ſe habet ad maiorem finem? & reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ habet maius medium. Virtus habens maius medium quanta eſt? Ad quod dicendum eſt, quod eſt tanta quantum eſt ſuum medium. Virtus habens ſe ad maiorem finem quando fuit; & reſpondendum eſt, quod ipſa fuit antequam virtus habens ſe ad minorem finem. H. T. G. H. Quæritur, qualis finis eſt maior; & reſpondendum eſt, quod eſt ille in quo maior virtus quieſcit. Virtus quieſcens in maiori fine quando fuit; Cui reſpondendum eſt, quod fuit antequam ſubſtantia quæ abſq; accidente eſſe non poteſt. T. F. G. H. Qualis finis eſt in maiori priuatione; Ad quod dicendum eſt, quod eſt ille qui eſt contra maiorem perfectionem. Finis qui eſt in maiori perfectione quando fuit? & reſpondēdum eſt, quod fuit antequā finis qui eſt in maiori priuatione. Finis exiſtēs in maiori priuatione quantus eſt? & reſpondendum eſt, quod eſt tantus à quanto maiori fine perfectionis deriuatus eſt.

DE QVAESTIONIBVS SEXTÆ COLUMNÆ G. H. I. T. CAP. VI.

De quæſtionibus ſexta columnæ G. H. I. T.

QVÆRITUR, qualis lex eſt magis vera? & reſpondendū eſt quod eſt illa quæ cauſat maiores virtutes. Quæritur, vbi eſt maior lex, & reſpondendum eſt, qnod eſt in maioribus virtutibus. Quæritur, voluntas quando eſt virtuoſa & vera; & reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando eſt habituata de ſpe, pietate & charitate G. H. T. G. Quæritur, qualis lex ſe habet ad magis virtuoſum finem; & reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ cauſat alriorem ſpem, charitatem & virtutem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæritur

Quęritur, voluntas quando eſt virtuoſa:& dicendum eſt, quod eſt tunc quando ſe habet ad virtuoſiſſimum finem G.H.T.H. Quæritur, qualis lex eſt maior? & reſpondendum eſt, quod eſt illa in qua ſunt maiores ſpes & charitas. Quæritur, voluntas quando eſt maior? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc, quando de maiori charitate & ſpe habituata eſt G H.T.I. Quæritur, qualis qualitas eſt virtuoſa? & reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ conſiſtit per æqualem amorem, amatum & amare. Quæritur, vbi eſt æqualitas virtuoſa amantis & amati? & reſpondendum eſt, quod illa eſt in voluntate, in qua charitas eſt altior virtus. Quæritur, quando in voluntate eſt altior virtus? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc, quando æquales habet ſuos correlatiuos G.I.T G. Quæritur, qualis voluntas eſt vera? & reſpondēdum eſt, quod eſt illa quæ ſe habet ad verum finem. Quæritur, vbi eſt finis verus? & reſpondendum eſt, quod eſt in voluntate de ſpe & patientia habituata G.I.T.H. Quæritur, qualis patientia eſt maior? & reſpondendum eſt, quod eſt illa, quæ eſt in voluntate ex maiori ſpe habituata. Quæritur, vbi eſt maior veritas? & reſpondendum eſt, quod eſt in voluntate ex maiori ſpe & patientia habituata. Quæritur, quando eſt maior veritas? & dicendum eſt, quod eſt tunc quando à maiori voluntate eſt amata G.I.T.I. Quæritur, vbi ſunt æquales veritas & voluntas? & dicendum eſt, quod in Deo. Quæritur, qualis voluntas eſt vera? & reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ eſt ex veris correlatiuis G.T.G,H. Quæritur qualis finis eſt maior? & dicēdum eſt, quod eſt ille cui competit à maiori voluntate amari. Quæritur, quādo eſt maior voluntas? Et reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando obiectat maiorem finem ſperando G.T.G.I. Quæritur, vbi voluntas & finis ſunt æquales? Ad quod dicendum eſt, quod in ſubjecto in quo ſpes & patientia ſunt æquales. Quæritur, qualis æqualitas eſt magis amabilis? & reſpondendum eſt, quod eſt illa quæ eſt ex correlatiuis voluntatis G.T.H.I. Quæritur, qualis voluntas eſt maior? & reſpondendum eſt, quod eſt illa in qua eſt maior charitas. Quæritur, quando eſt maior charitas? & dicendum eſt, quod eſt tunc quando in voluntate eſt maior æqualitas. Quæritur, vbi eſt maior charitas? & reſpondendum eſt, quod eſt in voluntate in qua eſt maior ęqualitas H.I.T.G Quęritur, virtus quæ eſt charitas in quo fine quieſcit? & dicendum eſt, quod eſt in fine vero. Quæritur, qualis finis eſt verus? & reſpondendum eſt, quod eſt ille in quo eſt charitas. Quæritur, quando eſt charitas? & dicendum eſt, quod eſt tunc quando eſt patientia H.I.T.H. Quæritur, vbi eſt maior charitas? & reſpondendum eſt, quod eſt, vbi eſt maior veritas. Quæritur, quando eſt maior charitas? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc, quando

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est maior veritas H.I.T.I. Quæritur, voluntas & veritas vbi sunt æquales? & respondendum est, quod in subjecto in quo conuertuntur. Quæritur, patientia & charitas quando sunt æquales? & respondendum est, quod est tunc, quando virtus & veritas sunt æquales H.G.T.H. Quæritur, quando voluntas est maior? & respondendum est, quod maior quando se habet ad maiorem finem extra suas vires per charitatem. Quetitur, qualis charitas est maior? & dicendum est, quod est illa quæ cum maiori spe habet conuenientiam H.G.T.I. Quæritur, quando in fine est æqualitas? Cui dicendum est, quod est tunc, quando in ipso fine sunt proportionatæ spes, charitas & patientia. Queritur, qualis æqualitas est virtuosa? & respondendum est, quod est illa, quæ consistit per æquales fines virtuosos. Queritur, vbi sint æquales fines virtuosi? & dicendum est, quod est in proportione spei, patientiæ & charitatis H.T.H.I. Maior æqualitas vbi est? Cui dicendum est, quod est in illa lege, in qua virtutes magis possunt esse æquales. Queritur, quando est maior æqualitas? Ad quod dicendum est quod est tunc, quando est maior spes & patientia I.T.G.H. Quæritur, qualis veritas est maior? & dicendum est, quod est illa quæ se habet ad maiorem finem. Queritur, vbi spes est maior? & dicendum est, quod est in illa lege, per quam homo sperat maiorem finem. Maior lex quando fuit incepta? Cui dicendum est, quod tunc quando maior veritas fuit incepta G.T.G.I. Quæritur, vbi spes & patientia sunt æquales? Ad quod dicendum est, quod est in fine earum. Queritur, qualis çqualitas est magis vera? & respondendum est, quod est illa quę se habet ad veriorem finem G.T.H.I. Quæritur, in qua veritate est maior çqualitas? & respondendum est, quod est in illa, quę habet veriores correlatiuos. Quæritur, quando est maior çqualitas? Ad quod dicendum est, quod tunc quando habet maiores correlatiuos T.G.H.I. Quæritur, in quo fine virtutes esse possunt magis çquales? & respondēdum est, quod est in illo, in quo spes, patientia & charitas habēt maiores aptitudines. Quęritur, qualis homo est maior? & respondendum, quod est ille, in quo virtutes sunt magis çquales, aut fuerunt. Quæritur, quando fuit maior homo? & respondendum est, quod tunc quando maior finis fuit inceptus.

DE QVAESTIONIBVS SEPTIMAE columnæ H.I.K.T. CAP. VII.

De quæstionibus septimæ columnæ H.I.K.T.

QVÆRITUR, quando habet charitas patientia & pietas actus suos? & respondendum est, quod est tunc quando homo vtitur ipsis. Quæritur, vbi est via glorię? & respon-

(c) 2009 Ministerio de Cultura

dendum

dendum eſt, quod eſt vbi charitas eſt, patientia & pietas. Quæritur, via glorię quando eſt? & reſpondendum eſt, quod ipſa eſt per modum quem habent inuicem charitas, patientia & pietas. Quæritur, cum quo eſt via gloriæ? & reſpondendum eſt, quod eſt cum charitate patientia & pietate H.I.T.H. Quæritur, quãdo charitas & patientia ſunt maiores? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc, quando ſunt contra maiorem iram & falſitatem. Quæritur, in quo ſunt maiores homine charitas & patientia? & reſpondendum eſt, quod eſt in illo, qui ædificauit maiorem legem & magis virtuoſam H.I.T.I. Quæritur, vbi ignis vegetatur & reſpondendum eſt, quod eſt in vegetatiua : ſicut vegetatiua vegetat in ſenſitiua. Quæritur, quare virtus & veritas ſunt æquales? & reſpondendum eſt, quod eſt in ſuis correlatiuis H.I.T.K. Quæritur, vbi virtus eſt in minoritate? Ad quod dicendum eſt. quod eſt in minori veritate. Quæritur, quando charitas & patientia & pietas ſunt in minoritate? Cui dicendum eſt, quod eſt tunc quando ira, falſitas & inconſtantia pugnant fortiter contra illas. Quæritur, quando ira, falſitas & inconſtantia pugnant contra charitatem, patientiam & pietatem? Et reſpondendum eſt, quod eſt cum minoritate charitatis, patientiæ & pietatis H.K. T.K. Quæritur, quando charitas & pietas ſunt maiores? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc, quando charitas & pietas pugnant viriliter contra iram & inconſtantiam. Quęritur, quando charitas & pietas vincunt iram & inconſtantiam? & reſpondendum eſt, quod vincunt eas per modum maiorem quem habent contra minorem modum iræ & inconſtantiæ. Quæritur, cum quo charitas & pietas vincunt iram & inconſtantiam? Ad quod dicendum eſt, quod cum maioribus actibus quos habent H.K. T.I. Quæritur, vbi charitas habet maiorem delectationem? & dicendum eſt, quod in maiori æqualitate ſuorum correlatiuorum. Quæritur, quando charitas habet maiorem delectationẽ? & dicendum eſt, quod tunc quando eſt coniuncta cum pietate & patientia. Quæritur, quando charitas eſt coniuncta cum patientia & pietate? Ad quod dicendum eſt, quod per modum iũctarum ſimilitudinum. Quæritur, cum quo charitas eſt coniuncta cum pietate & patientia? & reſpondendum eſt, quod cũ correlatiuis ſuarum virtutum H.K T.K. Quæritur, quando charitas & pietas diſtant à minoritate? & reſpondendum eſt, quod tunc quãdo ſunt maiores cõtra irã & incõſtãtiã. Quæritur, quomodo charitas & pietas diſtant à minoritate? & reſpõdẽdũ eſt, quod tunc quando ſunt maiores contra iram & inconſtantiam. Quęritur, quomodo charitas & pietas diſtant à minoritate, & reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem habent in exiſtendo à maioritate. Quęritur, cum quo charitas & pietas

(c) 2006 Ministerio de Cultura

distant à minoritate? & respondendum est, quod cum maioritate quam habent ad inuicem H.T.H.I. Quæritur, vbi charitas est maior? & respondendum est, quod in maiori substantia ab omni accidente denudata. Quæritur, quando æqualitas est in maiori æqualitate? Ad quod dicendum est, quod tunc habet maiorem actum iunctum cum actu patientiæ H.T.H.K. Quæritur, quando charitas & pietas sunt maiores? & respondendum est, quod quando sunt in practica contra minorem iram & inconstantiam. Quæritur, quando charitas & pietas distant à minoritate? & respondendum est, quod per modum quem habent per maioritatem. Quæritur, cum quo ira & inconstantia deuincunt charitatem & pietatem? & respondendum est, quod cum minoritate charitatis & pietatis H.T.I.K. Quæritur, quando charitas patientia & pietas sunt minores? & respondendum est, quod tunc quando ira falsitas & inconstãtia sunt maiores. Quæritur, vbi charitas, patientia & pietas sunt minores? & respondendum est, quod in illo subjecto in quo ira, falsitas & inconstãtia expellunt ipsas. Quæritur, quomodo ira, falsitas & inconstantia corrumpunt charitatem, pietatem & patientiam? & respondendum est, quod per modum quem habent, coæquando se ad inuicem contra charitatem, patientiam & pietatem. Quæritur, cum quo ira falsitas & inconstantia corrumpunt charitatem, patientiam & pietatem? & respondendum est, quod cum minoritate quam habent charitas, patientia & pietas I.K.T.H. Quæritur, vbi gloria acquisita est maior? & respondendum est, quod in maioritate legis. Quæritur, quomodo maior gloria fuit acquisita? & respondendum est, quod quando verior homo ædificauit veriorem legem. Quæritur, quomodo verior gloria fuit acquisita? & respondẽdum est, quod per maiorem modum quem habebant charitas, patientia & pietas. Quæritur, cum quo maior gloria fuit acquisita? & respondendum est, quod cum homine de maiori charitate, patientia & pietate habituato I.K.T.I. Quæritur: vbi veritas & gloria sunt æquales? & respondendum est, quod in substantia ab omni accidente separata. Quæritur, quomodo veritas & gloria sunt æquales? & respondendum est, quod per modum quem habent ad inuicem per æquales correlatiuos. Quæritur, cum quo veritas & gloria sunt æquales? & respondendum est, quod cum suis correlatiuis æqualibus I.K.T.K. Quæritur, minor gloria vbi est? & respondendum est, quod est in minore veritate, charitate, patientia & pietate. Quæritur, quando minor gloria est in veritate? & respondendum est, quod tunc quando charitas, patientia & pietas habent lentos actus. Quæritur, quando minor gloria est in veritate? Ad quod respõdendum est, quod per modum quem habent charitas, patientia & pietas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& pietas. Quæritur, cum quo minor gloria eſt in minori veritate? Ad quod dicendum eſt, quod cum minoribus actibus charitatis, patientiæ & pietatis I.T.K.I. Quæritur, vbi eſt maior veritas? & reſpondendum eſt. quod eſt vbi eſt ſua maior æqualitas. Quæritur, quando eſt maior veritas? & dicendum eſt, quod tunc quando eſt ſua maior æqualitas I.T.H.K. Quæritur, vbi eſt minor charitas? Ad quod dicendum eſt, quod eſt in minori charitate, patientia & pietate. Quæritur, quando eſt minor charitas? & reſpondendum eſt, quod tunc quando patientia & pietas ſunt minores. Quæritur, quomodo charitas eſt minor? & reſpõdendum eſt, quod per modum quem habent patientia & pietas. Quæritur, cum quo charitas eſt minor? ad quod dicendum, eſt quod cum minoritate, patientia & pietate I.T.I.K. Quæritur, vbi veritas eſt minor? & reſpondendum eſt, quod eſt minor in ſua minori æqualitate. Quæritur, quando veritas eſt minor? & reſpondendum eſt, quod per modum minorem quem habet in ſua æqualitate. Quæritur, cum quo veritas eſt minor? & reſpondendum eſt, quod cum minori lege K.T.H.I. Quæritur, vbi eſt maior gloria? & reſpondendum eſt, quod eſt, vbi eſt ſua maior æqualitas. Quæritur, quomodo eſt maior gloria? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando eſt ſua maior æqualitas. Quæritur, quomodo eſt maior gloria? & reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem habent ſua correlatiua conſubſtantialia exiſtentia æqualia & ab omnibus accidentibus ſeparata. Quæritur, cum quo eſt maior gloria? & reſpondendum eſt, quod eſt cum maioritate ſuorum correlatiuorum. Quæritur, quando maior gloria & minor gloria ſunt inuicem? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando anima coniuncta eſt cum corpore. Quæritur, quando maior gloria & minor gloria conſiſtunt in minori ſubjecto? & reſpondendum eſt, quod eſt per modum quem habent ſenſitiua & imaginatiua cum minoritate, & ratiocinatiua cum maioritate. Quæritur, quomodo minor gloria & maior gloria conſiſtunt in ſubjecto ad inuicem? & reſpondẽdum eſt, quod eſt per actus ſubſtantiales & accidentales Quæritur, cum quo maior gloria & minor gloria conſiſtunt in ſubjecto? & reſpondendum eſt, quod eſt cum ſenſitiuis, imaginatiuis & ratiocinatiuis K.T.H.K. Quæritur, quando eſt maior gloria? & reſpondendum eſt, quod eſt per modum ſubjecti ab omni minoritate remotum. Quæritur, cum quo eſt minor gloria? ad quod dicendum eſt, quod eſt cum minori actu ipſius gloriæ T.H.I.K. Quæritur, vbi eſt maior minoritas? & reſpondendum eſt, quod eſt in peccato ſiue in minori æqualitate. Quæritur, quando eſt minor æqualitas? & reſpondendum eſt, quod eſt tunc quando eſt minor æqualitas in priuatione. Quæritur, cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quo eſt minus peccatum? & reſpondendum eſt, quod eſt cum ſenſitiua ſine electione animæ. Quæritur, quãdo eſt minus peccatum? ad quod dicendum eſt, quod eſt cum ſenſitiua tantum; & tunc eſt peccatum veniale.

DE QVAESTIONIBVS EVACVATIONIS tertiæ figuræ.

CAP. IIX.

Secunda pars vndecimæ partis principalis, quæ eſt de quæſtionibus euacuationis tertia figura.

IN euacuatione tertiæ figuræ ſunt iam factæ multæ quæſtiones generales & ſolutiones earum : & ſic poſſunt fieri quæſtiones & ſolutiones particulares, tenendo eundem modum quem tenuimus in vniuerſalibus. Modus enim particularis oritur & deriuatur ab vniuerſali modo : ſicut effectus à ſua cauſa. Dicitur in camera B.C. quod bonitas eſt magna: poſtmodum vtrum bonitas ſit magna: & quia B. ſignificat Deum, bonitatem, differentiam, iuſticiam & auaritiam. C. autem ſignificat angelum, magnitudinem, concordantiam, prudentiam, gulam; ut dictum eſt iam in alphabeto. Ideo poſſunt abſtrahi de camera B.C. multæ quæſtiones particulares; ut quãdo quæritur, vtrum diuina bonitas ſit magna? Vtrum in diuina bonitate ſint correlatiua diſtincta? Vtrum in diuina bonitate ſit concordãtia? Poſtmodum poteſt quæri, Quid eſt in Deo bonitas magna? Quid ſunt in diuina bonitate correlatiua? Et quid eſt in diuina bonitate ſua concordantia? Et deinde poteſt quæri per ſecundam ſpeciem regulæ C. diuina bonitas magna quid habet in ſe ſibi coeſſentiale? Et de differentia & concordantia poteſt dici. & poſtmodum poteſt quæri per tertiam ſpeciem regulæ C. ſic quærere : diuina bonitas magna quid eſt in alio? & diuina differentia quid eſt in alio & diuina concordantia quid eſt in alio? Deinde qualiter diuina bonitas magna quid habet in alio? Diuina differentia quid habet in alio? & diuina concordantia quid habet in alio? & omnibus iſtis factis, quælibet quæſtio poteſt ſolui : tenendo eundem modum quem tenuimus in ſoluendo quæſtiones generales, deſcendendo à ſolutione vniuerſali ad particularem, concordando & inconueniens euitando. Nullum enim vniuerſale eſt contra ſuum particulare, & econuerſo. Sed exemplificare hoc, eſſet nimis prolixum. Quapropter dimittimus ſolutiones artiſtę huius artis cauſa breuitatis. Nam ſi quocunque modo fiat quæſtio de diuina bonitate & magnitudine: extrahatur ſolutio à diffinitione Dei; & à diffinitione bonitatis, & magnitudinis, concordando diffinitiones & ſpecies regularum, tenendo affirmatiuam aut negatiuam. Et iſta regula eſt infallibilis : ſicut exemplificauimus de diuina bonitate & magnitudine : ita poteſt dici ſuo modo de bonitate & magnitudine ange-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ne angelica; & de bonitate & magnitudine iusticiæ; & de bonitate & magnitudine prudentiæ; & de malicia; & magnitudine auariciæ, Et de malicia & magnitudine gulæ. Et sicut diximus de camera B.C. sic potest dici de quæstionibus, quæ sunt implicatæ in camera B.D. & in camera B.E Et sic de aliis cameris quę sunt in tertia figura. Et hæc sufficiant causa breuitatis de quæstionibus quæ possunt fieri per tertiam figuram. Et in isto passu cognoscit intellectus, quod tertia figura est valde generalis, à qua possunt abstrahi quasi innumerabiles quæstiones particulares & solutiones earum.

DE QVÆSTIONIBVS MVLTIplicationis quartæ figuræ.

CAP. IX.

Tertia pars decimæ partis principalis de quæstionibus.

MVLTIPLICATIO quartæ figuræ est quinque modis, ut dictum est. Et sicut fit multiplicatio quinque modis: sic possunt fieri quæstiones quinque modis. Et sic de primo modo & aliis aliquid dicemus. Primus modus subdiuiditur in quatuor partes. Prima est: quando probat, quod mundus est nouus per viginti rationes. Et hoc per columnam B.C. D. Et sicut dicitur de mundo: sic potest dici de his quæ signantur per B.C.E. in alphabeto, faciendo solutiones cuiuslibet signati suo modo sicut B. quod significat Deum, bonitatem, differentiam, iusticiam, auariciam. Et sic de C. quod significat angelum, magnitudinem, &c Et D. quod significat cœlum, æternitatem, &c. Et sic quælibet quæstio particularis suam solutionem implicatam habet. Quæ quidem solutio potest reduci ad artem tenendo modum istius artis. Et sicut diximus de primo modo: ita potest dici de aliis suo modo. Et hæc sufficiant de multiplicatione quartæ figuræ causa breuitatis.

DE QVAESTIONIBVS MIXtionis principiorum & regularum.

CAPVT X.

Quarta pars decimæ partis principalis de quæstionibus

IN mixtione principiorum & regularum ostenditur quando quodlibet principium discurretur per alia principia & regulas, faciendo de subjecto prędicatum, & econuerso: sicut bonitas magna, bonitas æterna, bonitas potens, &c. Magnitudo bona, magnitudo æterna, magnitudo potens, &c. Idcirco si fiat quæstio de bonitate & magnitudine, & de bonitate & æternitate, &c. recurratur ad capitulū bonitatis & paragraphū bonitatis & magnitudinis: & si quæstio est de bonitate & æternitate, recurratur ad paragraphū bonitatis & ęternitatis, & sic de ali

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& extrahantur ſolutiones ab illis locis in quibus ſolutiones ſunt ſignatæ; & hoc ſic. Dicitur in primo paragrapho in capitulo bonitatis quod bonitas eſt per ſe ratio bono, quod agat bonum ſiue producat. Sed quia eſt magna ratio duplicata bono per magnitudinem quod producat magnum bonum: idcirco ſi quæratur, vtrum bonitas ſit ratio Deo, quod producat magnum bonum: concedatur per ea, quæ ſuperius dicta ſunt Vlterius dicitur 3. paragrapho in capitulo bonitatis, quod bonitas per durationem eſt durabilis, & ſic per durationem eſt ratio triplicata, ut bonus agat bonum, magnum & durabilem, ut patet, quod ſi fiat quæſtio, vtrum diuina bonitas ſit ratio Deo, quod ipſe producat bonum æternum ſiue durabile, recurratur ad capitulum bonitatis in tertio paragrapho, & abſtrahatur à textu ſolutio, cauſa mixtionis, diffinitionis, bonitatis & durationis, & ſic de aliis. Vlterius: quid eſt illud bonum magnum quod Deus producit? Recurratur ad capitulum bonitatis & regularum, per quas bonitas eſt deducta: ſicut quando dicitur, quid eſt bonitas? Et tunc reſpondeatur per illum textum ad quæſtionem ſecundum diffinitionem bonitatis. Si quæratur, Deus de quo producit bonum? Recurratur ad capitulum bonitatis, & ad paragraphum regulæ D. in quo quæritur bonitas de quo eſt: & ab illo textu extrahatur ſolutio, & ſic de aliis. Sicut dedimus exemplum de bonitate Dei: ita poteſt dici de bonitate angeli ſuo modo: & de bonitate iuſticiæ, & de bonitate prudentiæ; & de malicia auariciæ & gulæ; & ſic de aliis ſuo modo ſpecifico. Et hæc de quæſtionibus mixtionis ſufficiant cauſa breuitatis. Et hoc quia ars eſt ſufficiens ad faciendum & ſoluendum alias quæſtiones. Et in iſto paſſu cognoſcit intellect⁹, quod mixtio principiorum eſt ſubjectum valde generale ad faciendum multas quæſtiones. Et quod in textu ſolutiones ſunt implicitæ & ſignatæ.

Et hæc de quarta parte decima partis principalis.

DE QVAESTIONIBVS NOVEM ſubiectorum: & primo de primo ſubiecto quod eſt Deus. Et de primo per principia.

CAP. XI.

Quinta pars vndecimæ partis principalis quæ eſt de quæſtionibus nouẽ ſubiectorum: & pri-

AD euitandum prolixitatem, aliquas quæſtiones proponimus facere de Deo, & à textu abſtrahere, & per textum ſoluere, ad dãdum doctrinam, quomodo artiſta ſciat abſtrahere quæſtiones à textu, & ſoluere eas per illum textum à quo abſtrahuntur. Alias quæſtiones intendimus facere, & à textu abſtrahere: ſed non ſoluere cauſa breuitatis: ſed ad textum debitum eas reducere, ad dandam doctrinam; per quem modum artiſta ſciat ſoluere quæſtiones per textum debitum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Qui

Qui quidem textus est generalis ad multas quæstiones. Et istum modum & ordinem proponimus tenere in aliis subjectis. Vtrum per aliquem modum sit necessarium, quod Deus producat bonum? Solutio : vade ad subjectum Dei in paragrapho bonitatis. Quæritur; quare Deus creauit mundum? Solutio: vade ad secundum paragraphum. Vtrum Deus producat bonum infinitum? Solutio in tertio paragrapho. Vtrum Deus possit creare ens infinitum? Solutio in quarto paragrapho est signata. Vtrum æternitas habeat actum infinitum & connaturalem? Solutio in quinto paragrapho. Vtrum Deus potuisset creasse cœlum infinitum & æternū? Solutio in sexto paragrapho. Vtrum Deus sit necessitatus ad producendum infinitum? Solutio in septimo paragrapho. Vtrum posse primum sit causa omnis posse creati? Solutio in octauo paragrapho. Vtrum Deus cum suo intellectu necessitet se ad producendum infinitum intelligibile? Solutio in nono paragrapho. Quæritur, quare in via ignoratur ab aliquibus summus productus? Solutio in decimo paragrapho. Vtrum sit dare volitum productum infinitum? Solutio in vndecimo paragrapho. Quæritur, quæ est causa charitatis creatæ? Solutio in duodecimo paragrapho. Vlterius respondedum est, ut voluntas creata obiectaret summum amatum super suis viribus, adiuuante charitate. Vtrum Deus mediāte sua virtute infinita producat virtuosum infinitum? Solutio in decimotertio paragrapho. Quæritur, quæ est prima causa virtutum moralium? Solutio in decimoquarto. Vtrum diuina veritas possit esse ociosa, quo ad suam rationem? Solutio in decimoquinto. Quæritur, quare sunt virtutes creatæ? Solutio in 16. Vtrum Deus possit tantum de sua gloria quantum ipse est? Solutio in 17. Quęritur, quare est alia vita? Solutio in 18. Vtrum diuinæ rationes sine aliqua distinctione possint habere actus infinitos? Solutio in 19. Quæritur, quid est prima causa multitudinis entium differentium genere, specie, & numero? Solutio in 20. Vtrum in Deo sit coessentialis concordantia? Solutio in 21. Quæritur, quare Deus creauit vnum mundum & non multos? Solutio in 22 Quæritur, quare in Deo non est contrarietas? Solutio in 23. Quæritur, quare Deus habet nolle, cum suum velle sit infinitum? Solutio in 24. Vtrum Deus sit principium in se perfectum? Solutio in 25. Quæritur, quare Deus creauit principiare? Solutio in 26. Vlterius ut cognoscerctur creare infinitū: vtrum Deus tantum sit infinitus per suum intrinsecum agere, sicut per suum intrinsecum existere? Solutio in 2 . Quæritur, quare Deus creauit media naturalia? Solutio in 28. Vtrum diuinæ rationes quiescant in seipsis? Solutio in 29. Quæritur, quare Deus creauit fines perfectos? Solutio in 30. Vtrum Deus es-

mo de primo subiecto, quod est Deꝰ. Et primo per principia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fet maior ſimpliciter: poſito quod ſuæ dignitates non haberent actus infinitos? Solutio in 31. Quęritur,quare Deus creauit maioritates,& cum quo creauit illas? Solutio in 32. Vtrum in Deo ſit æqualitas? Solutio in 33. Quęritur,quare Deus creauit æqualitates?Solutio in 34. Vlterius creauit Deus ęqualitates ſic cum ſua æqualitate, ſicut creauit bonitates cum ſua bonitate. Quæritur,quare in Deo non eſt minoritas?Solutio in 35.Cum in Deo non ſit minoritas, quare creauit minoritates? Solutio in 36 Vlterius: quia vnum cõtrarium magis cognoſcitur per reliquum.

DE QVAESTIONIBVS DEI PER regulas factis. CAP. XII.

De quæſtionibus Dei per regulas factis.

QVÆRITVR, vtrum Deus ſit ens neceſſarium: vade ad primum paragraphum regularum primi ſubjecti. Vlterius quæritur, quomodo probatur Deum eſſe? Solutio in eodem paragrapho,& in aliis. Quęritur,quid eſt ens neceſſariũ? Solutio in ſecundo paragrapho,& in ſuis conſequentibus. Quæritur, quomodo Deus diffinitur? Solutio : vade ad capitulum diffinitionis Dei primi ſubjecti. Vtrum Deus de ſe ſit actus purus? Solutio in tertia regula primi ſubjecti. Quęritur, vtrum in Deo aliquid ſit de aliquo? Solutio in eadem regula in ſecunda ſpecie. Quæritur, quare Deus eſt neceſſarium ens? Solutio in quarta regula in prima ſpecie. Vtrum Deus ſit Deus de Deo? Solutio in eadem regula in ſecunda ſpecie. Vtrum in Deo ſit quantitas? Solutio in regula F. Quæritur, de Deo per æqualitatem: & reſpondendum eſt per regulam G. Vtrum actus ęternus ſit in tempore? Solutio in regula H. Vtrum Deus ſit collocatus ſiue contentus? Solutio in regula I. Quæritur, per quem modum Deus exiſtit? Solutio in prima regula K. Quæritur, quomodo Deus agit? Solutio in eadem regula. Quæritur, De⁹ cum quo eſt hoc quod eſt? Solutio in ſecunda regula K. Quæritur, Deus cum quo agit hoc quod agit? Solutio in eadem regula. Fecimus quæſtiones de Deo per principia & regulas: quapropter ſi fiat quæſtio peregrina de Deo,applicetur ad textum ſiue locum ei competentem, & ſoluatur per ipſum, tenendo affirmationem aut negationem,tali modo quod textus nõ deſtruatur. Vlterius ſi de Deo multæ fiunt quęſtiones,teneatur modus tertiæ figuræ & ſeptem columnarum prædictarum, in quibus fecimus quæſtiones: & dentur eis ſolutiones per ſeipſas ſignatas. Et hoc docet capitulum applicationis. Adhuc ſi artiſta vult habere multa media ad probandum aliquid de Deo,recurratur ad capitulum multiplicationis quartæ figuræ,quod docet inuenire multa media & docet ꝓbare ꝑ pri⁹ & poſterius. Quoniã de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Deo

poteſt probare aliquid per prius, & ideo ſi quæſtio indiget probatione per æquiparantiam: ſicut ſi aliquis vellet probare vtrum ſit aliqua & infinita poteſtas, probetur per infinitam æternitatem. Vlterius qui vult probare per æquiparantiam: ſicut quando quæritur, quare in anima intellectus, memoria & voluntas ſunt ęquales? Ad quod reſpõdeatur, quia Deus eſt æqualiter intelligibilis, & amabilis, & recolibilis. Vlterius ſi quæratur, quare ſufficiunt in qualibet potentia animæ tria correlatiua per ſecundam ſpeciem C. deſignata? Et reſpondendum eſt, quod in qualibet ratione diuina ſufficiant tria correlatiua. Si quęratur, quare Deus creauit vnum mundum, & non multos? Sic probetur, videlicet quod Deus eſt vnum: idcirco creauit vnum mundum. Si quæratur, quare Deus diligit vnam creaturã plus quam aliam? Reſpondendum eſt, quia quãdo creauit mundum intelligit maiorem finem creationis quã potuit intelligere. Adhuc ſi quæratur, vtrum Deo competat magis creare maiora quam minora? Reſpondendum eſt, quod ſic. Nam maiora magis conueniunt cum ſuis dignitatibus quam minora; & ſic de aliis.

DE QVAESTIONIBUS SECUNDI ſubiecti, quod eſt de angelo & primo per principia. CAP. XIII.

De queſtionibus ſecundi ſubiecti, q eſt de angelo Et primo per principia.

QVARE angelus peccauit, poſtquam Deus creauit ipſum totum bonum? Et reſpondendum eſt per diffinitionem maioritatis & minoritatis. Adhuc, vtrum angeli in ſua locutione habeãt inſtrumentum? Et reſpondendũ eſt, quod ſic: videlicet bonitatẽ & alia principia eis connaturalia, quodlibet habẽte ſua correlatiua, & hoc ſignatũ eſt per primum paragraphum capituli angelorum. Quæritur, vtrum vnus angelus producat alium angelum? Solutio in primo paragrapho. Quæritur quæ eſt cauſa magis ãgeli? Solutio in ſecũdo paragrapho. Quæritur, vtrum angelus ſit corruptibilis? Solutio in tertio paragrapho. Quæritur, quæ ſunt inſtrumenta angelorum? Solutio in quarto paragrapho. Cum angelus non habeat oculos quomodo intelligit colores? Solutio in quinto. Quæritur, quomodo angelus poteſt diligere ſenſibilia? Solutio in ſexto. Quæritur, angelus quomodo acquirit meritũ? Solutio in ſeptimo. Quæritur, cum quo angelus facit ſcientiã? Solutio in octauo. Quæritur quæ ſint delectationes angelorũ? ſolutio in nono. Quæritur vtrum in eſſentia angeli ſint multę res differentes numero? ſolutio in decimõ. Quæritur, angeli cum quo conueniunt? ſolutio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

solutio in vndecimo. Quæritur, angelus bonus & angelus malus per quem modum sunt contrarii Adhuc quæritur, quæ est pœna mali angeli? solutio in duodecimo. Vtrum angelus sit compositus? solutio in decimotertio. Vtrum angelus habeat quãtitatẽ? solutio in decimoquarto. Vtrum angelus sit ita perfectus per suam voluntatem sicut per suam bonitatem & suum intellectum, sicut per suam bonitatem & suum intellectum, sicut per suam voluntatem? solutio in 15. Quæritur quare angelus habet potestatem in inferioribus, solutio in 16. Vtrum sit bonum quod in angelo suus intellectus, voluntas & memoria sint æquales naturaliter? solutio in 17. Cum angelus sit bonus naturaliter, quæ est causa, quare est malus moraliter? solutio in decimooctauo.

DE QVAESTIONIBUS ANgeli per regulas.

CAP. XIV.

De quæstionibus angeli per regulas.

QVÆRITUR, per quem modum probatur quod angeli sint? solutio in prima regula. Quæritur, angelus quomodo diffinitur? solutio in secunda. Quæritur, quid est natura angeli. Quæritur, de actionibus & passionibus angelorum. Cum angelus non habeat imaginationem, cum quo intelligit imaginabilia? Omnes istæ quæstiones soluuntur per secundam regulam supra dictam. Quæritur, quæ sunt principia innata angeli? Quæritur, quæ est forma angeli, & quæ est eius materia? Quæritur, angelus malus cuius est? solutio in tertia regula. Quæritur, angelus per quem modũ habet causas? quæritur, vtrum angelus quiescat cum vno fine, aut cum pluribus solutiones in quarta regula Quæritur, de quantitate continua & discreta angelorum: posito quod angelus non haberet materiam: vtrum possit recipere passiones? solutiones in quinta regula. Quæritur de qualitatibus specificis angeli: cum quibus agit specifice: & similiter de qualitatibus appropriatis, cum quibus agit moraliter? solutiones in sexta regula, Quæritur de successione & continuatione angelorum, cum angelus non sit corporeus: vtrum habeat mẽsuras temporis? solutiones in septima regula. Vtrum angelus sit collocatus? Vtrum angelus transeat per medium? solutiones in 8. regula, Quæritur, per quem modũ angelus existit in seipso, & agit extra seipsum? Quæritur, per quem modũ angelus patitur? solutiones in 9. regula. Quæritur, vnus angelus cum quo intelligit alium? Quæritur angelus cum quo tentat homines? quæritur, angelus cum quo mouet lapides? solutiones in decima regula per K. signata. Vtrum angelus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lus patiatur per ignem? dicimus quod sic: vt patet per prius & per primam speciem E. & per secundem G. & per diffinitionem diuinæ potestatis. Nam si Deus vult, quod angelus possit mouere lapides sine corpore: similiter per diuinam potestatem potest pati per ignem. Quæritur, vtrum angeli sint nostri nuncii & adiutores? & respondendum est, quod sic. Quoniam sicut cœlum cum suis principiis innatis est coadiuuatiuum principiis elementatis effectiue & naturaliter, vt habeant actus suos: sic angeli adiuuant nos vt habeamus virtutes morales, & hoc per regulam B. & C. probari potest.

DE QVÆSTIONIBVS TERtij subiecti, quod est de cœlo per principia.

CAP. XV.

De quæstionib. tertij subiecti, quod est de cœlo per principia.

VTRVM bonitas cœli causet bonitates inferiores. Quæritur, quare fiunt monstruositates? Quæritur, quod Saturnus dicitur malus: cum nō sit ex contrariis? Solutio in primo paragrapho bonitatis tertii subiecti. Posito quod cœlum non esset per se mobile. Quæritur, vtrū per se esset magnū & durabile? Solutio in secundo. Vtrum cœlum moueat seipsum? Solutio in tertio. Vtrum cœlum cum potestate sua possit mouere inferiora? Solutio in quarto. Cum cœlum non habeat intellectum: quomodo se ordinat ad mouēdum inferiora? Solutio in quinto Cum cœlum non habeat voluntatem; quid est causa quod moueat inferiora ad habendum appetitum? Solutio in sexto. Vtrum cœlum cum sua virtute moueat virtutes inferiores supra posse elementati, vegetati & sensati: sicut charitas mouet voluntatem supra suas vires ad amandū summum obiectum & suum inimicum? & respondendum est quod sic: cœlum tamen naturaliter, charitas autem moraliter: vade ad 7. Quæritur vtrum cœlum habet veritatē innatam, cum qua causet veritates inferiores? Solutio in octauo. Cum cœlum non habeat voluntatem, quæritur, vtrum ipsum habeat delectationem? Solutio in nono. Vtrum cœlum habeat differentias innatas ad disponendum differentias inferiorum elementatorū? Solutio in decimo. Vtrum concordantia cœli sit ei principium innatum, cum qua disponat concordantias & aptitudines inferiores? Solutio in vndecimo. Vtrum cœlum habeat contrarietatem innatam? Solutio in duodecimo. Vtrum cœlum habeat principium innatum, cum quo principiat aptitudiues inferiores? & respondendum est, quod sic. Nam sicut artifex cum anima deducit figuram archæ de potētia in actum: sic formas sensibiles & vegetabiles: vade ad 13. vtrum cœlum habeat medium

(c) 2006 Ministerio de Cultura

innatum

innatum, cum quo moueat & disponat media inferiora ? Solutio in 14. Quæritur, quis est maior finis cœli naturaliter, sine quo quiescere non potest ? solutio in 15. Vtrum cœlum habeat maioritatē cum qua disponat & habituet aptitudines inferiores? solutio in 16, Vtrum cœlum habeat æqualitatem innatam cum qua coæquet & proportionet æqualitates inferiores? solutio in decimoseptimo. Quęritur, quid est minoritas cœli? solutio in decimo octauo.

DE QVAESTIONIBUS COELI per regulas factis. CAP. XVI.

De quæstionib. cæli per regulas factis.

QVÆRITUR, quare cœlum non est ab æterno, cùm ipsum non sit corruptibile? Vade ad regulam B. tertii subiecti. Posito quod cœlum non moueat seipsum: quæritur, vtrum esset primum mobile naturaliter? Solutio in regula C. Quæritur, vtrum cœlum habeat correlatiuos innatos formaliter, & naturaliter, sine quibus non posset causare correlatiuos inferiores? solutio in secunda specie C. Quæritur, vtrum cœlum recipiat maius & minus? solutio in tertia specie C. Quęritur quid habet cœlū in inferioribus? solutio in 4 specie C. Quæritur, quare cœlum est incorruptibile. Solutio in prima specie D. Vtrum cœlum habeat principia specificata, cum quibus agat specifice? solutio in secunda specie D. Quæritur, vtrū motus cœli possit resistere miraculis? solutio in tertia specie D. Quæritur vtrum cœlum sit necessarium? solutio in prima specie E. vtrum sine motu cœli possint esse mobilitates inferiores naturaliter? Et respondendum est quod non. Nam sicut voluntas sine charitate non posset habere ad amandum Deum supra seipsam, neque ad amandum suum inimicum: sic ignis, &c. non se posset habere ad mouendum aquam naturaliter sine motu cœli. Cœlum enim est prius: ignis autem posterius. Et vade ad secundam speciem E. Quæritur, quare cœlum agit cum quantitate obliqua in se: cum recta autem extra se, Quæritur vtrum cœlum habeat quantitates discretas, cum ipsum sit in continuo motu? solutiones in regula F. Quæritur, quare cœlum agit per speciem specificam? Quæritur, vtrum caliditas & siccitas sint qualitates appropriatæ solis? solutiones in regula G. Quæritur per quem modum tempus cœli habet rationem causæ & causati, cœlo existente ei subiecto? solutio in regula H. Vtrum cœlum sit in loco? solutio in regula I. Quæritur per quem modum cœlum agit in inferioribus? Et respondendum est, quod agit per suum modum in modo inferiori: sicut prius in posteritate per suum modum. Quæritur, cœlum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum

cum quo agit in inferioribus?& reſpondendū eſt, quod cum ſuis principiis innatis: ſicut cauſa, quæ cū ſuis cauſis cauſas cauſat.

DE QVAESTIONIBUS QVARTI ſubiecti, quod eſt de homine: & primo per principia.

CAP. XVII.

De quæſtionibus 4. ſubiecti, quod eſt de homine: & primo per principia.

QVÆRITUR, vtrum homo agat bonum per ſuam ſpeciem? ſolutio in principio in quarto ſubiecto capituli hominis. Vtrum in homine multæ magnitudines ſint ei rationes quod agat magnum? ſolutio in ſecundo paragrapho. Vtrum homo durat dupliciter? ſolutio in tertio. Vtrum homo habeat ſpecificam poteſtatem ad agendum? ſolutio in quarto. Vtrū in ſpecie humana ſit vnicus intellectus ad plures? ſolutio in quinto. vtrum in ſpecie humana ſit vna voluntas aut plures? ſolutio in 6. Quæritur, virtutes morales à quo cauſantur? ſolutio in 7. Vtrū intellect⁹ humanus attingat eſſentias rerum? ſolutio in 8. Cum anima non ſit de natura corporis: quæritur, quare triſtatur de labore corporis; ſolutio in 9. Quæritur per quem modū homo facit ſcientiam, amationem & memorationē; ſolutio in 10. Poſito quod homo non eſſet coniunctus: vtrum anima ſenſitiua, imaginatiua & ratiocinatiua poſſit obiectare idem obiectum? ſolutio in 11. Vtrum peccatum ſit naturale? ſolutio in 12. Vtrum primitiua causalia includantur in homine? ſolutio in 13. Quæritur per quē modum anima & corpus coniungūtur? Quęritur vtrū humidum radicale vniatur nutrimentali; Vlterius quæritur per quem modum viuit & moritur? Adhuc quæritur per quem modum homo tranſit in tertium numerum? Iſtæ quæſtiones ſunt ſignatę & ſolutæ in 14. medii. 4. ſubiecti. Vtrum in homine coniungantur multi fines differentes ſpecie & numero; ſolutio in 15. Quæritur quare ſunt maiores potentiæ & minores in homine? ſolutio in 16. Vtrū homo ſit æqualiter coniunctus & compoſitus? ſolutio in 17. Quęritur per quem modum homo habet inclinationem ad peccandū; ſolutio in 18. paragrapho.

DE QVAESTIONIBUS HOminis per regulas. CAP. XIIX.

De quæſtionib. hominis per regulas.

QVARE homo cognoſcitur magis per affirmationem quam per negationem; ſolutio in regula B. quarti ſubiecti. Quæritur, per quem modum de homine poſſunt fieri plures diffinitiones, quam de aliquo alio ente creato. Vtrum homo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

homo ſit magis cognoſcibilis quam angelus, aut cœlum, aut brutum; aut planta, aut lapis, aut elementum? Hæ quęſtiones ſoluuntur in paragrapho regulæ C. in prima ſpecie. Quæritur, ex quibus homo eſt compoſitus? ſolutio in ſecunda ſpecie C. Vtrum embrio in matrice nutriat ſe, aut nutriatur: moueat ſe, aut moueatur? ſolutio in 3. ſpecie C. Quæritur, quid habet homo in ſeipſo? ſolutio in 4. ſpecie. Quæritur, quæ ſunt principia primitiua hominis? ſolutio in prima ſpecie D. Poſito quod homo non eſſet compoſitus ex anima & corpore. Quæritur, ipſe de quo eſſet? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Vlterius quæritur, vtrum homo moriatur, vel pars eius? ſolutio in eadem ſpeciẽ. Poſito quod anima morerctur: vtrũ Deus eſſet ſibimet iuſtus? ſolutio in 3. ſpecie D. Quæritur, quare homo per ſuam animam eſt ens neceſſitatum? ſolutio in prima ſpecie E. Vtrũ anima hominis ſit immortalis? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Poſito quod homo non eſſet coniunctus: vtrum haberet quantitatem continuam? ſolutio in prima ſpecie F. Cum anima non ſit in corpore per contractum: quæritur, per quem modum homo eſt quantus? ſolutio in ſecunda ſpecie F. Vtrum hominificatio ſit magis propria qualitas in homine quam riſibilitas? ſolutio in regula G. Quæritur, vtrum homo ſit magis qualis per virtutem quam per vitium? & reſpondendum eſt, quod ſic: habitus enim poſitiuus plus portat quam habitus priuatiuus: & vade ad ſecundam ſpeciem G. Vtrum homo ſit in fieri, aut in facto eſſe? ſolutio in regula H. vtrum homo ſit in ſeipſo? ſolutio in regula B. Vtrum homo ſit ſenſibilis? & reſpondendum eſt; quod non. Nam accidentia ſunt ſenſibilia: ſubſtantia autem non, ſed intelligibilis. Cum homo non ſit ſenſibilis: quæritur, quomodo ipſe intelligitur: & reſpondendum eſt, quod intellectus plus poteſt per ſe, & per imaginationem, & per ſenſum quam per ſenſum tantum. Et vade ad regulam K. Quæritur, cum quo homo eſt vniuerſalis? ſolutio in ſecunda regula K. Cum eſſentia hominis non ſit ſenſibilis, cum quo eſt intelligibilis? & reſpondendum eſt, quod ſicut Deus eſt amatus ſuper vires voluntatis per charitatem: ſic humanitas eſt intelligibilis per intellectum ſuper vires ſenſus. Quæritur, cũ quo homo reſuſcitabitur: & reſpondendum eſt, quod cum iuſticia Dei & ſuis meritis.

DE QVAESTIONIBVS QVINti ſubiecti, quod eſt imaginatiua per principia diſcurſa. CAP. XIX.

De quæſtionibus quin-

VTRUM eſſentia imaginationis ſit maxime per obiectationem, vt abundantia bonitatis conſiſtat inter potentiam intellectiuam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tellectiuam & ſenſitiuam? Vade ad primum paragraphum bonitatis quinti ſubjecti. Vtrum magnitudo imaginationis ſit inſtrumentum obiectiuæ potentiæ ratiocinatiuæ? ſolutio in ſecundo paragrapho. Vtrum in brutis imaginatio ſit potentia altior? ſolutio in tertio. Vtrum imaginatiua habeat poteſtatem in ſenſitiua, & non econuerſo? ſolutio in quarto. Vtrum imaginatiua habeat inſtinctum ſpecificum, ut agat per ſuam ſpeciem? ſolutio in quinto. Vtrum imaginatiua habeat appetitum ſpecificum, ut agat per ſuam ſpeciem? ſolutio in ſexto. Vtrum imaginatiua habeat ſpecificam virtutem? ſolutio in ſeptimo. Vtrum brutum per imaginationem attingat ſuam eſſentiam & aliorum eſſentias? & reſpondendum eſt quod non: quia aliter ipſum faceret ſcientiam, quod eſt impoſſibile: & vade ad octauum paragraphum. Vtru imaginatio in brutis moueat ſe cum obiecto, aut obiectum moueat eam? ſolutio in nono. Vtrum imaginatiua ſine ſua differentia ſpecifica eſſet ſufficiens potentia? ſolutio in decimo. Et vtrum ſpeculum ſit maximè imago & ſignum imaginationis? ſolutio in eodem. Vtrum imaginatio ſit potentia obiectiua per concordantiam potentiæ & obiecti? ſolutio in vndecimo Vtrum imaginatio ſit potentia communis lætitiæ & triſtitiæ? ſolutio in duodecimo. Vtrum imaginatio ſine ſua ſpecifica materia poſſet recipere ſpecies peregrinas? ſolutio in decimotertio. Vtrum imaginatione deficiente ſiue ipſa non exiſtente inter intellectum & ſenſum, ipſe intellectus poſſet facere ſciẽtiam? ſolutio in 14. Vtrum imaginatio habeat quietem ſpecificam & perfectam? ſolutio in 15. Vtrum imaginatio habeat ſpecificam maioritatem? ſolutio in 16. Vtrum potentia imaginationis conſiſtat æqualiter inter potentiam ratiocinatiuam & ſenſitiuam? & reſpondetur, quod ſic proportionaliter: ſed quoad pondus non. Et vade ad 17. paragraphum. Vtrum imaginatio ſit minor in bruto quam in homine? & reſpõdendum eſt, quod ſic. Brutum enim non poteſt imaginari montem aurcum. Et vade ad 18. paragraphum.

ti ſubiecti, quod eſt imaginatiua per principia diſcurſa.

DE QVÆSTIONIBVS IMAGINAtiuæ per regulas. CAP. XX.

De quæſtionibus imaginatiuæ per regulas.

VTRVM imaginatio ſit de eſſentia corporis? ſolutio in regula B. Quæritur, per quem modum de imaginatione maior noticia haberi poteſt? ſolutio in regula C. in prima ſpecie. Vtrum imaginatio habeat imaginabile commune ei ſpecificum? ſolutio in ſecunda ſpecie regulæ C. Quæritur, quid eſt imaginatio in homine & in bruto? ſolutio in 3. ſpecie C. Vtrum imaginatio habeat aptitudines & receptiones in ſenſatis? ſolu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tio in 4. ſpecie C. Vtrum imaginatio ſit ſpecies? ſolutio in prima ſpecie D. Vtrum imaginatio ſine ſua ſpecifica materia poſſit eſſe materia paſſiva? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Vtrum imaginatio ſit inſtrumentum? ſolutio in tertia ſpecie D. Vtrum imaginatio habeat cauſas ſpecificas? ſolutio in prima ſpecie E. Vtrũ mundus eſſet perfectus abſque imaginatione? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Quæritur, imaginatio quanta eſt? ſolutio in prima ſpecie F. Quæritur, quę eſt cauſa quare imaginatio creſcit aut decreſcit ſuum actum ſine argumentatione & diminutione ſuę eſſentiæ? ſolutio in ſecunda ſpecie F. Quæritur, quid eſt propria proprietas imaginationis? ſolutio in prima ſpecie G. Vtrum imaginatio habeat habitum, cum ipſa ſit habitus intellectus? ſolutio in ſecunda ſpecie G. Quæritur, per quem modum imaginatio ſit in tempore, cũ per ſe ſit immobilis? ſolutio in regula H. Quæritur, imaginatio vbi habet ſuũ actum? ſolutio in regula I. Quæritur, imaginatio quomodo obiectat obiectũ? ſolutio in prima regula K. Quæritur, imaginatio cum qua cõplexione eſt activa ſive receptiva? ſolutio in ſecunda regula K. Quæritur, cũ quo imaginativa decipitur? & reſpondendum eſt, quod cum nimio inſtinctu & appetitu. Quæritur, quare imaginatiua eſt in ſenſibilis? K reſpondendum eſt: potentiæ namq; inferiores non aſcendunt ad attingendum ſuperiores potentias,

DE QVAESTIONIBUS *ſexti ſubjecti, quod eſt de ſenſitiva per principia deducta.*

CAP. XXI.

De quæſtionibus 6. ſubiecti, quod eſt de ſenſitiva per principia deducta.

VTRUM ſenſus poſſet ſentire ſenſatum ſine bonitate? Solutio in primo paragrapho ſexti ſubjecti. Quæritur, in quo ſenſu particulari ſenſitiva eſt magis magna? ſolutio in ſecundo. Quæritur, ſenſitiva cum quo durat? ſolutio in 3. Vtrum ſenſus ſenſet per ſuam ſpeciem? ſolutio in 4. Vtrum ſenſus habeat inſtinctum? ſolutio in 5. Vtrum ſenſus habeat appetitum, & quare viſus ſe delectat in videndo? Solutio in 6. Vtrum ſenſus habeat virtutes ſpecificas? Solutio in 7. Et vtrum ſenſus verè ſenſat ſenſatum? Solutio in 8. Quæritur, quare pulchritudo eſt diſpoſitio ſenſus? Solutio in 9. Vtrum judicium ſenſus conſtat per communem ſenſum aut particularẽ? Solutio 10. Quæritur, quæ eſt cauſa, quare ſenſus ſenſat ſenſatum? Solutio in 11. Quæritur, quid decipit ſenſum? Solutio in 12. Quæritur, per quem modum ſenſus eſt aſſituatus in ſuis cauſis? Solutio in 13. Vtrum ſenſus particularis ſit medium inter ſenſum communem & ſenſibilem? Solutio in 14. Vtrum ſenſare peregrinum deſcendat à ſenſare intrinſeco? Solutio in eodem. Vtrũ olfactus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſit

sit sensus? Solutio in eodem. Vtrum sensus habeat finem innatum? Solutio in 15. Vtrum aliqua maioritas sit principium innatum sensui? Solutio in 16. Quæritur, vtrum aliqua æqualitas sit principium innatum sensui? Solutio in 17. Vtrum aliqua minoritas sit de essentia sensus? Solutio in 18.

DE QVAESTIONIBVS SENSVS per regulas discursi. CAP. XXII.

De quæstionibus sensus per regulas discursi.

QVÆRITVR, vtrum sensus sit de sensu? Et vtrum sensus sit insertus in vegetato? Et quando homo moritur, sensus quo vadunt? Solutiones in regula B. sexti subjecti. Quæritur, quid est sensitiua? Solutio in secundo capitulo: & in prima specie regulę C. Nam ibi est sua diffinitio implicata. Quæritur, vtrum sensus possit sensare absque correlatiuis innatis? Solutio in secunda specie C. Quæritur, quid est sensus in sensatis obiectiue? Solutio in 3 specie C. Vtrum aliquod obiectum sit de essentia sensus? Solutio in eadem. Vtrum sensus possit habere obiectum extrinsecum sine obiecto intrinseco? Solutio in 4 specie C. Vtrum sensitiua hominis sit in tantum naturalis sicut in bruto? Solutio in prima specie D. Vtrum sensus sine sua specifica materia possit esse actiuus atque receptiuus? Solutio in secunda specie D. Vtrum sensus communis possideat sensus particulares? Solutio in specie D. Vtrum sensus absque specifica forma & materia possit esse? Solutio in prima specie E. Quæritur; vtrum sensus communis sit, sicut sint sensus particulares? & vtrum sensus particulares sint: ut sint obiecta sensata? Solutiones in secunda specie E. Quæritur, quantitas sensitiuæ ex quo est? Solutio in regula F. Vtrum sine quantitate discreta sensus particulares possint esse? & respondendum est, quod nõ: eo quia quilibet sensus est quantus. Vtrum propria qualitas sensus causet appropriatam qualitatem sensati? Solutio in prima specie G. Quæritur sensibilitas lapidis à quo est? & respondendum est, quod ipsa est, ab habitu sensus. Et vade ad secundam speciem G. Vtrum sensibilitas lapidis remaneat in tempore clausis oculis? & respondendum est, quod non: sicut secunda visio oculorum non remanet in oculis clausis. Et vade ad regulam H Quæritur vbi sensus sensat sensatum? Solutio in regula I. Vtrum sensus attingat subsstantiam? & dicendum est, quod sic: in quantum est cum ea coniunctus: non autem in quantum est ab ea separatus. Sicut visus qui non attingit subsstantiam lapidis: eo quia cum ipsa non est coniunctus. Quęritur, per quem modum sensitiua sensat sensatũ? Solutio in specie regulæ K. Quæritur, vtrũ sẽsitiua sensat sensatũ cũ similitudine quam sensit, quę similitu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

do eſt habitus ſenſati: ſicut cappa cappati: & vade ad ſecundam regulam K. Vtrum ſenſitiua ſint coniuncta cum ſuo proprio ſubjecto? Ad quod dicendum eſt quod ſic: ut patet per primam diffinitionem concordantiæ & medij, & ut principium habeat medium, per quod tranſire poſſit ad ſuum finem. Vtrum ſenſus ſit coniunctus cum ſenſato : puta cum lapide aut audibili, &c. Et reſpondendum eſt quod non : eo quia habitus appropriatus & nouus eſt: ſicut cappa in cappato; cappa eſt enim non conjũcta cum cappato, ſed eſt ei applicata per contractum.

DE QVAESTIONIBVS VEGETATIUÆ per principia. CAP. XXIII.

De quæſtionibus vegetatiua per principia.

VTRUM vegetatiua ſit bona abſque actu bonitatis? Et vtrum ſit bona per ſuam bonitatem ſpecificam? Solutio in primo paragrapho ſeptimi ſubjecti. Vtrum vegetatiua quæ eſt in brutis: & illa quæ eſt in plantis ſint vna & eadem? Solutio in ſecundo. Poſito quod vegetatiua non eſſet coniuncta cum vegetato : vtrum vegetatum haberet, de quo durare poſſet? Solutio in tertio. Vtrum vegetatiua ſit potens per ſuam poteſtatem ſpecificam? Solutio in quarto. Vtrum vegetatiua habeat inſtinctum aut vegetatum? Reſpondendum eſt, quod vegetatum habet inſtinctum per vegetatiuam : ſicut ignis per caliditatem, & artifex per artem. Et vade ad quintum. Quæritur, quid eſt appetitus vegetatiuæ, & à quo oritur? Solutio in ſexto. Vtrum vegetatiua ſit in veritate ſua aſſituata: & econuerſo. Et vtrum vegetatum ſit verè vegetatum? Solutio in octauo. Quæritur, quæ eſt cauſa, quare vegetatiua habent delectationem? & reſpondendum eſt ex eo quod habet appetitum: & vade ad nonum. Vtrum vegetatiua habeat differentiam innatam? Solutio in 10. Et quare viridis color generalior in plantis quam alius? Solutio in eodem. Vtrum inter vegetatiuam & vegetatum ſit cõcordantia perfecta : ſicut ipſa eſt inter ratiocinatiuum & rationabile, & inter imaginatiuum & imaginabile , & inter ſenſitiuum & ſenſibile? Solutio in vndecimo: Quæritur, quæ eſt cauſa corruptionis vegetatiuæ? Solutio in duodecimo. Quæritur, vegetatiua per quem modum eſt principium? Solutio in decimo tertio. Quæritur, per quem modum vegetatiua ſtat ſub ratione medij, & per quem modum animalia viuunt de ea? Solutio in decimo quarto Quæritur, per quem modum vegetatiua ſtat ſub ratione finis? Solutio in decimoquinto. Quæritur, vtrum vegetatiua habeat maioritatem generalem innatam, à qua deſcendant maioritates particulares. Adhuc quæritur, an in ſpecie humana vnus homo eſt maior altero? Et an in eadem arbore vnus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nus fructus est maior alio? vade ad decimum sextum. Vtrum vegetatiua sine qualitate posset coæquare multas plantas in eadem specie : sicut multas rosas? vade ad decimum septimum. Vtrum vegetatiua sine minoritate posset habere officium maiorificandi? Solutio in decimo octauo.

DE QVAESTIONIBVS VEGETATIVÆ PER REGULAS. CAP. XXIV.

De quæstionibus vegetatiua per regulas.

QVÆRITVR, vtrum in animali vegetatiua sit sensata? Et vtrum sensatum sit vegetatum? Solutio in ipsa regula. Vlterius est respondendum quod sic: ut animal possit trãsire in tertium numerum. Quæritur, quid est vegetatiua? Solutio in prima specie E. Vtrum vegetatiua posset habere actum sine correlatiuis sibi innatis? Solutio in secunda specie C. Quæritur, per quem modum vegetatiua est assituata in elementatiua, & in decem prædicamentis? Solutio in tertia specie C. Vtrum vegetatiua sit in elementatiua plantata? Solutio in quarta specie C. Vtrum vegetatiua sit potentia primitiua ad vegetandum? solutio in prima specie D. Vtrum vegetatiua possit esse sine suis correlatiuis innatis? solutio in secunda specie D. Vtrum vegetatiua sit subdita animali in quo est? solutio in tertia specie D. Vtrum in vegetatiua sit habitus necessitatus in subjecto in quo est? solutio in prima specie E. Quæritur, vtrum vegetatum sit in vegetatiua, aut in seipso per illam. Vtrum vegetatiua possit esse sine quantitate cõtinua cum continuo motu? solutio in prima specie F. Posito quod vegetatiua non haberet quantitatem discretam: vtrum ipsa vegetatiua posset esse de sua essentia, sine qua ipsa non posset esse in motu successiuo? solutio in secunda specie F. Vtrum vegetatiua possit agere sine proprietate specifica. Adhuc quæritur, quod est nomen illius proprietatis? solutio in prima specie G. Quæritur, quæ est qualitas appropriata vegetatiuæ? solutio in secunda specie G. Vtrum vegetatiua consistat in motu continuo per suam quantitatem continuam, & in motu successiuo per suam quantitatem discretam? solutio in regula H. Quæritur, vtrum vegetatiua habeat locum sibi connaturalem? solutio in regula I. Cum potentia visiua vegetatiua, quæ est altior potentia quam vegetatiua: quare non attingit substantiam plantæ, sicut vegetatiua attingit eam : ex eo quia vegetatiua participat cum ea per contactũ: visiua autem non. Quæritur, per quem modum vegetatiua vegetet? solutio in prima regula K. Quæritur, cum quo aliquod vegetatum vegetat aliud vegetatum? solutio in regula K. Quæritur, vtrum vegetatiua sit sensibilis? Ad quod dicendum est,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod non: eo quia est inferior potentia quam sensitiua, Vtrum vegetatiua moueat seipsam? & respondendum est, quod sic: ut patet per diffinitionem suam, & per suos correlatiuos , & per suum instinctum & appetitum.

DE QVAESTIONIBVS ELEmentatiuæ per principia discursa.

CAPVT. XXV.

De quæstionibus elemẽtatiua per regulas.

QVÆRITVR, vtrum sit bonum quod elementa existant sub elemẽtatis? solutio in primo paragrapho. Posito quod elementa non existerent in elementatis: vtrum elementatiua existeret perfectè magna? solutio in secundo. Vtrum corrumpatur elementum, aut elementatum? solutio in tertio. Vtrum elementatiua elementet de elementis elementata? solutio in quarto. Vtrum quodlibet elementum agat per suam speciem? solutio in quinto. Quæritur, quæ est causa motiua elementorum? solutio in sexto. Vtrum virtutes elementatorum descendant ab vna virtute? solutio in septimo. Vtrum alchimia sit possibilis? solutio in octauo. Quæritur, quæ est causa intensitatis & extensitatis in elementatis? solutio in nono. Vtrum elementa sunt actu in elementatis? solutio in decimo. Queritur, quæ est causa temperantiæ elementorum? solutio in vndecimo. Quæritur, quæ est causa corruptionis in elementatis? solutio in duodecimo. Vtrum aliqua obiectatio sit de essentia elementorum: & vtrum vnum elementum sit subiectum alterius? solutiones in decimo tertio. Et vtrum in elementis mixtio sit antecedens, & compositio consequẽs? solutio in eodem. Vtrum inter elementa & elementata sit dare medium? solutio in decimoquarto. Quæritur, quid est quies elementatiuæ siue elementorum? solutio in decimo quinto. Queritur, per quem modum maioritas elementatiuæ est assituata in elementatis? solutio in decimo sexto. Vtrum elemẽta aliquo modo sint æqualia? solutio in decimo septimo. Queritur, per quẽ modum minoritas est assituata in elemẽtatis? solutio in decimo octauo.

DE QVAESTIONIBVS ELEMEntatiuæ per regulas. CAP. XXVI.

De quæstionibus elemẽtatiuæ per regulas.

QVÆRITVR, vtrum elementa sint composita , & si sunt composita, quæritur, vbi sunt composita? solutio in regula B. Queritur, quid est elementatiua? solutio in octauo subiecto. Vtrum correlatiua elementatiuæ sint substantialia? solutio in secunda regula C. Vtrum elementatiua vel elementa possint agere de seipsis siue elementato? solutio in tertia specie C. Item quæritur, vtrum in elementatiua sit imago infinitatis Dei. Vtrum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

trum elementatiua habeant in elementis & elementatis ſuum eſſe? ſolutio in quarta ſpecie C. Quær tur, vtrum elementatiua ſit principium primitiuum ad elementandum? ſolutio in prima ſpecie D. Quæritur, vtrum elementatiua elementet elementata ex elementis: ſicut vegetatiua ex elementis vegetat ipſa? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Vtrum elementatiua ſit poſſeſſa ab elementis aut ab elementatis? ſolutio in tertia ſpecie D. Quæritur, quæ ſunt cauſę elementatorum? ſolutio in prima ſpecie E. Quæritur, vtrum abſentatis elementis ab elementatiua, ipſa eſſe poſſet in quiete? ſolutio in 2. ſpecie E. Vtrum elementatiua habeat continuam quantitatem per omnia elementa? ſolutio in prima ſpecie F. Quæritur, quare elementatiua habet diſcretas quantitates? & reſpondendum eſt, quod ſic: ex eo quia ipſa eſt ex elementis, vade ad ſecundam ſpeciem F. Quæritur, quæ eſt propria qualitas elementatiuæ: & vtrum ſint duæ caliditates differentes genere, & ſic de duabus ſiccitatibus: ſolutio in prima ſpecie G. Vtrum elemẽtatiua habeat qualitates appropriatas? ſolutio in ſecunda ſpecie G. Vtrum elementatiua ſit mouens & mota? ſolutio in regula H. Vtrum elementatiua ſit in elementatis eſſentialiter: & vtrum tranſit in ſphæram ignis? ſolutiones in regula I. Quæritur, elementa per quem modum intrant compoſitionem? ſolutio in prima regula K. Quæritur, elementatiua cum quo conſiſtit in motu generationis & corruptionis? ſolutio in ſecunda regula K. Quæritur, elementatiua quomodo eſt aſſituata in elementatis? Vade ad regulam modalitatis Vtrum elementatiua ſit habitus elementatorum? Vade ad capitulum habitus in centum formis. Quæritur, vtrum elementatiua elementet elementata in materia elementatorũ? vade ad ſuos correlatiuos per ſecundam ſpeciem regulæ C. ſignificatos. Vtrum ſit vnus ignis aut plures: & vtrum ſit quintum elementum? Vade ad diffinitionem finis & concordantiæ.

DE QVÆSTIONIBVS NONI ſubjecti, quod eſt de virtutibus & vitiis.

CAP. XXVII.

De queſtionib⁹ noni ſubiecti, quod eſt de virtutib⁹ & vitiis.

SICVT ſenſus communis cum ſuis ſenſibus particularibus ſenſat ſenſibilia, ſic anima cum ſuis potentiis virtuificat virtuificabilia, & vitiat vitiabilia. Et quia hoc facit mediãtibus principiis huius artis, vtitur virtutibus & vitiis artificialiter, ſicut logicus qui cum principiis logicæ vtitur ſyllogiſmis; quapropter ſecundum modum prædictum intendimus facere quęſtiones. & per ipſum modum ſignificantur ſolutiones, & primo de iuſtitia dicemus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS IVSTITIAE. per principia. CAP. XXIIX.

De quæstionib⁹ iuſtitiæ per principia

QVÆRITVR, vtrum iuſtitia cum ſua bonitate cauſet bona iuſta? Solutio: vade ad primum paragraphum iuſtitiæ in nono ſubjecto. Vtrum iuſtitia cum ſua magnitudine magnificet magna iuſtificabilia? ſolutio in 2. paragrapho. Quæritur, per quem modum durat iuſtitia? ſolutio in 3. Quæritur, vtrum anima habituet ſe de poſſe iuſtitiæ: quomodo cauſent iuſta? ſolutio in 4. Quæritur, per quem modum iuſtitia exiſtit in potentia? ſolutio in 5. Quæritur, per quem modum iuſtitia eſt amabilis? Solutio in 6. Quæritur, quomodo iuſtitia oritur, & ad iura applicatur? ſolutio in 7. Vtrum anima ſine virtute poſſit cauſare iuſtitiam, & iuſtitia iuſtificabilia? ſolutio in 8. Adhuc quæritur, per quem modum iuriſta faciliter poſſit addiſcere iura naturalia? ſolutio in eodem. Vtrum iuſtitia cauſet quietem cum iuſtificabilibus? Solutio in 9. Quæritur, cum quo principio iuriſta poteſt cognoſcere iuſtitiam intenſam & extenſam? ſolutio in 10. Quæritur, per quem modum cognoſcitur iuſtitia? ſolutio in 11. Quæritur, cum quo cognoſcitur iniuria? Solutio in 12. Quæritur, per quem modum iuſtitia & ius differunt? ſolutio in 13. Item quæritur, per quem modum iuſtitia ſe habet ad principia naturalia? ſolutio in eodem. Vtrum iuſtitia habeat medium ſpecificum? ſolutio in 14. Quæritur, quid eſt finis iuſtitiæ? ſolutio 15. Quæritur, quæ ſint cauſæ maioritatis iuſtitiæ? ſolutio in 16. Quæritur, cum quo principio huius artis iuſtitia habet maiorem conuenientiam? ſolutio in 17. Quæritur, cum quo minor iuſtitia cognoſcitur? ſolutio in 18.

DE QVAESTIONIBVS IVSTITIAE. per regulas. CAP. XXIX.

De quæſtionibus iuſtitiæ per regulas.

QVÆRITVR vtrum iuſtitia corrupta in homine ipſa reuertatur in eundem numerum, quando iniuria corrumpitur? ſolutio in prima regula videlicet B. in capitulo iuſtitiæ in nono ſubjecto. Quæritur, quid eſt iuſtitia? ſolutio in prima ſpecie C. Quæritur, iuſtitia cum quibus eſt habitus ſpecificus? ſolutio in ſecunda ſpecie C. Quæritur, quid eſt iuſtitia in iuſtificabilibus? & reſpondendum eſt, quod eſt ſic in iuſtificabilibus cauſa moraliter: ſicut ſenſitiua in ſenſibilibus naturaliter, & vade ad tertiam ſpeciem C. Queritur, vtrum iuſtitia habeat diſpoſitionem obiectiuam? ſolutio in quarta ſpecie G. Quæritur, quę ſunt principia primitiua iuſtitiæ? ſolutio in prima ſpecie D. Quęritur, quę ſunt principia ſpecifica iuſtitiæ, cum quibus eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura -

forma

forma ſpecifica? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Quæritur,quid eſt poſſeſſor iuſtitiæ? ſolutio in tertia ſpecie D. Quæritur,quare iuſtitia eſt neceſſitata? ſolutio in prima ſpecie E. Quæritur,quare iuſtitia eſt? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Quæritur,vtrum iuſtitia habeat quantitatem continuam? ſolutio in prima ſpecie F. Vtrum iuſtitia in ſubjecto in quo eſt ſit in fieri, aut in facto eſſe? ſolutio in ſecunda ſpecie F. Quæritur, quæ eſt qualitas propria iuſtitiæ? ſolutio in prima ſpecie G. Quæritur,quæ qualitates ſunt appropriatæ iuſtitiæ? ſolutio in ſecunda ſpecie G Quæritur,per quem modum iuſtitia exiſtit localiter ſucceſſiuè? ſolutio in regula H. Cum iuſtitia non ſit punctualis neque linealis,per quem modum conſiſtit in loco,& vincat iuſtificabili? ſolutio in regula I. Quęritur, per quem modum conſiſtit iuſtitia in theorica & practica? ſolutio in prima regula K. Quęritur,iuſtitia cum quibus eſt hoc quod eſt? ſolutio in ſecunda regula K. Quęritur,iuſtitia cum quo generatur & corrumpitur? & reſpõdẽdum eſt, quod generatur cum ſuis principiis poſitiuis,& corrumpitur cum priuatione ſuorum accidentium. Quæritur, ius naturale quomodo eſt? Vade ad paragraphum modalitatis ſupradictum. Quæritur,ius poſitiuum cum quo eſt,& reſpondendum eſt,quod ipſum eſt cum credere & ſupponere,& cum contingẽtib⁹ obiectatis à voluntate & à memoria extra intelligere.

DE QVAESTIONIBVS PRVDENtiæ per principia. CAP. XXX.

De quæſtionib⁹ prudentiæ per principia.

VTRVM anima ſic cauſet prudentificabilia cum prudentia,ſicut ſenſus communis ſenſat cum ſuis particularibus ſenſibilibus ſenſibilia? & reſpondendum eſt,quod ſic: alioquin prudentia non eſſet ſpecifica virtus: neque anima haberet illiud cum quo poſſet præuidere & eligere bonum, & euitare malum. Quæritur,per quem modum homo ſe habituet de prudentia? ſolutio in primo paragrapho prudentię in nono ſubjecto. Quæritur,vtrum magnificare bonitatem ſit de ratione prudentiæ? ſolutio in ſecundo. Quæritur, per quem modum vna prudentia præualet alteri? ſolutio in tertio. Vtrum prudentia ſine prouidentia ſit ita potens? ſolutio in quarto. Quæritur,prudentia cuius eſt habitus? ſolutio in quinto. Quæritur, qualis prudentia eſt primitiua & qualis conſecutiua? ſolutio in ſexto. Quæritur, prudentia per quem modum eſt per rectam lineam aut per obliquam? ſolutio in 7. Vtrum omnia præuidibilia ſint vtilia? ſolutio in 8. Quæritur, quare prudentia eligit laborem? ſolutio in 9 Quæritur, per quem modum prudentia & imprudentia differunt? ſolutio in 10 Vtrum prudẽtia abſque alia vir-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tute poſſit habere exiſtentiam? ſolutio in 11. Quæritur, prudẽtia & imprudentia per quę media ſunt contrarietas ad inuicem? ſolutio in 12. Quæritur, per quem modum prudentia & imprudentia bellant in ſubjecto? ſolutio in 13. Quæritur, per quẽ modum prudentia & imprudentia opponuntur per medium? ſolucio in 14. Quęritur, per quem modum prudens & imprudens ſe habent ad finem? ſolutio in 15. Quæritur, per quem modum prudentia & imprudentia opponuntur in maioritate? ſolutio in 16. Quæritur, vtrum prudentia & imprudentia ſe impugnant in æqualitate? ſolutio in 17. Vtrum prudentia cum minoritate poſſit eſſe in ſubjecto? & reſpondendum eſt, quod non. Nam de ratione prudentiæ eſt eligere maioritatem, & vade ad 18.

DE QVAESTIONIBVS PRVDENtiæ per regulas. CAP. XXXI.

De quæſtionibus prudentia per regulas,

QVÆRITUR, quare prudentia ſupponit contingentiam? ſolutio in regula B. Quęritur, quid eſt prudentia? ſolutio in prima ſpecie regulæ C. Vtrum correlatiui intellectus ſint habituati ex correlatiuis prudentiæ? Et reſpondendum eſt quod ſic: vade ad ſecundam ſpeciem C. Quæritur, prudens quid habet per prudentiam? ſolutio in quarta ſpecie C. Quæritur, quæ ſunt principia primitiua prudentiæ? ſolutio in prima ſpecie D. Quęritur, per quem modum prudentia eſt virtus ſpecifica? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Quæritur vtrum prudentia aliquo modo poſſit eſſe peccatum? & reſpondendum eſt quod ſic: ratione ſubjecti quo ipſa male vtitur : ſic amare quod eſt peccatum, quomodo per ipſum diligitur, & vade ad tertiam ſpeciem D. Quæritur, de prudentia quare ipſa eſt formaliter? ſolutio in prima ſpecie E. Vtrum diſcretio & diſpoſitio ſint de genere prudentiæ? & reſpondendum eſt quod ſic: & vade ad ſecundam ſpeciem E. Vtrum prudentia ſit menſura prudentiæ? & reſpondendum eſt quod ſic: & vade ad primam ſpeciem F. Quæritur, quæ eſt cauſa quare prudentia habet quantitates diſcretas? ſolutio in ſecunda ſpecie F. Vtrum prudentia ſit propria quantitas prudentiæ? ſolutio in ſecunda ſpecie G. Quæritur, vtrum malitia aliquo modo poſſit eſſe qualitas prudentiæ? & reſpondendum eſt quod ſic: ſicut inſtrumentum quod poteſt eſſe malum, quando malus agẽs cũ ipſo malè agit: & vade ad ſecundam ſpeciẽ G. Quæritur, vtrum prudentia ſtet magis per præuidere futura, quã per eligere præſentia? Ad quod dicendũ eſt q̃ ſic: ratio huius eſt, quia futura ſunt plura q̃ cõtingẽtia, quã entia præſentia per experientiã, & vade ad regulam H. Quæritur, prudentia in quibus principiis magis conſiſtit? & reſpondendũ eſt quod in bonitate, intellectu, virtute, differentia, fine & maioritate: & vade ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

de ad regulam I. Quæritur per quem modum homo vtitur prudentia? ſolutio in prima regula K. Quæritur prudentia cum quibus principiis eſt fortis? ſolutio in ſecunda regula K. Et quæritur vtrum eſſentia prudentiæ quieſcat, creſcat aut decreſcat in ſubiecto in quo eſt? & reſpondendum eſt quod non: eo quia habitus indiuiſibilis eſt, quia ipſa non eſt punctualis, neq; linealis. Sed de hoc miratur intellectus: quare actus prudētię creſcit, donec conſiderat diſcretas quātitates, quas habet.

DE QVAESTIONIBVS fortitudinis: & primo per principia.

CAP. XXXII.

De quæſtionibus fortitudinis & primo per principia.

QVÆRITVR, vtrum poſita fortitudine, ponantur fortificabilia: ſicut poſita potentia viſiua ponuntur viſibilia? & reſpondendum eſt quod ſic: quia ſi non: iam fortitudo non poſſet habere phantaſmata: ſicut potentia viſiua non poſſet habere viſibilia. Quæritur, fortitudo cum quibus nutritur & gubernatur? ſolutio in primo paragrapho fortitudinis noni ſubiecti. Quæritur fortitudo cum quibus eſt impugnabilis? Solutio in ſecundo. Quæritur per quem modum fortitudo eſt vincens & dominans? ſolutio in tertio. Quęritur quæ eſt cauſa quare fortitudo eſt fortis? ſolutio in quarto. Quæritur fortitudo cum quo eſt magis fortis? ſolutio in quinto. Vtrum fortitudo ſit fortior cum timore quā cum amore Ad quod dicendum eſt quod cum amore. Amor enim eſt cauſa timoris. Et vade ad ſextum paragraphum Quæritur vtrum abſq; fortitudine aliqua virtus poſſit eſſe fortis & reſpondendum eſt quod non. Nam aliter eſſent duæ fortitudines differentes ſpecie Et vade ad ſeptimum, Quæritur per quem modum homo eſt audax? ſolutio in octauo. Quæritur quare homo eſt magnanimus? ſolutio in nono. Quæritur per quem modum fortitudo & prudentia conueniūt ad invicem? ſolutio in decimo. Quæritur fortitudo cum quo eſt maior? ſolutio in vndecimo. Quæritur fortitudo quomodo corrūpitur? ſolutio in duodecimo. Vtrum fortitudo ſine phantaſmatibus poteſt eſſe ſpecifica virtus? ſolutio in 13. Vtrum fortitudo exiſtat medium inter iuſticiam & prudentiam, & inter iuſticiam & temperantiam, & inter prudentiā & temperantiā? & reſpondendum eſt quod ſic: vt virtutes ſint maiores in medio quam in extremitatibus: & vade ad 14 Fortitudo cū quo cauſat victoriā? ſolutio in 15. Fortitudo quomodo vincit accidentia? ſolutio in 16. Quæritur quare fortitudo fortior eſt cum æqualitate quā cum inæqualitate? & reſpondendum eſt ex eo quod ſua correlatiua ſunt ęqualia: & vade ad regulam B. & in 17. Quæritur fortitudo cum quo deuincitur? ſolutio in 18,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS FORtitudinis, per regulas.

CAP. XXXIII.

De quæstionibus fortitudinis per regulas.

QVARE charitas est fortior cum prosperitatibus quam cum aduersitatibus? solutio in regula B. noni subiecti. Quæritur, quid est fortitudo? solutio in prima specie regulæ C. Quæritur, fortitudo vtrum habeat fortificabilia in potentia per fortificabile innatum? solutio 2. specie C. Vtrum fortitudo sit habitus aliarum virtutum? & respondẽdum est quod sic. Nam sine ipsa non essent fortes, solutio in 3. Vtrum fortitudo habeat in principiis suis sua phantasmata? solutio in quarta specie C. Quęritur, quæ sunt principia primitiua fortitudinis? solutio in prima specie D. Quęritur, per quam naturam fortitudo habeat sua phantasmata? solutio in secunda specie D. Vtrum fortitudo sit subiecti in quo est sine dispositione? solutio in tertia specie D. Quæritur quare fortitudo habet in potentia fortificab.lia specificabilia? Et in actu quomodo est in practica? solutio in prima specie E. Quæritur, quare aliæ virtutes in bello habent victoriam contra vitia? solutio in secunda specie E. Quæritur, fortitudo quanta est in aliis virtutibus? & respondẽdum est, quod ipsa est tanta quanta est victoria earum: & vade ad primam speciem F. Vtrum fortitudo habeat actus mensuratos? solutio in secunda specie F. Vtrum essentia, prudentia crescat aut decrescat? solutio in prima specie G. Quæritur, quare actus charitatis crescit aut decrescit ad placitum? solutio in secunda specie G. Quæritur vtrum fortitudo sit in tempore: cum per se sit in continuo instanti? solutio in regula H. Quæritur vtrum fortitudo sit in victoria virtutum? solutio in regula I. Quæritur fortitudo quomodo causatur? solutio in prima regula K. Quæritur fortitudo cum quibus habitibus est magis habituata? solutio in secunda regula K. Quæritur fortitudo vtrum fortior sit cum imaginatiua, quam cum sensitiua? & respondendum est, quod sic, eo quod cum imaginatiua est deliberatiua, cum sensitiua nequaquam.

DE QVAESTIONIBVS TEMperantiæ: & primo per principia.

CAP. XXXIV.

De quæstionibus temperãtia. & primo per principia.

VTRVM posita temperantia, ponantur temperabilia: sicut posita potentia auditiua, ponuntur audibilia? & respondendum est quod sic, nam sicut auditus esset frustra sine audibilibus: sic temperantia sine temperabilibus. Et in isto passu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

paſſu cognoſcit intellectus, quod quælibet virtus ſpecifica cauſat ſuas ſpecificas virtutes: ſicut antecedens ſuum conſequens. Et ideo intellectus per ea quæ cognoſcit eſt valde moralis. Quæritur quare temperantia eſt amabilis? ſolutio in primo paragrapho temperantiæ. Quæritur vtrum temperantia ſit magna, quomodo eſt difficilis? ſolutio in ſecundo. Vtrum temperantia noua ſit facilis? ſolutio in tertio. Vtrum temperantia poſſit exiſtere per ſe? ſolutio in quarto. Quæritur vtrum temperantia extra ſcibilitatem ſit à contingentia? ſolutio in quinto. Vtrum temperantia ſine amabilitate periclitetur? ſolutio in ſexto. Quæritur quare temperantia frequentius eſt neceſſaria quam alia virtus? & reſpondendum eſt quia gula quotidie pugnat contra illam? ſolutio in ſeptimo. Quæritur quare temperantia conuenit cum virtute? & reſpondendum eſt per hoc, quia ſine virtute non poſſet vincere gulam? & ſolutio in octauo. Quæritur, quare temperantia eſt vtilis? ſolutio in nono. Quærtiur temperantia cum quo principio habet maiorem vigorem? ſolutio in decimo. Quæritur temperantia cum quo tendit ad quietem? ſolutio in vndecimo. Quæritur quid eſt magis inimica temperantiæ, aut gula, aut auaritia? ſolutio in duodecimo. Quæritur temperantia in quo tempore magis indiget fortitudine? ſolutio in 13. Quæritur temperantia vbi menſurat? ſolutio in 14. Quæritur quare labor eſt quies temperantiæ? & reſpondendum eſt, vt acquirat meritum cum labore: & vade ad 15. Quæritur temperantia cum quo eſt maior? ſolutio in 16. Quæritur actus temperantiæ cum quo eſt? ſolutio in 17. Temperantia cum quo eſt infirma? ſolutio in 18.

DE QVAESTIONIBUS TEMperantiæ per regulas. CAP. XXXV.

De quæſtionibus ſēperantiæ per regulas.

QVÆRITUR, temperantia per quem modum participat cum aliis virtibus? ſolutio in regula B. Quæritur temperantia quid eſt; ſolutio in prima ſpecie C. Quæritur temperantia cum quibus, & vbi cauſat ſua temperabilia, videlicet ſuas ſpecies? ſolutio in ſecunda ſpecie C. Quæritur temperantia quid eſt in ſubiecto in quo eſt? ſolutio in tertia ſpecie C. Quæritur temperantia quid habet in aliis virtutibus? ſolutio in quarta ſpecie C. Quæritur quę ſunt principia primitiua temperantiæ? ſolutio in prima ſpecie D. Vtrum temperantia abſq; imaginatione poſſit habere actum ſuum? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Quæritur vtrum temperantia ſit hominis aut animæ; & reſpondendum eſt, quod vtriuſq;, ſed maxime hominis, eo quia homo cum anima cauſat ipſam & in tertia ſpecie D. Quæritur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ritur temperantia quare eſt formaliter? ſolutio in prima ſpecie E. Quæritur temperantia, quare eſt? & reſpondendum eſt vt fiunt temperabilia, & vade ad ſecundam ſpeciem E. Quæritur temperantia quanta eſt? ſolutio in prima ſpecie F. Quæritur temperantia quot quantitates diſcretas habet? & reſpondẽdum eſt, quod tot quot ſunt ſua temperabilia, & in 2. ſpecie F. Quæritur quę eſt propria qualitas temperantiæ? ſolutio in prima ſpecie G. Queritur vtrum temperabilitates principiorum ſint ſecundarię qualitates temperantię? ſolutio in ſecunda ſpecie G Quæritur quomodo temperantia cauſat ſuas ſpecies in tempore? ſolutio in regula H. Quęritur temperantia vbi cauſat ſuas ſpecies? ſolutio in regula I. Quæritur temperantia quomodo temperat temperabilia? & reſpondendum eſt per ſimilitudinem, videlicet per illum modum per quem ſenſus ſenſat ſenſibilia, & vade ad primam regulam K. Quęritur temperantia cum quo eſt? & reſpondendum eſt, quod ipſa eſt cum iuſticia, prudentia, &c. Quæritur vtrum temperantia ſit altior virtus quam caſtitas? & reſpondendum eſt quod ſic, extenſe: intenſe vero non.

DE QUAESTIONIBUS FIDEI per principia. CAP. XXXVI.

De quæſtionib. fidei per principia.

VTRUM, poſita fide, ponantur ſic credulitates: ſicut poſito olfactu, ponantur odorabilitates? & reſpondendum eſt quod ſic: nam ſicut olfactus eſſet vacuus ſine odorabilitatibus, ſic fides ſine credulitatibus. Quæritur quę eſt cauſa quare intellectus agit ſuper ſua natura? Solutio in primo paragrapho fidei in nono ſubiecto. Quræitur quę eſt cauſa quare credere aſcendit ſuper intelligere? Solutio in ſecundo. Quæritur quid eſt fides in homine peccatore? Solutio in tertio Vtrũ fides & intellectus ſe poſſint habere circa eundem intellectum? Solutio in quarto. Quæritur per quem modum intellectus aſcendit cum fide ad ſummũ obiectum? Solutio in quinto. Vtrũ intellectus poſſit intelligere ſummum obiectum ſine fine? Solutio in ſexto. Vtrum fides ſit habitus intellectus? Solutio in ſeptimo. Quęritur quis eſt prius in veritate, aut fides, aut intellectus? Solutio in octauo. Quæritur quare intellectus aſcendit cum labore intelligendo: ſed cum delectatione credendo? Solutio in nono. Quæritur, per quem modum intellectus eſt inſtantaneus & ſucceſſiuus obiectando? Solutio in decimo. Quęritur per quem modum intelligere & credere concordant in eodem obiecto? Solutio in vndecimo. Quęritur per quod ſignum cognoſcitur, quę lex eſt vera, aut lex Chriſtianorum, aut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aut Iudeorum, aut Saracenorum? Solutio in 12. Quęritur per quem modū fides eſt diſpoſitio intellectus? ſolutio in 13. Quæritur, per quem modum fides & intellectus aſcendunt ad objectum? ſolutio in 14. Quæritur, per quem modum in via fides exiſtit inter intellectum & Deum? ſolutio in 15. Quæritur, vtrum duæ leges oppoſitæ poſſint eſſe veræ & bonæ? ſolutio in 16. Quæritur, quæ ſunt ſigna, cum quibus cognoſcit vera fides & falſa fides? ſolutio in 17. Vtrum majus intelligere ſit contra majus credere? ſolutio in 17.

DE QUAESTIONIBUS FIDEI per regulas. CAP. XXXVII.

De quæſtionib fidei per regulas.

QUÆRITUR, quod meritum ſit prius aut fidei, aut intellectus? ſolutio in regula B. Quæritur, quid eſt fides? Solutio in 1. ſpecie C. Quæritur, per quem modum fides eſt habitus? Solutio in ſecunda ſpecie C. Quæritur, per quem modum vnus habitus conſiſtit ſuper alium? ſolutio in tertia ſpecie C. Quæritur, quid habet fides in potentia animæ, & converſo? ſolutio in quarta ſpecie C. Vtrum fides ſit à generante, aut à creante? ſolutio in 1 ſpecie D. Vtrum fides agat per formam ſpecificam? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Vtrum fides ſit poſſeſſa ab intellectu? & reſpondendum eſt quod ſic: nam ipſa eſt habitus ipſius intellectus, & vade ad tertiam ſpeciem D. Quæritur, fides à quo dependet? Solutio in prima ſpecie E. Vtrum fides ſit, vt intellectus habeat altum intelligere ſive credere? Solutio in ſecunda ſpecie E. Quæritur, fides quanta eſt? Solutio vade ad primam ſpeciem F. Quæritur, quæ ſunt quantitates diſcretæ fidei? & reſpondendum eſt, quod ſuæ credulitates: & vade ad ſecundam ſpeciem regulæ F. Quæritur, fides tum quo agit? Solutio in prima ſpecie G. Quæritur, quid eſt diſpoſitio fidei? Solutio in ſecunda ſpecie G. Quæritur, per quem modum fides conſiſtit in tempore, cum ſit immobilis, & quando ipſa corrumpitur, vtrum eadem fides reſurgat? Solutio in regula H. Vtrum fides ſit intellectus? Solutio in regula I. Quæritur, per quem modum Deus cauſat fidem? Solutio in prima regula K. Quæritur fides cum quo eſt? Solutio in ſecunda regula K. Vtrum fides ſit in prima? & reſpondendum eſt quod non: eo quod intellectus & ipſa non poſſunt eſſe in eodem gradu. Vtrum infidelis habeat fidem? & reſpondendum eſt quod non: eo quod non, fides enim abſque ejus veritate eſſe non poteſt.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBUS SPEI in nono subiecto: Et primo per principia.

CAPUT XXXIIX.

De quæstionib. spei in nono subiecto: & primo per principia.

VTRUM spes sit causa sperabilium, sicut gustus gustabilium? Et respondendum est quod sic: alioquin non esset virtus: verum tamen spes causat sperabilia moraliter: gustus autem gustabilia naturaliter. Vtrum spes sit habitus memoriæ, sicut charitas voluntatis & fides intellectus? Solutio in primo paragrapho capituli spei in nono subiecto. Quæritur memoria cum quo ascendit ad summum obiectum? Solutio in secundo. Quæritur spes cum quo durat? Solutio in 3. Quæritur quid est in memoria potestas superior & potestas inferior? Solutio in 4. Quæritur quid est magnus amicus hominis in hora mortis? Solutio in 5. Quæritur quid est magna amica hominis in suis aduersitatibus? Solutio in 6. Quæritur memoria cum quo est virtuosa? Solutio in 7. Quæritur quæ est spes formata & spes difformata? Solutio in 8. Quæritur quare spes causat lætitiam: suum autem oppositum tristitiam? Solutio in 9. Quæritur quæ differētia inter sperare & recolere? Solutio in 10. Quæritur per quem modum recolere & sperare se disponunt ad inuicem? Solutio in 11. Quæritur vtrum spes legitima & spes spuria possint esse in eodem subiecto? Solutio 12. Qæritur quę est infirmitas memoriæ? Solutio in 13. Quæritur spes per quē modum est medium inter Deum & hominem? Solutio in 14. Quæritur per quem modum spes causat quietem? Solutio in 15. Quæritur per quem modum spes est signum veræ legis? Solutio in 16. Vtrum sperare & recolere se possint coæquare in assumendo summum obiectum? Solutio in 17. Quæritur per quem modum peccatores cadunt in desperationem? Solutio in 18.

DE QUAESTIONIBUS SPEI per regulas. CAP. XXXIX.

De quæstionib. spei per regulas.

VTRUM spes sit habitus memoriæ? Solutio in 9. subiecto in capitulo spei in regula B. Quæritur quid est spes? Solutio in prima specie C. Quæritur spes cum quibus agit per suam speciem? Solutio in 2. specie C. Quæritur quid est spes in alio? Solutio in 3. specie C. Quæritur spes cuius est aptitudo? Solutio in 4. specie C. Vtrum spes sit à generante aut à creante? & respondendum est, quod ipsa est à creante, eo quia supra subiectum est ædificata: sicut cappa supra cappatum; & vide in prima specie D. Quæritur correlatiui spei à quibus deriuantur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur? Solutio in 2. ſpecie D. Quæritur, ſpes cuius eſt inſtrumentum? ſolutio in tertia ſpecie D. Quæritur, ſpes quare eſt ſpes? Solutio in 1. ſpecie E. Quæritur, ſpes quare eſt? Solutio in ſecunda ſpecie E. Vtrum ſpes ſit indiuiſibilis? Solutio in prima ſpecie F. Quæritur, ſpes in quo creſcit & decreſcit? Solutio in ſecunda ſpecie F. Quæritur, quid eſt proprius actus ſpei? Solutio in prima ſpecie G. Quæritur, quæ ſint ſecundariæ proprietates ſpei? Solutio in ſecunda ſpecie G. Quæritur, per quem modum omnia tempora in ſpe cõprahenduntur? Solutio in regula H. Quæritur, ſpes vbi cauſat ſuas ſpecies? Solutio in regula I. Quæritur, ſpes cum quo generatur aut corrumpitur? Solutio in prima regula K. Vtrum ſpes ſit cum diſpoſitione ſubjecti? in quo eſt ſolutio in 2. regula K. Vtrum ſpes ſit altior virtus quam iuſticia? & dicendum eſt quod ſic: eo quia iuſticia menſurat cum menſura; Spes autem ſupra menſuram. Vtrum ſpes ſit amica miſericordiæ? reſpondendum eſt, quod ſic: eo quia ſua ancilla eſt. Vtrum ſpes ſit theſaurus pauperum? & dicendum eſt quod ſic; eo quia cauſat læticiam & fugat triſticiam. Quæritur, quid eſt inimica ſpei? Et dicimus quod obliuio. Vtrum ſpes cauſat iuſticiã? & reſpondendũ eſt quod ſic: homo .n. ſperãs in Deo iuſtũ ſe reddit.

DE QUÆSTIONIBVS CHARITATIS, & primò per principia. CAP. XL.

VTRVM charitas ſit cauſa charitabilium : ſicut tactus eſt cauſa tactibilium? & dicimus ſic : ſi enim charitas non eſſet cauſa charitabilium, non poſſet eſſe habitus voluntatis : ſicut tactus ſenſus communis non eſſet cauſa ad iudicãdum ſenſibilia. Quæritur quare charitas eſt habitus voluntatis? Solutio in primo paragrapho charitatis in nono ſubjecto. Quæritur, quare charitas facit omnia bona communia? Solutio in ſecundo. Quæritur, charitas cum quo facit durare ſeipſam? Solutio in 3. Quæritur, charitas quare vincit omnia? Solutio in 4. Quæritur, per quem modum charitas eſt diſpoſitio intellectus ad intelligẽdum ſummum intelligibile? Solutio in 5. Quęritur, cum quo voluntas ſe diſponit ad amandum ſummum amabile? Solutio in 6. Quæritur, quare charitas eſt altior virtus quam aliæ virtutes? Solutio in 7. Quæritur, cum quo charitas vincitur, & cum quo vincit imaginabilia & ſenſibilia? Solutio in 8. Quæritur, quare charitas in omnibus inuenit deiectationem? & reſpondendum eſt ex eo, quia ipſa eleuat voluntatem ſupra imaginabilia & ſenſibilia? & ſolutio in 9. Quæritur, quare charitas non quærit ea quæ ſua ſunt? Solutio in decimo. Quæritur, quæ eſt de ratione charitatis? Solutio in vndecimo. Quæritur, quare

De quæſtionibus charitatis & primo per principia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

charitas non inuenit contrarium? Reſpondendum eſt per hoc quia ipſa vincit illud: & Solutio in duodecimo. Quæritur, per quem modum charitas habet prius poſterius? Solutio in decimotertio. Quæritur, quid eſt nũcius inter amicum & ſummum amatum? Solutio in decimoquarto. Quæritur, voluntas cum quo in omnibus quieſcit? Solutio in decimoquinto. Quæritur, cum quo charitas eſt ſignum veræ legis? & reſpondendum eſt, quod cum maioritate? & vade ad 16. Quæritur, quid eſt ſignum charitatis? Solutio in 17. Quæritur, quid eſt corruptio charitatis? Solutio in 18.

DE QUAESTIONIBVS CHARITATIS per regulas. CAP. XLI.

De quæſtionibus charitatis per regulas.

UTRVM charitas ſit habitus voluntatis? Solutio in regula B. in nono ſubjecto. Quæritur, quid eſt charitas? Solutio in prima ſpecie C. Quæritur, charitas habẽs ſpecificas ſpecies, cum quibus eſt ſpecifica virtus? Solutio in ſecunda ſpecie C. Quæritur, quid eſt charitas in aliis virtutibus? Solutio in tertia ſpecie C. Quæritur, quare charitas habet quicquid vult? & reſpondendum eſt per hoc, quod eſt altior virtus omnibus virtutibus: & vade in quarta ſpecie C. Quæritur, quare charitas eſt infuſa & non acquiſita? Et reſpondendum eſt per hoc, quia per acquiſitionem non poſſet eſſe ita alia virtus ſicut eſt, niſi per infuſionẽ, & vide in prima ſpecie D. Quæritur, charitas ex quo eſt? Solutio in ſecunda ſpecie D. Quæritur, quare qualitas eſt voluntatis? Solutio in tertia ſpecie D. Quæritur, quid eſt cauſa charitatis? Solutio in prima ſpecie E. Quæritur, quare charitas eſt? Solutio in ſecunda ſpecie E. Quæritur, vtrum charitas habeat magnam quantitatem? Solutio in prima ſpecie F. Vtrum eſſentia charitatis creſcat aut decreſcat? & reſpondendum eſt quod non: ipſa enim non eſt habitus punctalis neque linealis: & vade ad ſecundam ſpeciem F. Quæritur, quid eſt primitiua quantitas charitatis? Solutio in prima ſpecie G. Quæritur, quæ eſt ſecundaria qualitas charitatis? Solutio in ſecunda ſpecie G. Quæritur, per quem modum charitas eſt inſtantanea & ſucceſſiua? Solutio in regula H. Quæritur, charitas vbi eſt? Solutio in regula I. Quæritur, charitas quomodo eſt? Solutio in prima regula K. Quæritur, charitas cum quo eſt? Solutio in ſecunda regula K. Quæritur, per quod homo poteſt cognoſcere, ſi ipſe habet charitatem aut non? & reſpondendum eſt per ea quæ de illa ſuperius dicta ſunt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE QVÆSTIONIBVS PATIENtiæ in nono ſubiecto: & primò per principia.

CAPVT. XLII.

De quæſtionibus patiẽtia in nono ſubiecto & primò per principia.

VTRVM patientia ſit ſic cauſa patibilium: ſicut affectus affectibilium eſt cauſa? & reſpondendum eſt quod ſic. Nam ſicut affectus non eſſet ſenſus abſque affectibilibus: ſic nec patiẽtia eſſet virtus abſque patibilibus. quæritur, patientia cum quo eſt habitus voluntatis? Solutio in primo paragrapho patientiæ in nono ſubjecto. quæritur, voluntas cum quo vincit iram? Solutio in ſecundo. quæritur, patientia cum quo eſt fortis? Solutio in tertio. Vtrum patientia cum abſtinentia & prudentia ſit potens? Solutio in quarto. quæritur, patientia cum quo viuit? Solutio in quinto. Patientia cum quo eſt de genere humilitatis? Solutio in ſexto. Patientia cum qua virtute eſt magis alta? Solutio in 7. Vtrum vera patientia quietat ea quæ ſua ſunt? Solutio in octauo. Vtrum patientia fugat triſticiam? Solutio in nono. Vtrum patientia diſtinguat inter ſuum amicum & ſuum inimicum? Solutio in decimo. quęritur, patientia cum quibus virtutibus eſt connexa? Solutio in vndecimo. quęritur, quare patientia vincit? Solutio in 12. quęritur, patientia quid habet in cauſis? ſolutio in 13. quęritur, patientia inter quę eſt medium? ſolutio in decimoquarto quęritur, homo patiẽs cum quo quieſcit? ſolutio in decimoquinto quęritur, patientia cum quo eſt maior virtus? ſolutio in decimoſexto. quęritur, quod eſt officium patientię? ſolutio in decimoſeptimo. quęritur, patientia cum quo periclitatur? ſolutio in decimooctauo.

DE QVAESTIONIBUS PATIENtiæ per regulas. CAP. LXIII.

De quæſtionibus patiẽtiæ per regulas.

QVÆRITVR, quare patientia abſolutè eſt fortior quam impatientia? ſolutio in regula B. quęritur, quid eſt patientia? ſolutio in prima ſpecie C. quęritur, patientia cum quibus patitur? ſolutio in ſecunda ſpecie C. Vtrum patientia ſit in charitate manſueta, & in prudentia diſcreta? ſolutio in quinta ſpecie C. Vtrum voluntas per patientiam habeat ea quę vult? ſolutio in quarta ſpecie C. quęritur, quę ſunt principia primitiua patientię? ſolutio in prima ſpecie D. quęritur, quę sũt principia ſecundaria patientię? ſolutio in ſecunda ſpecie D. quęritur, voluntas cum quo deſcendit ad eligendum paſſiones? ſolutio in tertia ſpecie D. quęritur, patientia cum quibus virtutibus eſt neceſſitata? ſolutio in prima ſpecie E. Quæritur, patientia quare eſt? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Vtrum eſſentia patientię

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habeat cum quo creſcat? ſolutio in prima ſpecie F. Vtrum patientia habeat qualitates diſcretas? ſolutio in ſecunda ſpecie F. Quæritur. quæ eſt propria proprietas patientiæ? ſolutio in prima ſpecie G. Quæritur, quæ ſunt ſecundariæ qualitates patientiæ? ſolutio in ſecunda ſpecie G. Quæritur, per quem modum patientia eſt in tempore inſtantanea per illam nouitatem quam accipit in ſui creatione; & ſucceſſiua de vno in aliud? ſolutio in regula H. Quæritur, quæ ſunt loca patientiæ? ſolutio in regula I. Quęritur, patientia quomodo acquiritur? ſolutio in prima regula K. Quæritur, patientia cum quo fortificatur? ſolutio in ſecunda regula K. Quid eſt ante contra iram aut patientia aut abſtinentia? & reſpondendum eſt, quod patientia. Nam ipſa abſtinentia à patientia oritur. Vtrum patientia cauſetur æqualiter à fortitudine & prudentia? Reſpondẽdum eſt quod ſic: alioquin iam patientia non eſſet fons abſtinentiæ.

DE QVÆSTIONIBVS PIETATIS in nono ſubiecto: Et primò per principia.

CAPVT. XLIV.

De quæſtionibus pietatis in nono ſubiecto, & primò per principia.

VTRVM pietas ſit cauſa pietabilium: ſicut imaginatio eſt cauſa imaginabilium? & dicimus quod ſic. Quia ſicut imaginatio non eſſet habitus ſine imaginabilibus: ſic pietas ſine pietabilibus. Quæritur, cum quo voluntas ſe diſponit ad habendum dolores proximi ſui? ſolutio in primo paragrapho pietatis in nono ſubiecto. Quæritur, vtrum ſuſpiria & fletus ſint ſigna magnæ pietatis? ſolutio in ſecundo paragrapho. Quæritur, pietas cum quo durat? ſolutio in tertio. Quæritur, quæ ſunt ſigna poteſtatis pietatis? ſolutio in quarto. Quæritur, cum quo intellect⁹ cognoſcit pietatem? ſolutio in quinto. Quęritur, quare pietas eſt amabilis? ſolutio in ſexto. Pietas cum quibus ſe oſtendit eſſe virtutem? ſolutio in ſeptimo. Quæritur, quid eſt medicina crudelis voluntatis? ſolutio in octauo. Volũtas cum quo ſe conſulat? ſolutio in nono. Quæritur, quare pietas non diſtinguit inter proprium & commune? ſolutio in decimo. Homo pius cum quo pacificat inimicum? ſolutio in vndecimo Pietas cum quo vincit impietatem? ſolutio in duodecimo. Quæritur, quid eſt materia pietatis? Et reſpondendum eſt, quod ſuperbia: non tamen dico per rectam lineam, ſed per obliquam, videlicet eſt occaſio, ſed non tamen cauſa? & vade ad decimum tertium. Vtrum pietas ſit in extremis? ſolutio in decimoquarto. Quæritur, cum quo voluntas ſe delectat in ſuis aduerſitatibus? ſolutio in decimoquinto. Vtrum maior pietas ſit maius ſignum veræ legis? ſolutio in decimoſexto. Quæritur,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pietas

pietas cum quo mensurat? solutio in decimoseptimo. Quæritur, vtrum absentia suspirii & fletus sit signum minoris pietatis? solutio in decimooctauo.

DE QVAESTIONIBVS PIETATIS per regulas. CAP. XLV.

De quæstionibus pietatis per regulas.

VTRVM charitas sit habitus pietatis? solutio in regula B. in nono sub recto in capitulo pietatis. Quęritur, quid est pietas? solutio in prima specie C Quæritur, pietas cũ quibus agit specifice? solutio in secunda specie C. Quęritur, pietas cuius est signum? solutio in tertia specie C. Quæritur, quid habet pietas in subjecto in quo est? solutio in quarta specie C. Quæritur quæ sunt principia priora pietatis? solutio in prima specie D. Vtrum suspiria fletus sint signa significantia materiam pietatis? solutio in secunda specie D. Vtrum pietas sit voluntatis? & respondendum est sic: eo quia suus primus motor est, & vade ad tertiam speciem D. Quæritur, cum quo cognoscitur quãritas pietatis? solutio in prima specie F. Quæritur, cum quo pietas crescit aut decrescit actum suum? solutio in secunda specie. Quæritur, quæ est propria qualitas pietatis? solutio in prima specie G. Quæritur, quæ est secundaria qualitas pietatis? solutio in secunda specie G. Quæritur, quomodo cognoscitur pietas? solutio in regula H. Quæritur, vbi est pietas? solutio in regula I. Quęritur, pietas quomodo acquiritur? solutio in prima regula K. Quæritur, pietas cum quibus est? solutio in secunda regula K. Quęritur, pietas cum quibus est: quomodo generat suspiria & fletus? dicendum est, quod per modum quem habet charitas ad mouendam cum pietate imaginatiua mouentem sensitiuam calefaciendo cor, ut influat suspiria, cum quibus calefaciat ascendentem ad oculos calefactos, à quorum calore aquam fudit lachrimando Diximus de nouem virtutibus: & sicut diximus de illis per principia & regulas; sic potest dici de vitiis ei, contrariis modo contrario, videlicet de iniuria, imprudentia, debilitate cordis, intemperantia, infidelitate, desperatione, crudelitate, impatientia & impietate.

DE QVAESTIONIBVS VITIORVM in nono subiecto per principia & regulas deductorum: Et primò de auaricia. CAP. XLVI.

De quæstionibus vitiorũ in nono

VTRVM auaricia habeat suas species, sicut largitas suas. Et dicimus quod sic: alioquin ipsæ non haberent cum quo essent contrarię. Quæritur, auaricia cum quo impedit lar-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubiecto per principia & regulas deductorũ & primo de auaritia.

gitatem? Solutio in 1. paragrapho in capitulo auariciæ in nono ſubjecto. Quæritur, auaritia cum quo magnificat malum? Solutio in 2. Quæritur, quare auarus non quieſcit? Solutio in 3. Vtrum auarus poſſit quieſcere auaritia? ſolutio in 4. Quæritur, quare auarus creditur eſſe largus? ſolutio in 5. Vtrum auaricia elevet voluntatem ſuper viribus largitaris? ſolutio in 6. Vtrum homo auarus ſub habitu auariciæ credat aut intelligat? ſolutio in 7. Quæritur, an homo auarus hoc quod eſt verum credat eſſe falſum? ſolutio in 8. Vtrum auarus habeat cum auaritia aliquid in quo quieſcat? ſolutio in 9. Quæritur, homo auarus, vtrum credit hoc quod eſt auaricia, ſit largitas? ſolutio in decimo. Vtrum homo auarus cum homine iuſto prudente concordare poſſit? ſolutio in vndecimo. Quæritur, quare homo auarus eſt malus vicinus ſiue ſocius? ſolutio in 12 Quæritur, homo auarus quomodo ſe habet cum principiis cauſalibus? ſolutio in 13. Homo auarus cum quo menſurat ea quæ habet? ſolutio in 14. Vtrum homo auarus quieſcat cum habitibus priuatiuis: ſicut largus cum poſitiuis? ſolutio in 15. Quæritur, quid eſt maioritas auariciæ? ſolutio in 16. Quæritur, quare auaricia non conſiſtit in medio? ſolutio in 17. Vtrum minoritas auariciæ ſit contra largitatem? ſolutio in 18.

DE QVAESTIONIBVS AVARIciæ per regulas. CAP. XLVII.

De quæſtionibus auaritiæ per regulas.

VTRVM auaricia ſit generalius peccatum? ſolutio in regula B. Quęritur, quid eſt auaricia? ſolutio in prima ſpecie C. Quæritur, quæ ſunt correlatiua auariciæ? ſolutio in 2. ſpecie C. Quæritur, quare auaricia eſt de genere paupertatis? ſolutio in 3. ſpecie C. Quæritur, quid habet homo auarus in ſuis diuitiis ſolutio in 4. ſpecie C. Vtrum auaricia habeat naturam? & reſpondendum eſt, quod non: eo quod largitas habeat eam, & vide in prima ſpecie D. Quæritur, peccatum auariciæ de quo eſt? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Vtrum homo auarus ſit auariciæ? & reſpondendum eſt, quod ſic: quia ſicut largus eſt largitatis, & vide in tertia ſpecie D. quæritur, auaricia quare eſt? ſolutio in prima ſpecie E. quæritur, vtrum auaricia ſit, ut homo non quieſcat? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Vtrum auaricia ſit commixta cum largitate? ſolutio in prima ſpecie F. quęritur, auaricia cum quo creſcit aut decreſcit actus ſuos? ſolutio in ſecunda ſpecie F. quæritur, quare homo auarus quanto magis habet, tanto plus appetit habere? ſolutio in prima ſpecie G. quæritur, quæ ſunt proprietates appropriatæ auariciæ? ſolutio in ſecunda ſpecie G. quæritur, quomodo homo auarus vtitur tempore? ſolutio in

regula

(c) 2006 Ministerio de Cultura

regula H quæritur,auaricia vbi eſt? ſolutio in regula I. quæritur,quomodo auaricia eſt? ſolutio in prima regula K. Item reſpondendum eſt, quod ipſa eſt per modum nolendi: ſicut largitas eſt per modum volendi. quæritur, auaricia cum quo eſt? ſolutio in ſecunda regula K. Vtrum peruerſum velle & peruerſum nolle ſint cauſæ auariciæ? & dicimus,quod ſic. Ratio huius eſt,quia rectum velle & rectum nolle ſunt cauſæ largitatis.

DE QVAESTIONIBVS GVLAE & primò per principia. CAP. XLIIX.

VTRVM gula ſic cauſet guloſitatem videlicet ſuas ſpecies: ſicut temperantia temperalitates? & dicimus,quod ſic:quia ſi non,iam gula non haberet cum quo eſſet peccatum ſpecificum: ſicut temperantia habet cum quo eſt virtus ſpecifica. quę ritur,homo guloſus,vtrum cognoſcit quod nimia comeſtio facit ſibi malum , & tamen credit quod faciat ſibi bonum? & reſpondendum eſt,quod habitus guloſitatis facit ipſum credere hoc quod eſt ſupra ſuum intelligere; & vide in primo paragrapho noni ſubjecti in C. gulæ. quare homo guloſus credit, quod nimia potatio non ſit malum? & reſpondendum eſt, quod magna guloſitas magnificat credere: & paruificat intelligere: & vide in 2. quæritur,quare homo eſt guloſus,poſtquam declarationes quas habet per gulam , non durant tantum quantum pœnę quas per illas patitur? & dicendum eſt,quod eſt ex eo,quia ſupponit & non intelligit:& vide in tertio. quæritur, quare homo guloſus ſub habitu gulæ eſt ligatus? Solutio in 4. quæritur,quæ eſt diſpoſitio ad peccandum? Solutio in 5. quæritur,quæ eſt cauſa peruerſi appetitus voluntatis? Solutio in 6. quare gula eſt cõtra omnes virtutes? Solutio in . quæritur, cum quo homo in menſa decipit ſeipſum? Solutio in 8. quæritur,cum quo gula, in quo ſenſu cauſat delectationes , & in quo dolores? Solutio in 9. quare guloſus non diſtinguit inter infirmitatem & ſanitatem? Solutio in 10. quęritur , homo guloſus cum quo vtitur concordantia? Solutio in 11. Gula quorum eſt inimica? Solutio in 12. quæritur,quæ ſunt ſigna gulæ? Solutio in 13. Vtrum guloſus peruertat menſuram & immenſuram? Solutio in 14. quæritur,quare homo guloſus non inuenit quietem? Solutio in 15. Item reſpondendum eſt,quia ipſe cum gula inquirit quietem. quæritur quæ ſunt maiores proſperitates guloſi? Solutio in 16. quæritur, cum qua menſura guloſus menſurat principia innata vegetatiuæ? Solutio in 17. quęritur, cum quo homo guloſus eſt contra charitatem? Solutio in 18.

& primò per principia.

Qq 4

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS GVLAE perregulas. CAP. XLIX.

De quæstionibus gulæ perregulas.

VTRVM gula dependeat magis à voluntate quam ab intellectu? Solutio in regula B. Quæritur, quid est gula? Solutio in prima specie C. Quæritur, quæ sunt monstruositates gulę? Solutio in secunda specie C. Quæritur, quid est gula in subiecto in quo est? Solutio in tertia specie C. Quæritur, gula quid habet in subjecto in quo est? Solutio in quarta specie C. Queritur, gula quare non est de aliquo? Solutio in prima specie D. Vtrum gula sit de habitibus priuatiuis? Solutio in 2. specie D. Quæritur, vtrum gula sit animæ aut corporis? & respondendum est, quod ipsa est animæ primò: secundariè autem corporis. Nam peccatum in anima & per animam incipit, & deinde per corpus, & vide in tertia specie D. Vtrum gula sit à necessitate aut à cõtingentia? Solutio in prima specie E. Quæritur gula quare est? Solutio in secunda specie E. Quæritur, quare gulosus non potest moraliter saturari: sed tantum saturatur sensibiliter? Solutio in prima specie F. Adhuc est respondendum, quod ipsa est tanta, quantum gulosus suum actum augmentare potest. Quæritur, per quem modum gula sublevat appetitum voluntatis, imaginationis & gustus? Solutio in prima specie G. Quęritur, quæ species gulæ competunt animæ, & quæ corpori? Solutio in secunda specie G. Quæritur, quando se habet gula in tempore? Solutio in regula H. Quæritur, quæ sunt loca gulæ? Solutio in regula I. Quæritur, gula quomodo est? Respondẽdum est, quod ipsa est per contrarium medium tẽperantiæ, & vade ad primam regulam K. Quæritur, gula cum quo est? solutio in secunda regula K. Quæritur, vtrum gula distet magis à iustitia quã à prudentia? & respondendum est quod sic? eo quia temperantia quę est suum oppositum, consistit per æqualitatem. Vtrum gula distet æqualiter à fortitudine & prudentia? & respondendum est quod sic: eò quia absque temperantia in ipsis esse non potest.

DE QVAESTIONIBVS LVXVRIAE per principia. CAP. L.

De quæstionib. luxuriæ per principia

VTRVM luxuria causet luxuriabilia: sicut castitas causat castabilia? & dicimus quod sic. Alioquin luxuria non haberet cum quo resisteret castitati. Quæritur, cum quo luxuriare sistit castitati? Solutio in primo paragrapho. Quæritur, per quẽ modũ luxuria est occasio cõscientiæ? Solutio in secundo. Quęritur, culpa de quo durat? Solutio in tertio. Quęritur, per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quem

quem modum luxurioſus eſt ligatus? Solutio in quarto. Quæritur luxurioſus an credat quod luxuria nõ ſit peccatum? ſolutio in quinto. Quæritur luxuria quare cum pleriſq; ſignis cauſat actus ſubſtantiales? ſolutio in 6. Vtrum luxuria faciat aſcẽdere credere ſupra intelligere? ſolutio in 7. Quæritur luxurioſus cum quo decipit ſeipſum? ſolutio in 8. Luxurioſus cum quo diſponit ſe ad labores? ſolutio in 9. Quæritur quare intellectus luxurioſi eſt obſtinatus? ſolutio in decimo. Quæritur an pulchritudo & turpitudo concordant? ſolutio in vndecimo. Vtrũ luxuria ſit habitus cõtrarietatis? Ad quod dicendũ eſt quod ſic: eo quia ipſa eſt habitus peruerſus, & vide in duodecimo. Luxuria quomodo eſt peccatum? ſolutio in 13. Quæritur imaginatio eſtne inſtruẽmtum luxuriæ? ſolutio in decimoquarto. Quæritur quid eſt vltimus finis luxurioſi? ſolutio in decimoſexto. Quæritur quare luxuria coẽtando ſe multiplicat? ſolutio in 17. Quæritur per quem modum luxuria in ſuo ſubiecto conſiſtit in vno, & eodem tempore in fieri, & in facto eſſe? ſolutio in 18.

DE QVÆSTIONIBVS LUXURIÆ, *per regulas.* CAP. LI.

De quæſtionib. luxuriæ per regulas.

QVARE luxuria citius incipitur per imaginatiuam quam per ſenſitiuam, cum ſua ſigna ſint ſenſibilia? Solutio in regula B. Quæritur quid eſt luxuria? Solutio in prima ſpecie C. Quæritur, vtrum luxuria agat per ſuam ſpeciem? Solutio in ſecunda ſpecie C. Quæritur, luxuria vbi eſt peccatum intenſum, & vbi inſtantaneum, & in inſtanti, & vbi eſt in ſucceſſione? Solutio in tertia ſpecie C. Quare luxuria habet in homine luxurioſo tam magnam poteſtatem? & reſpondendũ eſt ex eo quia ſuus habitus eſt Solutio in quarta ſpecie C, Cum luxuria ſit habitus cauſans malum magnũ: quare dicitur, quod ipſa nihil eſt? ſolutio in 1, ſpecie D. Quæritur vtrũ luxuria dependeat à monſtruoſitate morali? ſolutio in ſecũda ſpecie D. Quæritur vtrũ homo ſit luxuriç, & è contra? ſolutio in 3. ſpecie D. Quæritur quare luxuria eſt? & eſt dicendum, quod ipſa eſt, quia ſua cauſa ſua eſt: & vade ad 1. ſpeciem E Quæritur quare luxuria eſt habitus primariuus, cum ſit inſtrumentũ ſubiecti in quo eſt? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Vtrum luxuria habeat quantitatem continuam? ſolutio in prima ſpecie F. Vtrũ luxuria corrumpatur, corrumpendo actus ſuos? Solutio in 2. ſpecie F. Quare eſt prima qualitas luxuriæ? Solutio in prima ſpecie G. Quæ eſt ſecundaria luxuriç qualitas? Selutio in ſecunda ſpecie G. Quçritur per quem modum luxuria eſt in tempore? So-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lutio in regula H. Quæritur luxuria vbi cauſat ſuas ſpecies? Solutio in regula I. Quæritur luxuria quomodo eſt? Solutio in 1. regula K. Quæritur luxuria cum quo eſt? Solutio in 2. regula K. Quæritur luxuria cum quo generatur? & cum quo corrumpitur? & reſpondendum eſt, quod ipſa generatur cum corruptione caſtitatis: & corrumpitur cum caſtitatis generatione. Quæritur quid eſt remedium luxurię? & eſt reſpondendum, quod eſt recordari ſæpe ea, quæ de ipſa dicta ſunt: & imaginari pœnas infernales, & gloriam cœleſtialem.

DE QVAESTIONIBVS ſuperbiæ, per principia. CAP. LIII.

De quæſtionib ſuperbia per regulas.

VTRUM ſuperbię ſit cauſa ſuperbilium: ſicut humilitas humilium? & reſpondendum eſt quod ſic: eo quia ſunt habitus contrarii. Quæritur an ſuperbia aſcendendo deſcendet? Solutio in primo paragrapho. Quæritur an ſuperbia minorificat ſubiectum ſuum, cum ipſa apperat ipſum eſſe magnum? ſolutio in ſecūdo. Quare ſuperbia eſt inimica ſubiecto in quo eſt? ſolutio in tertio. Quæritur, quare poteſtas ſuperbiæ contra poteſtatem humilitatis ſtare non poteſt? ad quod dicendum eſt eo, quod ſuperbia eſt habitus priuatiuus: humilitas autem poſitiuus. Vtrum ſuperbia ſit habitus ſuperius per credere, & deſcēdat per intelligere? ſolutio in 5. Quæritur quare eſt homo ſuperbus: & quare per ſuperbiam deſcendat: & quare per velle deſcendit? ſolutio in 6. Vtrum ſuperbia ſit per credere aut per intelligere? ſolutio in 7. Vtrū ſuperbia ſit de genere virtutū? ſolutio in 8. Quæritur quare homo ſuperbus non quieſcit? Reſpondendū eſt per hoc, quia humilis quieſcit? & vide in nono. Quæritur quare homo ſuperbus non diſtinguit? & reſpondendum eſt per hoc, quia non cognoſcit ſemetipſum: & vide in decimo. Quare ſuperbia habet concordantiam cum omnibus vitiis? ex eo, quia humilitas cum omnibus virtutibus concordat; & vide in vndecimo. Quare ſuperbia contradicit virtutib. propter hoc, quia humilitas contradicit omnib. vitiis; & ſolutio in 12. Vtru ſuperbia ſit occaſio humilitatis? ſolutio in 13. Quæ eſt cauſa quare ſuperbia deſcendit? ſolutio in 14. Quare ſubiectum cum quo ſuperbia eſt, non quieſcit? ob hoc, quia ipſum cum humilitate quieſcit; ſolutio in 15. Cum quo maior ſuperbia cognoſcitur? Solutio id 16. Quare ſuperbia non vult ſocium ęqualem? ſolutio; quia humilitas vult illum: & vade ad 17. Vtrum ſuperbia ſit magis per ſenſum quam per intellectum: poſito tamen quod intellectus credat? Solutio in 18.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE QUAESTIONIBVS *superbiæ per regulas.* CAP. LIII.

De quæstionib. superbiæ per regulas.

QVÆRITUR, in qua potentia animæ ſuperbia eſt inferius & in qua ſuperius? Solutio in regula B. Quæritur, quid eſt ſuperbia? ſolutio in prima ſpecie C. Quare ſuperbia eſt peccatum ſpecificum? ſolutio in ſecũda ſpecie C. Quæritur quid eſt ſuperbia in aliis peccatis? ſolutio in tertia ſpecie C. Quid habet ſuperbia in ſubiecto in quo eſt? ſolutio in 4. ſpecie C. Superbia de quibus eſt habitus priuatiuus? ſolutio in 1. ſpecie D Quæritur quæ ſunt primariæ ſpecies ſuperbiæ: & quæ ſunt ſecundariæ? ſolutio in ſecũda ſpecie D. Vtrum ſuperbus aliquo modo ſit ſuperbiæ? ſolutio, dicendum eſt quod ſic: quia ab ipſa captus eſt. Et vade ad tertiam ſpeciem D. Quare eſt ſuperbia? ſolutio in prima ſpecie E. Quæritur ſuperbia quo tendit? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Vtrum ſuperbia cum quantitate contínua corrumpatur? ſolutio in prima ſpecie F. Quæritur quare ſuperbia habet quantitates diſcretas? ſolutio in ſecunda ſpecie F. Quæritur quæ eſt prima paſſio ſuperbię? ſolutio in prima ſpecie G. Quæritur quæ eſt appropriata paſſio ſuperbiæ? ſolutio in ſecunda ſpecie G. Quæritur ſuperbia quando incipitur? ſolutio in regula H. Superbia vbi cauſat ſuas ſpecies? ſolutio regula I. Quæritur ſuperbia quomodo eſt? ſolutio in prima regula K. Quæritur ſuperbia cum quo eſt? ſolutio in ſecunda regula K. Vtrum ſuperbia inhæreat aliis peccatis? & dicendum eſt quod ſic. Ratio huius eſt; quia humilitas inhæret aliis virtutibus. Vtrum ſuperbia inſit angelo maligno? & dicendum eſt quod ſic: nam ipſe inhæret malo.

DE QUAESTIONIBUS *acediæ per principia.* CAP. LVI.

De quæſtionibus acediæ p principia.

QVÆRITUR, vtrum acedia habeat per ſuam naturam acedibilia: ſicut ſollicitudo ſollicitabilia? Et reſpondendum eſt quod ſic: vt habeant cum quibus ſint contrariæ. Quæritur vtrum acedioſus ratione ſuæ malicię ſit acedioſus? Solutio in primo paragrapho. Quæritur quæ acedia ambit pigritiam & ſollicitudinem? ſolutio in ſecundo. Quæritur acedia cum quibus durat? ſolutio in tertio. Quare homo volens agere bonum, eſt negligens? ſolutio in 4. Quare intellectus ſub habitu acedię ignorat eã? ſolutio in 5 Cũ voluntas ſit creata ad diligendũ bonũ; quare odit illud? ſolutio in 6. Quare acedia iudicat diligentiã pro vitio? ſolutio in 7. Quare acedia in veritate eſt pigra? ſolutio in 8. quare acedioſus delectatur in malis & pigratur in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in bonis? Solutio in 9. Quare acedia eſt inimica ſcientię? Solutio in 10. Quæritur acedia quomodo agit per concordantiã? Solutio in 11. Quæritur acedia cui eſt contraria? Solutio in 12. Quæritur pigritia quomodo ſe habet in cauſis? Solutio in 13. Quæritur acedia per quem modum impetit bonum? Solutio in 14. Quare acedioſus ſemper eſt in labore? Solutio in 15. Quæritur quid eſt fons vitiorum? Solutio in 16. Quæritur per quem modum acedia eſt fortis? Solutio in 17. Quęritur minor acedia cui eſt propinqua? Solutio in 18.

DE QVÆSTIONIBVS acediæ per regulas. CAP. LV.

De quæſtionibus acediæ per regulas.

QVÆRITVR, acedia quare minus cognoſcitur quam aliud peccatum? Solutio in regula B Quæritur quid eſt acedia? Solutio in prima ſpecie C. Correlatiua acediæ à quo ſunt? Solutio in ſecunda ſpecie C. Acedia quid eſt in aliis vitiis? Solutio in tertia ſpecie C. Quæritur quid habet pigritia in bonis? & quid habet in malis? Solutio in 4. ſpecie C. Quæritur quare acedia eſt habitus priuatiuus? Solutio in prima ſpecie D Acedia de quibus eſt? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Vtrum acedia ſit ligamen acedioſi ad agendum malum? Solutio in tertia ſpecie D. Acedia quare agit per ſuam ſpeciem? Solutio in prima ſpecie E. Quæritur quare eſt acedia? Solutio in ſecunda ſpecie E. Vtrum acedia poſſit eſſe mixta cum aliis vitiis ſine quantitate continua? Solutio in prima ſpecie F. Quare acedia habet actus ſucceſſionis, cum non ſit puctualis neq; linealis? Solutio in ſecunda ſpecie E. Quęritur quæ eſt propria qualitas acediæ? Solutio in prima ſpecie G Quæritur quæ ſunt paſſiones appropriatæ? Solutio in ſecunda ſpecie G. Acedioſus, quando vtitur tempore? ſolutio in regula H. Quæritur acedia vbi eſt? Solutio in regula I. Acedia quomodo eſt genita? Solutio in prima regula K. Acedia cum quibus efficitur? Solutio in ſecunda regula K. Qnæritur acedia à quo cauſatur magis, aut ab intellectu, & à voluntate? & eſt reſpondendum diſtinguendo videlicet quod ipſa cauſatur ab intellectu per pigritiam: & à voluntate magis per ſollicitudinem. Ratio huius eſt: quia intellectus in acquirendo ſpecies laborat: voluntatis autem nequaquam. Quare ocioſitas & ſolicitudo ſunt ſpecies acediæ? & reſpondendum eſt, quia intellectus non habet inhærentiam ad verum propter pigritiam; & ideo cauſat ocioſitatem: voluntas autem propter inhęrentiam quam habet ad malum, cauſat ſollicitudinem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS *inuidiæ. & primo per principia.* CAP. LVI.

De quæstionib. inuidiæ & primo per principia.

VTRVM inuidia habeat inuidiabilia, sicut sensitiua sensibilia? Ad quod dicendum est quod sic: alioquin inuidia non esset peccatum specificum. Veruntamen sensitiua habet species naturaliter: inuidia autem moraliter. Vtrum appetere bonum absolute sit bonũ? Solutio in primo paragrapho. Vtrum aliqua virtus per se posset destruere inuidiam? Solutio in secundo. Quæritur per quem modum deuincitur inuidia? Solutio in tertio. Quæritur cum quibus potestatibus inuidia deuincitur? Solutio in quarto. Quæritur quæ est cura contra inuidiam? Solutio in quinto. Quæritur quæ est corruptio inuidiæ? Solutio in sexto. Inuidiosus vtrum per quod mutatur sui habitus potest esse virtuosus? Solutio in septimo. Per quem modum inuidiosus seipsum decipit? Solutio in octauo. Quare inuidia non dat delectationem subiecto in quo est? Solutio in nono. Quæritur per quem modum inuidiosus in numerando vitia, potest curari sua inuidia? Solutio in decimo. Intellectus per quem modum agit contra inuidiam? Solutio in vndecimo. Inuidia & charitas cum quibus habitus se habent? Solutio in duodecimo. Quæ est dispositio inuidiæ? Solutio in decimotertio. Quæritur cum qua mensura destruitur mensura inuidiæ? Solutio in decimoquarto. Vtrum inuidia possit causare quietem; Solutio in decimoquinto. Cum qua maioritate maioritas inuidiæ deuincitur? Solutio in decimosexto. Cum qua æqualitate deuincitur æqualitas inuidiæ? Solutio in decimoseptimo. Inuidiosus per quem modum se habet ad sua & ad aliena? Solutio in decimooctauo.

DE QUAESTIONIBVS *inuidiæ per regulas.* CAP. LVII.

De quæstionib. inuidiæ per regulas

QVARE inuidia est generalius peccatum quam auaritia? Solutio in regula B. Quæritur quid est inuidia? Solutio in prima specie C. Inuidia cum quibus est hoc quod est? Solutio in secunda specie C. Inuidia quid est in suo subiecto? Solutio in tertia specie C. Quæritur inuidia de quibus est peccatum specificum? Solutio in prima specie D. Inuidia de quibus est secundarie? Solutio in secunda specie D. Vtrum inuidia sit ignorantia intellectus & maleuolentia voluntatis? Solutio in tertia specie D. Inuidia quare est effectus? Solutio in prima specie E. Vtrum inuidia sit inimica subiecti, in quo est? Solutio in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in ſecunda ſpecie E. Inuidia quanta eſt? Solutio in prima ſpecie F. Quare inuidia poſſit habere multos actus differentes numero? Solutio in ſecuda ſpecie F. Quæ eſt prima paſſio inuidię? Solutio in prima ſpecie G. Quæritur quæ eſt appropriata paſſio inuidiæ? Solutio in ſecunda ſpecie G. Inuidia per quem modum conſiſtit in tempore? Solutio in regula H. Signa inuidiæ vbi ſunt? Solutio in regula I. Quæritur inuidia quomodo eſt? ſolutio in prima regula K. Inuidia cũ quibus ſignis cognoſcitur? Solutio in ſecunda regula K. Quæritur vtrũ inuidia deſcendat ab intellectu aut à voluntate? & huic dicendũ eſt, quod ab vtroque, ab intellectu quidem ratione ſuperbiæ: ſed à voluntate ratione auaritiæ. Vtrum memoria & imaginatio ſint potentiæ communes inuidiæ? Cui dicẽdum eſt quod ſic: eo quia ipſæ ſunt potentiæ communes intellectui & voluntati.

DE QUAESTIONIBUS iræ, & primo per principia.

CAP. LIIX.

De quæſtionibus iræ, & primo per principia.

VTRUM tot iraſcibilia ſint ſub ira, quot charitabilia ſunt ſub charitate? Et dicimus quod non. Sicut in natura non ſunt tot monſtruoſitates, ſicut perfectiones. Quæritur. quid eſt remediũ iræ? ſolutio in principio capituli ſiue in primo paraprapho, qui eſt idem. Quæritur cum quo ira deuincitur? Solutio in ſecundo. Vtrum actus iræ ſit ſua duratio? Solutio in tertio. Poteſtas iræ cum qua poteſtate deuincitur? Solutio in quarto. Per quem modũ prudentia vincit iram? ſolutio in quinto. Charitas per quem modum creſcit actum ſuum? ſolutio in 6. Quomodo voluntas tranſit de ira in virtutẽ? ſolutio in ſeptimo. Per quem modum iraſci eſt ſupra intelligere? Solutio in octauo. Homo iratus cũ quo patitur, & cum quo reſurgit ab ira? Solutio in nono. Quare homo iratus non diſtinguit inter ſui malum & alterius malũ? Solutio in 10. Homo iratus cum quibus concordat: & cum quibus diſcordat? Solutio in vndecimo. Quæritur quæ eſt domina iræ? Solutio in duodecimo. ira cum quo generatur: & cum quo corrũpitur? Solutio in decimotertio. Quæritur cum quo ira menſuratur? Solutio in 10. Quare homo non quieſcit cum ira? Reſpondendum eſt per hoc, quia ira non quieſcit, ſed patientia, & vade ad decimumquintũ. Quæ eſt maior, aut patientia abſoluta, aut ira abſoluta? Solutio in decimoſexto Quæritur quare coęquabilia ſint de genere irę? Solutio in 17. Quæ poteſt eſſe minor, aut patientia aut ira? Solutio in 18.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS iræper regulas. CAP. LIX.

De quæstionib. iræper regulas.

VTRVM ira sit generalius peccatum? Solutio in regula B. Quæritur quid est ira? Solutio in prima specie C. Quare ira est habitus confusus? Solutio in secunda specie C. quid est ira in anima? Solutio in tertia specie C. Quare ira quãto magis tangitur, tanto magis multiplicatur? Solutio in quarta specie C Vtrum ira sit de seipsa? Solutio in prima specie D. Ira de quibus principiis est? solutio in secunda specie D. Vtrum ira habeat dominiũ? Solutio in tertia specie D. Ira quare est effectus? Solutio in prima specie E. Ira quare est? Solutio in secunda specie E. quanta est ira continue? in prima specie F. Ira quare crescit aut diminuit actus suos? ex eo quia irascibilia sunt species eius, & vide in secunda specie F. Vtrum furor sit propria passio iræ? Solutio in prima specie G. Quæ sunt secundariq; passiones irę? Solutio in secunda G. Per quem modũ ira consistit in tempore? Et dicimus, quod per suam quantitatem est indiuisibilis: & per discretam per quam crescit aut decrescit actus suos successiue, & vade ad regulam H. Ira vbi est? solutio in regula I. Ira quomodo est? Solutio in prima regula K. Quæritur ira cũ quo est? solutio in secunda regula K. Quæritur quæ est materia iræ? Ad quod dicendum est, quod irascibilia. Quæ est forma iræ? Ad quod dicendum est, quod irascibilitas cum qua mouet irascibilia. Quis est actus iræ? dicendum est, quod iratci, qui est ortus ab actione & passione.

DE QVAESTIONIBVS falsitatis, per principia.

De quæstionibus falsitatis per principia.

CAP. LX.

QVÆRITVR, vtrum Falsitas habeat tot falsificabilia, quod legalitas habet legabilia? Et respondendũ est quod non: quia falsitas est habitus priuatiuus, legalitas autem positiuus. Vtrum homo falsus possit tantum falsificare, quantũ homo legalis verificare? & dicendum est quod non: eo quia bonitas est habitus legalitatis: malitia autem falsitatis: & solutio in primo paragrapho. Falsitas cum quo cognoscitur? solutio in secundo. Falsitas cum quo corrumpitur? Solutio in tertio. Falsitas cum quo habet posse? Solutio in quarto. Quæritur falsitas cum quo decipit intellectum? Solutio in quinto. Quod est signum falsitatis? solutio in sexto. Vtrum hypocrisis sit habitus falsitatis? solutio in septimo. Quare falsitas cognoscitur? solutio in octauo. Per quem modũ delectationes pœnæ sunt signa falsitatis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

falſitatis; Solutio in nono. Vtrum falſitas confundat differentias, vt ipſa non cognoſcatur? Solutio in decimo. Quæritur falſitas quomodo decipit imaginationē? Solulutio in vndecimo. Cum quo falſitas deprehenditur? Solutio in duodecimo. Quomodo per principia cauſalia falſitatis cognoſcitur? Solutio in decimotertio. Per quem modum medium eſt ſignum falſitatis? Solutio in decimoquarto. Falſitas per quem modum apprahēditur? Solutio in decimoquinto. Maior falſitas cum qua maioritate cogneſcitur? ſolutio in decimoſexto. Æqualitas per quem modum eſt ſignum falſitatis? ſolutio in 17. Vtrum mendacium ſit licitum: ut maior veritas ſciri poſſit? & reſpondendum eſt quod ſic poſito tamen quod falſitas non ſit cauſa ſed occaſio. Et vade ad decimum octauum.

DE QUAESTIONIBUS *falſitatis per regulas.*

CAP. LXI.

De quæſtionibus falſitatis per regulas.

VTRUM falſitas ſit ita fortis in tentatione ſicut legalitas? & reſpondendum eſt, quod non: eo quia fortitudo quæ eſt virtus, concordat cum legalitate. Et vade ad regulam B. Falſitas quid eſt? ſolutio in prima ſpecie C. Eſſentia falſitatis cum quibus eſt? ſolutio in ſecunda ſpecie C. Quid eſt falſitas in alis habitibus? ſolutio in tertia ſpecie C. Quæritur aptitudo falſitatis per quē modum eſt? ſolutio in quarta ſpecie C. Quod eſt principium primitiuum falſitatis? ſolutio in prima ſpecie D. Vtrum falſitas agat per ſuam ſpeciem? ſolutio in ſecunda ſpecie D. Falſitas à quo dependet plus, aut à voluntate, aut ab intellectu? Ad quod dicendum eſt, quod à voluntate tanquam à cauſa; ab intellectu autem tanquam ab inſtrumento, & vide in tertia ſpecie D. quæ eſt cauſa falſitatis? ſolutio in prima ſpecie E. Falſitas ad quem terminum tendit? ſolutio in ſecunda ſpecie E. Falſitas quanta eſt continue? ſolutio in prima ſpecie F. quæ eſt materia augmentationis & diminutionis falſitatis? ſolutio in ſecunda ſpecie F. Quæ eſt primaria paſſio falſitatis? ſolutio in prima ſpecie G quæ eſt ſecundaria paſſio falſitatis? ſolutio in ſecunda ſpecie G. Vtrum falſitas cum ſua diſcreta quantitate ſit in ſucceſſione cum continua in ſubiecto in quo eſt? ſolutio in regula H. Falſitas vbi eſt? ſolutio in regula I. Falſitas quomodo eſt? ſolutio in prima regula K. Falſitas cum quo eſt? ſolutio in ſecunda regula K. Quæritur cui repugnat magis falſitas, an prudentię aut charitati? & reſpondendum eſt, quod charitati tanquam agno: & prudentiæ tanquam leoni. Falſitas cui impugnat magis, aut imagitationi aut ſenſui? & dicendum eſt quod imaginationi cum mendacio: ſed ſenſui cum hypocriſi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVÆSTIONIBVS INCONstantiæ per principia. CAP. LXII.

De quæstionibus inconstantiæ per principia.

VTRVM inconstantia habeat species sicut constantia? & respondendum est quod sic: alioquin non posset esse habitus malus & mendax, & huiusmodi. Quare inconstantia est peccatum? Solutio in principio capituli inconstantiæ, siue in primo paragrapho. Inconstantia cum quo deuincitur? Solutio in secundo. Quare constantia corrumpitur? Solutio in tertio. Quare potestas inconstantiæ non potest contra potestatem cõstantiæ: ex eo quia potestas constantiæ conuenit cum esse: inconstantiæ autem cum non esse? & vide in quarto Et in isto passu cognoscit intellectus qua de causa homo potest resurgere à peccato Quare inconstantia debilitat intellectum: ex eo quia ipsa est habitus alterationis? & vide in quinto. Quare inconstantia aliquo modo non est amabilis? Solutio in sexto. Quod est figmentum constantiæ? Solutio in septimo. Vtrum veritas sit communis constantiæ & inconstantiæ? Solutio in octauo. Quare inconstantia est de genere laboris propter hoc quia constantia est de genere quietis? & vide nonum. Quid agit inconstantia per differentiam? Solutio in decimo. Per quem modum concordantia est signum inconstantiæ? Solutio in vndecimo. Per quem modum prudentia est inimica inconstantiæ? Solutio in duodecimo Quare inconstantia est posterius? Solutio in decimotertio. Quare perseuerantia est inimica inconstantiæ? Solutio in decimoquarto. Vtrum finis possit esse communis constantiæ & inconstantiæ? Solutio in decimoquinto. Quare maior inconstantia non potest esse supra maiorem constantiam? ex eo quia esse antecedens: non esse autem consequens. & vide in decimosexto. Constantia & inconstantia per quem modum sunt æquales? Solutio in decimoseptimo. Quare constantia faciliter deuincitur? Solutio in 18.

DE QVAESTIONIBVS INCONstantiæ per regulas. CAP. LXIII.

De quæstionibus inconstantiæ per regulas.

QVÆRITVR, inconstantia cum qua potentia animæ est magis connexa? Solutio in regula B. Quid est inconstantia? Solutio in prima specie. C. Inconstantia cum quo est peccatum specificum? Solutio in 2. specie C. Inconstantia quid est in potentiis hominis? Solutio in tertia specie C. Quid habet inconstantia in voluntate & in intellectu? Solutio in 4. specie C. Vtrum essentia inconstantiæ descendat ab alia essentia? Solutio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in prima ſpecie D. Inconſtantia ex quibus principiis ſpecificis eſt? Solutio in ſecunda ſpecie D. Cuius eſt inconſtantia? Solutio in tertia ſpecie D. Quę ſimilitudo conſiſtit inter habitus morales & habitus naturales? Solutio in prima ſpecie E. Quæritur, per quem modum intellectus cognoſcit quod peccatum nihil eſt? Solutio in ſecunda ſpecie E. Quantitas inconſtantiæ cum qua menſura menſuratur? Solutio in prima ſpecie F. Quantitas inconſtantiæ in qua potentia eſt? Solutio in ſecunda ſpecie F. Quæ eſt paſſio prima inconſtantię Solutio in prima ſpecie G. Quę eſt ſecundaria paſſio inconſtantię & quę eſt ſua diſpoſitio? Solutio in 2 ſpecie G. Per quem modum inconſtantia conſiſtit in tempore? Solutio in regula H. Inconſtantia vbi eſt? Solutio in regula I. Inconſtantia quomodo eſt? Solutio in regula K. Inconſtantia cum quo eſt? Solutio in ſecunda regula K. Quæritur, conſtantia cum quibus virtutibus pugnat maximè contra inconſtantiam? & reſpondendum eſt, quod cum fortitudine ſpei & charitatis. Quæritur, inconſtantia cum quibus vitiis pugnat magis contra conſtantiam? Ad quod dicendum eſt, quod cum auaritia, ſuperbia & gula. Diximus de quæſtionibus vitiorum, & etiam de nouem ſubjectis: & data eſt doctrina per quem modum poſſunt ſolui quæſtiones ſupradictæ & etiam peregrinæ: tenendo modum quem tenuimus.

DE QVAESTIONIBVS VNDECImæ partis principalis huius libri, quæ eſt applicatio, ad centum formas.

CAPVT. LXIV.

De quæſtionibus undecimæ partis principalis huius libri, quæ eſt de applicatione ad centum formas.

IN parte iſta faciemus quæſtiones, & ſolutiones earum tranſmittemus ad rubricas ſeu capitula, quæ ſunt in decima parte implicatę: quas ſolutiones dimittimus intellectui bene intuenti. Adhuc ſupra quodlibet capitulum faciemus multas quęſtiones: & quælibet ſolutio in quolibet paragrapho erit implicata, ſecundum quod textus ei competit, videlicet prima quæſtio ad primum paragraphum, & ſecunda ad ſecundum, & ita tranſmittetur. Non autem nominabimus ſiue aſſignabimus paragraphum cauſa breuitatis, ſcilicet in fine quæſtiones & ſolutiones tranſmittemus ad capitulum ſiue rubricam, veruntamen aliquas quæſtiones proponimus confeſtim ſoluere.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS PER EXplicitum & implicitum. CAP. LXV.

De quæstionibus per explicitum & implicitum.

QVAERITVR, per quem modum fiunt applicationes per explicitum & implicitum? Quomodo applicantur ad quæstionem isti termini vtrum Deus sit? quomodo applicantur ad quæstionem isti termini, videlicet vtrum Deus sit æternus? Quomodo applicetur ad istam quæstionem, videlicet vtrum sit bonum quod Deus sit in tantum infinitus per suam magnitudinē, sicut per suam æternitatem? Quomodo applicantur ad propositum, videlicet vtrum Deus sit magis actu per suum intellectum, quam per suam æternitatem? Quomodo applicantur ad propositum ista principia, videlicet, vtrum Deus sit finitus. Vade ad decimam partem huius libri ad rubricam per explicitum & implicitū, in qua solutiones harū quæstionū sunt implicatę.

DE QVAESTIONIBVS PER ABstractum & concretum. CAP. LXVI.

De quæstionibus per abstractum & concretum.

QVAERITVR quomodo fit applicatio principiorum per abstractum & concretum? Et respondendum est, quod per quatuor modos nominatos in decima parte huius libri, & in prædicta rubrica. Per primum modum: sicut si quæratur, vtrum ignis & igneitas differunt? applicemur ad bonitatem & magnitudinem, & eorum correlativis eorum, & apparebit differentia inter abstractum & concretum. Per secundum: vtrum inter quantitatem & quantum sit differentia? applicetur bonitas accidentalis per abstractum, & bonum modale concretum quod est quantum. Per tertium, vtrum inter caliditatem & calidum sit differentia? Ad hoc applicetur bonitas substantialis ad calidum, & applicetur bonum accidentaliter. Per quartum, vtrum inter albedinem & album sit differentia? Applicetur bonitas accidentalis ad albedinem, & bonum substantiale ad albū: sicut ad hominem album qui est substātia. Et vade ad decimam partem ad rubricam supra signatam.

DE QVAESTIONIBVS APPLICAtionis primæ figuræ. CAP. LXVII.

De quæstionibus applicationis primæ figuræ.

VTRVM de Deo possit fieri probatio separata à probatione propter quid per exemplum & quia ut cum dicitur: vtrum in Deo bonitas & magnitudo conuertantur? Ad istam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæſtionem applicentur æternitas, poteſtas, &c. cum ſuis diffinitionibus & cum ſuis correlatiuis earum per regulam C. ſignificatis, ut fiat circulatio ſubjecti & prædicati, & vade ad applicationem primę figuræ.

DE QUAESTIONIBVS APPLICATIONIS ſecundæ figuræ. CAP. LXIIX.

De quæſtionibus applicationis ſecundæ figuræ.

QVAERITVR, quomodo fit applicatio ad ſecundam figuram: ſicut ſi quæratur, vtrum ſit differentia inter bonitatem & bonitatem? applicentur termini quæſtionis ad ſcalam differentię. Vlterius ſi quęratur, quæ ſunt principia generaliſſima ſubalterna & ſpecialiſſima. Item ſi quæratur, per quem modum ſecunda figura eſt applicabilis ſiue ſeruiens primæ figuræ: vade ad applicationem ſecundæ figuræ.

DE QUAESTIONIBVS APPLICATIONIS tertiæ figuræ. CAP. LXIX.

De quæſtionibus applicationis tertiæ figuræ.

SI quæratur, vtrum bonitas ſit magna ſine concordantia? aut vtrum bonitas poſſit habere concordantiam ſine differentia, aut quæ ſunt correlatiua bonitatis? applicentur ad cameram B C. & teneatur hoc quod per ſigna cameræ ſignificatur: & vade ad applicationem tertiæ figuræ.

DE QUAESTIONIBVS APPLICATIONIS quartæ figuræ. CAP. LXX.

De quæſtionibus applicationis quartæ figuræ.

SI quæratur, vtrum diuina bonitas ſit in tanto magna: ſicut diuina æternitas? & vtrum Deus ſit in tanto potens per ſuam poteſtatem, ſicut per ſuum intellectum & ſuam voluntatem? applicentur termini primæ quæſtionis ad cameram B. C. D. Et termini ſecundæ quæſtionis ad cameram E. F. G. Et teneatur hoc quod literæ camerarum ſignificant: & vide ad applicationem quartæ figuræ.

DE QUAESTIONIBVS APPLICATIONIS diffinitionum. CAP. LXXI.

De quæſtionibus applicationis diffinitionum.

SI quęratur aliquid de aliquo: applicetur hoc de quo quæritur ad diffinitionem, videlicet diffinire eum: & concludere de ipſo per ſuam diffinitionem: ſicut ſi quæratur. Vtrum Deus habeat actum infinitum? Deus eſt ens infinitum: ergo Deus non eſt infinitus ſine actu infinito: & ſic de aliis, & vade ad applicationem diffinitionum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE QVAESTIONIBUS APPLICATIONIS PER REGULAS. CAP. LXXII.

De quæstionibus applicationis per regulas.

SI quæratur aliquod dubium : applicetur illud ad regulas cum sua diffinitione , & discurratur per omnes regulas, & tunc tale dubium declarabitur per regulas & species earũ, & sua declaratio faciet tale dubium transire ad affirmationem vel ad negationem. Et ista regula est infallibilis : sicut signum quod vere & infallibiliter significat hoc cuius est signum : idem exemplum datur in nouem subjectis : & vade ad applicationem regularum.

DE QVAESTIONIBVS APPLICATIONIS TABULÆ. CAP. LXXIII.

De quæstionibus applicationis tabulæ.

SI quęratur vtrum sit actus infinitus & æternus? applicetur ad primam columnam : & quæratur per regulam C. Quid est actus infinitus : & quid est in bonitate per diffinitionem bonitatis : & quid est in magnitudine per diffinitionem magnitudinis : & quid est in æternitate per diffinitionem æternitatis? Et hoc per tertiam speciem regulę C. significatum est: post concluditur secundum hoc quod literæ significant. Et sic de aliis. Et vade ad applicationem tabulæ.

DE QVAESTIONIBVS APPLICATIONIS & EVACUATIONIS TERTIÆ FIGURÆ. CAP. LXXIV.

De quæstionibus applicationis & euacuationis 3 figuræ.

APPLICATIONIS euacuationis tertiæ figurę fit isto modo, videlicet quod si in quæstione bonitas est vnus terminus, & magnitudo alius terminus , aut si bonitas est vnus terminus & concordantia est alius terminus , & sic de aliis: applicetur quæstio ad cameram B.C. & euacuetur ista camera secundum modum datum in euacuatione tertiæ figuræ : & applicentur quæ hauriuntur ab ipsa camera ad propositum: & vade ad applicationem euacuationis tertię figuræ.

DE QVAESTIONIBVS APPLICATIONIS & MULTIPLICATIONIS QUARTÆ FIGURÆ. CAP. LXXV.

De quæstionibus applicationis & multiplicationis 4 figuræ.

QVÆRITUR , per quem modum ad vnam & eandem conclusionem scit homo inuenire 2 .rationes. Quęritur, quomodo inuenitur medium inter subjectum & prædicatum ad faciendum syllogismum? Quomodo maior & minor

(c) 2006 Ministerio de Cultura

propoſitiones ſyllogiſmi probantur? Quomodo ſoluuntur fallaciæ per iſtam artem? Quomodo aliæ ſcientiæ per iſtam artem fallaciter addiſci poſſunt? Et vade ad applicationē quartę figurę.

DE QUAESTIONIBVS APPLICATIONIS & mixtionis principiorum & regularum. CAPVT. LXXVI.

De quæſtionibus applicationis & mixtionis principiorum & reguiarum.

QVÆRITUR, quomodo principium cum principio miſcetur ad ſoluendas quæſtiones? quo principia & regulæ miſcentur ad ſoluendum quæſtiones: quæritur, per quem modum principia implicata applicantur ad principia explicata? ſicut centum formæ, aut aliæ formæ peregrinę? Vade ad applicationem mixtionis principiorum & regularum.

DE QUAESTIONIBVS APPLICATIONIS NOUEM ſubiectorum. CAP. LXXVII.

De quæſtionibus applicationis nouem ſubiectorum.

QVÆRITUR, ſi quæſtio eſt de Deo, aut de angelo, aut de cœlo, aut de homine, aut de imaginatiua, aut de ſenſitiua aut de vegetatiua, aut elementatiua, aut de moralibus, ad quæ loca licet recurrere, & ſolutionem inuenire? Vade ad applicationem nouem ſubjectorum.

DE QUAESTIONIBVS APPLICATIONIS centum formarum, & primò de entitate. CAPVT. LXXIIX.

De quæſtionibus applicationis centum formarũ & primò de entitate.

QVAERITVR, quid eſt entitas? Quęritur, quid eſt concretum entitatis? Quæ eſt differentia inter entitatem & ens? & reſpondendum eſt, per ſecundam ſpeciem regulę C. cum qua ſunt concreta. Hoc idem dici poteſt per ſecundam ſpeciem regulę D. & per primam E. Et vade ad centum formas ad primum capitulum entitatis.

DE QUAESTIONIBVS ESSENTIAE. CAPVT. LXXIX.

De quæſtionibus eſſentia.

VTRVM entitas & eſſentia conuertantur? Et reſpondendum eſt quod ſic? alioquin eſſe & ens non conuerterentur. Vtrum inter eſſentiam & eſſe ſit differentia. Vade ad centum formas, & ad capitulum de eſſentia.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBVS BONITATIS. CAPVT. LXXX.

De quæſtionibus bonitatis

QVAERITVR, quid eſt vnitus? Quare iſta bonitas eſt vna? Quare iſta magnitudo eſt vna? vtrum in creatis bonitas, magnitudo, &c. differunt? Et ſi differant, quęritur, quare differant? Ad quod reſpondendum eſt, vt vnitas ſit iuncta multis vnitatibus: ſicut differentia multis differentibus numero. Quid eſt concretum vnitatis? & ſi dicatur vnum eſſe? quæro quare eſt ſuum concretum. Reſpondeo, ut vnitas habeat ſubjectum in quo ſit ſubſtentata, & ut differentia poſſit ſic intrare inter vnitatem & vnum: ſicut inter eſſentiam & eſſe? & vade ad tertium capitulum, quod eſt de vnitate.

DE QUAESTIONIBVS PLVRALITATIS. CAPVT. LXXXI.

De quæſtionibus pluralitatis.

QVAERITVR, quid eſt pluralitas? Quid eſt fons pluralitatis? quid eſt cauſa differentiæ bonitatis & magnitudinis, &c. Quid eſt concretum pluralitatis? vade ad quartum capitulum, quod eſt de pluralitate.

DE QUAESTIONIBVS NATVRAE. CAPVT. LXXXII.

De quæſtionibus naturæ.

QVAERITVR, quid eſt natura? Vtrum aliqua principia ſubſtantialia ſint naturalia? & reſpondendum eſt, quod ſic: ut patet per ſecundam ſpeciem reguię C. quod eſt concretum naturæ? Natura cum quibus eſt mixta? Vade ad quintum capitulum, quod eſt de natura.

DE QUAESTIONIBVS GENERIS. CAPVT. LXXXIII.

De quæſtionibus generis.

QVAERITVR, quid eſt gens? Genus quibus principiis eſt applicabile. Vtrum bonum abſolutum ſit genus? & ſic de magno, &c. Vtrum bonitas ſit magis generalis ſubſtantialiter quam accidentaliter? & reſpondendum eſt, quod ſic. Bonitas enim per ſubſtantiam eſt prius: per accidens autem poſterius. Vtrum genus ſit ens reale extra animam? & reſpondendum eſt quod ſic: nam aliter anima crearet differentiam inter ſpeciem & ſpeciem, quod eſt impoſſibile. Vtrum brutum animal poſſit imaginari genus? & reſpondendum eſt, quod non: aliter enim faceret ſcientiam. Adhuc etiam quia imaginatio non attingit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

obiectum abſtractum cum linea, figura, colore, & ſic de aliis imaginationibus, ſed ipſa concretum attingit, ſed ipſum concretum attingit cum ipſis: & vade ad vj. capitulum, quod eſt de genere.

DE QUAESTIONIBUS SPECIEI. CAPVT. LXXXIV.

De quæſtionibus ſpeciei.

QVÆRITVR, quid eſt ſpecies? Species ad quæ loca huius artis eſt applicabilis? Forma per quem modum agit per ſuam ſpeciem? Vtrum ſpecies ſit ens reale extra animam? Vtrum genus ſine ſpecie poſſit participare cum indiuiduo? Quid eſt concretum ſpecie? quæ eſt differentia inter ſpeciem naturalem & moralem? quæ ſunt ſpecies virtutum & vitiorum? vade ad vij capitulum quod eſt de ſpecie.

DE QUAESTIONIBUS INDIVIDUItatis. CAPVT. LXXXV.

De quæſtionibus indiuiduitatis.

QVÆRITVR, quid eſt indiuiduitas? quomodo indiuiduitas eſt diffinibilis? Quę ſunt correlatiua indiuiduitatis? quare indiuiduum eſt indiuiſibile? Vtrum indiuiduum eſſet extra animam: poſito quod ſpecies non eſſet extra animam? quare correlatiua indiuiduitatis non ſunt ſenſibilia? quid eſt concretum indiuiduitatis: ex eo quia indiuiduitas habet concreta indiuiſibilia? Vade ad viij. capitulum quod eſt de indiuiduitate.

DE QVAESTIONIBVS PROprietatis. CAP. LXXXVI.

De quæſtionibus proprietatis.

QVÆRITVR, quid eſt proprietas? Proprietas per quem modum eſt principium implicitum in hac arte? Diffinitio proprietatis ad quam regulam eſt applicabilis? Quare proprietas eſt ratio proprio: cum ipſum producat proprium? Vtrum proprietas ſit cauſa appropriandi: ſicut differentia differendi. Concretum proprietatis ex quibus eſt? Proprietas quomodo ſe habet in naturalibus & moralibus? Proprietas per quem modum eſt cauſa ſcientiarum? Et ſic de mechanicis, vade ad nonum capitulum, quod eſt de proprietate.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS SIMPLIcitatis. CAP. LXXXVII.

De quæstionibus simplicitatis.

QVAERITVR, quid est simplicitas? Simplicitas cuius est causa? Simplicitas quibus est applicabilis? Quę sunt correlatiua simplicitatis? Vade ad 10. capitulum, quod est de simplicitate.

DE QVAESTIONIBVS COMPOsitionis. CAP. LXXXIIX.

De quæstionibus compositionis.

QVAERITVR, quæ est compositio? Compositio quantum est applicabilis? Quæritur, vnde oritur compositio? quę sūt correlatiua composita? Vtrum compositio possit esse in composito: posito quod sua principia simplicia non sint in subjecto essentialiter? & respondendum est quod non: eò quia compositum non haberet aliquid ex quo esset: & correlatiua compositionis & secunda species D. & prima E. in mundo non essent: & vade ad 11. capitulum quod est de compositione.

DE QUAESTIONIBVS FORMAE. CAP. LXXXIX.

De quæstionibus formæ.

QVAERITVR, quid est forma? Forma quibus principiis est applicabilis? Quæ est differentia inter formam creatam & increatam? Vtrum forma habeat correlatiua? quare actio est de ratione formæ? vtrum forma possit agere extra sua correlatiua? quare forma est extra sensum? Quod est concretum formæ? Vade ad 12. capitulum quod est de forma.

DE QVAESTIONIBVS MATEriæ. CAP. XC.

De quæstionibus materiæ.

QVAERITVR, quid est materia? Materia quibus principiis huius artis est applicabilis? Vtrum materia habeat correlatiua Ad quod dicendum est quod non: nam ipsa iam esset de genere actionis. Concretum materiæ ex quibus est? Quis est vniuersalis fons materiæ. Vade ad 13 capitulū qp est de materia.

DE QUAESTIONIBVS SVBstantiæ. CAP. XCI.

De quæstionibus substantia.

QVAERITVR, quid est substantia? Substantia quibus principiis est applicabilis? Vtrum substantia habeat correlatiua? Vtrum omnis substātia creata sit composita ex

(c) 2006 Ministerio de Cultura

forma & materia? quod est concretum substantiæ? quare substantia est per se existens? Et respondendum est ex eo, quia per formam est agens: & per materiam est patiens: & per coniunctionem earum est composita; quare substantia substat accidentibus ex eo quod sine ipsis esse non potest, neque agere? Verum substantia sit sensibilis? Et dicimus quod non? nam sensus non potest tantum obiectare cum accidentibus, quantum substantia est. Et vade ad 14. capitulum de quæstionibus substãtiæ.

DE QVAESTIONIBVS ACCIdentis. CAP. XCII.

De quæstionibus accidentis.

QVÆRITUR, quid est accidens? Accidens vbi est applicabilis? Vtrum accidens se habeat ad suum finem principaliter aut ad alium? Accidens à quo oritur? Quod est concretum accidentis? Queritur, vtrum duplex sit accidens, videlicet vnum intrinsecum: aliud extrinsecum? Vtrum sensus attingat accidens intrinsecum? Vtrum imaginatio possit imaginari accidens intrinsecum absque accidente extrinseco siue sensibili? Vtrum intellectus sine accidente intrinseco & extrinseco possit facere scientiam? Et vade ad 15. capitulum, quod est de accidente.

DE QUAESTIONIBVS QVANtitatis. CAP. XCIII.

De quæstionibus quantitatis.

QVÆRITVR, quid est quantitas? Vade ad diffinitionem bonitatis, & diffinias quantitatem secundum modum diffinitionis bonitatis, dicendo sic: quantitas est ens ratione cuius quantus quantificat quantum. Quantitas à quibus oritur? Vtrum causa quantitatis sit consequentia? Quæ sunt primæ mẽsuræ quantitatis? Quid est concretum quantitatis, vade ad 16. capitulum, quod est de quantitate.

DE QVAESTIONIBVS QVALItatis. CAP. XCIV.

De quæstionibus qualitatis.

DIffinitio qualitatis per quem modum potest inueniri? vade ad diffinitionem bonitatis, & diffinias ipsam secũdum modum bonitatis, dicendo sic: qualitas est ens ratione cuius qualis agit quale. Qualitas cuius est habitus applicatus? qualitas in quibus est assituata? quid est concretum qualitatis? qualitas à quo oritur? Et quare est accidens? vade ad 17. capitulum, quod est de qualitate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE QVAESTIONIBVS RELATIONIS. CAP. XCV.

De quæstionib. relationis.

QVÆRITUR relatio quibus terminis est applicabilis, vt homo sciat ipsam diffinire? Quid est relatus? Vtrum contractio sit principium relationis? Vtrum principium sine correlatiuis posset esse principium? vade ad 18. capitulum, quod est de relatione.

DE QVAESTIONIBVS ACTIONIS. CAP. XCVI.

De quæstionib. actionis.

ACTIO quibus est applicabilis, vt sit terminus explicatur? Vtrum actio sit ratione cuius agens agit agibile? Vtrum concretum actionis sit actionatum? Concretum actionis cum quibus est designatum & declaratum? vade ad 19. capitulum, quod est de actione.

DE QVAESTIONIBVS PASSIONIS. CAP. XCVII.

De quæstionib passionis

PASSIO quibus principiis est applicabilis, vt diffiniatur? Vtrum generabilitas sit fons passionis? Vtrum passio sitens à quo oritur passus? Vtrum passus sit concretum passionis? Passio per quem modum est accidens? vade ad 20. capitulum quod est de passione.

DE QVAESTIONIBVS HABITUS. CAP. XCVIII.

De quæstionib. habitus.

HABITUS per quem modum est applicabilis ad principia huius artis, vt cum ipsis diffiniatur? Per quem modum habitus naturalis & moralis differunt? quid est habitus & quid habituet eum? Habitus à quo oritur? Vtrum sit dare habitum intrinsecum & extrinsecum? vade ad 21. capitulum, quod est de habitu.

DE QVAESTIONIBVS SITUS. CAP. XCIX.

De quæstionibus situs.

SITUS quibus principiis huius artis est applicabilis? cum quo potest diffiniri? Vtrum situs sit accidens? in quo correlatiua entium assituantur? Quid est concretum situs? Situs à quo oritur? & vbi est? vade ad 22. capitulum, quod est de situ.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBUS temporis. CAP. C.

De quæstionib. temporis.

TEMPUS quid est? Quæritur, tempus quibus principiis est applicabile? Tempus cum quo est multiplicatum? Vtrũ motus sit signum temporis? Quid est concretum temporis? Vade ad 23. capitulum quod est de tempore.

DE QVÆSTIONIBVS LOci. CAPUT CI.

De quæstionibus loci.

LOcus quid est? Locus ad quæ principia explicata est applicabilis? Vtrum locus sit mobilis? Locus à quibus oritur? quod est concretum loci? Vtrum collocabile & mobile sint signa loci & respondendum est quod sic. Vade ad capitulum, quod est de loco.

DE QVAESTIONIBVS MOTUS. CAP. CII.

De quæstionibus motus.

MOTUS ad quæ principia est applicabilis? Correlatiua motus à quibus correlatiuis oriuntur? Vtrum natis correlatiuis motus, nascatur motus? Vtrum motus absolutus sit innatus? Vtrum motus innatus sit sensibilis? Vtrum mobile sit dispositio motus? Vtrum in cursu motus sit mouens et motus? Vtrum appetitus sit causa motus? Vtrum cœlum mediante motu habeat correlatiua? quod est concretum motus? Vtrum cœlum quiescat in motu aut in mobili? Vade ad 25. capitulum, quod est de motu.

DE QUAESTIONIBUS immobilitatis. CAP. CIII.

Deq uæstionibus immobilitatis.

IMMOBILLTAS quid est? immobilitas quibus principiis est applicabilis? Quod est concretum immobilitatis? Quæ sunt correlatiua immobilitatis? immobile quare est immobile? Quæritur per quem modum aliquid mobile? Vade ad 26. capitulum, quod est de immobilitate.

DE QVAESTIONIBVS INstinctus naturæ. CAP. CIV.

De quæstionibus instinctus naturæ.

INSTINCTUS naturalis quid est instinctus naturalis quibus principiis est applicabilis? Quod concretum instinctus naturalis? Quæritur quid est generalis fons, per quem quælibet forma agit secundum suam speciem? vade ad 37. capitulum quod est de instinctu naturæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE QVAESTIONIBUS appetitus naturalis. CAP. CV.

De quæstionib. appetitus naturalis.

APPETITUS naturalis per quem modum diffiniri poteſt? Appetitus naturalis quibus principiis applicari poteſt? Quare principia generalia præcedunt appetitum? Quæ ſunt cauſæ concreti appetitus? Vtrum appetitus quieſcit extra appetibile? Appetitus ex quo durat? Appetitus ex quo creſcit? Vtrum appetitus ſit mouens & motus? vade ad 28 capitulum, quod eſt de appetitu naturali.

DE QVAESTIONIBVS attractionis. CAP. CVI.

De quæſtionibus attractionis.

QUÆRITUR diffinitio attractionis quomodo fieri poteſt? Attractio ad quæ principia eſt applicabilis? vtrum attractio alio modo ſit de genere paſſionis? Vtrum attrahat attrahibile extra ſuam eſſentiam? Attrahens ex quo attrahit attractibile? quid eſt concretum attractionis? vtrum attractibile ſit ſubiectum attractionis: & ipſa ſit habitus attractibilis? Quare eſt attractio? vtrum attrahens attrahat per ſuam ſpeciē Attractiones morales à quibus attractionibus deriuantur? vade ad 29. capitulum, quod eſt de attractionibus.

DE QVAESTIONIBVS RECEPTIONIS. CAP. CVII.

De quæſtionib. receptionis.

RECEPTIO quid eſt? Receptio ad quæ principia eſt applicabilis? vtrum receptio reſpectu ſuorum correlatiuorū ſit de genere actionis vel paſſionis? Quæritur receptio vbi recipit illud? & quare recipit illud? vtrum recipiens ſit de genere potentiæ, & corruptibile de genere obiecti? vtrum potentia moueat ſe cum obiecto? aut obiectum moueat potentiam? Quod eſt concretum receptionis? Vtrum ſit genus generaliſſimum & receptibile ſit ſubalternum? & vtrum receptibile habeat ſpecies? vade ad 30. capitulum, quod eſt de receptione.

DE QVAESTIONIBVS phantaſmatis. CAP. CIIX.

De quæſtionibus phantaſmatis.

PHANTASMA quid eſt? Phantaſma vt diffiniri poſſit, quibus principiis eſt aplicabilis? Vtrum phantaſma ſit in ſubiecto in potentia per poſſibile: aut in obiecto per materiam?

potentiæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

potentia vbi recipit phãtaſmata? vtrum phantaſmata poſſint in generari ſine potentię paſſione? vtrum phantaſmata ſint in ſieri per ſenſum & imaginationem ſine intellectu in facto eſſe? Per quem modum generatur ſcientia ſiue mos? Per quem modum idem phantaſma recipitur in diuerſo modo in anima, Quare phantaſma eſt magis generale in homine quam in brutis? Vtrum phantaſiatum ſit ſubiectum ſiue concretum phantaſiæ; vtrum phantaſiatum ſit conſtitutum ex ſimilitudinibus principiorum? vtrum phantaſma ſit in ſenſu? vade ad capitulum 31. quod eſt de phantaſmate.

DE QVAESTIONIBVS PLE. nitudinis. CAP. CIX.

De quæſtionib. plenitudinis.

PLENITUDO quid eſt? Diffinitio plenitudinis quibus principiis eſt applicabilis? vtrum potentia ſine correlatiuis poſſit eſſe plena? Vtrum elementatum abſq; eſſentiis elementorum ſit plenum? Vtrum ocioſitas ſit vacuitas potentiæ? quod eſt concretum plenitudinis? Vtrum plenum poſſit impleri cũ non plenis? vtrum correlatiua principiorum ſint genera plenitudinis? vtrum plenum dicat eſſe & non plenum non eſſe? vtrũ habitus poſitiuus ſit de genere plenitudinis: & habitus priuatiuus de genere vacuitatis? vtrum generatio tendat ad plenum: & corruptio ad non plenum? Vade ad trigeſimumſecundum capitulum quod eſt de plenitudine.

DE QVAESTIONIBVS diffuſionis. CAP. CX.

De quæſtionib. diffuſionis.

DIFFUSIO quid eſt? Et ſua diffinitio ad quæ principia eſt applicabilis? Quot ſunt correlatiua diffuſionis? Vtrum bonitas ſine ſua diffuſione innata poſſit ſe diffundere extra aliam eſſentiam? vtrum diffuſum ſit ſubiectum diffuſionis? Et vtrum ipſa ſit habitus diffuſi? vtrum diffuſio ſignificet eſſentiam? vtrũ diffuſum ſignificet genus: & reſtrictio ſpecies? Vtrum diffuſio ſit cauſa largitatis: & reſtrictio auariciæ? Vade ad 33. capitulum quod eſt de diffuſione.

DE QVAESTIONIBVS digeſtionis. CAP. CXI.

De quæſtionib. digeſtionis.

DIGESTIO quid eſt; & ſua diffinitio quibus principiis eſt applicabilis? correlatiua digeſtionis ad quæ correlatiua ſunt applicabilia? Quod eſt concretum ſine ſubiectum digeſtionis? Vtrum ſpecies potentiarum digerant & digeruntur? Et vtrum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per

per eundem modum digeruntur in sensitiua: sicut in vegetatiua & imaginatiua: sicut in sensitiua & irrationatiua: sicut in imaginatiua? Vade ad 34. capitulum, quod est de digestione.

DE QVAESTIONIBUS EXpulsionis. CAP. CXII.

EXPULSIO quid est? Et in quibus principiis sua diffinitio est applicabilis? Quæ sunt signa expulsionis? & in quibus subiectis ipsa signa consistunt? vtrum vnum phantasma expellit aliud phantasma: sicut in vegetatiua folium nouum expellit folium vetus? Vtrum actus vnius habitus expellit alium actum alius habitus? Quod est concretum expulsionis? Vtrum peccatum expellatur a gratia diuina? Et respondendum est quod non: quia nunquam fuit in ipsa: sed expellitur à peccatore per ipsam? Vade ad 35. capitulum, quod est de expulsione.

De quæstionibus expulsionis.

DE QVAESTIONIBVS SIgnificationis. CAP. CXIII.

SIGNIFICATIO quid est? & sua diffinitio quibus principijs est applicabilis? vtrum bonus sit signum bonitatis: & e conuerso? Occultatio quid est? & sua diffinitio quibus principijs est applicabilis? Vtrum occultus sit signum occultationis. & e conuerso? Vtrum accidens sit signum substantiæ & e conuerso? Vtrum magnitudo bonitatis sit signum bonitatis, & e conuerso. Vtrum vnum contrarium sit signum sui contrarij, & e conuerso Vtrum imaginatio sine signo possit imaginari: & intellectus sine signo possit intelligere? Vtrum actus sit signum potentiæ? Vtrum affatus sit signum mentis? Vtrum sensibile sit signum sensus? Vtrum subiectum sit signū prędicati & e conuerso? vade ad 36. capitulum, quod est de significatione.

De quæstionib. significationis.

DE QVAESTIONIBVS PVLchritudinis. CAP. CXIV.

PULCHRITUDO quid est? & sua diffinitio quibus principijs est applicabilis? Vtrum magnitudo sit pulchritudo bonitatis? Vtrum correlatiua sint pulchritudines bonitatis? vtrum virtutes morales sint pulchritudines. Vtrum maioritas sit pulchritudo virtutis? virum vitia sint pulchritudines hominum? Vtrum maior fides sit pulchritudo maioris legis? Vtrum dispositio & proportio sint pulchritudines? vtrum vltimus finis sit pulchritudo: vade ad 37. capitulum quod est de pulchritudine.

De quæstionib. pulchritudinis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBUS nouitatis. CAP. CXV.

De quæstionib. nouitatis.

NOVITAS quid est? Vtrum effectus possit esse sine nouitate? Vtrum tempus & locus possint esse sine nouitate? & è conuerso? Quare secunda nouitas antiquat primam nouitatem. Vtrum infinitas & æternitas sint de genere nouitatis? Quare nobilitas consistit magis per antiquitatem quam per nouitatem. Quare noua placent hominibus? ex eo quia sumus in via? Vtrum motus possit esse sine nouitate? vade ad 38. capitulum, quod est de nouitate.

DE QVAESTIONIBUS ideæ. CAP. CXVI.

De quæstionibus Ideæ.

IDEA quid est? Et sua diffinitio Ideę quibus principiis est applicabilis? Vtrum idea eadem possit esse extra correlatiuos diuinos? Vtrum nouitas sit effectus Ideæ? Vtrum effectus Ideę impediat ipsam; vtrum finitum & nouum impediat infinitum & æternum; & è conuerso? Vtrum Ideatum sit similitudo siue signum Ideæ? vtrum Ideæ sint infinitæ per causam, & finitę per effectum? Vade ad 39. capitulum, quod est de Idea.

DE QVAESTIONIBUS mathematicæ. CAP. CXVII.

De quæstionib mathematicæ.

MATHEMATICA quid est? Vtrum mathematica sit causa omnium scientiarum? Vtrum mathematica sit signum Idearum? Quare mathematica est extra naturã: ex eo, quia extra animam non est? Quare corpus est diuisibile in infinitum? ex eo quia mathematica est instrumentum infinitatis diuisionis? Quare mathematica est signum infinitatis? Vtrum mathematica sit sicut habitus intellectus quo ad infinita intelligibilia: sicut fides quo ad infinita credibilia? Vade ad 40. capitulum quod est de mathematica.

DE QVAESTIONIBVS entis in potentia. CAP. CXVIII.

De quæstionib. entis in potentia.

ENS in potentia existens quid est? vtrum ens existens in potentia sit extra motum, quantitatem & huiusmodi? Quæritur quomodo generantur accidentia? Vtrum vnum accidens oriatur ab altero: sicut motus à motu? & quantitas à quãtitate & huiusmodi. Per quem modum substantia oritur ab altera substantia? & vnũ accidens ab alio accidente & accidens à substantia? Vade ad 41. capitulum, quod est de ente in potẽtia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBVS PVNcteitatis & lineæ. CAP. CXIX.

PVNCTEITAS quid eſt? Quare punctus eſt? Vtrum punctus ſit in ſenſu & imaginatione? Vtrum ſolus intellectus attingit punctum naturalem; cum punctus naturalis ſit nũquam in ſenſu, nunquam in imaginatione? Quęritur, cum quo intellectus facit de ipſo ſcientiam? Quare punctus eſt indiuiſibilis? Vade ad 42. capitulum, quod eſt de puncteitate. *De quæſtionibus puncteitatis.*

Linea quid eſt? Quare linea eſt ſecũda pars corporis? Vtrum linea ſit ex punctis? Quæ eſt prima pars corporis? Quæ ſunt primitiuæ cauſæ quantitatis continuæ & diſcretæ? Polito quod linea non ſit ex punctis: vtrum ipſa ſit diuiſibilis? Quæ eſt cauſa longitudinis? Quæ eſt cauſa latitudinis? Superficies à quo cauſatur? Profunditas à quibus oritur? Quæ autem eſt in generatione, aut rotunditas, aut longitudo, aut latitudo, aut profunditas? Quæ ſunt principia primitiua corporis? Quare circumferentia eſt altior figura? vade ad 45. capitulum, quod eſt de linea. *De quæſtionibus lineæ.*

DE QVAESTIONIBVS TRIanguli. CAP. CXX.

TRIANGVLVS quid eſt? & vbi eſt triangulus naturalis? Per quem modum vnus angulus trianguli regnat ſuper alĩs. Per quem modum triangulus eſt aſſituatus in generatione & corruptione? Quęritur, angulus trianguli ex quibus eſt compoſitus in elementato? quot trianguli ſunt aſſituati? Corpus ex quibus eſt plenum: vtrum aliquid ſit in intellectu quod unquam fuerit in ſenſu? Vade ad 44. capitulum, quod eſt de triangulo. *De quæſtionibus trianguli.*

DE QUAESTIONIBVS QVAdranguli. CAP. CXXI.

QVADRANGVLVS quid eſt? Quadrangulus eſt diuiſibilis in quatuor angulos æquales. Quadrangulus naturalis habet quatuor angulos rectos. Per quem modum in elementatis fit multiplicatio naturalis? Quare in naturalibus prima multiplicatio fit per lineam: & ſecũda per angulum acutum: & tertia per angulum rectum: & vltima per circulum? Vtrum in naturalibus, punctus & circulus ſint extremitates? Quæ cauſæ ſunt rectitudinum & obliquitatum Vade ad 45. capitulum, quod eſt de quadrangulo. *De quæſtionibus quadranguli.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBVS CIRCVLI. CAPVT. CXXII.

De quæstionibus circuli.

CIRCVLVS quid est? Quare circul⁹ est vltima figura? Quare circulus continet in se omnes alias figuras extensiue, non econuerso? Quæ sunt partes primitiuæ circuli? Circulus quare est maior figura, quæ esse potest? Vtrum circulus sit signum infinitatis? Vtrum motus circularis sit signum operis infiniti? Vade ad 46. capitulum, quod est de circulo.

DE QUAESTIONIBVS CORPORIS. CAP. CXXIII.

De quæstionibus corporis.

CORPVS quid est? Quæ sunt partes corporis differentes specie? Vtrum corpus sit ex pluribus speciebus cõstitutum? Quare corpus agit per suam speciem? Vtrum aliqua species sit ex pluribus speciebus constituta? Quare corpus tantummodo diuisibile sit? Et quare corpus habet quantitatem continuam & discretam? Quare vnum corpus terminatur in alio corpore? Corpus ex quibus est compositum? Quare octaua sphęra non est in loco? Quomodo corpus consistit in tempore, loco & motu? Quare omne corpus est finitum, vtrum in corpore sit motus intrinsecus & extrinsecus? Vade ad 47. capitulum quod est de corpore.

DE QVAESTIONIBVS FIGVRAE. CAPVT. CXXIV.

De quæstionibus figuræ.

FIGVRA quid est? Figura per quem modum est diuersimode sensibilis & imaginabilis? Figura ex quibus est? Vtrum figura sit obiectum formę, vel signum subiectiuæ materiæ? Figura cui sensui est maius obiectum? Vtrum anima retineat sensibilitates per figuram post mortem? Vade ad 48. capitulum, quod est de figura, &c.

DE QVAESTIONIBVS GENERALIVM RECTITVDINVM. CAP. CXXV.

De quæstionibus generalium rectitudinum.

QVARE sunt sex rectitudines? & quare sunt sex, & non plures, neque pauciores? Quæ sunt centri cauernæ? Et vtrum mot⁹ esset possibilis sine sex rectitudinibus? Vtrum rectitudines sex sint partes coessentiales ipsius motus? Vtrum linea diametralis sit vna rectitudo septem rectitudinum? Cum octaua sphæra sit corpus; quare non habet septem rectitudines, ex eo quia figura octaua non habet in sua essentia lineã diametralem? Vade ad 49. capitulũ, quod est de septẽ rectitudinibus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBVS MONstruositatis. CAP. CXXVI.

De quæstionibus monstruositatis.

MONSTRVOSITAS quid est? Vtrum monstruositas sit diuinatio motus in naturalibus? Vtrum monstruositas consistat in medio habitus positiui & priuatiui? Vtrum possit dari generalis monstruositas, à qua descendũt mõstruositates particulares? Vtrum monstruositas sit extra correlatiuos naturales? Vade ad 50. capitulum, quod est de mõstruositate. Adhuc quæritur, vtrum monstruositas sit à contingentibus? dicendum est, quod sic: eo quia ipsa non habet rectum instinctum & appetitum.

DE QUAESTIONIBVS DERIVAtionis. CAP. CXXVII.

De quæstionibus derivationis.

DERIVATIO quid est? vtrum deriuatio contineat in se correlatiua? Quæ sunt causę deriuationis? qui sunt effectus deriuationis? Vtrum motus sit possibilis sine deriuatione? vtrum ex dispositione & proportione sequatur deriuatio? A quo & quomodo deriuantur scientiæ; & sic quæratur de mechanicis: & vade ad 51 capitulum, quod est de deriuatione.

DE QUAESTIONIBVS VMBRAE. CAPVT. CXXIIX.

De quæstionibus vmbræ

VMBRA quid est? vtrum vmbra sit habitus priuatiu⁹? Quę est causa vmbrę? Color cuius est? & figurę vmbræ cuius est? vmbra quomodo est? vtrum sit vna vmbra generalis à qua descendant omnes vmbræ particulares? Cum cristallus sit diaphanus: quare est vmbrosus? Cum sol & luna sint corpora diaphana? quare luna est corpus vmbrosum, sed sol non? Cum speculum sit diaphanum: quare est vmbrosum. Vtrũ monstruositas sit vmbra naturæ? Vtrum ignorantia sit vmbra intellectus? vtrum peccatum sit vmbra virtutis? vade ad 52. capitulum, quod est de vmbra.

DE QUAESTIONIBVS SPECVLI. CAPVT. CXXIX.

De quæstionibus speculi.

SPECVLVM quid est? Quare speculum recipit figuras: & vtrum simpliciter non? Vmbra speculi à quo est? Quę sunt principia vmbræ speculi? quare speculum integrum causat vnam vmbram: & quando est diuisum, plures eiusdem speciei? & respondendum est per hoc quod sua quantitas est continua & diuisa. Vade ad 53. capitulum, quod est de speculo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBVS COLORIS & colorati. CAP. CXXX.

De quæstionibus coloris & colorati.

COLOR quid est? Color quid est in supradicto? Correlatiua coloris, de quibus correlatiuis sunt habitus? Color ex quibus est? Vtrum possit dari vn⁹ color, sub quo sunt plura colorabilia? vtrum color coloret aërem per suam speciem? Color quomodo est propria passio & appropriata? Quare visus non potest attingere colorem absque figura? Per quem modum vnus habitus est supra alium? Quare non sunt multæ albedines differentes specie? Et respondendum est ex eo, quod color est genus generalissimũ: & vade ad 54. capitulũ, quod est de colore.

DE QUAESTIONIBVS PROPORTIONIS & proportionati. CAP. CXXXI.

De quæstionibus proportionis & proportionati.

PROPORTIO quid est? & sua diffinitio ad quæ principia est applicabilis? Principia proportionis quæ sunt? Vtrum proportio sine dispositione & conditione esse possit? vtrum proportione sit monstruositas? Quare infinitum & finitum non proportionantur? Posito quod infinitum non haberet correlatiuum: vtrum finitum esset ei proportionatum? Vtrum nouitas proportionetur æternitati? Et vtrum in infinitate possit esse proportio? Vade ad 55 capitulum, quod est de proportione & proportionato.

DE QUAESTIONIBVS DISPOSITIONIS & dispositi. CAP. CXXXII.

De quæstionibus dispositionis & dispositi.

DISPOSITIO quid est? Quę est dispositio substantialis, & quæ accidentalis? Vtrum lapis sit tantum dispositus, quod sit sensatus, quantum sensus est dispositus ad sentire? Vtrum sensus sit tantum dispositus, quod sit imaginatus, quantum imaginatio est disposita ad imaginandum? Vtrum imaginatio sit tantum disposita, quod sit intellecta, quantum intellectus ad intelligere? Vtrum Deus sit magis dispositus quod sit intellectus, quam intellectus humanus ad intelligere? Vtrum intellectus sit magis dispositus ad credere in Deum, quam ad intelligendum ipsum? Et respondendum est quod sic, mediante tamen fide. Vtrum Deus sit magis dispositus recoli, quam memoria recolere ipsum? & respondendum est quod sic: alioquin frustra esset spes. Vtrum Deus sit magis dispositus amari quam voluntas humana ad diligendum ipsum? & respondendum est quod sic alioquin frustra esset charitas. Vtrum Deus sit magis dispositus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dispositus ad creare mundum, quam mundus ad esse creatus? & respondendum est quod non: effectus enim non tantum est capax per suam passionem quantum causa per suam actionem. Aliter enim cœlum esset ita capax ad essendum magnum extensiue & infinite, sicut ad essendum creatum ab æterno, quod est impossibile: propter quod intellectus cognoscit quod impossibile est cœlum esse ab æterno, & de hac cognitione voluntas valde lętatur. Vade ad 56. capitulum, quod est de dispositione. Adhuc quęritur vtrum Deus sit tantum dispositus ad agendum infinitè per suam infinitatem & æternitatem, quantum ad intelligendum & volēdum per suum intellectum & voluntatem? & respondendum est quod non: nam in Deo non est prius neque posterius. Vtrum Deus sit magis dispositus ad creandum maiorem creaturam quam minorem? Ad quod dicendum est quod sic: sicut maior efficiens est magis dispositus ad faciēdum maius quam minus. Omnibus istis sic consideratis, intellectus & voluntas sunt valde dispositæ ad lætandum.

DE QVAESTIONIBVS CREATIONIS & creati. CAP. CXXXIII.

De quæstionibus creationis & creati.

CREATIO quid est? Quare est creatio in creatore & in creato? Creatio per quem modum transit de Idea in Ideatum? vade ad 57. capitulū, quod est de creatione & creato.

DE QUAESTIONIBUS PRÆdestinationis. CAP. CXXXIV.

De quæstionibus prædestinationis.

PRÆDESTINATIO quid est? vtrum prædestinatio sit Idea? Quare in prædestinatione Idea præcedit Ideatum creatum? Prædestinatus per quem modum consistit in prędestinatione? Prædestinatio per quem modum est diuersimode? Per quem modum prædestinatio & liberum arbitrium se habent in subjecto in quo sunt? Posito quod prædestinatio corrumperet liberum arbitrium: vtrum mundus esset creabilis: & iustitia Dei suum actum in ipso habere posset? vade ad 58. capitulum, quod est de prædestinatione.

DE QUAESTIONIBUS MISEricordiæ. CAP. CXXXV.

De quæstionibus misericordiæ.

MISERICORDIA quid est? Vtrum misericordia sit in æternitate idea? Vtrum aliqua misericordia sit Deus? Vtrum Deus sit magis dispositus ad parcēdum, quam peccator ad peccandum? Vtrum prædestinatio & misericordia in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubjecto nono conueniant : ſicut in æternitate? Vtrum prædeſtinatio poſſit impedire actum miſericordiæ & iuſticię? & reſpondendum eſt quod non. Et vade ad 59. capitulum, quod eſt de miſericordia.

DE QUAESTIONIBVS NECESſitatis & neceſſitati. CAP. CXXXVI.

De quæſtionibus neceſſitatis & neceſſitati.

NEceſſitas quid eſt? Neceſſitas quid eſt in Deo? Neceſſitas quid eſt in ſubjecto nouo? Vtrum diuina iuſticia & diuina miſericordia neceſſitent hominem ad gloriam, ipſo faciente pœnitentiam de commiſſis. Vtrum miſericordia & iuſticia Dei poſſint tantum neceſſitare hominem ad beatitudinem iudicando & parcendo, quam prædeſtinatio & diuina ſapientia per intelligere? & vade ad 60. capitulum, quod eſt de neceſſitate & neceſſitato.

DE QUAESTIONIBVS FORTVNAE, & fortunati. CAP. CXXXVII.

De quæſtionibus fortunæ & fortunati.

FORTVNA quid habet? Vbi eſt ſubjectum fortunæ? Quæ ſunt principia fortunæ? Vtrum fortuna habeat plus de eſſe per ſuum effectum quam per ſemetipſam? vtrum fortuna fortunet fortunatum : aut fortunatus fortunet ſeipſum cum fortuna : ſicut ſciens qui facit ſe ſcientem cum intellectu? & reſpondendum eſt quod non: quia ſciens facit ſe ſcientem cum intelligere : fortunatus autem facit ſe fortunatum cum ignorantia. Fortuna quomodo eſt? vade ad 61. capitulum, quod eſt de fortuna.

DE QUAESTIONIBVS ORDINATIONIS & ordinati. CAP. CXXXVIII.

De quæſtionibus ordinationis & ordinati.

ORDINATIO quid eſt? Ordinatio vbi incipit: & vbi quieſcit? quę ſunt principia primitiua ordinationis? vtrum prędeſtinatio & cœlum poſſunt deſtruere ordinationem hominis, & plantarum, & animalium & elementorum? vade ad 62. capitulum, quod eſt de ordinatione.

DE QUAESTIONIBVS CONSILII ET conſulti. CAP. CXXXIX.

De quæſtionibus conſilij & conſulti.

CONSILIVM quid eſt? Conſilium ad quæ principia eſt applicabile? vtrum conſilium habeat principia generalia, cum quibus ſit generale? vtrum conſilium diſcurſum per principia & regulas ſit formatum: & non diſcurſum per ipſas ſit diffoima-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

di fformatum? vtrum consilium discursum per principia & regulas sit assertiuum: & non diicursum per ipsas sit dubitabile & Periculosum? vtrum consilium de contingentibus sit periculosum? Quare consilium consistit magis per prius quam per posterius? vtrum ignorantia & peccatum sint inimicæ consilij? vade ad 63. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS GRATIAE & gratiati. CAP. CXL.

De quæstionibus gratiæ & gratiati.

GRATIA quid est? Gratia cum quibus principiis cognoscitur? vtrum gratia possit esse in subjecto indisposito? vtrum gratia possit esse absque charitate? vtrum spes cum gratia formata? vtrum fides sine gratia sit fruſtra? Quæ virtutes requirunt maiorem dispositionem ad recipiendum gratiam: aut cardinales aut theologicales? Gratia quare est & de quo est: & quanta est? Et vtrum propria passio? Gratia quomodo est? & vbi est? & cum quo est? & vade ad 64. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS PERFECTIONIS & perfecti. CAP. CLXI.

De quæstionibus perfectionis & perfecti.

PERFECTIO quid est? Perfectio à quo deriuatur? Perfectio cum quibus quiescit: & in quo quiescit? vtrum summa perfectio sit perficere perfectum de perfecto? vtrum perfectum possit perficere perfectum de imperfecto? vtrum potentia sine actu sit perfecta? vtrum vltimus finis sit de genere perfectionis? vtrum perfectio moralis sit signum perfectionis naturalis? vade ad 65. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS DECLARATIONIS & declarati. CAP. CXLII.

De quæstionibus declarationis & declarati.

DECLARATIO quid est? Intellectus vbi declarat dubium? Declaratio per quem modum oritur tanquam habitus? quid est materia, declarationis in hac arte. Vade ad 66. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS TRANSVBSTANTIATIONIS & transubstantiati. CAP. CXLIII.

De quæstionibus transsub-

TRANSVBSTANTIATIO quid est? vtrum transubstãtiatio sit in fieri aut in facto esse. Transubstãtiatio quare est?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

stantiationis, & transſubstantiati.

Transubſtantiatio quomodo fit? Cum quo fit transubſtantiatio? Transubſtantiatio ex quo eſt? Transubſtantiatio quomodo conſiſtit in tempore & loco? vade ad 62. capitulum.

DE QUAESTIONIBVS ALTERATIONIS. CAP. CXLIV.

De quaestionibus alterationis.

ALTERATIO quid eſt? Alteratio naturalis & alteratio moralis per quem modum differunt? Vtrum alteratio naturalis conſiſtit per potentiam innatam: & moralis per natam? Alteratio ex quo eſt? & quare eſt? & quomodo eſt? & vbi eſt? & cum quo eſt? vade ad 68 capitulum.

DE QUAESTIONIBVS INFINITATIS & INFINITATI. CAP. CXLV.

De quaestionibus infinitatis & infinitati.

INFINITAS quid eſt? Vtrum infinitas habet correlatiuos ſibi coeſſentiales & naturales? Infinitas cum quibus eſt conditionata. Vtrum infinitas poſſit impediri. Vtrum entia infinito competant magis infinitè quam finito finire. Vtrum potentia quam habet ignis ad comburendum infinita ligna, ſi haberet illa, ſit ſignum infinitatis diuinæ & infinire diuini Vtrum virtus quam habet intellectus humanus durans in æternum, & haberet ſufficientiam obiectorum, & multiplicaret numerum infinitum intelligendo? & ſit de voluntate diligendo, ſit ſignum infinitatis & ſui infinire? Poſito quod cœlum haberet memoriam innatam, & motum in æternum numeraret & recoleret dies infinitos: quæritur, vtrum iſta memoria eſſet ſignum infinitatis & æternitatis & actuum earum, ſcilicet infinire & æternare? & reſpondendum eſt quod ſic; ut per locum à minori patet: & regula B. hoc negare non poteſt; & vade ad 69. capitulum.

DE QUAESTIONIBVS DECEPTIONIS & DECEPTI. CAP. CXLVI.

De quaestionib. deceptionis & decepti

DECEPTIO quid eſt? Habitus poſitiui & priuatiui per quem modum differunt in deceptione? Vtrum decipiens decipiat ſeipſum: & ſic de decepto? Deceptio ex quo fit: & quomodo fit: & quomodo cognoſcitur; & cum quo fit; & cum quo cognoſcatur? & vade ad 70. capitulum.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUAESTIONIBVS HONORIS & honorati. CAP. CXLVII.

HONOR quid eſt? Quare honorans eſt per prius: & honoratus per poſterius? Quare vituperans eſt magis vituperatus quam ille cui infertur vituperatio? Quare petens ſibi honorem non poteſt ab ipſo ſaturari? & reſpondendum eſt ex eo, quia ſoli Deo debetur honor ab omnibus. Quæritur, vtrum petens magis honorem pro ſe quam pro Deo peccet plus quam alius qui peccat per auariciam? aut per aliud peccatum? Vtrum Deus requirat aliud ab hominibus, niſi honorem ſibi? Quod eſt magis ſignum honoris Dei, aut honor honorantis, aut honor honorati? vade ad 1. capitulum.

De quæſtionib. honoris & honorati.

DE QUAESTIONIBVS CAPACITATIS & incapacitatis. CAP. CXLIIX.

CAPACITAS quid eſt? Capacitas & incapacitas in quo ſi ſunt? Quid eſt cauſa ruditatis intellectus? Quare intellectus eſt magis capax ad numerādum vnitates infinitas in numero: poſito quod ſufficerent ei obiecta, quam ignis ad comburendum omnia corpora, ſi de lignis haberet ſufficientiam Vtrum intellectus de ſe ſit magis capax ad intelligendum quam ad ignorandum? vade ad 72. capitulum.

De quæſtionib. capacitatis & incapacitatis.

DE QUAESTIONIBVS EXISTENTIÆ & agentiæ. CAP. CXLIX.

EXISTENTIA quid eſt? Agentia quid eſt? vtrum aliqua exiſtentia poſſit tantam agentiam in ſe continere, quanta ipſa eſt? Vtrum principia primæ figuræ poſſint exiſtere in aliqua eſſentia ſine agentia? vtrum intellectus ſeparatus poſſit tantum intelligere quantum exiſtere? vtrum principia poſſint eſſe in ſubiecto abſque poſſe poteſtatis? vade ad 73. capitulum, quod eſt de exiſtentia.

De quæſtionib. exiſtētiæ & agentiæ.

DE QUAESTIONIBVS COMPRAEHENSIONIS & apprehenſionis. CAP. CL.

COmprehenſio quid eſt? & apprehenſio quid eſt? intellectus per quem modum eſt comprehendens & apprehendens? Quare ſenſus non poteſt tantum comprehendere ſenſibile ſentiendo, quantum intellectus intelligendo? vtrum intellectus poſſit magis comprehendere intelligibilia quā ignis

De quæſtionib. cōprahēſionis & apprahenſionis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ignibilia? Quare potentiæ impediuntur per apprehensionem & non per comprehensionem? Vtrum cœlum mouens in æternum comprehenderet plures dies quam ignis plura ligna ad cõburendum? Ad quod dicẽdum est quod sic: eò quia cœlum causaret dies in sua essentia: ignis autem non causaret in se, neque in alio ligna. Vtrum per comprehensionem & apprehensionem intellectus cœlum & ignis sint similia signa infinitatis Dei creationis mundi? Vade ad capitulum 74.

DE QVAESTIONIBVS INVENtionis & inuenti. CAP. CLI.

De quæstionibus inuentionis & inuenti.

INuentio quid est? Quid est inuentum? Intellectus vbi inuenit inuentum? Vtrum inuentio sit habitus innatus? Vtrum intellectus posset inuenire inuentum extra suam essentiam? Intellectus quomodo & cum quo inuenit inuentum? Vtrum inuentum sit subjectum scientiæ? Vtrum imaginatio inueniat imaginatum extra suam essentiam? Et vtrum sensus inueniat sensibile extra suam essentiam? Vade ad 75. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS SIMILItudinis & similati. CAP. CLII.

De quæstionibus similitudinis & similati.

SImilitudo quid est? Similitudo à quibus oritur? Similitudo ex quibus est? Agens & patiens in quibus sunt similes? Quæritur, quomodo diuersa sunt similia? Quare similitudo sine concordantia esse non potest? Quæ sunt similitudines superiores & inferiores? Prius & posterius in quibus sunt similia? Vtrũ Deus habeat sibi simile? Vtrum vna similitudo moueat aliam? Vtrum vnum simile sit de altero simili? Vtrum intellectus habeat consimilia? Vtrum plures sint similitudines quam dissimilitudines? Vade ad 76 capitulum.

DE QVAESTIONIBVS ANTECEdentis & consequentis. CAP. CLIII.

De quæstionibus antecedentis & cõsequentis.

ANtecedens quid est? Et consequens quid est? Vtrum inter antecedentem & consequentem sit dare medium necessarium? Vtrum antecedens & cõsequens possunt esse absque correlatiuis principiorum? Vtrum vltimus finis sit antecedens aut consequens? Vade ad 77. capitulum. Adhuc quæritur, cum homo sit inferius, & animal superius: quare homo est antecedens; animal autem consequens? Quare antecedens est prius: consequens autem posterius? solutiones in prædicto capitulo.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVAESTIONIBVS POtentiæ, obiecti & actus. CAP. LIV.

POTENTIA. obiectum & actus qui sunt? Vtrum actus consistat in medio potentiæ & obiecti? Vtrum actus sit mouens & motus? vtrum potentia sit mouens & mota? Vtrū potētia moueat secum obiectū aut obiectum simpliciter moueat potentiam? Vtrum mobilitas obiecti sit per prius aut per posterius? Vtrum sit dare obiectum intrinsecum & extrinsecum actui? quod obiectum est prius? aut intrinsecum aut extrinsecum? vade ad 78. capitulum. *De quæstionib. potētiæ. obiecti & actus.*

DE QVAESTIONIBVS GEnerationis, & corruptionis & priuationis. CAP. CLV.

GENERATIO quid est? Corruptio quid est? Priuatio quid est? vtrum generatio & corruptio & priuatio sint simul & semel in subiecto? Vtrum generatio sit actiua: & corruptio sit passiua? Vtrum idem agens sit gignens & corrumpens? Vtrum priuatio sit de genere generationis & corruptionis? Vtrum priuatio dicat essentiam? vtrum sensus attingat generationem & corruptionem & priuationem? Vtrum generatio & corruptio & priuatio sint principia naturalia? vtrum corruptio existat inter generationem & priuationem? Vtrum corruptio existat inter esse & non esse? vade ad 79. capitulum. *De quæstionib. generationis & corruptionis, & priuationis.*

DE QVAESTIONIBVS theologiæ. CAP. CLVI.

THEOLOGIA quid est? Vtrum theologia sit scientia? Theologia per quem modum est scientia? Vtrum sit scibile Deum esse? Vtrum sit scibile quod Deus non est planta, lapis & huiusmodi. Vtrum correlatiua Dei sint scibilia? Vtrū Deus possit diffiniri? Vtrum essentia Dei sit scibilis? vtrū scientia & charitas Dei sint scibiles? Vtrum iusticia & misericordia Dei sint scibiles? vtrum sit scibile Deum non esse? vtrum imperfectio in Deo sit scibilis? vtrum perfectio Dei sit scibilis? Vtrum intellectus humanus acquirat maius meritum, Deum intelligendo, quam ineum credendo: vtrum Deus sit tantum intelligibilis à nobis, quantum amabilis? Vtrum fides eleuet tantum intellectum ad intelligendum dominum, quã charitas voluntatem ad diligendum illum? vtrum in obiectando Dominum, spes consistat inter intelligere & amare? Per quem modum cognoscitur *De quæstionib. theologiæ*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnoscitur quæ lex est vera? Per quem modum multa vera dici possunt inintelligendo & amando? vade ad 80. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS PHILOSOPHIÆ. CAP. CLVII.

De quæstionib. philosophia.

PHILOSOPHIA quid est, Quod est maius subiectum intellectui philosophanti? Intellectus per quem modum est valde generalis? per quem modum intellectus est valde artificiatus ad attingendum obiecta? Vtrum philosophia sit imago theologiæ? Vtrum intellectus absq; magna dispositione & proportione possit esse altus? Vtrum deficientibus proportione & dispositione deficiat intellectus? Vtrum intellectus absq; philosophia possit vti sua natura? Vtrum intellectus absq; arte possit esse altus; Vtrũ intellectus cum arte distat ab ignorantia? Vade ad 81. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS GEOMETRIÆ. CAP. CLIX.

De quæstionib. geometriæ.

GEOMETRIA quid est? quod est subiectum Geometriç? Geometria cum quo mẽsurat mensurabile? Vtrum theologus possit sic mensurare principia primæ figuræ: sicut geometria angulos acutos & rectos? Mensurę à quibus principiis oriuntur? quæ sunt subiecta mensuræ? Vtrum quantitas sit habitus quanti? Geometria per quod principium explicitum est explicata in arte ista? Vtrũ nouem subiecta sint subiecta geometriæ? Vtrum geometria possit mensurare nouem subiecta secundum modum eorum? Geometria cum quo principio: & per quem modum est discursa per artem istam? Quæritur vbi sunt loca applicabilia ad geometriam? Et respondendum est, quod illic vbi locatum est de quantitate. Per quem modum intellectus inuenit geometriam & vtitur ipsa? Geometria per quem modum à sensatis abstrahit mensuras mathematicas: & multiplicat illas? Per quem modum geometria cum angulis sensibilibus multiplicat angulos extra sensum? Vtrum geometria faciat scientiam de quantitate sensata: aut de quantitate extra sensum? Vtrum geometria sit subiectum, siue signum siue instrumentum theologo, ad mensurãdum naturam: & morali ad mensurandum moralitatem? In geometria quæ sunt mensuræ prius, & quæ per posterius; Per quem modum geometria potest mensurare lineam circularem extensum: & quadrare circulum. Circulus per quem modum quadrari potest: hoc est mensurare lineam circularem cum linea quadrangulari, & è conuerso. vade ad 82. capitulum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE QUAESTIONIBUS astronomiæ. CAP. CLIX.

De quæstionibus astronomiæ.

ASTRONOMIA quid est? Vtrum astronomia dependeat à geometria Vtrum sit alia octaua sphæra, siue alius mundus siue aliud cœlum stellatum? Cum sol non sit calidus, quare calefacit aërem? Multæ aliæ quæstiones possent fieri de astronomia: quarum solutiones sunt implicatæ in tertio subiecto. quod est de cœlo. Sicut si quæratur: posito quod esset alia sphæra: vtrum essent distantiæ & propinquitates inter ipsas in actu aut in potentia? vade ad 83. capitulum.

DE QUAESTIONIBUS arithmeticæ. CAP. CLX.

De quæstionibus arithmetica.

ARITHMETICA quid est? Vtrum arithmetica dependeat à geometria? Quę sunt principia primitiua arithmeticæ? Quæ est causa numeri? Numerus quot species habeat? Vtrum numerus par sit prius, aut numerus impar? Quæ sunt correlatiua numeri? Quæritur per quem modum prima vnitas est principium numeri: & prima & secunda tertiæ vnitatis? quare numerus perficitur in tribus vnitatibus? vtrum tertia vnitas sit ita propinqua primæ vnitati, sicut secundæ. Quæ est prima multiplicatio numeri. Per quem modum geometria & arithmetica sunt similes? vade ad 84. capitulum.

DE QUAESTIONIBUS musicæ. CAP. CLXI.

De quæstionib. musicæ.

MUSICA quid est? Quare est? Cum quibus principiis diffinitio musicæ significatur? Quare sunt sex gradus musicæ? quæ sunt principia primatiua vocis? Quare sunt 5. vocales, & non plures vel pauciores? Vox à quo oritur? Consonantes a quibus oriuntur? Quare litera E. est magis componibilis cum aliis literis in alphabeto, quam A. & A. quam V. quare I & O. non causant consonantes, sicut faciunt A. & V. Vocales per quem modum applicantur diuersimodis elementis? Quæritur quare O. in voce attribuitur cœlo? Vtrum musica descendet à geometria, vade ad 85 capitulum.

DE QUAESTIONIBUS rhetoricæ. CAP. CLXII.

De quæstionibus rhetorica.

RHETORICA quid est? Quare rhetorica est? Quæ sunt principia rhetoricæ: Rhetoricus quomodo cum vno principio colorat & ornat aliud? Quomodo subiectum ornatur cum prę-

dicato

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dicato? Quomodo subiectum ornatur cum suis correlatiuis? Quomodo vnum relatiuum ornatur cum alio? Per quem modum subiecta ornantur cum dignitatibus? Quomodo rhetoricus ornat proportionem cum natural medio subiecti & prædicati? Rhetoricus quomodo ornat propositionem cum medio accidentali. Cum quibus vocibus significatiuus colorat sua verba. Quare vox significans turpe significatum non est de ratione rhetoricæ Quare senectus, mors, october & nouember & huiusmodi, sunt signa turpium significatorum? Quomodo rhetoricus cum pulchris verbis laudat amicum, & vituperat inimicum? Quomodo rhetoricus cum pulchris verbis secundū officium ornat sua verba? Cum quot gradib. rhetoricus ornat sua verba? Quomodo rhetoricus ornat substantiuum cum adiectiuo? quomodo rhetoricus ornat & colorat formam cum materia & è conuerso? Rhetoricus cum quo medio colorat principium & finem? Quare rhetoricus ornat magis sua verba cum principiis substantialibus quam cū accidentalibus? Quomodo rhetoricus colorat sua verba cum possib l & impossibili? Quomodo rhetoricus colorat sua verba cum proucrbiis siue exemplis? vade ad 86. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS logicæ. CAP. CLXIII.

De quæstionib. logica.

LOGICA quid est? Logicus cum quo concludit necessariè? Quomodo logicus inuestigat & inquirit medium inter subiectum & prædicatum? Quomodo logicus tractat de quinq; prædicabilibus & de decem prædicamentis? Logica quibus principiis huius artis est applicabilis? Quare logicus nō potest stare contra naturalem? Per quem modum cognoscitur quod hæc ars est generalis & logica particularis? Quare logica est labilis & insatiabilis: sed hæc ars nequaquam? Quare logica non sufficit ad inueniendum veram legem? Hæc autem ars sic? quomodo ars ista & logica differunt? Cum scientia ista contineat in se logicam: quare est magis facilis ad addiscendum & magis permanens quam logica? vade ad capitulum 87.

DE QVAESTIONIBVS grammaticæ. CAP. CLXIV.

De quæstionib. grammatica.

GRAMMATICA quid est? grammatica per quot modos diuiditur? Quomodo grammatica applicatur ad hanc artem? Nomina grammaticæ quibus principiis sunt applicabilia? Pronomen quibus principiis est applicabile? verbū quibus locis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

locis huius artis est applicabile? Participium in arte ista vbi implicatur? Coniunctio vbi implicata est in hac arte? Aduerbium vbi implicatur? prępositio vbi implicatur? Interiectio vbi est implicata? Nominatiuus casus vbi implicatur? Genitiuus casus vbi implicatur? Datiuus casus vbi applicabilis? Accusatiuus casus vbi implicatus est? Vocatiuus casus vbi est implicatus? Ablatiuus casus vbi est applicãdus? Declinatio vbi est applicabilis? Coniugatio vbi est applicanda? Genus vbi est applicandum? Regimen vbi implicatur? Constructio vbi est applicanda? Orthographia vbi est applicanda? Figura vbi est impiicanda? Quæritur vbi est fons grammaticæ in hac arte? vade ad 88. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS MORALITATIS. CAP. CLXV.

MORALITAS quid est? Quæritur vbi sunt loca moralitatum in hac arte? Quomodo virtus multiplicatur? Quomodo vitium multiplicatur? quomodo per tertiã figuram homines virtutibus bene vtuntur, & per illam vitia corrumpuntur? quomodo virtutes & vitia sunt inuestigabiles per quartam figuram? quomodo virtus & vitium inueniuntur? per quem modum homo lucratur virtutes aut peccata? & quod est subiectum de istis? Quæritur per quẽ modum homo potest esse altus in oratione & contẽplatione? Vade ad 89. capitulum. *De quæstionib. moralitatis.*

DE QVAESTIONIBVS politicæ. CAP. CLXVI.

POLITICA quid est? politica vnde oritur? vtrum politica sit tractabilis cum nouo subiecto? Publica vtilitas quomodo tractabilis est. Politica cum quibus correlatiuis cognoscitur? quomodo politica? est ordo in sensitiuis? vtrum politica contineat in se bene esse? vtrum politica descendat à rhetorica? quæ sunt conditiones politicæ. quæ est forma generalis politicæ, & quæ est particularis? politica cum quibus habitibus est sana? & cum quibus est infirma? politica ex quibus viuit, & cum quibus moritur? vade ad 90. capitulum. *De quæstionib. politicæ.*

DE QVAESTIONIBVS iuris. CAP. CLXVII.

IVS quid est? quod sunt principia primitiua iuris? quod est subiectum iuris. Ius diuinum quibus principiis attribuitur *De quæstionib. iuris.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

buitur? Ius gentium quibus principiis attribuitur? Ius naturale quibus principiis attribuitur? Ius positiuum quibus principiis attribuitur? Ius per quem modum consistit in alio? Quid habet ius in alio? Ius vbi habet suam formam & suam materiam? Ius ex quo est? Ius quare est? Ius quomodo se habet in iudicio? Vtrum iusticia sit forma iuris, & vtrum sit subiectum iuris? Per quem modum iusticia potest esse forma iuris & subiectū eius? Iusticia cum quibus principiis est discursiua & inuenta? Iustitia per quem modum transit de necessitate ad contingentiam? Per quem modum cognoscitur ius scriptum esse verum? quod est ius difformatum, siue fictum, siue phantasticum? Quæritur, per quem modum ius est verum & ius necessarium? Per quem modum ius positiuum ad ius verum & necessarium reduci potest? Vtrum ius positiuum quod non potest reduci ad ius necessarium, sit ius? Ius quomodo est rentabile & cognoscibile? Ius per quem modū probatur, & fortificatur, & declaratur? Quæritur vtrum ius sit scientia? vtrum ius scriptum sit magis per credere quam per intelligere? Per quem modum iura intelligibilia & credibilia differunt? Conscientia per quæ iura consistit magis, aut per iura credibilia, aut per iura intelligibilia? Vtrū sanitas iuris consistat per intelligere: & infirmitas sua consistat per credere? Quare ius scriptum constat magis per memoriam quam per intellectum? quare ius scriptum tantū prolixum? Vtrum credere & recolere sint causæ prolixitatis iuris? Ius scriptum per quem modum est assituatum in potentiis animæ? vtrum esset bonum translatare ius de credere ad intelligere? Per quem modum inueniuntur forma & materia iuris? Vtrum iuristæ faciant iniuriam iuri? Et si faciāt per quem modum ipsam faciunt? Vade ad 91. capitulum. Multæ aliæ quæstiones possent fieri: quarum in paragraphis supradictis solutiones sunt implicatæ. Sed miratur intellectus, quare maiores domini non reducunt ius ad ipsum ex eo quia intellectus est prius: memoria autem posterius.

DE QVÆSTIONIBVS MEDICINÆ. CAP. CLXIIX.

De quæstionibus medicinæ.

MEDICINA quid est? Medicina quibus principiis est reducibilis? Sanitas cum quibus principiis est subiectum medicinæ? Per quem modum medicus ex mixtione prima cauſat mixtionem secūdam medicinarum? Quæ sunt principia primitiua medicinæ? Vtrum medicina requirat, quod imaginatio medici imaginatur imaginabilia per sensibilia? vtrū intellectus posset facere scientiam de medicina? Vtrum medicina

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cina sit scientia? Medicina per quam potentiam animæ est per prius? & per quam posterius? Per quod principium siue principia medicus vti scit medicina, quę sunt signa medicinæ? Vtrum signa medicinæ repræsententur primo ad intelligere: & deinde ad credere, & sic de imaginatione & sensu. Quare medicina est ita difficilis & prolixa? In decoctione herbarum, quæ herba habet maiorem virtutem, & quem minorem? Facta decoctione de rosa & viola, quæ istarum præualet in virtute? Quomodo medicus sciat graduare decoctionem siue vnguentum? Vtrum vegetatiua & elemẽtatiua sint subjectum medicinæ, & si sunt? Quæritur, per quem modum sunt discursibiles per ipsam? Medicina scripta per antiquos, quomodo est tentabilis per principia & regulas huius artis? Quæritur, per quem modum medicina positiua potest reduci ad naturalem medicinam? Quæritur, vtrum medicina sit sana per intelligere: sed infirma per credere? ▼ade ad 92. capitulum. Multæ aliæ quæstiones possent fieri de medicina, quarũ solutiones sunt in prædictis paragraphis implicatæ.

DE QUÆSTIONIBUS REGIminis. CAP. CLXIX.

REGIMEN quid est? Quod est subjectum regiminis? Vtrum virtutes sint viç regiminis, & si sunt? Quæritur, si sunt per illum modum per quem sunt discursiæ in 9. subjecto. Vtrum virtutes quæ non discurruntur per principia generalia, sint occultæ? Vtrum virtus occulta sit à contingentia? Vtrum princeps indigeat cognoscere Deum per illum modum, per quem est discursus in 1. subjecto: & si hoc nesciat cognoscere? Quæritur, vtrum debeat habere consiliarium qui hoc sciat cognoscere? Vtrum princeps indigeat cognitione hominis, & si ipsam non habet? Quæritur, vtrum debeat habere hominem cognoscentem illum per quartum subjectum? Vtrum principi competat habere cognitionem imaginationis per quintum subjectum? Vtrum principi competat habere noticiam sexti subjecti? Per quem modum regimen principum ad artem reduci potest? Vtrum princeps teneatur docere filium suum regimen artificialiter? Vade ad 93. capitulum. *De quæstionibus regiminis.*

DE QUÆSTIONIBVS MILITIAE. CAPVT. CLXX.

MILITIA quid est? Vtrum victoria sit subjectum militiæ? Quare est militia? Vtrum miles teneatur scire quid est iustitia? Vtrummiles debeat habere prudentiam? Vtrum miles *De quæstionibus militiæ,*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

debeat habere fortitudinem? Quæ ſunt altiores armaturæ militum, ut ſi at vincentes non deuicti? Vtrum militia ad artem liberalem reduci poſſet? Vtrum nobilitas ſit habitus militię? Vtrum militi competat imaginatio diſcurſa per 5. ſubjectum? & ſenſitiua per 6? Quare aliquando pauci milites deuincunt multos? Et vade ad 94. capitulum.

DE QUAESTIONIBVS MERCATURÆ. CAP. CLXXI.

De quæſtionibus mercaturæ.

MERCATVRA quid eſt? Emens & vendens cum quibus principiis habere ſe debent? Quod eſt ſubjectum mercaturæ? vtrum acquirere maius pro minori ſit ſubjectum mercaturæ? Per quem modum mercator ſe debet habere ſupra ſubjectum mercaturæ cum natura potentiarum animę? vtrum vnus mercator ſit melior mercator quam alter: per hoc quia iſte ſcit melius vti potentiis inferioribus & ſuperioribus quam alter? Per quem modum vnus mercator ſcit vti melius potentiis inferioribus & ſuperioribus quam alter? vtrum mercatura poſitiua poſſit reduci ad artem iſtam? Per quem modum vnus mercator multiplicat magis pecuniam quam alter? vtrum mercator cum ſubjecto E. ſciat ſe prolongare à contingentia. Per quem modum mercator debet vti tempore, loco & perſonis? Cum quo mercator ſciat vti proprio appropriato in mercatura? Mercatura cum quo cognoſcitur, quod ipſa eſt habitus perfectus ementis & vendentis? Vade ad 95. capitulum.

DE QUAESTIONIBVS NAVIGATIONIS. CAP. CLXXII.

De quæſtionibus nauigationis.

NAVIGATIO quid eſt? Nauigatio à quibus artibus deſcendit? Quod eſt ſubjectum nauigandi? Quæ figura eſt imago nauigationis? vtrum imago ſiue figura ſit ſubjectum nauigationis? Quæritur per quem modum miliaria cauſantur & multiplicantur per rectam lineam & obliquam? Si quatuor miliaria cauſant tria, inde quæritur quare bis quatuor cauſant ſex? Per quem modum differunt theorica & practica in nauigatione? Quare quatuor miliaria cauſant tria miliaria? Item quæritur, quare octo penes meridiem & tria cum dimidio de L. vſque ad M. cauſant 6. miliaria minus quarta? Per quem modum cognoſcitur motus compoſitus ex lineis rectis & obliquis? Per quem modum nautæ cognoſcunt, in quo loco maris eſt nauis? Per quem artem nautæ cognoſcunt longitudines & propinqui-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ropinquitates montium? Per quem modum vnus ventus habet maiorem inhærentiam ad vnum ventum quam alium? Quo modo nautę cognoſcunt qualitates ventorum? Quomodo nautæ cognoſcunt longitudines & propinquitates ventorum? Quo modo cognoſcitur qualitas pluuiæ? Quomodo per colores nubium cognoſcuntur venti? Quomodo pluuia ſignificat talem ventum & non alium? Fauonius quos ventos ſignificat? Fauonius quomodo eſt aſſituatus? Et vade ad 96. capitulum.

DE QVAESTIONIBVS CONſcientiæ. CAP. CLXXIII.

De quæſtionibus conſcientiæ.

COnſcientia quid eſt? Conſcientia per quem modum eſt aſſituata in anima? vtrum per nonum ſubjectum ſit diſpoſitio conſcientię? Quæ eſt cauſa conſcientiæ magnæ? Quæ eſt cauſa conſcientiæ paruæ? Subjectum conſcientiæ temperatę cum quibus eſt? Conſcientia vnde oritur? & vnde non? Conſcientia qu bus diffinitionibus principiorum eſt tractabilis? Cõſcientia cum quibus cognoſcitur? Qui ſunt effectus conſcientiæ? vtrum effectus conſcientiæ ſint ſigna? Conſcientia vbi eſt cum amore, & vbi cum timore? Per quem modum conſcientia conſiſtit in tempore? Conſcientia cum quibus viuit? & cum quibus moritur? Conſcientia cum quo fortificatur? Conſcientia quomodo creſcit? Conſcientia cum quibus ligat, & cum quibus diſſoluit? Conſcientia quare non dormit? Quomodo intellectus artificialiter cognoſcit, & attingit conſcientiam artificialiter? Vade ad 97. capitulum.

DE QUAESTIONIBVS PRAEdicationis. CAP. CLXXIV.

De quæſtionibus prædicationis.

PRÆDICATIO quid eſt? Quid eſt ſubjectum prædicationis? Quæ eſt magna materia prædicationis? Vtrum prędicatio ſine artificio ſit magna? vtrum prædicatio ſine arte ſit à contingentibus? Per quem modum prædicatio eſt facilis & laudabilis? Prędicatio per quem modum eſt fructuoſa aut periculoſa? Quæritur, per quem modum prædicator debet ordinare & coæquare intellectum ſuum & voluntatem? vtrum in ſermone memoria ſine artificio ſit ocioſa? Per quem modum vna gloria poteſt eſſe quãdoque in ſermone? Vtrum intellectus & voluntas æqualiter debeant quieſcere in ſermone? Per quem modũ prędicator debet habituare audiẽtes ex amore, & timore in ſermone? Per quẽ modũ intellectus debet eſſe diſcurſiuus per potẽtias, inferiores & ſuperiores in ſermone? Vtrum prędicator

(c) 2006 Ministerio de Cultura

debeat magis vti naturali medio inter ſubjectum & prædicatum quam medio accidentali? Vtrum media naturalia & accidentalia exiſtentia inter ſubjectum & prædicatum inueniantur in nouo ſubjecto? Per quem modum ſermo eſt inutilis? Cum ſermones ſint multi: miratur intellectus quare gentes non dimittunt magis peccata vſquequo recordatus eſt, ex eo quia ſermocinatores non docent medium naturale exiſtens inter ſubjectum & prædicatum? Per quem modum vocabula poſita in themate ſunt declaranda & euacuanda? Vtrum ſermo ſit magis vtilis per credere quam per intelligere? Vtrum ſermocinator indigeat habitu geometriæ, arithmeticę & rhetoricæ & logicæ? Quare ſermocinator debet eſſe theologus & phyſicus? Vtrum ſermocinator debeat ſe inhærere ad diffinitiones vocabulorum, per quem modum eſt facilis ad inueniendum? Vtrum prædicator teneatur dare magnam noticiam de Deo? Sermocinator quibus trib⁹ locis debeat applicare ſermonem ſuum? Per quẽ modum ſermo ad artẽ reduci poteſt? Vade ad 98. capitulũ.

DE QUAESTIONIBVS ORATIONIS. CAP. CLXXV.

De quæſtionibus orationis.

ORATIO quid eſt? Quęritur, quomodo fit bona oratio? Quomodo fit maxima, altiſſima & dulciſſima oratio? Quomodo contemplator aſcendit ad orandum eſſentiam Dei cum principiis & regulis primę figuræ? Quomodo contemplator aſcendit ad orandum Deum & ſuas dignitates cum ſecunda figura? Quomodo orator aſcendit ad orandum Deum per columnas ſiue per tabulam? Quomodo contemplator aſcendit ad orandum Deum per illum modum per quem ipſe eſt diſcurſus per primum ſubjectum? Quomodo contemplator aſcendit ad orandum Deum per 9 ſubjecta ſignata per C.D.E.F. G.H.I.K. Quomodo oratio eſt formata aut difformata, fructuoſa aut damnoſa? Quomodo per iuſticiam fit oratio? Quomodo fit oratio credendo ſiue per fidem? Quomodo fit oratio per conſcientiam? Quomodo fit oratio cum proſperitatibus & adverſitatibus? Quomodo fit oratio per ſenſum & imaginationem? Quomodo fit oratio per intellectum, memoriam & voluntatem? Quomodo fit oratio per centum formas? Quomodo contemplator orat pro communi & pro ſpeciali? vade ad 99. capitulum.

DE QUAESTIONIBVS MATERIAE. CAP. CLXXVI.

De quæſtionibus memoriæ.

MEMORIA quid eſt? Per quem modum memoria perfectè cognoſcitur? Quæ eſt cauſa qua memoria ſit diſpoſita, ut ipſa

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ut ipſa ſit bona moraliter. Vtrum memoria habeat ita magna recolibilia:ut intellect⁹ intelligibilia,& volũtas amabilia? Quomodo memoria eſt conditionata à præteritis? Quomodo memoria poteſt per poteſtatem? Quomodo memoria eſt conditionata per intellectum aut voluntatem? Quomodo memoria ſe habet cum virtute ſiue cum vitio? Per quem modum memoria eſt vera ſiue falſa? Per quem habitum memoria cauſat delectationem aut triſtitiam? Vtrum memoria habeat differentiam recolendo, ſicut intellectus intelligendo? Vtrum memoria habeat ſua concordabilia, ſicut intellectus & voluntas, habent ſua? Quare memoria contradicit intellectui & voluntati? Quomodo memoria ſe habet cum principio? Vtrum memoria habeat medium ſiue coeſſentiale? Quis eſt finis memoriæ? Quomodo memoria eſt habitus priuatiuus? Vtrum vna memoria ſit maior alia? Vtrum eſſentia memoriæ augeatur aut diminuatur? Vtrum memoria ſit æqualiter communis intellectui & voluntati? Quomodo memoria ſe habet cum intelligere & credere,cum velle & odire? Memoria quomodo eſt habitus priuatiuus? Vade ad 100 capitulum.

DE QUAESTIONIBVS MEMORIAE per regulas. CAP. CLXXII.

De quaſtionibus memoriæ per regulas.

QVÆRITVR,vtrum memoria citius recipiat ſpecies ab intellectu quam à voluntate? Cum iam ſit quęſitum quid eſt memoria? Modo quæritur,quid habet in ſe memoria eſſentialiter? Memoria quid eſt in ſcientia? Vtrum memoria habeat actum in ſubjecto & obiecto? Vtrum memoria ſit ex ſeipſa? Vtrum memoria agat per ſuam ſpeciem? Memoria cuius eſt? Vtrum memoria ſit ex materia & forma? Memoria quo tendit? Quare memoria eſt indiuiſibilis? Vtrum memoria abſque quantitate diſcreta poſſit habere correlatiuos? quę eſt propria aut appropriata paſſio memoriæ. Memoria quomodo conſiſtit in tempore? Quare memoria eſt fortior in pręteritis quam in futuris? Memoria vbi conſeruat ſuas ſpecies? Quomodo memoria diſponitur ad obiectum? Memoria cum quo obliuiſcitur? Vade ad rubricam in qua eſt memoria diſcurſa per regulas: Dictum eſt de quæſtionibus vndecimæ partis huius libri,& data eſt doctrina per quem artiſta ſciat facere quæſtiones & ad loca tranſmittere : & in ſoluendo quæſtiones conſiſtit maximè practica huius artis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DVODECIMA PARS PRINCIPALIS HVIVS OPERIS, *quæ est de habituatione.*

Duodecima pars principalis huius operis quæ est de habituatione

HÆc pars est de habituatione huius artis: & diuiditur in tres partes. Quarum prima est de 3. partibus, in quas hæc ars diuiditur. Et illas artista huius artis habituare debet: ut ipse sciat applicare quæstionem ad illum locum siue loca, quæstioni disposítum siue disposita, secundum conditionem materiæ quæstionis. Secunda pars est, videlicet quod habituet modum & processum huius artis tenendo modum textus ad probandum & soluendum quęstiones peregrinas isto modo, per quem sunt explicatę in textu: sicut vnum exemplum quod per aliud est exemplificatum & declaratum. Tertia pars est, videlicet quod ipse habeat modum multiplicandi quæstiones & solutiones ad vnam & eandem conclusionem, ut per tertiam & quartam figuram significatum est. Et hęc de habituatione sufficiant causa breuitatis.

DECIMATERTIA PARS PRINCIPALIS HVIVS OPERIS, *quæ est de doctrina.*

Decimatertia pars principalis huius operis quæ est de doctrina.

PArs ista est de doctrina: & ipsa diuiditur in 4. partes. Quarum prima est, ut artista bene sciat alphabetum per figuras & definitiones, regulas, & assituationem tabulæ cordetenus. Secunda pars est: quod ipse declaret bene textum scholaribus ratiocinabiliter, & non liget se cum auctoritatibus aliorum, & quod scholares prælegant textum. Et si scholares dubitauerint in aliquo, petant à magistro illud. Tertia pars est, quod magister faciat quæstiones coram scholaribus & soluat eas rationabiliter secundum artis processum: nam absque ratione artista non potest bene vti ista arte. Vnde sciendum, quod hęc ars tres amicos habet, videlicet subtilitatem intellectus, & rationem, & bonam inuentionem. Sine istis quidem nullus hanc artem addiscere potest. Quarta pars est, quod magister faciat scholaribus quæstiones, ut ipsi de illis respõdeant ei. Et dicat illis quod multiplicent rationes ad vnam & eandem conclusionem, ad hoc ut inueniant loca, ratione quorum sciant respondere & multiplicare. Si verò scholares nescient respondere, nec rationes multiplicare, nec loca inuenire: tunc magister doceat scholares de prędictis.

Sciendum quod sunt tres gradus comparationis, scilicet bonus, me-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nus,melior,optimus : & ſic iſta ſcientia habet tres gradus ad addiſcendum ſecundum ſeipſam. Nam homo habens optimum intellectum & fundatum in logica & in naturalibus, & diligentiam poterit ipſam ſcire duobus mẽſibus, vno menſe pro theorica,& altero menſe pro practica. Homo habẽs intellectum meliorem fundatum in logica & in naturalibus,& diligentiam:poterit ipſam ſcire 4. menſibus, duobus per theoricam & duobus per practicam. Homo habens intellectum ſubtilem & bonum & fundatum in logica & in naturalibus, & bonam diligentiam, poterit ipſam ſcire in medio anno videlicet tribus menſibus per theoricam, & tribus per practicam. Et ſi non poterit addiſcere iſto tempore ſignum eſt quod habet rudem intellectũ, & quod non habet bonam diligentiam,aut eſt occupatus in aliis. Et talis homo nunquam ipſam addiſcere poterit:veruntamen ad addiſcendum hanc artem citius conſulto, quod primo addiſcatur ars breuis,quę ſic intitulatur. Deus cum tua gratia,ſapientia & amore, incipit ars breuis, quæ eſt imago artis generalis. Nam iſta ſcita ab intellectu ſubtili & fundato,ipſe poteſt ſcire generalem artem.

FINIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ILLUSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMOQVE D. DONGVILHELMO A S. CLEMENTE,

Equiti Ordinis S. Iacobi de Eſpara, Sereniſſimi Hiſpaniarum Regis Catholici à conſiliis, eiuſdemque ad Cæſaream Rodolphi II. Imperatoris Maieſtatem Legato,

IOR. BRVNVS NOL. S. D.

QVemadmodum animalia muta, quamuis laudatis orta parentibus, non vllus generoſa exiſtimabit, niſi eadem quoque ſint & fortia: ita homines appellari nobiles iure nequeunt, niſi propria extiterint virtute commendati. Ideo tribus à Platone enumeratis ſub nobilitatis genere ſpeciebus, prima quæ à ſapientibus, probis, deriuat atque iuſtis: ſecunda quæ ab heroibus & principibus: tertia quæ ab iis, qui vel bellica negocia præclarè geſſerunt, vel certaminum coronas reportarunt, in poſteros effunditur: quarta tandem illa ſpecies ab eodem omnium præſtantiſſima iudicatur, qua quies per ſe animi magnitudine multitudinem antecellit. Secus etenim diſpoſito, ſiquando cum ſuis maioribus conferatur, haud iniuria Perſianum illud auribus inculcabitur,

Hic petit Euphratem iuuenis, domitique Bataui.
Cuſtodes aquilas armis induſtrius: at tu
Nil niſi Cecropides truncoque ſimillimus Hermæ,
Nullo quippe alio vincis diſcrimine, quam quod
Illi marmoreum caput eſt, tua viuit imago.

Illud optimè cauiſti, generoſiſſime admodumque magnanime Domine, ne ſolo hæreditario maiorum tuorum ſplendore clarus, minus propria, in te exorta & àte ipſo comparata omnis generis claritate tot rationibus eniteſceres atque numeris, quot certè tum quia manifeſti ſunt, tum quia maiores quàm ut huic loco congruente compendio, & orationis ſtilo tractari poſſint atque debeant, recenſere prætermittam. Ea certe ipſa ſunt in cauſa, ut cum principi huic Lulliano ingenio, meiſque circa eundem ſtudiis patronum, qui tum iudicio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

iudicio tum autoritate polleret, & explorare, vsque adeo Illustris Excellentia potißimè omnium exoptanda visa est: ut cuius patrocinio sublimis huiusce artis studia committerem ne fortè cupiam surdo fabulam narrare, cæco speculum præsentare, vel Thersiti ducis Achillis arma offerre conspicerer. Ad Heroicum ergo genium & ingenium vester hic, vestrasque Lullius confugiens ita (mihi certè persuadeo) suscipietur, quemadmodum ipsi ad vestros tanquam ad proprios lares hilariore spiritu contigit aduentare: vbi non minus compertum esse video, me super illius adinuentionem excolendam elaborasse, cuius intelligentiæ diuinitatem summi philosophorum principes, ut olim consueuêre, ita & in posterum admirari, persequi & imitari perpetuò debebũt: à quo quãto diuiniora atque profundiora, tanto paucioribus peritia minusque nota ingenia mysteriorum, quæ in multiplici doctrinæ torrente delitescunt, fontes hausisse fatentur: à cuius sufficientia ebibita nomen atque gloriam plurimi sibi comparare studuerunt, qui propriis super hæc commentariis non tam Lullium declarare, quam vel per attentatum Lullium nomen proprium illustrare elaborarunt. Iam quid tandem ego super ipso præstiterim, vestrum & aliorum, qui intelligentiæ lumine non sunt orbati, esto iudicium. Sub duobus nempe hisce Lampadis & Scrutinij titulis ea certè complectimur, quæ ad artes omnes Lullij inquirendas, intelligendas nec sine iudicio prosequendas sufficere iis facile possint, qui vel mediocriter in significationibus terminorum vulgaris philosophiæ fuerint versati. Hic namque integrè expressisse videmur, quicquid præstantißimus autor iste in multis cõplectitur artibus, in quibus idem inuentum, nunc per vnam, ut ipse loquitur, viam, nunc per aliam nititur aperire. In hoc quippe compendium contraxisse credimur, quicquid idem pluribus ad diuinæ Combinatoriæ artis complementum insinuat, in artibus breui, magna, inventiua, demonstrativa, mixtionis principiorum, auditus cabalistici, arboris scientiæ, & alius si quæ aliæ (vt certè extare debent) exstant, eiusdem argumenti plurimæ. His addam aliquid per-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magni momenti, quod ſub prædictis inſcriptionibus auditu cabaliſtici & ſeptemplicis arboris diuinus vir iſte occuluit & obſignauit, quæ propediem ſub titulo Lampadis cabaliſticæ huic cognatæ arti ſubnectendæ in lucem producam, quo ſub eodem Illuſtriſſimæ Excellentiæ tuæ præſidio atque fauore queant tutiſſimæ conſiſtere. Accipiat interim à me quicquid hoc operis eſt, quod hoc principio eam voluntatis & obſeruantiæ erga ſe meæ admoneat. Deum omnipotentem precor, ut eiuſdem vitam & actiones in dies magis atque magis ad ſuam gloriam & Reipublicæ ſalutem fortunando promoueat.

Pragæ X. Iunij.
1588.

IOR.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

IORD. BRVNVS NOL.

DE LULLIANO SPECIERUM SCRUTINIO,

PROPOSITVM.

CAP. I.

DENITIVS inſpicienti omnem artem omnemq; diſciplinam, ob id quod vel natura imitatur; vel hanc exorbitantem corrigit, aut aduerſam impedit, primò principia quædam & elementa ſuſcipere: ſecundò eadem in ſimpliciores combinationes copulare: vltimò deniq; magis multiplices variaſq; è ſimplicibus educere complexiones: e quibus certè ſpecificæ ſuboriuntur rerum differentiæ, quales numeris huiuſce generis comparantur. *Methodus artium.*

Horum certè omnium artificioſa comprehenſio in huiuſmodi Scrutinii diſpoſitione, quam Lullius primò delineando & inumbrando inuenit, à nobis tamen propriis coloribus inſpicienda obiicitur. *Lull. ars Brni perpoſitio.*

DE ARTIS ELEMENTIS.

CAP. II.

ARTIS huius alphabetum nouem dundaxat complectitur elementa, quorum ſingula vicibus quadruplicis ſignificati ſubminiſtrant.

	B	C	D	E	F
Subiect.	Deus.	Angelus.	Cœlum.	Homo.	Imaginatiũ.
Prædic. abſol.	Bonitas.	Magnitudo.	Duratio.	Poteſtas.	Sapiẽtia.
Prædic. reſpect	Differẽtia.	Cõcordantia.	Contrarietas.	Principium.	Medium.
Quæſt.	Vtrum.	Quid	De quo.	Quare.	Quantum.

Subiect.	G Sensitiuũ.	H Vegetatiuum.	I Elementatiuum.	K Instrumẽtatiuum.
Prędicat. abs.	Voluntas.	Virtus.	Veritas.	Gloria.
Prædic. resp.	Finis.	Maioritas.	Æqualitas.	Minoritas.
Quæst.	Quale.	Quando.	Vbi.	Quomodo. Cum quo.

DE PRIMA FIGURA.

CAPUT III.

FIGURA prima quę A. elemento notatur, absolura complectitur prædicata, quæ de subiecto quocunq; affirmata vel negata quiditatiue vel denominariue in concreto vel abstracto, conuertibiliter vel inconuertibiliter, in recto vel in obliquo enunciantur. Ipsum notatur in figura per lineas à punctis circumferentię singulorum elementorum ad omnia: quod videlicet hęc non modo de aliis omnibus extra figuram, sed etiam singula de cæteris vniuersis in figura constitutis prædicantur.

DE SECUNDA FIGURA.

CAPUT IV.

SECUNDA figura per T. elementum notatur. vtpote quæ ex trium complicatorum triangulorum ordine conflatur ad quorum angulorum terminos termini omnes relatiui velut ad propria capita referuntur, quam sane relationem contemplari possumus.

In	iuo	vtpote	Principativo.
	abili		Principiabili.
	ante		Principiante.
	are		Principiare.
	ato		Principiato.
	ando		Principiando.

Definentia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Desinentia namq; in { ium, abile, ans, are, atum, andum } Sunt { Forma seu principium formale & intrinsecũ. Subiectum seu principiũ materiale. Efficiens seu agens. Actio seu operatio. Actus seu effectus. Agendum seu finis.

DE TERTIA FIGURA.

CAPUT V.

PROPRIUM sui significatiuum tertia figura non habet elementum. Ipsa quippe syllabicum in hac arte, & primum combinationis genus exprimit: quatenus est duorum elementorum coitu plurimi intentionum fœtus propagantur. Vbi sumitur

Vel absolutum cum absoluto. absolutum cum respectiuo. Vel respectiuum cum respectiuo. Vel respectiuum cum absoluto. & hæc vel adiectiue; vel substantiue. Et ita; vel ex parte vnius: vel ex parte alterius termini.

Qui sumuntur vel in recto: vel in obliquo. Aut vtriq; : Aut horum alter. Significando vnl concretiue; vel abstractiue. Idq; vel simpliciter: vel contractiue. Et figura vel prima vel secunda.

DE QVARTA FIGVRA.

CAPUT VI.

FIGURA quarta tribus concentricis efformata circulis fœcundissima est tabulæ generalis mater. 3. Orbes.

Hæc, vt expressimus in libro de architectura, septem admittit reuolutiones, pro totidem domorum fabrefactione.

Prima constituitur: cum sub B, circuli superioris immobilis, ponitur C. circuli medii. & D. inferioris causando septem cameras. 1.

Secunda, cum sub B. circuli superioris ponitur D. circuli medii & E. circuli interioris. 2.

Tertia, cum sub B. circuli superioris ponitur E. circuli medii, & F. circuli interioris. 3.

Quarta cum sub B. circuli superioris ponitur F. circuli medii, & G. circuli inferioris. 4.

Quinta cum sub B. circuli superioris ponitur G. circuli medii & H. interioris. 5.

Sexta cum sub B. circuli superioris ponitur H. circuli medii & I. circuli inferioris. 6.

Septima cum sub B. circuli superioris ponitur I. circuli medii & K. circuli inferioris. 7.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Domus

DOMVS PRIMA SEptemordinibus conſtans: habet 24. * cameras.

* Proſelidia ſeu cellulas ſeu loca.

7	6	5	4	3	2	1
B c d	b c e	b c f	b c g	b c h	b c i	b c k
B d e	b d f	b d g	b d h	b d i	b d k	
B e f	b e g	b e h	b e i	b e k		
B f g	b f h	b f i	b f k			
B g h	b g i	b g k				
B h i	b h k					
B i k						

DOMVS SECUNDA SEX ORdinibus conſtans: habet 21. cameras.

SECUNDA domus conſtituitur cum ſit reuolutio duorum internorum circulorū circuli immobilis collocato primo ſub eo D. circuli medii & E. circuli infimi. Tertio F. medii G. infimi. Quinto H. medii I. infimi. Sexto I. medii K, infimi.

6	5	4	3	2	1
C d e	c d f	c d g	c d h	c d i	c d k
C e f	c e g	c e h	c e i	c e k	
C f g	c f h	c f i	c f k		
C g h	c g i	c g k			
C h i	c h k				
C i k					

DOMVS TERTIA QVINQVEordinibus conſtans: habet 10. cameras.

TERTIA domus conſtituitur reuolutione duorum internotum circulorum ſub D. circuli immobilis, primo collocato ſub eo E. circuli medii & F. infimi: ſecundo F. medii G. infimi: Tertio G. medii I. infimi Quarto H. medii I. infimi; Quinto I. medii K. infimi.

5	4	3	2	1
D e f	d e g	d e h	d e i	d e k
d f g	d f h	d f i	d f k	
d g h	d g i	d g k		
d h i	d h k			
d i k				

Domus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DOMVS QVARTA 4. ORDI-nibus conſtans: habet 10. cameras.

QVarta domus fit reuolutione duorum circulorum ſub E. circuli immobilis collocato primo ſub eo F. circuli medii & G. inferioris: ſecundo G. medii H. infimi: tertio H. medii I. infimi: quarto I. medii K. infimi.

4	3	2	1
Efg	efh	efi	efk
egh	egi	egk	
ehi	ehk		
eik			

DOMVS 5. TRIBVS ORDI-nibus conſtans: habet ſex cameras.

QVinta domus fit, cum primo ſub F. circuli immobilis collocatur G. circuli medii & H. infimi: ſecundo H. medii I. infimi: tertio I. medii K. infimi.

3	2	1
Fgh	fgi	fgk
fhi	fhk	
fik		

DOMVS 6. DVOBVS ORDI-nibus conſtans: & tribus.

SExta domus fit primo ſub G. immobilis collocato H. medii & infimi: ſecundo I. medii & H. infimi.

2	1
Ghi	ghk
gik	

DOMVS 5. VNIVS CAMERÆ.

Septima domus fit moto ſub H. circuli immobilis I. medii & K. infimi.

1
Hik

Comp.

Ex reuolutione igitur circulorum quartæ figuræ, reſultant octo & viginti domus: quarum prima 7. habet ordines & 24. cameras: ſecunda 6. ordines & 21. cam. tertia 5 ordines 15. cam. quarta 4. ordines 6. cam. quinta 3. ordines 6. cameras: ſexta duos ordines 3. cameras: 7. vnam cameram.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TABVLA MAGNA.

CAP. VII.

TABULA magna 84. columnis conſtat iuxta totidem camerarum numerum quæ in 28. ſunt ordinibus, qui ſunt in 7. domib. à ſeptem reuolutionibus in quarta figura conſtitutis. Quælibet autem columna ex 24. Cylindris: & horum ſinguli 4. conſtant membris. Vnde quaternarium ductum per 24 reddit 96. membra.

Cylind. XXIV. ſunt BCD. CBD. DBC, BCD. CDB. DCB. BBC. BBD. CCB. CCD. DDB. DDC. BCC. BDD. CBB. CDD. DBB. DCC. BCB. BDB. CBD. CDC. DBD. DCD.

Singulæ cylindrorũ quadruplici ipſius T. inſinuatione, quatuor membra ſibi aſciſcunt. Aut enim eſt ante elementum primum T B C D. Aut poſt primum ante ſecundum B T C D. Aut poſt ſecundum ante tertium B C T D. Elementa ante T. ſignificant prædicata abſoluta, Elementa poſt T, reſpectiua ſignificant prædicata.

Ordo eſt, vt T. primo ſit primum: ſecundo, ſecundum: tertio, tertium: quarto quartum.

Cylindri.	*Membra.*		*Columnæ.*	
B C D	t b c d	diff.	conc.	cont.
	b t c d	bon.	conc.	cont.
	b c t d	bon.	mag.	cont.
	b c d t	bon.	mag.	dur.
C B D	t c b d	conc.	diff.	cont.
	c t b d	mag.	diff.	cont.
	c b t d	mag.	bon.	cont.
	c b d t	mag.	bon.	dur.
D B C	t d b c	cont.	diff.	conc.
	d t b c	dur.	diff.	conc.
	d b t c	dur.	bon.	conc.
	d b c t	dur.	bon.	mag.
B D C	t b d c	diff.	cont.	conc.
	b t d c	bon.	cont.	conc.
	b d t c	bon.	dur.	conc.
	b d c t	bon.	dur.	conc.
C D E	t c d b	conc.	cont.	diff.
	c t d b	mag.	cont.	diff.
	c d t b	mag.	dur.	diff.
	c d b t	mag.	dur.	bon.

D C E

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cylindri.	*Membra.*		*Columnæ.*	
D C B	t d c b	cont.	conc.	diff.
	d t c b	dur.	conc.	diff.
	d c t b	dur.	mag.	diff.
	d c b t	dur.	mag.	bon.
B C B	t b c b	*		
	b t c b	bon.	conc.	diff.
	b c t b	bon.	mag.	diff.
	b c b t	*		
B D B	t b d b	*		
	b t d b	bon.	cont.	diff.
	b d t b	bon.	dur.	diff.
	b d b t	*		
C B B	t c b c	*		
	c t b c	mag.	diff.	conc.
	c b t c	mag.	bon.	conc.
	c b c t	*		
C D C	t c d c	*		
	c t d c	mag.	diff.	conc.
	c d t c	mag.	dur.	conc.
	c d c t	*		
D B D	t d b d	*		
	d t b d	dur.	diff.	cont.
	d b t d	dur.	bon.	cont.
	c b d t	*		
D C D	t d c d	*		
	d t c d	dur.	conc.	cont.
	d c t d	dur.	mag.	cont.
	d c d t	*		
B B C	t b b c	*		
	b t b c	bon.	diff.	cont.
	b b t c	*		
	b b c t	*		
B B D	t b b d	*		
	b t b d	bon.	diff.	cont.
	b b t d	*		
	b b d t	*		
C C B	t c c b	*		
	c t c b	mag.	conc.	diff.
	c c t b	*		
	c c b t	*		
C C D	t c c d	*		
	c t c d	mag.	conc.	cont.
	c c t d	*		
	c c d t	*		

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cylindri.	*Membra.*		*Columna.*	
D D B	t d d b	*		
	d t d b	dur.	cont.	diff.
	d d t b	*		
	d d b t	*		
D D C	t d d c	*		
	d t d e	dur.	cont.	conc.
	d d t c	*		
	d d c t	*		
B C C	t b c c	*		
	b t c c	*		
	b c t c	bon.	mag.	conc.
	b c c t	*		
B D D	b b d d	*		
	b t d d	*		
	b d t d	bon.	dur.	cont.
	b d d t	*		
C B B	t c b b	*		
	c t b b	*		
	c b t b	mag.	bon.	cont.
	c b b t	*		
C D D	t c d d	*		
	c t d d	*		
	c d t d	mag.	dur.	cont.
	c d d t	*		
D B B	t d b b	*		
	d t b b	*		
	d b t b	dur.	bon.	diff.
	d b b t	*		
D C C	t d c c	*		
	d t c c	*		
	d c t c	dur.	mag.	cont.
	d c c t	*		

* Hic vanam intelligimus combinationem, vbi T non mediat inter geminatas literas.

De vtilibus & inutilibus combinationibus.

De octo igitur quæ habentur istius columnę membrorum duodenariis: quatuor duntaxat extant vtilia. Ratio cuius est inde manifesta. Quia frustra eiusdem prędicati signum geminatur in ipsis, quæ per stellarum adiectionem sunt in columna denotata. Duodenarium igitur primum ex tribus primis cylindris extrahitur: secundum de sex sequentibus: tertium de duodecim tertiis & vltimis.

Hæc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Columna Lulliana.

Hæc columna 100 membrorum, cuius 48. diximus esse vtilia, fœcundior est, quam columna Lulliana, quę 20. tantum cõstat membris in vnico cylindro. Accidit autem nobis eam ditasse extra eam rationem, qua Raymundus potuit omisisse cætera membra: quia inutilem eius videbat fieri repetitionem. Quandoquidem dicere B C D, id est, bonitas magna durans: & dicere C B D, id est, magna bonitas durans, idem est. Nos verò Raymũdi ordinem & sufficientiam non improbamus: & fatemur in suo vigenario omnia tandem contineri quidem, sed cæca, & ipsi Lullio fortasse etiam occulta vel minus considerata. Postquam igitur combinationes, quæ ex 4 istis elementis & ordinatis fieri possunt extendimus: quæque ex iis omnibus frugales extent patefactum est: discurratur columna sumendo primum elemẽtum substantiuè, duo reliqua adiectiuè, dicendo. Bonitas magna durans: quæ significatur in B C D: nónne vtilissima & etiam pro ratione complementi discursus necessaria eorundem elementorum alia ordinatio fiet dicendo; magnitudo bona durãs: cuius signum est C B D? Non est sane eiusdem repetitio. Similiter non erit eiusdem repetitio: si certa quadam lege disponantur termini tres per adiectiuum & substantiuum, rectum & obliquum; ut ea lege se habeat vnum membrum, qua aliud: vel si omnia membra pariformiter capiantur, nunquam eiusdem fiet repetitio.

Numerus legum.

Leges verò quibus vniformiter discurritur columna, sunt octo: quarum vna est, sumpto primo termino adiectiuè, reliquis duobus substantiuè. 2. Alia est sumpto primo termino substantiuè, duobus aliis adiectiuè. 3. Alia sumpto primo & secundo adiectiuè, tertio substantiuè. 4. Alia sumpto primo & secundo termino substantiuè, tertio adiectiuè. 5. Alia sumpto primo & tertio adiectiuè, secundo substantiuè. 6. Alia sumpto primo & tertio substantiuè, secundo adiectiuè. 7. Alia sumptis omnibus adiectiuè. 8. Alia sumptis omnibus substantiuè. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Multiplicatio legum.

Præpositæ 8. leges per variam obliqui & recti, abstracti concretique distributionem, vtilissimas 64. propositionum considerationes, quibus subjectum problema potest examinari, constituunt.

Stante enim primo termino adiectiuè, secundo & tertio substantiuè dicitur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

B C D T.

1. Bonum magnitudinis durationis.
2. Bonum magnitudine durationis.
3. Bono magnitudinis duratio.
4. Bonum magnitudinis durationè.
5. Boni magnitudo durationis.
6. Boni magnitudinis duratio.

2. Primo ſubſtantiuè. 2 & 3. adiectiuè.

7. Bonitate magna durans.
8. Bonitate magnum durans.
9. Bonitate magni durans.
10. Bonitas magna durans.
11. Bonitas magni durantis.
12. Bonitas magna durans.
13. Bonitas magna durantis.
14. Bonitatis magnum durans.
15. Bonitatis magnæ durans.

3. Primo & ſecundo adiectiuè. 3. ſubſtantiuè.

16. Bonum magni durationè.
17. Bono magna duratio.
18. Bono magni duratio.
19. Bonum magnum durationè.
20. Bonum magnum durationis.
21. Bonum magnæ durationis.
22. Boni magna duratio.
23. Boni magni duratio.

4. Primo & 2. ſubſtantiuè. 3. adiectiuè.

24. Bonitas magnitudine durans.
25. Bonitate magnitudo durans.
26. Bonitate magnitudinis durans.
27. Bonitas magnitudinis durans.
28. Bonitas magnitudinis durantis, ideſt, quę durat.
29. Bonitas magnitudinis durantis, ideſt, eius quod durat.
30. Bonitatis magnitudo durans.
31. Bonitatis magnitudine durans.
32. Bonitatis magnitudinis durans, id eſt, de bonitate magnitudinis id quod durat.

5. Primo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

5. Primo & tertio adiectiuè, 2. substantiuè.

33. Bonum magnitudine durantis.
34. Bono magnitudo durans.
35. Bono magnitudinis durans.
36. Bonum magnitudinis durans.
37. Bonum magnitudinis durantis, id est quæ durat.
38. Bonum magnitudinis durantis, id est, eius quod durat.
39. Boni magnitudinis durans, id est, de bono magnitudinis id quod durat.
40. Boni magnitudo durans.

6. Primo & 3. substantiuè. 2. adiectiuè.

41. Bonitas magna durationc.
42. Bonitas magna durationis.
43. Bonitas magni durationc.
44. Bonitas magnæ durationis.
45. Bonitatis magna duratio.
46. Bonitatis magni duratio.
47. Bonitatis magnæ duratio.
48. Bonitate magna duratio.
49. Bonitate magni duratio.

7. Omnibus adiectiuè sumptis.

50. Bonum magnum durans.
51. Bonum magnum durantis.
52. Bonum magni durans.
53. Bonum magni durantis.
54. Boni magnum durans.
55. Boni magni durans.
56. Bono magnum durans.
57. Bono magno durans.
58. Bono magni durans.

8. Omnibus substantiuè sumptis.

59. Bonitas magnitudinis durationis.
60. Bonitas magnitudine durationis.
61. Bonitatis magnitudinis duratio.
62. Bonitatis magnitudine duratio.
63. Bonitatis magnitudo durationis.
64. Bonitate magnitudinis duratio.

(c) 2006 Universidad de Cantabria

INDVCTIO.

Hoc quod completum eſt in B.C.D.T.quod eſt vnum membrum primi Cylindri huius columnæ: intelligunt completum in B.C.T.D. B.T.C.D.T.B.C.D. quę ſunt reliqua eiuſdem Cylindri membra. Identidem fiat in aliis Cylindrorum membris tum columnę iſtius tum aliarum omnium. Vbi illud perpetuò aduertendum, ut è tribus terminis vnus in recto capiatur & inde tres termini modis 64.nunc poſitis non inflectuntur facilè.

Multiplex terminorum acceptio.

Nec tè prætereat quod terminus primus hoc in loco, id eſt, in columna iſta per B.ſignificatus, aliquando ſumitur ſecūdum ſe,ut cum quæſtio eſt de bonitate: quandoque ſumitur cum alio incomplexè ſumpto: ut cum quęſtio eſt de bonitate mundi,de bono naturę,de bono ſummo:aliquando ſumitur cum alio complexè ſumpto,ut cum quæſtio eſt de bonitate æternitatis mundi.Omnis enim quæſtio de ſubjecto aliquo,aut ſumitur ſine aliquo quod verbo adiaceat,ut an,quid, de quo, quare &c. mundus eſt? aut ſumitur cum vno adiacēte, ut an,quid,de quo, &c. mundus eſt æternus? aut ſumitur cum duobus vel pluribus adiacentibus,ut an,quid, quomodo bonum eſt mundum eſſe in æterna concordantia & differētia &c.De aliorum membrorum primis terminis idem eſt iudicium. Item ſicut ipſum B. quod ponitur pro ſubjecto tripliciter ſumi poſſe dicitur:ita tripliciter poſſe ſumi cæteros terminos (ut in hoc loco C. D.) intelligatur.Ipſum verò in vno demonſtraſſe ſufficit.

Hoc pacto veluti confuſam, obſcuram & imperfectam tabulam diſtinximus,clarificauimus & perfecimus.

DE TERMINORVM ARTIS FORmatione. CAP. IIX.

Ars μνημονευτικὴ terminorum huius artis ſeu alphabeti, ſeu locorum.

QVONIAM verò artis huius vſus abſque terminorum alphabeti prompta & ordinata compręhēſione difficilimus eſt:eā ob cauſam hoſce figurationis canones inſtituimus.

Nouem ex facie bene notos homines adſciſcito,quorum ſingula nomina vel propria, vel tua inſtitutione appropriata à ſingulis horum elementorum initium ſumant: ut pro B. Brutus pro C. Cæſar, quatenus promptè eodem quo hæc occurrunt, occurrere poſſint ordine.

II. His pro nouem ſubjectorum ſignificatione nouem ſigillatim attribuantur dignitates ut B. Deum, ſignificet Brutus ſacerdos:C.Angelum, Cæſar nuncius.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

III. Iiſdem

III. Iisdem ad significanda absoluta prędicata totidem cognata sint instrumenta: ut B. Lux significet bonitatem: C. globus significet magnitudinem.

IV. Iidem pro notandis respectiuis prædicatis totidem proprias intelligantur suscipere operationes. Vt B. Differentiam, significet Disputans, C. concordantiam, placans.

V. Illis etiam pro quæstionibus notandis adstent res, ut pro B. Verum, Vtres: pro C. Quid, Latibulum.

VI. Simili ratione prouidendum vbi simplex, vel multiplex, virtutum & vitiorum & aliorum, quæ sub instrumentatiuo cõtinentur, alphabeta cupias multiplicare. Adstant enim singulis dictorum vitiorum, pro his pueri 9 pro aliis puellæ nouem: pro iis senes nouem: pro aliis tot bruta: vel tot alius generis alia.

VII. Omnia tum quo promptius & expeditius oculis obiiciantur, tum etiam quo ad tabulam felicius valeas explicare in nouem locis communibus situata intelligas, quorum mox singula in quatuor particulares sedes distribuantur: ut ita per hæc columnarum partes deducantur, & varia ipsius T. situatio operantem non interturbet aliquando.

SEQVITVR TYPVS EX TRIBVS DE triginta nostris sigillis Interprete, Combinante, & Peregrino. Estque fœcundissima innumerabilium inuentionum ratio: ut & hinc acutus inspector colligere valebit.*

* *Ex lib. de imaginum &c. compositi.*

	B	C	D	E
VIR	Brutus	Cæsar	Dionysius.	Ernestus
LOCVS	In templo	In tribunali	In Academia	In Triclinio,
DIGNI:	Sacerdos	Nuncius	Astrologus,	Sponsus.
INSTR:	Lux	Globus	Columna	Sceptrum.
ACTIO	Disputat	Placat	Pugnat	Exordiatur,
RES ADS.	Vtres	Latibulum	Fons.	Tortura.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

	F	G	H	I	K
VIR	Fabius	Gyges	Horatius	Iulius	Karolus
LOCVS	In circo	In lacu	In horto	In fornace	In theatro
DIGNI:	Eques	Piſcator	Aſtrologus	Chimicus	Miles
INSTR:	Liber	Harpago	Gladius	Speculum	Corona
ACTIO	Interponit	Plicat	Inſerit	Contemperat	Obtruncat
RES ADS.	Lances	Color	Horologium	Arca	Forma Modus

IN LOCIS COMMVNIS ANGVLI, ſeu particulares quatuor ſedes.

	Templo	Altare	Lauacrum	Menſa	Sepulchrum
	Tribunali	Solium	Sedile	Suggeſtus	Oratorium
	Academia	Bibliotheca	Menſa	Cathedra	Pulpitū
	Triclinio	Lectus	Promptuarium	Lauacrum	Cœnaculum
In—	Circo	Equus	Lances	Sella	Pabulum
	Lacu	Fuſcina	Cimba	Retia	Velum
	Horto	Sporta	Raſtrū	Puteus	Ligones
	Fornace	Cucurbitę	Carbonēs	Alumina	Teſtæ
	Theatro	Scutum	Currus	Tormentum	Caſſis

FINIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

IORDANVS BRVNVS NOLANVS.

DE LAMPADE COMBINATORIA Lulliana.

PROOEMIVM.
CAPUT. I.

QVONIAM vulgatum satis est in arte Lullii eiusce modi vniuersalia principia contineri, vt iis iactis veluti fundamentis, de quolibet scibili omnibus numeris examinando, confirmando & defendendo, aptè inquirere copiosè inuenire, maioriq; certitudine iudicare possimus: Difficilia enodabo, confusa distinguam, abdita aperiam, obscura elucidabo. Licet enim libentius aliquid ex nobis inuenire, & vnicuiq;, pro amore, sui laboris & industriæ fructum relinquere, quam in alienas fruges excolendas atq; triturandas manum conuertere nobiscum consulatur: nihilominus tamen considerantes artem istam talem quidem esse, qualem diuinus certè Genius rudi inculcoq; insinuauit heremitæ, quæq; à plusquam satis crasso & idiota profecta videatur, id tamen continet quod tanto alicuius famosi Attice loquentis in hoc genere studium antecellit, triticeæ messes hordeaceas: indignum iudicabimus hoc opus tandem ad lucem aduersus obuentum tenebrarum reluctans inuidiam, opprimi frustrari, deperdi. Illud ergo adhibuimus studium, vt planè Cimmericum illustraremus, claudicantem erigeremus, nutantem confortaremus, totiesq; à temporum iniuria veluti retroactum ad propositam metam perduceremus. Disertorum interim humanistarum Grammatistarumq; maiestatem suppliciter deprecaremur, vt pro diuersorum ingeniorum fructibus comparandis, pacificè nos permittant in propriis versando terminis, magis veram, certeq; optimam ipsissimamq;, quam ornatam, fucatam, & certe inanem, atq; in hoc proposito vanissimam persequi loquendi formulam. Illudq; (si falli nolint) nobis credant, quod quantum suo (si diis placet) Tullio consultum esset, à ciuilibus causis ornata cum persuasione, & aulica forensiq; cultura euentilandis, ad intentandas serias dignissimasq; rerum speculationes, ad principiorum essentialium proprietates, ita vt melius fieri potest propriè explicandas inclinare: tantum certè operæ præcium esset ab ea (in qua tam mirabiliter ille excelluit) eloquentia deflectere. Quemadmodum

Lullianæ artis argumentum.

Styli ruditatis excusatio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& quanto ſapientia grauioris matronæ ſpecimen edere debeat, tanto à cincinnulis puellarum, compictoq; meretricum cultu diſtet oportet.

Nouarum intentionum repertorum antiquam perſequi ſermonis formam, rara & inaudita vulgaribus conſuetisq; dictionibus in quibuſdam propoſitis aperire, nil aliud eſt * præterquam vt manibus impalpabilia contrectare. Sit igitur vtlibet hiſce qui ſe bonarum artium profeſſores iactitant propter ſermonis (vt aiunt infantiam Lullius eo quidem contemptibilior quo etiam inacceſſibilior: hos ad ea quæ ſub ſylenis hiſpidis meliora contineri nouimus fouenda, defendenda & pro principialibus ingeniis conſeruãda non ſegniter animum aduertamus malimusq; interdum velut è matris naturæ manibus de limoſa terra probatum aurum (quod nullus niſi mente captus contempſerit) arripere, quam ad floridos tam forte affabre intexos humaniſtarũ calathos, in quibus in puluerulentis gymnaſiis, puerorumq; culinis deprompta, parta, elaborataq; ſtercora continentur, manus admouere vel oculos conuertere dignemur adulti.

* quam.

Interim non dubito diligentiam noſtram pluribus non malè diſpoſitis futuram gratiſſimam, vtpote quæ à deſperatione finis conſequendi, in quem ars iſta collineat, eripit, inq; ſpem minime vanam promouet, & perducit ad ſcopum: Nec minus de fauoris patrociniiq; noſtri cura erga Lullianum adinuentũ ęquos iudices male diſſinituros reformido, vtpote qui id præſto quo mihi occultum aperienti, confuſam maſſam in ſeriem certam diſtribuenti, truncum perficienti, mancum integranti, non minus debeatur, quam primo adinuentori. Ita enim intẽtiones eius diſponimus, vt non Philoſophis exculti ſq; ingeniis modo è pomerio Lulliano fructus legere liceat: ſed quibuscũque excolendis & ad philoſophandum non prorſus ineptis, vt iidẽ exporrigantur efficimus: quatenus quilibet iuxta proprii ſenſus facultatem eam poſſit nactus eſſe methodumatq; rationem, qua ad vnam materiam ſeu conſiderationis ſubiectum, conceptus ita per infinitum valeat extendere atq; multiplicare, vt & ad numerorum elementorumq; infinitas progredi liceat aſſumptiones coaſſumptionesq; faciendas. Hinc ſpeculatiuarum facultatum terminos adepti ad eandem concluſionem ſeu poſitionem innumeras exſuſcitare conſiderationes & argumenta, & ad idem argumentum innumeras opponere ſolutiones facillime poterunt, dummodo vel diſcurſum bene à natura comparatum habeant, vel arte aliqua ratiocinandi formulam mediocriter fuerint aſſequuti.

Scopus vſque huius artis.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ORDINE ET PROCEdendi modo. CAP. II.

MEMBRUM I.

VULGATA satis est Peripateticos cęterosque philosophos est sententia: quemadmodum in iis quorum sunt principia causę & elementa ex horum est cognitione procedẽdum. Cum igitur in pręsentiarum eiusmodi nobis pertractãda occurrant, nempe quorum simplicia quædam sunt causantia, principia, & elementa: & ex eorundem noticia præcurrente procedamus oportet. A partibus ergo ad tota, à portionibus ad integrata regulatus intellectus in horum inquisitione, inuentione & consideratione ducatur. *Methodus.*

MEMBRUM II.

VT igitur in perlegendi scribendiq; arte à præapparatis cognitisq; elementis ad syllabarum constitutionem, eq; constitutis syllabis ad terminorum seu vocabulorum prolationem manu ducitur, & expressionem: ita vt in regulandi ratione, & intellectus artificiosa formatione à quibusdam principiis quæ literis plane proportionantur, ad compositionem quandam quæ syllabis est proportionalis, eq; hac ad maioris compositionis terminos velut ad integras dictiones tentãda est promotio. *Intelligentia artificiosa conformatio.*

MEMBRUM III.

TRIBUS igitur existentibus intellectus operationibus vt Philosophorum schola testatur, & per sese res ipsa insinuat: quarum prima est simplicium appræhensio, secunda compositio & diuisio, seu verificatio, tertia discursus seu argumentatio: à prima ad secundam, à secunda ad tertiam est intentanda methodus. Est autem simplex appręhensio actus siue actio intellectus qua aliquod incomplexum apprhendit, vtpote alicuius termini significationem, vel simplicem intentionem, nẽpe qua terminus ipse per se sumitur & non cum aliquo alio cõplicatum, alioq; adiectum. Compositio vero prima seu (quam ita proprie dici volumus) Verificatio, est actus seu actio intellectus secunda, primam consequens, quæ plura simpliciter appræhensa connectit, componit: dum inuicem hæc copulata, vel ab inuicem dissita valet enunciare. Discursus autem est actio seu actus intellectus quæ ab vna ad aliam compositionem vel diuisionem quæ ex talibus compositis diuisisq; consistit, egredietur.

1 *Apprahensio simplex.*

2. *Cõpositio.*

3. *Discursus.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRUM IIII.

1. *Apprehensio simplex.* SIMPLEX apprehensio fit cum terminum seu diffinitionem, nempe alicuius esse vel essentiam, concipimus absolutè & secundum se: vt cum mente appræhendimus significationem huius incomplexi termini DEUS, ipsaq; proportionatur primo Grammaticorũ apparatui, qui docet primo cognoscere elementum A. Compositio fit cum plura simpliciter appræhensa vnimus, nempe vbi de vno aliud affimamus: vt postquam per primam actionem nouimus quid significet DEUS, quid significet BONUM, mox per secundam noscamus dicere DEUS EST BONUS. Diuisio fit vbi plura simpliciter appræhensa concipimus non posse cohærere, quandoquidem noto quid significat nomen DEUS, & quid significat nomen CORPUS, Ducimur ad negandum alterum ab altero, dicendo DEUS NON EST CORPUS. & hæc actio proportionatur secundo grammaticali apparatui, qui docet connectere consonantem B. cum per se sonante A. proferendo syllbam B A. Item duarum vel plurium consonantium connexionem absq; vocali, esse mutam, cognoscendo B C. nullam esse syllabam. Discursus siue argumentatio est cum ex vno composito seu diuiso, cum, scilicet, ex vno affirmato vel negato ad aliud quippiam deductiuè inde affirmandum vel negãdum proficiscimur: vt cum ex hac compositione seu affirmatione DEUS EST BONUS, ad aliquid aliud componendum procedimus siue affirmandum, dicendo ERGO EST SUI COMMUNICATIVUS, vel ad aliquid diuidendum seu negandum, dicendo ERGO NON INVIDET. & hæc actio proportionatur tertio grammaticorum operi, quo in dictiones migrant syllabæ, & tandem in orationem conflandam dictiones multiplicantur. Sicut ergo dictiones ipsæ syllabas, syllabæq; literas præsupponunt: ita nullus discurrit nisi prius composuerit vel diuiserit, nemo diuidit vel componit nisi postquam simpliciter appræhenderit.

2. *Compositio*

3. *Diuisio.*

4 *Discursus.*

MEMBRUM V.

Diuisio. PRÆSENS igitur pertractatio nostra in tres partes dissecatur. In quarum prima de simpliciter appræhensibilibus tanquam alphabetum proponentes institutionem facimus. In secunda tanquam in syllabas elementa complectentes, de terminorum ad inuicem varia compositione. In tertia tanquam ad completam lectionem vel scripturam promouentes, ea quæ ad argumentationis, & Lullianæ structuræ perfectionem faciunt indicabimus.

1.
2.
3.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SIMPLICIBVS VOCIbus. CAP. III.

MEMBRVM I.

SIMPLICES ergo intentiones (quas incomplexos terminos communiter appellant) hæ sunt, in quas propositio seu verificatio resoluitur, quæ secundum se sumptæ nec verum neq; falsum significant: sine ipsis tamen nihil verum nihilque falsum intelligitur aut profertur: huiusmodi sunt nomina vel verba quando extra propositionem per sese capiuntur. Definitiones item, ad quarum constitutionem quamuis plures termini concurrere videantur, vnus tamen sunt terminus, quãdoquidem sine copula, verbo inquam substantiuo, vbi nulla est affirmatio vel negatio, nulla itidem verificatio, nullus poterit esse complexus terminus.

Horum alii appellantur cathegorematici: alii syncategorematici: primi generis sunt qui per se sumpti aliquid certi & definiti repręsentant: secundi vero qui non sunt apti ad quippiam nisi cum alio iuncti termino categorematico significandum: huius generis sunt signa distributiua, copulæ, disiunctiones, & (præter nomina atq; verba) id genus alia.

Licet vtrumq; simplicium terminorum genus vsu veniant vt videbitur infra in rota quæstionum, seu regularum, vt Lullius appellat, nos in proposito categorematicorum dundaxat diuisionem faciemus.

MEMBRUM II.

SIMPLICITER ergo appræhensibilium alia sunt de quibus aliquid dicitur seu subiecta, alia sunt quæ de aliquo dicuntur seu prædicata: hæc enim sunt in quæ omnis verificatio resoluitur: vt in hac propositione. Mundus est æternus, Mundus capitur vt de quo aliquid dicitur, æternum autem vt quod de aliquo dicitur.

In omni igitur verificatione seu problemate nihil est quod vlterius inspicere potissimum possimus præter duo hæc præcipua, quibus adnexi postmodum intelligantur modi, copulæ, non quidem vt enuntiacionis partes, sed vt partium totiusque conditiones atq; accidentia quædam.

Hic tamen pro ratione subiectorum & prædicatorum citra errorem habenda, illud est animaduertendum, quantumuis Lullio termini vnius rotæ vel illis affines atq; similes subiecta nominentur, & alii condistinctæ alicuius prædicata, non ob eam causam aliquid obest quo minus mutuas vices prædicata subiectaq; commutare possint interdum: hæc enim omnia

subiecta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubiecta ſunt quatenus de ipſis aliquid dicitur, prædicata autem quatenus de aliquo dicuntur eadem. Sicut alia quæſtio eſt an quod eſt intenſiue infinitæ potentiæ ſit Deus? & an Deus ſit infinitæ potentiæ intenſiue?

MEMBRUM III.

PORRO licet hæc ita ſe habeant in iſta arte, vt tamen ſit iuxta omnes rationes ordo quidam, ſubiectorum nomine tantummodo rerum ſubſtantias & ſpeciet intelligimus: nomine autem prædicatorum, ea quæ in ipſis, & circa ipſa eſſe intelliguntur vniuerſa.

Horum autem alia ſunt abſoluta, ſicut & ſubiecta ipſa abſolutum quiddam ſunt, vbi non per collationem & intelligentiã quandam capiuntur: alia ſunt reſpectiua ſeu relatiua, quæ ſemper inteilectum alicuius alius connotant & implicant.

MEMBRUM IV.

ISTIS hoc pacto ſe habentibus, ad ſimplicium terminorum ſufficientiam capiendam præordinauit elementaria quædam Lullius, in quorum elementa nouem deſignantur vniverſa ſimpliciter appræhenſibilia ſubiecta, in duobus ſimplicia prædicata, in alio termini Syncathegorematici qui adinuentionis ordini atq; materiæ ſubminiſtrent.

DE SIMPLICITER APPREhenſibilibus ſubiectis. CAP. IV.

MEMBRUM I.

HIc ſubiectorum nomine intelligimus tum ea de quibus principaliter aliquid affirmatur vel negatur, vere dicitur vel falſe, tum etiam hæc quæ principaliter entitatem habent atq; ſubſtantiam. In his enim vniuerſa quæ ſunt ſubſtantia & per modum ſubſtantiæ ſignificantur, cum iſtis identificantur, ad iſta reducuntur Inq; iſtis compræhenſa intelliguntur: vnicurſa quoq; aut horum ſunt Species, aut Differentiæ, aut Partes, aut Principia, aut Proprietates, aut Adiacentia, aut Primariæ, aut Secundariæ intentiones.

Iam ergo ſubiecta nouem ſunt per nouem elementa ſignificata, in circulo qui inſcribitur nota.

Vbi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SEQVITVR FIGVRA.



Vbi B significat DEVM, C Angelum, D Cœlum, E Hominem, F Imaginatiuum, G Sensitiuum, I Elementatiuum, K Instrumentatiuum.

E. DEVM rursum capientibus subiectum ad fœcunditatẽ & amplificationem, rota nobis ex nouem diuinis, vtpote subiecto æquiualentibus, & inuentionis materia mirum in modũ complexe & incomplexe capta multiplicantibus, & diuersos de eodem concipiendi, modos suggerentibus, in hanc constituisse modum consueuit. Vt B significet Mentem. C intellectum. D Amorem. E Potestatem. F Præsentiam. G Scientiam. H Prouidentiam. I Iudicium. K Iusticiam.

C. Angelum pro subiecto capientibus, rota suis elementis, nouem vulgatos ordines significans statuatur: vt B significet Seraphim. C Cherubim. D Thronos. E Potestates. F virtutes. G Dominationes. H principatus. I Archãgelos. K. Angelos.

D. CŒLVM sibi subiectum, in nouem quas vulgi imaginatio sibi effingit sphæras. B significante Primum mobile. C Stelliferum. D Saturni sphæram. E Iouis. F Martis. G Solis. H Veneris. I Mercurii. K Lunæ.

B HOMO si sit considerationis subiectum: ita in ordines

atque

(c) 2006 Ministerio de Cultura

atq; gradus conſtituatur, Vt B. ſignificet Sacerdotem. C principes. D. Magiſtratum. E. Doctorem. F. Militem, G. mercatorẽ H. Mechanicum. I. agricultorem. K. Seruum. Idem ſi medicinę ſubiectum capiatur, iuxta nouem vel ad nouenarium redactas eius partes rotam conſtituat. Aliter ſi Theologo, aliter ſi alio cuicunq;. Ad hanc enim artem combinatoriam quę nouenario eſt adcommodata, vel cui nouenarium adcõmodatur, omnia ſubiecta ſiue prędicata ſi reducantur, ad vnum de nouem elementis reducantur oportet, in combinatione enim exercenda terminos vnius generis, alius generis terminos numero exæquent oportet.

F. IMAGINATIVUM ſi pro ſubiecto capiatur, ita in rotam eiuſdem potentię diſponatur, vt B. ſignificet reminiſcẽtiam. C. diſcurſum ſeu collocationem ſpecierum habens. D. certam naturæ inditam artem h. E. prouidentiam, vel huic proportionale hab. F. locorum ſelectum faciens. G. Tempeſtatum præcautionem h. H. Coniugii appetentiam habens. I. Prolis educationem. K. communis vitæ tutelam.

G. SENSITIVUM ita diſtribuitur, vt D. ſignificet Memoriam hab. C. Æſtimationem hab. D. phantaſiam. E. ſenſum communem. F. Videntem G. Auſcultantem. H. Olfacientem, I. Guſtantem. K. Tangentem.

H. VEGETATIVUM ſi iuxta ſuas ſit diſpoſitum facultates, B ſignificat Prolificationem ſeu ſeminis emiſſionem & immiſſionem. C Augmentum. D expulſiuam facultatem, E Digeſtiuam. F Attractiuam. G Appulſiuam quæ extenſione, dilatatione, conſtrictioneq; fit. H Appetitiuam, que pro captu appulſus excitetur. I. Noſcitiuum quæ pro captu appulſum dictat. K. vitam.

I. ELEMENTATIVUM habeat in rota B. quod ſignificat in propriam ſphæram inclinatiuum habens. C Generatiuum. D Alteratiuum, D Generabilitatem. F Alterabilitatem G componibilitatem. H. ſubiicibilitatem I. potentiam. K. ęxiſtentiam.

MEMBRUM II.

INSTRUMENTUM ſignificat genus accidentium vltra ſubſtantiæ genus extinctum, quod quidem iis conſtat quæ vel in illa ſunt, vel circa illam eſſe intelliguntur. Ipſum iuxta plura coordinationum genera plures conficit rotas. Iuſtrumẽtorũ enim alia ſunt in coordinatione operantis natalia in coordinatione imitantis eam artificii alias habentis rurſum coordinationes, dum vel methaphyſice, vel mathematice, vel moraliter, vel logice vel mechanice molitur. Iam igitur vltra octo ſubſtan-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſubſtantiæ, vel (ut cautius loquar) ſubjectorum genera ſubſtãtiam ſignificantia, vnum ponitur nonum & vltimum per elementum K. ſignificatum, quod vniuerſa denotare debet accidentia. An (inquies) non ex enumeratis plurima ſunt accidentia? immo (inquam) & omnia, ſi adiectiuè capiantur. Modo ſi rectè conſideras omnia ſubjectiuè, ſubſtantiuè, materialiteruè ſumebantur: utpote prout ſubſiſtentem ſignificant naturam, in qua aliquid eſſe poteſt, & de qua aliquid affirmari vel negari poſſibile eſt. Itaque taliter illa ſunt ſubſtantiæ, ut ſi adiectiuè ſumantur eadem ſpeciem & naturam referant accidentium: ſicut & hæc omnia nouem taliter ſunt ſubjecta, ut eadem poſſint eſſe prædicata, ut Diuinitas, Diuinum, Spiritualitas, Angelicũ, Cœleſte, Humanum, & ita alia ſi adiacenter & denominatiuè capiantur. Non minus & ea quæ prædicatorum loco accipientur ſubſtantiuè capta, citra controuerſiam ſubjectorum vices obtinebunt. Subjectum quippè conſiderationis poteſt eſſe Bonitas cui accidit diuina, angelica, cœleſtis, humana, mundana. Itidem Maioritas, Principium, & cætera quibus etiam accidit diuinum, angelicum, cœleſte, & alia. Cur autem tam amplè notiones accipienti, iſta ſint tantummodò ſubjecta, illa verò tantummodo prædicata ſi requiras. Certè (inquam) artis huius generalitati, cui de omnibus poſſe dicere atque diſcurrere per omnia proprium eſt, & cui vniuerſa atque ſingula ad quęque (ut de eiſdem ſiue in recto ſiue in obliquo, ſiue (ut aiunt) quiditatiuè & vniuocè, ſiue denominatiuè dicuntur) referre licet: non conuenit diſcretio ſubjecti & prædicati, neque eius cui aliquid, & eius quod alicui accidit: quia ut munus eius eſt de omnibus, ita omnia dicibilia ſunt illi ſubjecta, & ſubſtans: nihil quoque eſt quod non adcommodet prędicationi & accidentalitati. Verum enimuerò ad artis manifeſtationem, rationi conſentaneum eſſe videtur ut quędam ſub vna, quędam ſub alia definiantur ratione. Facilè namque intelligentibus erit eâdem hæc, quæ illa capiebantur ratione viciſſim accipere.

MEMBRVM. III.

INSTRVMENTATIVVM igitur cum vniuerſaliter genus accidentium ſignificet in propoſito apud Lullium, duplex eſt, Phyſicum videlicet ſeu naturale & Ethicũ ſeu morale. Phyſicum ergo inſtrumentatiuum conflatur in rotam vbi B. ſignificat Quantitatem, C Qualitatem, D Relationem. E actionem, F Paſſionem G Habere H Situm eſſe, I Quãdo, K Vbi. 1. *Phyſicum.*

Ethicum autem inſtrumentatiuum triplicem conſtituit rotarum ordinem, in quarum media ſignificantur virtutes, in extremis verò ſignificantur vitia, externa quidem quæ per exceſſum, interna verò quę per defectum. 2. *Ethicum.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura



Hic optimè insinuatur quemadmodum virtus vnum agnoscit contrarium. Vitio autem tum virtus tum & vitium alterum obsistit & contrà armatur: & ideo inter iniquos vera non potest esse amicitia. Ad prædictę quoque Figuræ similitudinem, altera, quæ quamuis ad eandem (ut & eiusdem generis alię) reduci possit, ad facilitatem tamen maiorem, vberioremque inuentionis copiam conflatur in eundem modum.

Alia eiusdē generis rota.

B Superbia.	B Humilitas.	B Contemptus sui.
C Luxuria.	C Castitas.	C Frigiditas.
D Gula	D Sobrietas,	D Auarum ieiunium.
E Mendacium:	E Veritas.	E Vaniloquium.
F Obstinatio.	F Constantia.	F Inconstantia.
G Curiositas.	G Sollicitudo.	G Acedia.
H Inuidia.	H Complacentia.	H Aemulatio.
I Ira.	I Longanimitas.	I Insensatio
K Prodigalitas.	K Liberalitas,	K Auaritia.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SIMPLICITATE APPREHENsibilibus prædicatis absolutis. CAP. V.

MEMBRVM. I.

CONSEQVENS modò est de prædicatis aliquid afferre. Primum autem de prędicatis absolutis iuxta primã Lullianam figuram quę inscribitur A & notatur per elementum quod est primum in dictione Absolutum. Secundò de respectiuis prædicatis. Vt Postea per vniuersa prædicata per eorum definitiones vbique modificata, diuersas & innumeras illorum formationes afferre possimus.



Prædicatorum ergo absolutorum præsens figura est: videlicet quæ intrinseca tantum significatione consistunt, neque per id quod sunt ad aliud, vel alterius esse dicuntur. Præsens igitur figura A. nouem terminis in circulum dispositis constat, vbi

B Significat Bonitatem & Bonum.
C Magnitudinem & magnum.
D Durationem & durans.
E Potestatem, & Potens.
H Virtutem, & Vigens.
F Intellectum, & Intelligens.
I Veritatem & Verum.
G Voluntatem & Volens.
K Gloriam, & Glorioſum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Cuius quidem figuræ forma eſt circularis propterea quod terminos continet in inuicem conuertibiles. Terminorum enim alij ſunt in inuicem conuertibiles, utpotè æquè vniuerſales: alij verò non.

1. *Modus.* Porrò preſentes termini dupliciter conſiderari poſſunt. Vno modò videlicet in prima cauſa ſeu primo ſubjecto per B. ſignificato: & ita in ea termini omnes æquè ſunt conuertibiles, nunquam enim alterum alter in ea poteſt excedere. Tantò enim eſt bonus, quantò æternus, quanto quidquid verè eſſe dicitur. Immò hæc omnia in Deo tum concretiuè tum abſtractiuè ſignificantia, idem ſunt: quemadmodum in infinito & ſphæra tanta eſt latitudo, quanta longitudo & profunditas, immo idem eſt longum, latum, & profundum: item quia extra infinitum nihil eſt & infra ipſum nihil, ideò tale longum eſt abſoluta longitudo, tale latum abſoluta latitudo, tale profundum abſoluta profunditas. Deo igitur propria eſt figura preſens per eiuſdem omnimodam reciprocationem, tum inquam eam ipſam quę fit per denominationem vnius termini per alium: ut cum dicitur ſapientia bona, bonitas ſapiens, vel complexè ſapientia eſt bona, bonitas eſt ſapiens, vel duobus terminis concretiuè ſumptis, vel altero concretiuè, altero abſtractiuè, vel ambobus abſtractiuè.

MEMBRVM. II.

2. *Modus.* IN cæteris autem ſubjectis non ita prorſus viciſſim combinatio terminorum atque complexio verificatur: Siquidem eis ſecundum magis & minus, utpotè ſecundum numerum & menſuram omnia tum naturalia, tum naturalibus adiuncta elargiuntur iuxta ſcalæ naturalis proportionis gradus. Ibi ad ſubjectum B magis accedit C quam D. D magis quam E. E magis quam F, & ita deinceps. Subinde manifeſtum eſt quod ſubjecta quædam (Sicut in E eſt manifeſtum) ſunt magis ſapientia quam glorioſa, quædam ſunt magis fœlicia quam ſcientia.

Iudiciũ quorundam de hac fig. Refutatio. Et ideo quibuſdam videtur hanc figuram ita reciprocè effictam primo tantum ſubjecto eſſe accommodatam, cui æquè ſecundum omnes rationes attribuuntur omnia.

Porrò quamuis verum ſit quod dicunt iuxtà appoſitam figurę proprietatem, non tamen eiuſdem appropriationem conſiderant: neque non præterit eos figuram iſtam ſicut & artem intelligi deberi generaliſſimam.

MEMBRVM. III.

EANDEM igitur figuram aliis omnibus intelligimus appropriabilem: ſecundum enim ſingulorum modos atque gradus non ſolum bonis, ſed & malis, non perfectis modò, ſed &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſed & imperfectis accommodabilis eſt : quandoquidem eadem oppoſitorum omnium , quorum eandem ſcimus eſſe opinionem ſiue ſcientiam,ſiue ſenſum eſt manifeſtatio. De quibus igitur non dicitur bonitas, dicitur malitia ſeu non bonitas. Ex eodem ergo loco notitia,inuentio,& iudicium, contrariorum, priuatiuorum, contradictoriorumque indicatur. In omnibus ergo de iis inquirito aut affirmatiuè aut negatiuè,aut ſimpliciter aut in genere,aut in ſummo,aut in certo gradu:utpotè iuxtà modum propriæ definitionis. Quod autem obiiciunt de terminis vndique conuertibilibus,& quod illa æqualis vndique reciprocatio manifeſtat per illam linearum omnium ad omnis & ſingulorum ad ſingula protenſionem,id conſiderando diluitur: quod protenſio & reciprocatio illa in omnibus , ſuo modo exercetur. Adnectuntur enim omnia omnibus vel affirmatiuè vel negatiuè,& hoc vel denominatiuè, vel primitiuè , & hoc vel in recto vel in obliquo:ut bonus homo, bona humanitas , bonitas humana,bonitas hominis. Iuſtitia bona,magna,æterna. Malitia impotens,defectuoſa , de cæteris quoque ſuo iudicandum eſt modo : vnde artifices à præcipuis operationibus artis huius non impediantur.

DE SCALA HVIVS FIGVRAE.

CAPVT VI.

MEMBRVM I.

LICET huius figuræ ſcalam Lullius non explicet, implicitè tamen eam non excludit : ipſam ergo nos in ſimilitudinem ſcalæ in ſecunda figura conſtituendę diſponamus. Eſt igitur ipſa via quædam & ordo quo quidem à ſuperioribus ad inferiora deſcendimus,& ad ſuperna conſcendimus ab infernis: in ea duo,altitudinem ſcilicet atque latitudinē cõſiderare licet. *Scala quid ſit.*

Longitudo quidem ſcalæ eſt qua fit progreſſio à generaliſſimis per ſubalterna vſque ad ſpecialiſſima atque particularia: quatenus cum de aliquo dicere aut conſiderare volumus , ab ipſa ſpecie vel indiuiduo ad eius proxima immediataque vniuerſalia , & per hæc vſque ad prima poſſumus aſcendendo multitudinem colligere in vnum. Definitur autem generaliſſimū, quod cum ſit genus non poteſt eſſe ſpecies, cui non ſuperuenit vniuerſale vniuocum, & quod in cathegorica coordinatione ea tantum reſpicit quorum eſt contentiuum inferiora , de quibus omnibus vniuocè dicitur cum de ipſo nihil vniuocè dici poſſit, ſed æquiuocè,vel analogicè , vel denominatiuè. Specialiſſima ſpecies definitur quæ non poteſt genus eſſe , infra ipſam enim non ſunt ſpecies ſed indiuidua , & vnam habet habitudinem quæ eſt ad ſuperiora quorum reſpectu ſubjecta eſt ſpecies. Sub- *Longitudo eiuſdem.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

alterna verò genera ſubalternæque ſpecies ſunt quæ in medio conſiſtentia vtrorumque ſuſcipientia rationem & duos admittentia reſpectus, de inferioribus quidem prædicantur ſpeciebus & indiuiduis : & eadem ſuperioribus vel ſuperiori generi tanquam ſpecies ſubijciuntur.

In quibus ita coordinatis duplex poſſibilis inſpicitur prędicatio atque congrua, altera qua ſuperiora, omnia non viciſſim de omnibus enunciantur inferioribus: altera quę ęqualia de coæqualibus viciſſim. Iuxta primum modum ſpecialiſſima de indiuiduis dicuntur tantum, ſubalterna de ſpecialiſſimis, & indiuiduis, ſuperiora de inferioribus ſubalternatis & collocatis, ſuprema de omnibus.

Iuxta ſecundum viciſſim dicitur de definitione definitum, exacta deſcriptio, & proprium deſcripto & ſubjecta ſpecie & eiuſdem conſtitutiua differentia. Differētia & proprium de ſpecie. Deſcriptio, differentia & proprium & horum plura vel vnū, de pluribus vel vno reliquorum, vel omnibus.

MEMBRUM II.

QVIBVS ita ſe habentibus in propoſito dicimus prædicationem ſeu verificationem per modum ſcalæ exerceri: quatenus ab iſtis prædicatis tāquam generaliſſimis reſoluendo ipſa, deſcenſus ad ſpecialiſſima per ſubalterna efficitur, & per eandem à particularioribus ad illa componendo, fit aſcenſus: Ita deſcendētes dicimus iuſtitiam eſſe bonitatem, commutatiuam diſtributionem, & commutatiuam diſtributionem eſſe iuſtitiam. Reddere homini debitum, eſſe commutatiuam diſtributionem. Simile alteri facere quod ab illo receperis eſt reddere homini debitum. Dimittere decem talenta cum totidem ſibi dimiſſa fuerint vel ſimiliter habueris, eſt verè ita aliis facere, ſicut & tibi factum. Iniuſtè igitur ſeruus ille nequam egiſſe conuincitur. Ita è conuersò aſcendentes eiſdem aſſumptis terminis idem concluſerimus. Eſt & congruam prędicationem exercere qua æqualia de coæqualibus dicimus, ut vbi de inuicem dicuntur hic enumerata vel eiuſce generis alia generaliſſima, vel ipſis oppoſita: de oppoſitis, vel de diuerſis diuerſa: ut cum dicimus, Iuſtitia eſt bonitas, veritas eſt iuſtitia, iuſtitia eſt veritas, bonitas eſt iuſtitia, & vbi definitiones de definitis dicuntur, ut bonitas eſt quo potentia, ſapientia & magnitudo agit bonum: magnitudo eſt qua bonitas, ſapientia, & cætera agunt magna, ſunt, poſſuntque magna, ſeu magnificare, vel ſunt magnificata, iuſtitia non eſt ignorantia, iniquitas non eſt iuſtitia, ignorantia non eſt ſapientia. Scalæ igitur aſcenſui deſcenſuique applicantibus accidit diſcurrere à propoſitis vniuerſalibus, ad particularia, &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ria,& ab iſtis ad illa,& in iſtis illiſque conſiſtendo, ad rationes ad correlatiua, ad contraria, ad condiſtincta & aliis quibuſcunque modis oppoſita,adiacentia,coniugata.

MEMBRUM III.

Latitudo ſcalæ.

LATITVDINEM autem ſcalæ pluribus licet inſpicere modis,primò extenſione ſignificationis terminorum (de qua infra dicetur) quatenus videlicet bonitas non ſolum ſe extendat ad ſignificandum phyſicè ſed & ethicè.Simile iudicium eſt de magnitudine & aliis. Secundò per duplicationem eorum per concretum & abſtractum,dicendo Bonitatem & bonum magnitudinem & magnum. Tertiò per diſtinctionem, iui,abilis,& are,dicendo Bonificatiuum,bonificabile,bonificare. Vbi iuum ſignificat principiũ actiuum,abile principium paſſiuum,are principium copulatiuum.ſeu iuum principium effectiuum,ſeu communicatiuum , abile principium receptiuum, ſeu participatiuum , & are principium connexiuum ſiue actuale. Quartò per diſtinctionem affirmatiui & negatiui, poſitiui & priuatiui:quatenus hęc de aliis dicuntur ſecundum affirmationem,de aliis ſecundum negationem: de aliis poſitiuè , de aliis priuatiuè. Quintò per diſtinctionem impliciti & expliciti , quia in terminis iſtis non ſolum continetut eorum ratio , ſed & omnium,quæ dici poſſunt & imaginari abſolutorum prædicatorũ, ut in tractatu de multiplicatione terminorum patefiet. Sextò per diſtinctionem proprij & appropriati, quatenus hæc quibuſdam naturaliter conueniunt,aliis per ſe & à ſe, aliis aduentitiè, & per aliud : aliis inquam ex naturæ ſubſtantia, aliis ex infuſione,aliis ex acquiſitione.

DE PRAEDICATIS RESPECTIVIS, CAP. VII.

MEMBRUM I.

DE genere prædicatorum ſuprà diximus eſſe quædam quæ hoc ipſum quod ſunt aliorum eſſe dicuntur,reſpectiua,relatiua,habitudinalia,ad aliud:quæ (ut & prædicta)omnibus quæ ſunt,& eſſe poſſunt,adcommodantur: vnde & ipſa vniuerſaliſſima principia in arte iſta habentur, ſuntque nouem per elementa totidem ſignificata. In Angularem figuram diſponũtur,qua eorum per omnia penetratiuitas ſignificetur. Per triangulos diſponuntur, quatenus (inquit ita Lull.) in omnibus relationibus & habitudinibus ſunt duo relata,& inter ea medians relatio. Tres ſunt implicati trianguli ut nõ ſolum eorum in alia,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sed & mutua in inuicem penetratiuitas inspiciatur. Dicimus enim Bonitatem differentem, & bonitatis differentiam, item & differentiam, principium, & principij, item Principium differētis & differentiæ.

DE SECVNDA FIGVRA, ET primò de eius primo triangulo.

MEMBRVM II.

De fig. T. EXTAT figura quæ elemento T. inscribitur, quia triplici triangulo complicato conficitur. Ipsa producit nouem angulos, vbi nouem elementa non per totius complexi, sed per singulorum triangulorum seriem sunt ordinata.

FIGVRA PRIMI TRIANGVLI.



Ibi primus triangulus est B.C.D. quibus significatur Differentia, Concordantia, Contrarietas. Qui quidem anguli intelliguntur omnia penetrare quia (ut in corporibus est manifestum) quod minoribus & consequenter verioribus constat angulis ipsum est penetratiuum, penetratiuissimum certè quod ex minimis.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PENETRATIONE PRIMI anguli. B.

MEMBRUM I.

PENETRANT igitur tum omnia principia abſoluta ſiue explicata, ſiue in eis implicata intelligantur, tum etiam & inuicem reſpectiua: vnde ratione prima dicuntur primam penetrare figuram, quæ ſane diuiſa eſt in elemẽta, quorum alia ſignificant ſubſtantiam, & ſunt ſubſtantialia, puta omnia præter K. alia ſignificant accidens & ſunt accidentalia vt quæ ſunt per ipſum K. deſignata. Alia item ſunt intelligibilia vt B. C. alia ſenſibilia vt D. E. F. G. H. I. alia rationis entia, vel iis affinia K. Anguli prædicti iuxta iſtas & alias rationes omnia ſubiecta penetrant: quia angulus B penetrat Intellectualia vbi differentia inter intellectuale & intellectuale inſpicitur, vt in B. ipſo inter Deum verbum, inter Deum mentem, inter Deum amorem. In C. inter Cherubim & Seraphim. in B.C. vt inter Deum & Angelum. Inter Bonitatem & magnitudinem, & ita de cæteris. Eſt differentia inter ſenſuale & ſenſuale cum angelus B. penetrat circa ſenſuale conſiderando differentiam in D. inter Saturnum & Iouem. In E. inter virum & mulierem. In F inter canem & elephantem, & ita de aliis. Eſt differentia inter ſenſuale & intellectuale, vt in B. D. inter Deum & Cœlum. C. E. inter Angelum & hominem, E. K. inter hominem & iuſticiam.

MEMBRUM II.

ANGELUS item C. omnia principia penetrat, & per omnia principia diſcurrit. Eſt enim concordantia inter intellectuale & intellectuale, vt in B. inter mentem, intellectum & voluntatẽ, quæ in vna eſſentia radicata concurrunt. In C. inter Cherubim & Seraphim qui in ſimplicitate naturæ concordant, vt in cognitione, intellectualitate, & id genus aliis. In C. inter hoc & illud cœlum, hoc & illud aſtrum. Ita in aliis eſt iudicandum. Inſuper in B. C. inter intellectuale quod eſt Deus & intellectuale quod eſt angelus: concordant enim in Bonitate, ſapientia, entitate. Licet non ſatis adæquatio vlla neq; comparatio. In C. D. inter Angelum & cœlum, quæ concordant in Bonitate, veritate, virtute, &c. idem eſto in cæteris iudicium. Inter ſenſuale & ſenſuale vt inter D. & E. id eſt Cœlum & Hominem. F. G. vt inter hoc imaginatiuum & ſenſitiuum. G. H. Senſitiuũ & vegetatium. H. I. Vegetatiuum & elementatiuum. Vel in G. vt inter hoc ſenſitiuum & illud. In H. inter hoc vegetatiuum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& illud. In I. inter hoc elementatiuum & illud, In K. inter hoc & illud inſtrumentatiuum.

DE PENETRATIONE anguli D.

MEMBRUM III.

SIMILITER angulus D. omnia principia penetrat, & per omnia ſubiecta diſcurrit. Sicut enim differentia & concordantia ſunt inter ſenſuale & ſenſuale, Intellectuale & intellectuale, ſenſuale & intellectuale, in hoc & in illo ſenſuali, ita & in illo intellectuali, ita & contrarietas. In ſubiecto B. contrarietas eſt inter ſummum bonum & ſummum malum, ipſum Ens & ipſum Nihil. In C. inter Calodæmonem & Cacodæmonem: ita in aliis quorum quædam per ſe contrarium recipiunt vt eſt manifeſtum.

DE HORVM ANGVLORVM in inuicem penetratione.

MEMBRVM IV.

SIcut autem præſentes anguli aliam penetrant figuram tũ per ſubiecta tum per prædicata diſcurrentes, ita quoq; inuicem ſe penetrant dum iſtius trianguli anguli per alios angulos & triangulos diſcurrunt. Dum videlicet B. penetrat in angulum E. qui eſt primus ſecundi trianguli, dicẽdo & conſiderando differentiam inter principium & principium. Item angulos E, F. conſiderando differentiam inter principium & medium. Angulos item omnes E. F. G. Penetrat etiam primum angulum tertii trianguli dicendo in H. differentia inter maioritatem & maioritatem, in H. I. Differentia inter maioritatem & æqualitatem. In H. I. K. inter maioritatem, æqualitatem & minoritatem. Penetrat tandem tertii trianguli angulos eadem pacto intuendo differentiam inter maiorem æqualitatem, minorem æqualitatem, &c. Nunc quidem ſigillatim ſingulos, nunc vero communiter duos, nunc vniuerſaliter omnes. Simile iudicium eſt de penetratione angulorum C. & D. per alios angulos & triangulos.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SECVNDO TRIANGVLO secundæ figuræ.

MEMBRUM V.

SECUNDUS triangulus secundæ figuræ est E. F. G. vbi E. significat principium. F. medium. G. Finem. qui anguli eadem qua superiore forma, omnia penetrant. Cuncta enim aut sunt principium, aut medium, aut finis: aut per principium, per medium per finem: aut, in, ex prin. med. fin. aut principii, medii, finis.

FIGVRA SECVNDI TRIANGVLI.



Hic triangulus & eius anguli omnia penetrant, quæ sane penetratio aut est per rectum, aut per obliquum casum, vt in proposita diuisione diximus, & cuilibet etiam permodicum ingenioso ad dictorum similitudinem facile est coniicere.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE TERTIO TRIANGVLO.

MEMBRUM VI.

TERTIUS triangulus eſt HIK, vbi H ſignificat maioritatem, I æqualitatem, K minoritatem. Qui certe anguli & triangulus non minus cæteris omnibus intelligantur eſſe penetratiui. Cuncta enim aut ſunt maioritas, minoritas, aut æqualitas, aut in, cum, ex his, vel horum quoddam.

FIGVRA TERTII TRIANGVLI.



Penetrant inquam omnia ſubiecta, omnia prædicata, & omnes prædicatorum ſubiectorumq; circumſtantias, aut per rectum aut per obliquum, aut adiectiue aut ſubſtantiue, ſicut & cætera.

DE COMPLICATÆ FIGVRÆ angulorum ſignificatione.

CAP. VII.

MEMBRUM. I.

RATIONE igitur in ſuperioribus explicata tres deſignati trianguli complicantur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura



Ibi ſuper angulum Differentia, & ſuper angulum Concordantia, & ſuper angulum Contrarietas, vtpote ſuper B. C. D. angulos, eſt titulus inter ſenſuale, & ſenſuale, intellectuale & intellectuale, ſenſuale & intellectuale: vt ſignificẽtur obiecta dictorum angulorum atq; ſubiecta. Hæc etenim de omnibus vel recte vel oblique vel affirmatiue negative dicuntur & inquiguntur.

MEMBRUM II.

IBI ſuper angulum E. Principium, eſt titulus Cauſa, Quantitas, Tempus, ad denotandam quod ſecundum amplam extentamq; ſignificationem, qua & Cauſarum genera quatuor complectitur, terminus ille accipitur. Et videlicet pro cauſa efficiente à qua vel dirigente, vel ordinante, vel adminiſtrante fit aliquid. Et pro formali, ſecundum quam, ad cuius ſimilitudinem, imitationem, formam, modum ſiue eſſendi ſiue præſentandi fit. Et pro materiali ex qua, de qua & in qua aliquid conflatur vel componitur, vel in aliud tranſmutatur. Et pro finali propter quam fit, & ad quam ordinatur aliquid.

Declarat Lullius in libro de auditu Cabaliſtico, ſe per terminum illum Cauſa intelligere, genus ſubſtantiæ, & per terminos illos Quantitas & Tempus intelligere genera accidentium, & vniuerſa contra ſubſtantiam diſtincta prædicata. Neq; obeſt quod ſubſtantia intelligatur implicata in iis quæ ſignificantur per octo elementa figuræ T. & nouem accidentis genera, in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eiuſdem

ciuſdem figuræ nono elemento K. Ipſa enim accidentia dupliciter conſiderata, ad duas (iuxta duos reſpectus & officia) pertinent figuras. Subſtantiue inquam ſumpta in genere ſubiectorum intelliguntur. Sic etenim inſtrumenta quibus aliquid cõtingit operari: Adiectiue autem capta (etiam cum ipſa ſubſtantia) præſentem neceſſario figuram ſubintrabunt. Subſtantiue intelligo ſumi aliquid quando ipſum per alia denominabile eſt atq; conſiderabile, adiectiue autem quando per ipſum alia.

MEMBRUM III.

IBI ſuper angulum F. Medium, eſt titulus Coniunctionis, Menſurationis & Extremitatum, ad ſignificandũ quibus Medium dicitur, tres eſſe modos. Eſt enim primo medium coniunctionis ſicut interceſſor, interpellator, copulator, leno & ſimilia. Copula item quæ facit ſubiecto conuenire prædicatum, ſicut anima eſt medium per quod probetur animal eſſe viuens ſicut & verbum ſubſtantiuum quod dicitur eorum quę de altero prædicantur nota. Eſt ſecundo medium menſurationis ſicut eſt illud quod præcisè proprieq; mediũ æqualiter diſtat ab extremis: vt centrum eſt medium circuli. Adde quodlibet inter extrema poſitum, quod cum centrum ſit illorũ, communiter medium appellatur, vt omnes ſinguliq; gradus inter primum, & vltimum Arietis. Eſt tertio medium extremitatum, in quod quomodolibet aliter ſepoſita concurrunt. Vnde actio medium eſſe intelligitur inter agentem atq; patientem, vt inter bonificabile & bonificatum, eſt bonificare, amare ſeu amor inter amantem & amatum. Vnde amans, amabile, & amare ſunt vna amabilia indiuiſa. d. Lull.

1. *Medium cõiunctionis.*

2. *Medium menſurationis.*

3. *Mediũ extremitatum.*

MEMBRUM IV.

IBI ſuper angulum G. Finis, eſt titulus Perfectionis, Terminationis, & priuationis: & ad huius termini amplitudinem ſignificandum.

Eſt enim primo finis perfectionis ſeu cauſalitatis, ad quem omnia diriguntur, tendunt & conquieſcunt: ſic homo eſt finis plurimorum, Deus eſt finis omnium. Eſt ſecundo finis terminationis ſicut Alpes ſunt fines Galliæ in Italiam, & Pyrenes in Hiſpaniam. Eſt tertio finis priuationis vt mors, defectus, extinctio.

MEMBRUM V.

IBI ſuper angulos H. I, K. id eſt, Maioritatem, Æqualitatem, Minoritatem, eſt titulus inter ſubſtantiam, & ſubſtantiam, inter accidens, & accidens, inter ſubſtantiam & accidens: ad ſignificandum triangulum & angulorum ſingulos omnia penetrare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

netrare: eſt enim maior ſubſtantia cœli quam aquæ ſubſtantia quodammodo, eſt maius quodammodo accidens intelligere, quam credere. Eſt maior ratio entis in ſubſtantia quæ exiſtit quam in accidente quæ inhæret. Eſt idem æqualitas inter ſubſtantiã quæ eſt indiuiduum vnius ſpeciei & alterum indiuiduũ eiuſdem vel alius ſpeciei, inter accidens quod eſt vna experiẽtia vel ſcientia, & accidens quod eſt alia experientia vel ſcientia & potentiam viſus ad videndum, & auditus ad audiendum. Inter ſuſtantiuum & accidens ſubbſtantiue ſumptum, ſicut inter hominem & riſibile, equum & hinnibile. *H. Maioritas.* *I. Æqualitas.*

Eſt tandem minoritas inter ſubſtantiam & ſubſtantiam, ſubſtantiam & accidens, quia (vt viſum eſt) eſt & maioritas, vnum quippe correlatiuorum eſt iudicium. *I. Minoritas.*

DE SCALA PRÆSENTIS figuræ. CAP. VIII.

MEMBRUM I.

SECUNDÆ figurę ſcala etiam propria altitudine latitudineq; conſtat. Ergo eſt longitudo ſcalæ materia ſeu ſubiectum in quo diſcurrit intellectus, à ſupremis & vniuerſaliſſimis per intermedia ad infima deſcendens; vel ab infimis per eadem conſcendens ad ſuprema: vt cum à differentia quę ſuper omnes differentiarum ſpecies eſt vniuerſaliſſimum principium, antequam & ſupra quam nulla eſt differentia, ipſa enim per aliud non differt, & per ipſam differunt vniuerſa, deſcendimus per proximas immediatasq; partes, ſpecies, modos que ad infimam atq; remotiſſimam. Et cum à concordantia quæ eſt vniuerſaliſſimum principium (per quod & quo omnia concordantia concordant, & quod non concordat per aliud, quod ſeipſo cum aliis in ratione principii concordat) ad remotiſſima & maxime particularia per proxima mediaq; conuerſo deſcendimus ordine. Simile de aliis præſentis figuræ angulis in propoſito penetratiui aſcenſus atq; deſcenſus eſt iudicium. Sic ab iſta ſignata differentia quæ eſt inter Socratem & Achillem, procedimus ad differentiam inter hunc philoſophum & hunc militem. Inde ad differentiam militiæ & literaturæ, inde ad vniuerſaliorem quæ eſt inter inſtitutum ordinatum ad culturam animi, & ordinatum vel ad necem corporum, vel ad honores externos: itaq; deinceps pro captu rei, propriiq; ingenii vſq; ad generaliſſimum quod eſt differentia, vltra quod non eſt poſſibile progredi. Idem de deſcenſu viceverſa iudicium eſt. *Deſcenſus.* *Aſcenſus.*

Verificatur etiam deſcenſus huiuſmodi in terminis titulorumqui ſunt in angulis: quia à differentia quę eſt inter ſenſibile &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& intelligibile, procedimus ad differentiam quæ eſt inter Angelum & Hominem, inde ad eam quæ eſt inter Cherubim & Philoſophum, inde ad hanc quæ eſt inter Lulliũ & alium ex iis Sic à differentia quæ eſt inter ſenſibile, & ſenſibile ad eam quæ eſt inter plantam & animal, eam quæ eſt inter piſcem & herbã, eam quæ inter Delphinum & vitim & ad hanc quæ inter hunc Delphinum, & hanc vitim. Idem de aliorum titulorum aſcenſu deſcenſuq; iudicium.

MEMBRUM II.

LATITUDO quoq; præſentis ſcalæ ad præcedentis figuræ ſimilitudinem capitur, etenim præſentes termini non arcte ſed iuxta ampliſſimam capiuntur ſignificationem. Non enim differentiæ nomine intelligimus ipſum quo propriiſſime aliquid ab aliquo differre dicitur, vtpote quod genus diuidens, ſpecierum eſt eſſentialiter, conſtitutiuum, ſed eſt omnis quæ proprie, omnis quæ communiter dicitur. Huc accedit alietas, diuerſitas, diſparitas, & quicquid ad copiam conſiderationis & inuentionis ſub iſta dictione ſpectari poteſt. Simile de concordantia iudicium, quæ omnem conuenientiam, conſiſtentiam, vnionem, identitatẽ, concurſum competentiam. Ipſam (licet vniuerſaliſſima ſit) minus tamen vniuerſalem appellat Lullius quam ſit differentia: omne enim quod concordat aliquo modo differt (ſiquidem idem ſibi ipſi concordare non dicitur) concordantiam igitur includit differentia. Sed tamen omnem differentiam dicere poſſumus à concordantia includi, nihil enim differt quod aliqua non concordet à ratione, vel per entitatem vel per eſſe, vel per conſiderari, vel per imaginari, vel per dici. Optime quoq; dicit comparans contrarietatem differentiæ; contrarietatem enim in omnibus inuenire non poſſumus, niſi forte nomine contrarietatis extincto ad ſupponendum pro omni oppoſitionis genere, vt repugnantium, relatiuorum, priuatiuorum, contradictoriorum, è regione oppoſitorum: Sed hic intellige comparationem eſſe factam ſeorſum ab arte, quatenus ſcilicet propius ſignificantes termini capiantur. Alioqui ab ipſo Lullio quæreremus de enumeratis oppoſitionis ſpeciebus ad quod principium reduci velit eas aliud, cum non commode ad duos alios triangulos poſſint pertinere. In hoc autem qui relinquitur nemo niſi delirus adangulum differentiæ vel concordantiæ referet.

MEMBRUM III.

IN ſecundo quoque triangulo latitudo ſcalæ manifeſta eſt, vbi Principium non ſolum ſignificet quod proprie contra terminum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

num à quo. causa distingui solet & elementum, sed & omnia quæ sub huius dictionis vsu significantur. Id manifestat titulus anguli, Causa, Quantitas, & Tempus. Latitudo item medij quã inducit titulus Coniunctionis, Mensurationis & Extremitatũ. Latitudo quoque finis quæ finem Causalitatis, seu perfectionis, finem Terminationis, finem Priuationis d.

MEMBRUM IV.

Maioritas.

IN tertio similiter triangulo vbi Maioritas est inter eam quæ est in substantia, qualitate, magnitudine, eam quę inter substantiam & substantiam, qualitatem & qualitatem, magnitudinem & magnitudinem, similiter & in multitudine, virtute, potentia, facultate, loco, situ, tempore, æternitate, & cęteris quę omnia nomine accidentis & substantiæ ab Archita, Aristotele, & Lullio significantur. Non aliud est de latitudine gradus scalæ tertij anguli iudicium: perpetuò enim minoritas cum maioritate (cuius est correlatiua) compreh ẽditur. Latitudo quoque anguli æqualitatis in propriæ scalæ angulis patet, quia non capitur iuxta arctam qua sumitur in secunda categoria significationem ab Aristotele, dicente, maximè proprium esse quantitatis per æquale & inęquale dici: sed vsurpatur secundum omnem modum quo aliquid cum aliquo pariter dicitur, atque se habere intelligitur vel absolutè vel respectiuè sumptum. Vndè æqualem dicit Lullius visum intellectui, quia æquè se habet ille ad sensibilia, ut iste ad intelligibilia. Harum scalarum latitudinem vbi de terminorum multiplicatione considerabimus, specialius fortè distinguemus.

Minoritas.

Æqualitas.

DE SIMPLICITER APPREHENsibilibus Syncathegorematicis.

CAPVT IX.

MEMBRVM I.

Termini Syncathegorematici.

PERACTA cathegorematicorum consideratione, ad terminos Syncathegorematicos consequenter trãseamus. Sũt autem decem quæstionum signa, ad quæ omnia reliqua reduci posse Lullius intelligit, Quam sanè reductionem, quantũuis incomptam, ut tamen nihilominus venerabilem amplectimur. Hic minimè ad terminorum est proprietatem respiciendum, sed tantum ad eum quem notant ordinem, texturam, architecturam. Vnde pro dispositione ex hac theoria alij quidem melius, alij verò minus benè ad inuentionis iudiciique actus valeant incedere. Hic enim non fabricatorem qui manum lignis,

Quæstiones.

10.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lateribus,& cemento admouet,sed architectorem facimus, cui quodam inculto indice & rudi quadam designatura, sufficit ei qui pulchram optimamque domum ædificare intendit, lineis & numeris quot rei propositæ necessitas exquirit, modulum insinuasse.

Aliarũ quæstionũ liberæ ad has rectio.

Mitto quod sicut hæ decem quæstiones ad combinatoriæ artis commodum necessariò ad nouenarium numerum sub nouem elementis contrahuntur. Ita & alias multas quas posses inuenire ad eos (ut melius tibi fieri posse videtur) qui expressi sunt modos reducantur, quantumuis ex rigore propriæ significationis minimè reduci valeant. Illud enim hic considerare oportet quod artis huius termini non physicè non logicè non metaphoricè, sed amplius (ut ampliſſima est huiusce modi ars) ad significandum extenduntur. Decem igitur quæstiones per decem terminos sub nouem elementis proponantur quas ordinate in sequenti figurę licet inspicere ordine.

10. Quæstiones.

B Vtrum	G Quale
C Quid	H Quando
D De quo	I Vbi
E Quare	K Quomodo. Cumquo
F Quantum	

Cur quæstiones dicantur.

Regulæ cur dicantur ab Lullio.

Quę non ideò dicuntur quæstiones quia taliter in praxim artificij reducantur, sed quoniam per modum quæstionis primò significare videntur, quod optimè Lullius etiam ipse manifestat, dum easdem & regulas appellare consueuit: quandoquidem ex instituto principali potius ad regulandum & definiendum quam ad inquirendum sunt finaliter ordinatæ, ut per ipsas disponamur & ordinemur in discursu, resolutione, & explicatione conceptionum.

MEMBRUM II.

QVÆ sanè regulæ seu quæstiones non sunt utcumque apositæ, sed rationaliter ordinatæ. Harum enim aliæ ad intrinsecam rei spectant rationem, aliæ ad extrinsecam, aliæ ad intrinsecã quodãmodo, & quodãmodo ad extrinsecã. Primarũ aliæ dicũt prorsus absolutũ esse, ut Vtrum, Quid. alię aliquẽ denotant respectum ut de quo & quare, aliæ plus ad extrieseca respiciunt ut Quantum & Quale. Secundarum (utpote quæ respiciunt non quod est in, sed quod est circa subjectum) aliæ respiciunt tempus seu durationem ut Quando, aliæ locum siue situm ut Vbi. Tertiarum quædam est inquirens medium rei siue in se, & circa se, siue in alio, & circa aliud, ut Quomodo, alia verò concomitans illius, siue adiectum, siue proximum, siue correlatum, intrinsecè vel extrinsece perscrutatur, ut regula Cum quo.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE PRIMA REGVLA.

Vtrum, B.

MEMBRUM III.

IDEO An, siue Vtrum alijs proponitur quæstionibus: quia omnis alia quæstio de re quapiam, ipsam vel in causa, vel in se, vel in conceptu esse supponat oportet: tanquam ens enim accipimus de quo quid, quale, quare, inquirimus: licet in quibusdam ante quæstionis Vtrum decisionem quid per nomen significetur intelligere oportet: postquam enim respondens audierit ab interrogante quid Chimeræ nomine significetur, habet quomodo ad quæstionem, An illa sit, respondere debeat: Porro id quod per nomina significetur ante quamlibet disciplinam & inquisitionem præhaberi oportet: & ideò quid nominis non intelligit Lullius esse quæstionem.

Quæstionis huius tres Lullius species adducit, Affirmationem, Negationem, Dubium: Eorum enim de quorum esse quæritur alia sunt necessariò & pro istis determinatè est affirmatio, alia impossibiliter & horum definita est negatio, alia in vtramque contingentia partem & hæc in controuersam ducuntur assertionem. Certum est enim futuram eclypsim luna existente in capite vel cauda Draconis. Certum quoque quod de eodem secundum quod idem contradictoria non verificentur. Dubium est an sit futurum bellum, an legum innouatio subsequatur, an Philosophus discescat, & quodlibet vel in libera consultatione positum, & quod casus fortunæque militat incertitudine, & quæcunque de particularibus in natura possunt impediri eque excessu defectuque & alteratione fluctuantis materiæ cursum destituere definitum.

DE SECVNDA REGVLA

Quid, C.

MEMBRUM IV.

QVID, est quo rei determinari quærimus essentiam, & in quo aliquid genere consistat ambigitur. Quod si sit generalissimum, & consequenter neque genus admittat neque differentiam, per hoc tamen nihilominus quærere licet de eiusdem propria, qua ab alijs generibus distinguatur ratione: illa etenim quamuis non per superiora genera definiantur nihil impedit quominus per ea quæ circumcirca & veluti à latere sunt appositа certis veluti sepimentis intra proprios fines coercita intelligantur. Quæ igitur non per superiora, neque per inferiora, per æquelia probè poterunt definiri: vel inquam per

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eorum quibus ab aliis vniuerſalibus diſſ-piuntur proprietates, vel non inepto quo Lullius facit modo, dicens. Bonitatem eſſe quo magnitudo, duratio, poteſtas & quæcunque ſunt, bona ſũt, ſeu qua aliquid eſt bonificatiuum, bonificabile, & bonificans, & eſt bonum, & ab hoc definiendi modo non abhorruit Ariſt. & Architas d. Qualitas eſt ſecundum quam quales eſſe dicimur. Similiter intelligitur quantitatem, actionem ſe habere & cætera id genus alia. Quæ igitur in communi ſunt principiandi, regulandi, vel ſubeſſendi ratione, ſecundum certam principiandi formam differant oportet, utpotè per benefacere quod eſt à bonitate, & magnificare quod eſt à magnitudine, quod planè ita eſt illis proprium & definitio, ut nihil propri⁹, nihil peculiarius.

Eius quatuor afferuntur ſpecies quæſtionis. 1. Quid eſt in ſe. 2. Quid habet in ſe. 3. Quid eſt in alio. 4. Quid habet in alio.

QVID eſt, in ſe quęrit eſſentiam & eſſe, ſeu quidquid per eſſentialem definitionem denotatur, quatenus ſpecies abſolutè ſimpliciter, & ratione qua ipſa eſt hoc ens in recto: non inquam ut huius entis, huic enti, de hoc ente, & omni alia qua ad aliud reſpicere videatur ratione, pręterquam ſi tale proferatur, quale hoc ipſum quod eſt quomodolibet ad aliud eſſe intelligatur.

QVID habet in ſe, eſt ſecunda regulę C. ſpecies: conſequenter enim ad ipſum quod noſcimus quod eſt res in ſe, ſuccedit quid in ſe habeat conſiderare: utpotè ex quibus intrinſecè habitibus coeſſentialibus qúe conſiſtat, quæ ad eſſe conflandum, integrandum, & in omni perfectione conſtituendum concurrunt.

QVID eſt in alio, tertia eſt ordinatè ſpecies ſuccedens, res enim vbi per intrinſeca atque propria conſiderata fuerit, peraliena extrinſeca & relata contemplari deſiderat, nempe quid ſit & habeat in alio, & hoc dupliciter, & per id quod poteſt, agit, & cauſat in eo, & per id quod ab eodem poteſt pati atque recipere, recipit atque patitur. Idque triplicem inſpiciendo regionem, ſuperiorem maiorum, meliorum: æqualem, parium ſimiliumque: inferiorem, minorum, & deteriorum. Simili iuxtà alios triangulos ad diſtinctionum ordines eſto iudicium.

QVID habet in alio, ſequitur proximè dictam quęſtionem: ſicut eſſe præcedit habere & habitus eſſentiam. Hoc habere in alio examinatur penes conſequentia cõtingentiaque ei de quo eſt quæſtio: ita in alio agente, patiente, conſiſtente, concomitãte, maiori, minori, æquali. & aliuſmodi iuxtà proximè deſignatas rationes.

Exemplum huius regulæ C. Quid eſt homo in ſe? Subſtantia animata rationalis, Quid habet in ſe? humanitatem, intellectũ, voluntatem, ſenſum, &c. Quid eſt in alio? in Italia Italus, in ſapientia ſapiens, in loco locatum, in fine glorioſum. Quid habet in alio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in alio? in demonstrabilibus scientiam & rationem, in sensibilibus sensum & phantasiam, in possessis dominium, in Deo spem, &c. Simile de aliis iudicium discurrendo per differentia, contraria, contradictoria, similia, dissimilia, priora, posteriora, &c.

DE TERTIA REGVLA
De quo, D.

MEMBRVM. V.

QVÆSTIO De quo, sequitur ipsam quæ est Quod est in alio, sicut respectus extrinsecus intrinsecum, quod magis est absolutum semotum quæ ab eo de quo est, quam ab eo quod est. Habet species tres, quarum prima est de quo est primitiuè, principiatiuè, seu deriuatiuè secundum esse. Secunda de quo constitutiuè, consubstantialiter, consistenter. Tertia de quo est possessiuè, quod equiualet quæstioni Cuius est, quam liceret apponere pro alia regula ad dictionis proprietatem respicienti. Sed propter similitudinem quam habet hæc quæstio in idiomate Hyspanico & Italico quibus quęrentibus possessiuè vti accidit illa particula De quiem es? De chi e? Quod si cui videtur ardua hæc reductio sciat Lullio nobisque secum non esse colloquium. Exemplum primi modi regulæ D. De quo est homo originaliter seu initiatiuè? Vel dicitur de Cœlo & de Sole, & de patre, vel de præexistente materia, vel de nullo intrinsecè: totus unim de alio esse minimè potest. Secundò De quo est homo constitutiuè? de anima & corpore, de elementis & potentiis intellectiuis & sensitiuis, seu de sua materia & de sua forma. Quæ regula sequitur esse initiatiuum sicut esse de principiis materialibus seu partibus sequitur esse agentis, initiantis, principiantis. Tertiò De quo est homo possessiuè? seu cuius est? Dicitur Metaphysicè, esse Dei, Prouidentiæ, Fati, vel (ut quorundam more loquar) Fortunæ, Physicè, esse mundi à quo circumscribitur, sustinetur, influxum recipit, & cuius est incola. Ethicè est suæ concupiscentiæ, voluntatis, affectusque eius à quo tenetur, cui & mancipatur. Ciuiliter, dominationis, seruitij, religionis, regulæ, instituti. Responderi tandem iuxta innumeras istorum species, facile potest tum per hanc ipsam, tum & per alias discurrendo regulas, quibus ad omnem inuentionem manuducaris atque copiam.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

DE QVARTA REGVLA QVARE, E.

MEMBRVM VI.

QVARE ordinatè ſubſequitur prędictas omnes atque ſingulas. poſt ipſas. n. quæremus Quare eſt? Quare eſt hoc? Quare eſt de hoc? Quare eſt huius? Imo & Quare ſupponit rem eſſe, rem eſſe hoc, eſſe de hoc, eſſe huius, eſſe illius & cętera. Poſt combinatas itidem quærat quare eſt hoc quod eſſe dicitur, & eſſe hoc de illo, vel illius? Duas admittit ſpecies: eſt enim Lullio duplex Quare, Formale videlicet & Finale: ad quęſtionem enim iſtam reſpondemus tum per principia formalia rei conſtitutiua, vel per ſuum iuum, abile, & are. Vel per primas duas regulæ C. ſpecies. Vel per are primæ ſpeciei regulæ D. & ſecundam eiuſdem regulę ſpeciem, Tum per id ad quod ipſum de quo eſt quæſtio videtur eſſe ordinatum.

Exemplum primæ ſpeciei ſi quæratur Quare eſt homo? Dicitur Quia eſt ſua eſſentia, vel ſui eſſe conſtitutiuum, Vel per ſuum iuum, abile, & are, utpotè quia eſt homificatiuum, id eſt, cauſa eius effectiua, &c. Reſp. per primam ſpeciem regulæ C. per id quod eſt inſe & habet inſe intrinſecè conſtitutiuum & coeſſentialia, quæ ad ſecundam eiuſdem regulæ ſpeciem referuntur. Per tertiam item quartamque regulam C. Vnde reſpõſio erit ab effectu potius quam à cauſa. Quare eſt homo, id eſt, quod ſignum habes de eſſe hominis? Quia eſt in alio, quia habet in alio hoc. Per are primæ ſpeciei regulæ D, dicendo, per cauſare ſuæ cauſæ, initiare ſui initij & per ſecundam eiuſdem regulę ſpeciem, dicendo. Quia eſt ſua anima, ſuum corpus, ſua materia, forma &c. Exemplum ſecundæ ſpeciei, ut ſi quæratur Quare eſt homo? Reſpondetur Methaphyſicè propter vltimum omnium finem. Phyſicè ut ſit perfectiſſima animalium ſpecies, utpotè in horizonte intellectualium & ſenſitiuorum, rationale. Ethicè ut ſibi aliisque & primo Reip. per iuſtitiam commutatiuam, diſtributiuamque viuat. Vt ſuum intellectum & voluntatem ad verum, atque bonum dirigat & ordinet. Ita ſuo modo de cæteris.

DE QVINTA REGVLA.

Quantum, F.

MEMBRVM VII.

QVÆSTIO F. ordinatè ſequitur prędictas quæ intima rerum inſpiciunt. Nunc enim quantitas quæ primum eſſentialem rei naturam accidentaliter conſequitur, utpotè quæ in omnibus phyſicis qualitatibus ſubſtrata intelligatur, ſine qua vllam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vllam ex ijſdem ne imaginari quidem eſſet poſſibile; ideò rectè hanc omnes poſt ſubſtantiam immediatè ſubordinatã accipiũt.

Ipſa duas habet ſpecies : continuum videlicet & diſcretum, quandoquidem alia eſt circa magnitudinem. Alia numerum, alia menſuram ſignificat. Alia per additionem & multiplicationem,alia per diuiſionem partitionemque tendit in infinitum. Alia principium habet punctum,alia vnitatem. Subdiuiditur in eam quę molis eſt corporeæ,vel momenta ſubſtantiæ, eſſentiæ, virtutis,efficatiæ,præſtantiæ, & horum ſimilium vel oppoſitorum,ſignificat , & habet latiſſimum campum , ut alibi licebit intueri.

Exemplum primæ ſpeciei Quantus eſt homo ſecundum magnitudinem? dicitur tantus ut in augmento perfecto conſtitutus ſit maior ſerpente ,cane:minor,boue camelo, elephante. Quantus in eſſe apto ad vitam? non infra ſexquicubiti magnitudinem , non ſupra decem cubitorum. Quantus ſecundum multitudinem? Non pauci , non innumerabiles , non infiniti. Quantus partium multitudine? conſidera partes intrinſecas, extrinſecas,animam,animæ potentias, corpus , corporis partes proximas vſque ad elementa. Exemplum ſecũdæ ſpecici. Quãtus eſt virtualiter , efficaciter? Conſidera & magnitudinem & multitudinem operationum,& examina per maioritatem , æqualitatem:& minoritatem. Tantum enim poteſt vnus homo quantum perfectus alter, ut patet in homificatiuo, abili, & are, & alijs communibus proprijſque accidentibus : quod eſt per æqualitatem examinare. Reſponde etiam quod poteſt magis & plura facere quam ſpecies animalium infra ipſum : minus ſpeciebus animalium quæ ſimpliciore corpore, vel ſimplici conſtunt elemento, vel ſubſtantiæ ſunt corporeæ magis ſpiritualis, vel intellectualis: & hoc eſt per minoritatem examinare ſubjectum. Idem de examine per alios triangulos eſt iudicium. Circa alia principia D. Quanta ſit ſua Bonitas,ſua ſapientia, magnitudo,virtus,ſcientia,&c.

DE SEXTA REGVLA

Quale, G.

MEMBRUM VIII.

QVÆSTIO hęc prędecedentem ſequitur ob dictam rationẽ, quia omnis phyſica qualitas eſt corporea,& eſt in ſubjecto dimenſionato conſiſtens:non quantum enim neque mobile,neque alterabile,neque calidum neque rarum eſſe poteſt. Hinc rectè ſentiunt quidam è Platonicis atque Peripateticis materiam mediante quantitate eſſe reliquorum accidentium ſuſceptiuã, nec minus congruè qui dicunt indeterminatam quantitatem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſſe cum materia perpetuo conſiſtentem, quę ſubinde per certas terminatasque formas ſubſtantiales has vel illas, maiores vel minores, iuxta vnum vel alium gradum & numerum ſibi definiant dimenſiones, quas conditio eſſentialis ſpecificeque differentiæ natura velut intexit, ut ſubinde extrinſecæ qualitates pro commodo ſubiectique congruentia ſuperueniant,

Duas habet hæc regula ſpecies, ut duplex eſt Quale, proprium videlicet & appropriatum. Primum eſt naturale, innatumque, illud quod ſoli ſpeciei conuenit, & cum ipſa prædicatiuè conuertitur, illi ſoli omni, ſemperque congruens: Secundum eſt quod poſt & extra innatam qualitatem aut pręter, aut vltra, aut ſupra, aut ſecundum ſequentem naturæ ordinem ſuccedit, aut à caſu, vel fortuna, aut ab intrinſeca electione, quomodo & qualecunque ſit illud.

Exemplum primæ ſpeciei. Si quæratur, Qualis eſt homo? Dicitur per primam regulam G. eſt riſibilis, quod eſt per innatam qualitatem, eſt rationalis quod innominatam eſſentialem indicat differentiam: alioquin enim vltimæ rerum differentiæ (ſicut & earundem eſſentiæ) innominabiles & inattingibiles eſſe dicuntur. Exemplum ſecundæ ſpeciei. Qualis eſt homo? Dicitur Theologicè, Beatificabilis, glorificabilis vltra finem & naturale bonum. Ethicè malus per maiorem eius ad malum inclinationem, & bonus, quia ſuperiorem & nobiliorem naturam imitaturus regulatæ rationis & intelligentiæ innititur appulſui. Ciuiliter, vtilis, ignobilis, nobilis. heroicus. Phyſicè ſanus, benè cõtemperat⁹, & ita multipliciter, logicè, mathematicè, mãticè.

DE SEPTIMA REGVLA,
Quando, H.

MEMBRVM IX.

QVÆSTIO. Quando ideò ſequitur, quia vbi quæſitum & conſideratum quod eſt res & in re inhęrenter vel inexiſtenter, eorum quæ circumſtant, adſiſtunt, & adiacent, quod ſuccedit, horum primum eſt Tempus ſeu Quando. Ipſum verò Quando dupliciter conſideratur, vel ſecundum eam qua continuum quoddam eſt, vel continui terminus rationem, & ita tempus eſt propriè appellatum, atque quantitatis continuæ ſpecies, alio pacto proprius, prout per plures durationis ſpecies eſt determinabile, & ita eſt vnum inter cathegorias generaliſſimum, cuius ſpecies ſunt ſemper, aliquando, nonnunquam, Anno elapſo, Menſe futuro, hodie. Hic Lullius iuxtà communiſſimam capit ipſum ſignificationem. Omnes enim quęſtiones quam latiſſimè ſumi poſſunt (ſicut & alij termini) capiuntur.

Quando

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quando quindecim dicitur habere ſpecies, totidem enim modis ad quæſtionem quando reſpondere poſſumus. Puta quatuor modis regulæ C. tribus modis regulæ D. & octo modis utriuſq; regulæ K. adducendis. Quærenti enim, Quando eſt homo? Dicitur quando eſt ſubſtantia animata ſenſitiva rationalis, quæ eſt à prima ſpecie regulæ C Quando habet in ſe intellectū, voluntatem,& cętera, per ſecundam regulam. Quando eſt in entitate ens,in bonitate bonus & cætera, per tertiam regulam. Quando habet in demonſtrabilibus ſcibilitatem & ſcientiam, in ſenſibilibus ſenſum & cętera,per quartam regulam. Quando eſt originatus initiatus à patre,cœlo,& aliis,per primam ſpeciē regulæ De quo. Quando eſt ſua anima & ſuum corpus, per ſecundam ſpeciem. Quando eſt Dei, providentiæ,fati,fortunæ, per tertiam regulam. Quando eſt mundi à quo circumſcribitur,continetur,influxum recipit,per eandem regulam. Similiter octo aliis modis per ſimilitudinem regulæ D. ab ipſa regula K. ad hanc H. transferendis, de quibus infra.

DE OCTAVA REGVLA VBI, I.

MEMBRUM X.

QUÆSTIO Ubi prædictas ſequitur: poſt enim tempus quod partim aſſiſtit,partim inexiſtit: extat locus qui magis extrinſecum quid eſt reſpectu cujuſcunque de quo eſt quæſtio: tempus enim tum circa rem tum in reipſa conſiſtere videtur: Ubi verò & Locus,tantum circum circa. Ipſum quoque dupliciter conſideratur, & videlicet ut continuum quoddam partibus poſitionē ad invicem habentibus conſtans,& ſpecies quantitatis continuè,& propriè locus dicitur. Et ſecundam propriā ſignificationem prout eſt determinabile per ea quibus poſſumus reſpondere ad quæſitum, Ubi eſt aliquid, & eſt non ſolum generaliſſimum,ſed etiam tranſcēdens: & ita aut ſumitur Phyſicè, vel ſecundum differentias locales ſurſum,deorſum, ante, retro,dextra,ſiniſtra,intus, extrà, vel ſecundum denominatas locorum ſpecies,ut in cœlo,in terra,in aëre & reliquis. Aut civiliter, in foro,templo,in ſenatu. Aut mathematicè in tali numero,in tali menſura,pondere,gradu,toto. Aut Logicè in genere, ſpecie. Aut metaphyſicè in Bonitate, Sapientia, Concordantia, Ita generaliter eſt terminus hujus artis, quatenus videlicet omnes quibus aliquid eſſe in alio imaginari & dicere poſſumus modos complectitur. Sic verbum dicitur in mēte,mens in verbo,planta in ſemine,linea in puncto,tempus in æternitate. Unde contemplari licet artem iſtam organo vulgato ſcientiarum atq; metaphyſica,imo artibus eſſe generaliorem. Amplectitur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

enim ſcibilia, credibilia, operabilia, quidquid practicum, quidquid mechanicum, quidquid ſpeculativum, quidquid contemplativum.

Habet hæc regula itidem quindecim ſpecies ſicut & regula H. quot enim modis ad illam, totidem ad iſtam reſpondere poſſumus modis, & iiſdem: nihilo mutato prçter dictionem ſeu notam interrogationis. ubi videlicet ajebas Quando, dicas Vbi.

DE NONA REGULA, K.

Quomodo.

QVÆSTIO per elementum K. deſignata duplex eſt, prima eſt Quomodo: quæ prædictas omnes conſequitur, quia omnibus ſuccedit quærere quomodo: modus enim ubiq; ſupponit rem. Eſt enim intuitus modi eſſendi, quiditatis, dependentiæ, conſubſiſtentiæ, poſſeſſionis, cauſæ, finis, quantitatis, qualitatis, durationis, locationis, inexiſtentiæ, poſtquam res omnes iſtæ fuerint. Quomodo verò dupliciter conſideratur ſicut & duplex eſt modalitatis differentia, intrinſecè videlicet ſubſtantialiterq;, & intrinſecè accidentialiterq;, hîc ſecundum hos aliosq; (ſi imaginari poſſunt) modos accipitur, quibus omnibus quærenti modum reſponderi contingat.

Habet quatuor ſpecies. Quomodo res eſt in ſe, quomodo eſt in alio, & aliud in ipſa. Quomodo eſt in partibus (quomodocunque partes habere contingat) & partes ſunt in ipſa. Quomodo tranſmittat aliquid extra ſe ab intra, vel aliquid immittat in ſe ab extra.

Exemplum primç ſpeciei Quomodo homo eſt in ſe? Dicitur per aliter, & ivè: rationaliter, ſubſtantialiter, corporaliter, ſpiritualiter, conſtitutivè, intellectivè, adjectivè, ſubſtantivè. Per adverbia Benè, malè, ſapienter, potenter, durativè, &c. ex abſolutis prædicatis. Item ex reſpectivis principaliter, mediatè, finaliter, differenter, concordanter, contrariè, &c. Exemplum ſecundæ ſpeciei, Quomodo eſt in alio? Reſpondetur per eaſdem modorum rationes, & phyſicè, & metaphyſicè, & logicè, & moraliter, localiter, definitivè, finaliter, & mille aliis modis. Exemplum tertiç ſpeciei Quomodo in ſuis partibus, & partes ſuæ in ipſo? Reſpondetur eadem forma. Conſiderando itidem quomodo, & quales ſunt partes quibus integratur atq; conſtituitur, phyſicè, logicè, metaphyſicè, quarum aliæ propinquæ, aliæ remotæ, aliæ proximæ, aliæ ultimæ, aliæ ſunt partes virtuales atq; potentiales. ut vegetativa, ſenſitiva, rationalis. Exemplum quartç ſpeciie. Quomodo homo tranſmittit aliquid à ſe? Reſpondetur generalibus modis adverbiando nomina principiorum, ut proxi-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

proximè dictum est. Distinguendo item modos quibus homo ex facultatibus corporalibus vel incorporalibus aliquid extra se mittit, producens, generans, alterans, immutans: vel quoad facultates animales apprehendens, cogitans, intelligens. Aliquid item in se immutando, excitando, innovando, augendo, per earundem facultatum diversitatem, & ita species hæc tria habeat membra, emissionem, immissionem, & conversionem immanentium.

DE DECIMA REGULA, K.

DECIMA quæstio Cum quo, est quam instrumentalitatis regulam etiam appellant & est concomitantiæ non minus regula, immo potius, quia instrumenti quæstio potius est quo, quam cum quo. Sed quidquid sit in proposito hæc regula non ab re extremum nacta est locum, tum enim instrumentum, tũ cõcomitans magis ab intrinseco rei distat quam alia quę cumq; ex prænumeratis. Ipsum Cum quo, est primò duplex & videlicet cum quo aliquid agit, & cum quo aliquid recipit seu patitur, seu cum quo est activum, vel activè, & cum quo passive vel passivum. Secundò (ut dictum est de Quomodo) quatuor habet species, utpotè cum quo est in se, cum quo est in alio, vel aliud in ipso, cum quo est in partibus suis, & cum quo partes suę sunt in ipso? cum quo aliquid extra mittit, cum quo intus innovat, commovet, & immutat ex interno? Respondetur per concomitantia & organa.

Exemplum primæ speciei Cum quo est homo in se instrumentativé, seu quo est homo in se? Respondetur suo esse, suo posse: concomitanter cum omnibus iis quę sunt in se, quæ ad ipsius se habẽt modum, cum Angelo homo est in se, id est, sicut Angelus. Exemplũ secundæ, Quo homo est in alio instrumentativè? Dicitur juxtà modum sui essendi in alio instrumentativè per instrumenta corporis, & animæ, hæcq; vegetativę, sensitivę, intellectivæ: sic visus oculo est in visibilibus, lingua gustus in gustabili, tactus manu in tangibilibus vel extremis alijs partibus, abstracta specie intellectus in intelligibili. Cum quo est concomitanter in alio? Resp. cum iis quæ in alio sunt ut homo. Exemplum tertiæ, Cum quo homo est in partibus suis, seu partes suæ sunt in ipso? Quo est instrumentativè, Resp. sua totalitate, cũ omnibus iis quę sunt in partibus suis, & sicut omnia quę sunt vel consistunt in quodam toto vel totalitate quadam. Exẽplum quartæ speciei. Quo homo instrumentativè transmittit aliquid à se? Respondetur per duas instrumentorũ species, quorum alia, Cum quo concomitanter excitat aliquid in se? cum omnibus quæ immanentem utcunq; admittunt operationem.

MEMBRUM

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRUM XI.

Generalitas ujus artis.

QVEMADMODUM homine accepto pro ſubjecto diſcurrimus, ita & de quocunque alio propoſito diſcurrere poſſumus aptatis prædicatis atque regulis modo conditioniq; eorundem: & ideò termini artis hujus nullam contractivam recipere poſſunt differentiam, ſicut fieri contingit ubi circa unũ determinatumque genus artis eſt negotium. Errant igitur qui quaſi definitiones Lullianus corrigere volentes, ad modum ſignificandi reportant illum qui in metaphyſica comperitur, vel logica aliqua. Merito quando aliquis ex hiſce terminis ſecundam totum ſuæ ſignificationis ambitum in una comprehenditur facultate. Ipſum igitur Cum quo ſive inſtrumentativum non eſt ſolum artificiale, vel phyſicum, vel logicum, vel morale, ſed pro cujuſcunque ſubjecti conſiderabilis ratione, quomodolibet. Reſpõdemus enim primo generaliter per ipſum ivum & are. Secundo generaliter juxtà has primas enumeratas ſpecies. Tertio magis ſpecialiter per proximas eas quæ de genere ejus de quo eſt quæſtio ſive regula exiſtat. Quartò ſpecialiſſimè, juxta modum propriam, proximum, propriiſſimum, & adæquatum illius.

Error quo fundam.

PRIMAE HUJUS PARTIS
Epilogus.

MEMBRUM I.

DE iis ergo quæ primò generaliſſimeque ad artem iſtam pertinent dictum eſt atque diſtinctum, allatæ ſunt ordinis eorum rationes. Porrò licet ex ſuperioribus multi fuerint rotarum ordines adducti: exiis tamen omnibus quatuor qui in combinatoriam praxim referuntur, memoria retinendi ſunt. Figuræ videlicet ſubjectorum, Abſolutorum, prædicatorum, reſpectivorum, prædicatorum, & regularum. Quoniam verò in omni propoſito ſemper unum jam determinatum deſignatumque ſubjectum accipitur, ideo pro neceſſitate trium tantummodo figurarum (quæ ſunt de iis quæ circa ſubjecta) memoriam promptiſſimam habere oportet: Quamvis & uſu venire poſſint per angulos ſecundæ figuræ ad cujuſcunq; particularis ſubjecti propoſitum cætera omnia adjectivè capta: ut ſi Homo divinus, angelicus, cœleſtis, imaginativus, &c. Elementum divinum, imaginarium, humanum, quantum, juſtum, &c. vel ſubſtantivè accepta ubi Homo differenter, vel concordanter, vel alio modo ſumitur cum omnibus aliis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SECTIO SECUNDA.

DE TERMINORUM MULTIplicatione & primò Subjectorum.

CAP. I.

MEMBRUM. I.

VNum de principalibus eorum quæ ad inuentionem, iudicium, & ea quæ consequuntur ex istis faciunt, est ratio multiplicandi terminos, quemadmodum ad arboris frugalitatem ramorum multiplicatio necessaria est, sine qua frustrà fructuum vberiorem sperare possis copiam. Addit igitur præcedenti præsens consideratio plus momēti, quam in eodem genere simplo possit apponere centuplum. Eo igitur ordine quo subiecta, prædicata, atq; regulæ in superioribus habentur pro ratione artis huius definita, ad quem mult plicanda sunt modum etiam considerentur.

MEMBRUM II.

SUBIECTUM ergo circa quod versatur intentio, inquisitio, inuentio omnis, & judicium, est semper illud vnū circa quod & de quo multa affirmamus, negamus, dubitamus. Ipsum si multiplicari & dilatari debeat. Velut in centro circuli collocetur. Unde ad circumferentiam multæ diversæq; producantur lineæ, ad eorum circumferentialium terminorum extensionem qui loco subjecti in ejusdem scientiæ speciei conclusionibus accipi possint, utpotè qui vel subjecto çquipollēt, vel ipsum integrant, atque quomodolibet constituunt. ad ejusdem apparatum, præparationem, productionem, & perfectam spectantes existentiam, qui vel cum eo convertuntur, vel essentialiter de ipso prædicantur, & propriam idem denominent circumscriptionem. Ejusmodi sint subjecti partes, ut hominis anima, corpus, & cætera. Principia alia ex quibus & à quibus constituitur, atq; causatur vel proximè & immediatè, vel mediatè & primò. Complexiones item proximè dictorum variæ atque diversæ, vt pars quam passio denominet, principium quod passio, passionem quam principium, principium quod pars, partem quam principium, passionem quam pars, partem quam passio, & ita de aliis. Subjecti etiam actiones & operationes quibus in similia & alia, vel à similibus & aliis afficitur, appropriatè vel propriè, causarum enumeratio atq; distinctio, effectuum perversio, contrariorum & quomodolibet oppositorum inspectio, cōgruentium quoque atque faventium commodorum ei quod ipsum, vel ipsius, vel quomodocumque aliter appositum, & his quid-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quidquid ſimile, diſſimile, proportionale eſt enumeratis his & aliis enumerabilibus.

MEMBRVM. III.

HUc accedant quæcumque de ſubjecto vel ſuperiora, vel ut æqualia, vel adjectivè, vel ſubſtantivè, nomina, prænomina, agnominia, ſynonima dicuntur. Primò intentionalia, utpotè quæ ad rem ſignificandam proximè referuntur ut anima, corpus, homo, & omnia quæ per decem cathegoriarum coordinationes explicantur. Intentionalia ſecundo, utpotè quæ mediantibus primis intentionibus rebus ipſis injuncta, per haſce tamen in quibus habere fundamenta perhibentur appoſita nō citra rationem habeantur. Omnia inquam hæc poſt ſubjecti evacuationem, vel ante, vel ſimul, vel utcumq; (pro rei tractandæ natura) centro circuli ſuccedant: ut quemadmodum ſubjectum ipſum per principia atque regulas eſt deductum, ſingula etiam quæ in hujus rotæ circumferentia ſunt deſcripta deducantur.



Unde rotam hujuſmodi totam tanquam dictionem unam concipias tandem, quæ in centro circuli prædicatorum abſolutorum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

torum & reſpectivorum triangulis habeatur. Sic ubi Hominem per regulas atque principia deduxerimus, deducamus ejus animam, ejus intellectum, ejus rationalitatem, partes, inſtrumenta, cauſas, effectus, & alia. Non minus enim per horum ſingula quam per ipſum ſubjectum (à propoſito ſubjecti nunquam recedendo) diſcurrere poſſumus. Figuram igitur à quilibet ad libitum ſubtrahere, & cui ad libitum addere poterit, hunc in modum conſtituendam objicimus: ubi S ſubjecti multiplicandi nota eſt, ea quæ circum circa geminabilia & (dummodo certi numeri ratio, moduſque tandem ſervetur) multiplicabilia ſunt ordinata, eorum omnium quæ ſubjecti vicaria eſſe valeãt.

DE PRÆDICATIONE ABSOlutorum multiplicatione.

MEMBRUM I.

EADEM qua ſubjecta multiplicare docuimus, prædicata etiam multiplicare docuiſſe forma poſſumus. Collocare etenim ipſum vel problematis prædicatum, vel expoſitum ſubjectum in centro licet deducendum. Ut ſi videndum ſit an mundus ſit æternus, poſtquam mundus & ea quæ mundi ſunt in centro circuli ſunt digeſta, hæc quæ æternitas & ea quæ æternitatis ſunt digerantur: item ubi dictum eſt de mundo & mundi partibus, de bonitate mundi, bonitate q̃; partium, de bonitate æternitatis & eorum quæ ad ejus rationem ſpectant, complexè item de bonitate æternitatis mundi, & ita deinceps de magnitudine, duratione, principio, & reliquis eſt intelligendũ. Horum ſingulis adde eorundem privilegia, titulos, atque denominationes. pro B enim quod eſt bonum, poſſunt ſtare, Sui cõmunicativũ, appetibile, gratum, digniſſimum ut ſit, ut habeatur, ad quod ordinata ſunt alia, cujus corruptio non poteſt eſſe bona, quia ipſum eſt bonum, quod ad interitum non poteſt eſſe ordinatum tanquam bonum, quia adhuc eſſet ordinatum ad ſe ipſum, quod debet cum æterno bonificante manere, quod arduum, difficile, rarum, perfectum, in omnibus pro naturæ capacitate inſitum, & alia quæ ex philoſophorum ſententiis decerpere valeas.

His adde catalogum eorum quę ſub figuris omnibus & earum membris illi prædicato ſunt conformia, ſimilia, analoga & ea omnia quæ per elementa proximè poſitę figurę denotantur & alia: contraria item, & quomodolibet his adverſantia, & diſſimilia, quæ pro negativis remotivisq; diſcurſib. habendis extant aptiora. Adde dictorũ omniũ circumſtantias atq; diſtinctiones, prout in cujuſcunque altitudine, latitudineq; ſcalæ inſinuatur.

MEMBRUM

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRUM II.

SI Rhetoricus es, vel Poeta, vel Prophera adde ex omnibus terminis qualiacunq; occurrunt assumptas metaphoras, seu translationns, quas per similitudines, proportiones, vel per negationes, vel aliis modis qui in sigillis Apellis, atque Phidiæ à nobis aperiuntur, accommodes. Sic enim de omnibus omnia dici possunt, ut de homine serpens, planta, fructus, leo, lupus, radix, ramus stirps, fructus, manus, cauda, dens, & alia centena millia. Porro expedit eos quoslibet assumere terminos aliquo non inartificioso ordine digestos, à quibus unum quem in vigesimo sigillo aperui producam in medium, quo (cum principio artificiosiore memorandi ratione carerem) ego ipse uti consuevi. Subjectum enim prædicatione terminorum famosi alicujus carminis, vel cantici, vel orationis terminis formabam. Ut si de prudentia mihi sermo fuerit habendus. Accepta quæ primum mihi sese offerret oratione qualis est, *Beatus Vir qui non abiit in consilio impiorum.* Hoc pacto procederis discurrebam. Prudentia est quæ hominem tandem ad BEATITVDINEM, seu beatum in hac vita statum perducit & conservat, & fini suo conjunctum reddere valet. Hac puer fatuus differt à VIRO, qui non temporis ratione, multæq; ætatis peracto cursu, sed consilii maturitate iudicatur, hac eadem senes decrepitiq; ætate confecti & imbelles, tauros, leones & ursos domant, & subjiciunt. Prudens QUI de rebus agendis rectè consulit & meditando præsentia, & recolendo præterita, provident de futuris atque præcavet: NON est quæ hæc tantum quæ obversantur ad oculos considerat, non ex auditu aurium vel ex visu judicat oculorum, sed & de possibilibus, atq; contingentibus futuris aptà discurrit. Ipse est qui recto naturæ divinæque legis tramite incedens, in amplas perditionis vias non unquam ABIIT, ab arduo literæ pythagoricæ dextro calle, ad dexteram vel ad lævam non divertit. Prudens sapientum & rationis quæ in animæ puppi residet, IN CONSILIO conquiescit, quo se tueatur, exaltet, & aliis prodesse possit. IMPIORUM murmura non timet & insidias. Et ita deinceps per aliorum terminorum objectum veluti manuductus sive hujus, sive alius cujuscumq; memoratæ orationis terminis, sive hoc, sive quodcumq; aliud subjectum deducendo, dilatet inventionis cursum. Quid item, prohibet & hasce quascunque dictiones ad subjecti denominationem ad commodatas per principia, regulas & cætera deducere? ut Prudentiæ beatitudinem, viriliratem, negationem, absentiam, impietatis adversitatem, Consilium, Viam, Impeccabilitatem. Constantiam, Cathedram, Pestis abstractionem, Sessionem, Legem, Dominium, Voluntatem, Meditationem, Diem, noctem,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

noctem, similitudinem, arborem, plantationem & cętera, quę sequentibus eiusdem cantici dictionibus suggeruntur. Habes igitur S. quod significet prudentiam : & eos qui sunt in figurę circumferentia terminos, per quos illa deducenda occurrit.



DE PRAEDICATORVM RESPECTIVORUM multiplicatione. CAP. III.

MEMBRUM I.

EX antedictis de subjectorum, absolutorumque prędicatorum multiplicatione multos ex temetipso elicere poteris modos quibus ijsdem prædicata respectiua multiplices, porro peculiares horum multiplicandorum modos explanemus. Multiplicantur igitur hæc primò in propria significatione, secundò in aliena. In propria quidem tripliciter, primo vnum respectiuum prædicatum per alia respectiua deducendo ut si dicamus B B differentia differentiæ, B C differentia concordantiæ, seu concordantum, & ita deinceps vsque ad B K: aliter quoque denominando dicendo, Differentia differens, differentia contrarians, principians, &c. Vbi sicut deduxisti ipsum B ita & ipsum C. aliaque deducere poteris elementa. Secundò respectus ipsos commiscendo, duplicando, triplicando, quatruplicando, ut dicendo Differentia principians, concordans, maior, minor,

(c) 2008 Ministerio de Cultura

con cordantia medians finalis, ſeu in fine : & ita deinde iuxta propoſitorum modum, ſubjectorumque capacitatem. Tertio per altitudinem latitudinemque ipſorum ſcalæ, utpotè à particularibus ad vniuerſalia conſcendendo, deſcendendo è contra, & aliter (ut non eſt iterum repetere neceſſarium) faciendo. In aliena autem dupliciter primò per applicationem huius Figuræ ad primam nempe ſubjectorum quam nos attulimus tum generalem, qua ſubjectorum genera diuidantur, ut cum inter Deum & Angelum & Hominem differentia conſideratur, vel concordantia, vel reliqua. Tum particularem ut cum conſideratur inter hunc angelum & hunc Hominem, hoc cœlum & illud, hanc & illam virtutem. Secundò per deductionem terminorum huius figuræ T per terminos generales figuræ A quæ eſt prima Lullio, id eſt, abſolutorum prædicatorum, ut cum B angulus, id eſt, Differentia ponitur ſub Bonitate quæ eſt B figuræ illius, ſignificando differentiam inter bonitatem & bonitatem. Cum ſub C, ſignificando differentiam inter magnitudinem & magnitudinem, & ita vlterius quoad vſque ad K deuentum fuerit. Deinde ponendo angulum inter B & C. illius figuræ ſignificando differentiam inter bonitatem & magnitudinem. Inter C & D. id eſt, inter Magnitudinem & durationem, & vltra vſque ad medium inter I & K. Deinde in tertium, ponendo angulum B inter B figuræ A & D figuræ eiuſdem, videndo differentiam inter Bonitatem & Durationem. Inter C & E, inter Magnitudinem & Poteſtatem, & ita deinceps. Nec minus ad alias æquidiſtantias interijciendo medium, in quartum, quintum, ſextum atque ſeptimum. Tertio per acceptionem terminorum altitudinis & longitudinis ſcalę eiuſdem, quę ex præcedentibus poſſunt eſſe manifeſtæ. Hoc quod diximus de angulo B, de aliis omnibus triangulorum in præſenti figura complicatorum angulis dictum intelligatur. Multiplicantur quartò eiuſdem figuræ termini per eorundem ex regulis informationem, qualis in proximè dicendis erit manifeſta.

DE MVLTIPLICATIONE regularum. CAP. IV.

MEMBRUM I.

SATIS per temetipſum ex ſuperioribus, regularum multiplicationem poteris intelligere : ad doctrinæ nihilominus claritatem propoſitos non pigeat enumerare modos. Multiplicantur ergò primò per ſignificationis earum latitudinem, quia videlicet non ſub alicuius definitæ ſcientiæ ambitu perquiruntur. Secundò per earum enumeratas ſpecies. Tertiò per earum

Significationis latitudo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

earum ad inuicem complicationem, ut vbi componuntur V- 2. *Species.*
trum cum Quid, dicenti Quid eſt hoc quod dicis eſſe? Num- 3. *Applicatio*
quid eſt hoc ipſum quod definis? De quo eſt hoc ita definitum? *ad ſe inuicē*
Nec non ſingulas per ſingulas deducendo ut patet in progreſſu linearum ab vno circumferentiæ termino ad alios omnes deſignatos extentarum. Vnam tandem per duas, vel duas per vnã, ut in eadem figura manifeſtatur, vbi vna quæſtionum (quæ hic per A deſignetur quælibet) in centro collocata, primum quidem inde ad ſingulas, moxque à ſingulis ad omnes deducatur, ut BF, Vtrum eſt tale quale dicis? CKB. Quid eſt illud cum quo aliquid eſt aliquando? ita de cæteris, etiam ſi vlteriores tentare velis quæſtiones. Vbi tamen illud non debes exiſtimare, quod quæſtionum non eſt * complicatio propriè, ſed regularum. In omni enim problemate vno & ſingulari non plus quam vnam poſſumus intelligere quæſtionem: quam tamen in complicatione plurium regularum diuerſa, vnam nihilominus poſſumus & debemus intelligere. * *ſic.*



B Vtrum
C Quid
D De quo
E Quare
F Quantum
G Quale
H Quando
I Vbi
K Quomodo Cum quo.

Quartò multiplicantur per deductionem per regularum ſpecies vniuerſas, poſtquam per ipſa regularum genera ſunt deductæ. Ipſum quidem fit tum per ſuas tum & per alienas, ut dicendo quid in ſe? quid eſt in alio? quid habet? quid eſt quo originaliter? quid eſt eius quãtitas? habit⁹? diſpoſitio? Vbi? Quomodo? 4. *Deductio per regularũ ſpecies.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eius ſurſum? eius ætas quid eſt? Quintò per deductionem ſingularum ſpecierum regularũ, per alias regulas. Quare vtrum? id eſt ad quem finem hæc res eſt? ad quem finem hoc eſt de aliquo? Sextò per deductionem ſpecierum ſingularum regularum per omnes eiuſdem, & aliarum regularum ſpecies, ut facile per ſe ipſum quilibet inducens videre poterit.

Sic diſperſa inordinata, vel aliter ordinata, habes in quas reducas aggregeſque claſſes, quia rebus in hypoſtaſim quandam diſpoſitis non inuentionem ditare modo, ſed & memoriam confirmare queas.

SECTIO TERTIA.

DE IIS QVAE PRAECISE SPECTANT ad ſecundam intellectus operationem, & tertiam figuram Raymundi Lulli.

CAPVT I.

MEMBRUM I.

LICET ex ſuperioribus omnia ex te poſſis intelligere, in his enim quidquid pertinet ad omnes operationes intellectus, necdum implicitum, ſed & maximè explicatum habemus: Tamen hoc ſeorſum eſt animaduertendum, quod quẽadmodum conſiderata ſunt vniuerſa per ſingula: nempe cum regulæ poſt regulas, ſubjecta poſt ſubiecta, prædicata poſt prædicata, ad informandam ſimplicem eorum apprehenſionem definiebantur: modo conſiderentur ut alia cum aliis complectuntur primò, ad propoſitiones conſtituendas, quatenus ſecunda intellectus operatio exerceatur, compoſitio videlicet & diuiſio ſeu affirmatio vel negatio. Hoc eſt illud quod licet contemplari in his quæ habentur in Lullio, vbi de tertia figura in qua ad binarium numerum (altero ſignificante ſubjectum, altero ſignificante prædicatum) elementa complectuntur.

Id autem dupliciter efficitur vel in eadem figura, ut cum dicitur B.C.i bonitate magna vel in diuerſis figuris, ut cum dicitur B.C.i bonitate concordans.

MEMBRVM. II.

1. *Diſcurſus.* IPSA quidem compoſitio ſeu complexio tripliciter incedit vel per diſcurſum, ut cum ipſi B ſuccedunt octo, dicendo B C. B D. B E. B F. B G. B H. B I. B K. Ipſi C. ſuccedunt ſeptem dicendo, C D. C E. C F. C G C H. C I, C K. Similiter deinceps ipſi D. ſuccedunt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſuccedunt ſex: Ipſi E. quinque: Ipſi F, quatuor: Ipſi G. tria: H. duo: ipſi I. vnum.

Vel fit ſecundò per aſcenſum, ut cum dicitur K I. K H. K G. vſque ad octo ſuccedentia. H G. H F. H E. vſque ad ſex ſuccedentia: FE, FD. vſque ad quatuor: ED. EC. EB. vſque ad tria: DC. DB. duo: CB. vnum. 2. Aſcenſus.

Vel fit tertiò per concathenationem ut cum dicitur BC. CD. DD EF. FG. HI. iK. quæ concathenatio ſimplex eſt, & à ſingulis & ab omnibus poteſt exordium ſumere, ut & proximè dicti aſcenſus & deſcenſus: Porrò vndecunque in excipiendo exui propoſiti ſemper omnes annuli cathenæ, ſeu omnes camerę domus ſunt examinandæ, nempe ſi incipias à camera HI. verbi gratia dicendo Vera virtus, procedas inde ad I K. K B. B C. C D. & cætera. Vnde quacunque incipias, ita ſemper omnes poteris diſcurrere manſiones, ac ſi cameræ eſſent in circulum diſpoſitæ, etenim ſemper diſcurſus eo reuertitur vnde factū eſt exordium. 3. Concathenatio.

Vel fit quarto per geminationem. ut cum dicitur BB. CC. DD. EE. FF GG. HH. II. KK. quos quidem quatuor in ſubſequenti tabella conſiderare facilimè poteris ordines. 4. Geminatio.

TABVLA.

Bb	Cb	Db	Eb	Fb	Gb	Hb	Ib	Kb
Bc	CC	Dc	Ec	EC	Gc	HC	Ic	Kc
Bb	Cb	Db	Eb	Fb	Gb	Hb	Ib	Kb
Bc	Cc	De	Ee	Fc	Ge	He	Ic	Ke
Bf	Cf	Df	Ef	Ff	Gf	Hf	If	Kf
Bg	Cg	Dg	Eg	Fg	Gg	Hg	Ig	Kg
Bh	Ch	Dh	Eh	Fh	Gh	Hh	Ih	Kh
Bi	Ci	Di	Ei	Fi	Gi	Hi	Ii	Ki
Bk	Ck	Dk	Ek	Fk	Gk	Hk	Ik	KK

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quæ quidem tabella eſt tabella Lullij ingeminata, ita ut illa habet triginta ſex cameras, iſta habet primò ex prima conuerſione ſeptuaginta duas, deinde ex geminatione quę per diametrum eius tabellæ ſumitur, erunt octoginta vnum Geminatio quidem fit modo dicto per diametrum. Reflexio fit hoc pacto ut fiat aſcenſus eo vnde factus eſt deſcenſus, ut patet cum ſupra poſitum quadratum quod ex pluribus gnomonibus conſtat diuiditur in ſuos gnomones hoc pacto vt ſumendo vltimum gnomonem

5. *Reflexio*



Similis ratio eſt de penultimo vſque ad primum, in quibus omnibus patet reflexio, & reflexionis ordo: Vniuerſaliter autem cauſatur dicta figura ex hoc quod nouem elementa huius artis poſita pro capitibus nouem columnarum extendãt decorſum nouem columnarum ex hoc quod vnum elementum recipit omnium aliorum ſocietatem, & ſui ipſius geminationem. Et ita pro hac parte habes formam ſubjecti, & prædicati, quæ quidem repræſentatur per duo elementa per quorum combinationem propoſitio conflatur, & ſecunda intellectus operatio informatur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRUM III.

ISTÆ sunt triginta sex cameræ quæ quidem ex triplici significatione ipsorum elementorum constituunt in eorum euacuatione, primò quidem duodecim propositiones. Secundò viginti quatuor quæstiones quam ex duabus regulis in duobus elementis significatis duplicant duodecim illas propositiones. Tertiò quæ multiplicantur euacuatione ipsarum specierum dictarum regularum. Quartò quæ interpositione duorum mediorum per duo etiam elementa significatorum, duodecim medijs propositiones multiplicantur, ut patet in sexta parte Lullij tum in arte magna tum in arte parua, quæ est de euacuatione tertiæ figuræ: ordinatius autem atque breuius in nostris, vbi sufficit in camera B C. exemplificasse, eodem modo se habentibus cæteris cameris. Ea omnia per hæc à nobis hîc notata optimè possunt intelligi & iudicari.

SECTIO QVARTA.

DE HIS QVAE PERTINENT AD quartam figuram, & tertiam intellectus operationem. CAP. I.

MEMBRUM. I.

CONSEQVENS est modò de pertinentibus ad quartam figuram à Lullio propositam considerare, vnde constitua tertia intellectus operatio, quæ est argumentatio.

Quarta igitur figura componitur ex tribus circulis, quorum superior semper est immobilis, duo autem inferiores sunt mobiles, ut patet in præsenti schemate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura



Vbi manente immobili vtroque extremo posito B. circuli mediocris, infra B, circuli superioris & infimi, causantur nouem cameræ, quæ sunt ex trigeminatis nouem elementis : Deinde sub B. circuli superioris, & supra E. circuli inferioris posito C. circuli medij, causantur nouem alię camerę, nempe B C B. C D C. D E D. E F E. F G F. G H G. H I H. I K I. K B K. Deinde moto D. circuli medij, inter duo BB, supremi & infimi causantur nouem aliæ camerę, nempe, B D B. C E C. D F D. F G F. F H F. G I G. H K H I B I. K C K. Similiter motis alijs septem elementis omnibus infra B. circuli superioris & B. circuli inferioris, acquiruntur totidem nouenæ camerarum, Vndè sicut processum est in motu circuli mediocris infra duos circulos, simpliciter procedi poterit in multiplicationem earum per motum circuli inferioris sub duobus superioribus.

Habes igitur designatas columnas & cameras: columnę quidem sunt quæ constant ex pluribus cameris, & sunt ipsa totalis variatio, quæ fit ex vno motu vnius elementi sub alijs vel infra alia: Cameræ autem sunt ipsæ columnarum partes, quæ omnes ex tribus constant elementis in proposito. Hinc patet ratio constituendæ tabulæ secundum ordinem.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE RATIONE TABVLAE MAGNAE à Lullio positæ.

MEMBRUM II.

HABITA tabula constante ex columnis causatis modo proximè dicto, atque multiplicatis, emergit subinde tabula magna quę constituitur ex ipso T. addito, & diuersimode ordinato.

Ipsum autem T. ponitur ad significandam variationem terminorum, ut habeas quando ipsa elementa significant, terminos primæ figuræ, & quando significant terminos secundę figurę. Semper enim literæ ante T. significant terminos primæ figurę, literæ post T. terminos secundæ: ut quãdo T. ponitur in principio omnes termini sunt de prima figura. Hinc vbi dicitur B C T B. significatur bonitas magna differens, vel bonitas magnam habens differentiam; BTCB. significatur bonitas differens per concordantiam, non.n. concordare dicuntur, nisi quæ aliquo pacto differunt, & omnia q̃ concordare dicuntur quodammodo differunt, non enim dicitur idem concordare cum seipso. T B C B significatur differentia concordantis & differentis, seu differentia inter id quod concordat & id quod differt. BCBT. i. bonitas magna bonificabilis seu bonificantis, seu bonificati, vel bonificabile vel bonificatiuum vel bonificare magna bonitate. Ecce quomodo ex vna camera præcedentis tabulæ exurget colũna alia per diuersas ipsius T coordinationes, ut patet in prima columna Lullij, quæ quidem constituitur ex camera B C D, modo B pręcedente, modo C præcedente, modo D præcedente, & ipso T in elementis illis tribus diuersimodè secundum prędictum modum situato.



Sicut ergo effectum est de hac camera, BCD, Ita effici potest de camerisomnibusalijs. Exempla per singula & per omnia ab

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipso Lullio in sua arte magna, poterit qui volet intueri: sufficiat autem nobis eorum rationem, causam, & ordinem, insinuasse: tuque ex temetipso poteris meliori ingenio practicare melius, & à Lullio sufficiat tibi ipsius rei rudem formam percepisse, qui quidem omnem pulchritudinem & affabilitatem soli bonitati ipsius negotij intentus contempsisse videtur.

DE VSV TERTIAE ET QVARTAE figuræ, & tabulæ generalis.

MEMBRVM III.

TRIPLEX cum sit intellectus operatio, ut in superioribus manifestauimus, in omnibus contingit complexionem terminorum assumere: In prima quidem definiendo: In secunda verificando: In tertia argumentando: Definimus cum dicimus animal rationale mortale, qui termini sunt significati per E G. Verificamus cum dicimus, homo est animal rationale mortale, qui termini sunt significati etiam per FG. Argumentamur cum dicimus, Omne vtens ratione seu ratiocinatiuum, est animal rationale: Homo est quoddam ratiocinatiuum, ergo est animal rationale. Qui termini sunt significati per EFG, vbi F significat medium propter quod prędicatum ipsum, quod est definitio, conuenit ipsi subjecto, seu definito, seu definibili.

Per tertiam ergo figuram habemus definitiones & propositiones quæ ambæ constant ex duobus terminis: definitio enim conflatur ex genere & differentia, propositio verò ex subjecto & prædicato.

Per quartam verò figuram contingit tum definire, cum sumimus genus cum pluribus differentiis, ut cum dicimus. Animal rationale mortale. Contingit etiam verificare cum tribus vel pluribus terminis, ut cum dicimus, Deus est magnus potentia & sapientia. Contingit etiam demonstrare, cum inter subjectum & prædicatum, utpote, inter vnum terminum significatum, per circulum superiorem tertiæ figuræ, & circulum inferiorem eiusdem assumimus diuersa media ad demonstrandum ipsum significatum per elementum infimi circuli prędicari de significato per elementum superioris circuli, ita ut circulus medius semper significet causam, vel medium propter quod prædicatum dicitur de subjecto: Quod pateat per exemplum istud. Vis demonsttare Deum esse omnipotentem, habes Deum pro subjecto, habes omnipotentem pro prædicato, dispone ergo elementum B in circulo superiori significans subjectū quod est Deus. E circuli infimi significans prædicatum, quod est potētia summa, pro demonstrando & probando oportet inuestigare

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& inue-

& inuenire medium ſeu cauſam : manentibus ergo immobilibus,ſupremo & infimo circulo , ducantur infra duo illa cætera elementa per ordinem,reuoluendo,medium circulum.ponendo primo B infra prædicta,& dicẽdo B B E, 1. Omne diffuſiuum ſui ipſius (quod eſt vnum de rationibus bonitatis) habet potẽtiam qua ſeipſum diffundit , Deus eſt ſummè ſui ipſius diffuſiuus,ergo ſummè potens,ſeu omnipotens. Vel ſic,Omne ſummè bonificatiuum in ſummo poteſt benefacere , & per conſequens poteſt in ſummo : Deus eſt ſummè bonificatiuus , & per conſequens,&c. ergo,&c. Deinde loco ipſius B medij ſuccedat C,dicendo B C E,Omne ſciens omnia,ſeu ſummè ſciens, poteſt ſuper omnia, ſeu habet ſummam potentiam : Deus eſt ſummè ſciens & intelligens,ſuper omnia , ergo habet ſummam potentiam,ſeu omnipotens eſt , ſimiliter per alia media fieri poteſt. Quæ quidem media non ſolum ſunt termini ipſi in arte expliciti , ſed etiam eſſe poſſunt innumeri alij prout ſuperius docuimus,ordinando domos pro terminis præcipuis in arte explicitis,in quibus ſunt plures cameræ,& loca particularia referentia terminos ſignificantes Bonitatem,magnitudinem, differentiã, &c. Quia ſunt vel eorum concomitantia , vel eorum effectus, vel eorum ſigna,vel eorum cauſæ, Vnde quatruplex genus demonſtrationis emergit , ut videbitur.

Ipſum ergo B medij circuli , non ſolum ſtat pro ſignificanda bonitate,ſed pro innumeris aliis nempe ſuo concreto,communicatiuo ſui , appetibili, mali contrario , &c. Similiter de ſapientia , & aliis.

Quò ergo plures terminos tibi comparaueris,magis dilatando & replendo domos,quas ordinauimus conſtituẽdas , eo plura atque certiora habebis media quibus eandem concluſionem non ex futilibus & vana multiplicitate valeas demonſtrare , ſed ex propriis & neceſſariis. An huc vſque pertigerit Lullius , tu ipſe conſidera,& perpende quantum huic arti additũ ſit à nobis.

Poſtquam verò diſcurreris per reuolutionem circuli mediocris,per informationem camerę B E addiſcentis medium ex omnibus nouem elementis ex vna figura,utpote prima, quaſi ipſo T ſubſequente,dicendo in forma BBET , BCET, BDET, & ita deinceps, poteris noua argumenta ordinare adſciſcendo terminos ex alia figura,quaſi ipſo T,prẹcedente, dicendo in forma TBBE,TBCE,TBDE,& ita deinceps Rurſum & alia argumẽta,admiſcendo vnam figuram cum altera , dicendo. BTBE, BT CE , BTDE , & ita deinceps , quæ omnia clara ſunt exemplo ſuperiorum.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE MVLTIPLICI VIA DOCTRInæ & medio ad demonstratiuè conclusionem inferendam. CAP. 11.

MEMBRUM I.

E Supra dictis facillimum esse constat innumerabilia (ut & innumerabiles ferè sunt termini, & velut infinitæ terminorum combinationes) ad aliquid concludendum ascisceremos posse mediatiam aliquid obiter de ipsorum speciebus ad diuersimodè pro subiectorum mediorumque diuersitate demonstrandum afferre non pigeat. Quod ob eam maximè causam faciendum ducimus, quia (asinorum quorundam iudicijs prætermissis, qui brutali quadam temeritate ea quorum ipsi nullam habere possunt rationem vana per se ipsa volunt iudicari) aliqui non nullo ingenio donati in eo ipso huic arti detrahunt, in quo maximè conuincitur excellere. Quod sanè abeis ideò factum esse constat, quia eorum de arte ista ratio eo vsque conscendisse non potuit, vnde velut è densa nigraque silice lumen ignemque sublatescentem excuterent. Ex iis vnum mihi alioqui non admodum vulgaris ingenij atque iudicij vidisse licuit, qui in libro quodam, qui de Vanitate scientiarum inscribitur (vbi titulo ipse quale sit in operis progressu studium plus quam satis) nisi me fortè ironica illa eiusdem libri conclusio fallat) expressit (hanc artem inquit in copia, ordine, ostentatione & veluti quadam fimbriarum dilatatione consistere: ita ut non scientiam, & aliquam magnifaciendam contemplationē, quam multę doctrinæ, profundioriśque cognitionis pariat existimationem. Porrò nihil de hac arte dicit ille, quod idem de cæteris facultatibus atque scientiis (præter illam quam ipse in fine videtur extollere) dici nequeat. In vniuersis etenim nullus nisi plusquam mediocriter stultus veram & non vanitati similem post omne studium se nactum esse nouerit scientiam: quod sanè & is qui maximè omnium philosophorum humano ingenio tribuisse videtur Aristoteles testatur, vbi rerum substantias vltimasque differentias, innominabiles inperceptibilesque dicit: & oculum intelligentiæ nostræ ad manifestissima se habere naturæ haud aliter quam nocturnæ auis oculos ad lumen solis. Mitto eos qui veritatem in densissima caligine consistentem definientes, tunc se maximà cognouisse, & culmen attigisse philosophiæ existimabant, cum suam ignorantiam non ignorare sibi viderentur. Quod ergo per omnes scientias habere tandem possibile est, per artem istam vtpotè per causam maximè generalem acquiritur. Quod si cæterę præter existimationem nihil quod

Cornelius Agrippa.

Laus huius artis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod sit ingentis momenti præ se ferunt: satis est quod ista vltra existimationem aliquid contineat quod vir ille aut prorsus non penetrauit, aut non satis.

MEMBRVM II.

AD propositum igitur est animaduertendum quod cum multiplex extet argumentationis, & artificiosæ demonstrationis genus, vtpotè ab iis quę nobis sunt promptiora, ab iis quæ secundum naturam sunt notiora, ab iis quę notiora atque priora sunt secundum esse, & secundum cognitionem eadem, qualem in mathematicis ordinem esse vulgatum satis est: triplex non sine causa demonstrationis genus à quibusdam Peripateticis Arabibus adducitur, Simpliciter videlicet, seu causę generaliter, Propter quid, seu causæ essendi, & Quia, seu causæ cognoscendi vel signi. Demonstrationem simpliciter definiunt quæ est ex prioribus causis atque principiis à quibus iisdem res fit, & primò cognoscitur: vt punctus, linea, & angulus se habent ad figuras, Demonstrationem signi dicunt quæ ex prioribus eiusmodi incedit, quibus res cognosci tantum primò incipit. Demonstrationem verò propter quid quæ ex causis essendi, à sensu rationeque remotioribus ad ipsum effectum discurrit, Diuisionem hanc tanquam in suo genere magis sufficientem probamus, quantumuis eam Græci non attigerint commentatores, & Aristoteles non tantum expresserit quantum ignorantibus & crassioribus satis esset ingeniis.

MEMBRVM III.

HVIC triplici demonstrationis generi quod è duob. prioritatis, vnoque posterioritatis modis integrari videtur quartus à nobis modus ille adiicitur quem ex æqualibus, seu coæquæuis dicere posses, vtpotè qui est ex iis quę nec subjectum antecedunt, neque subsequuntur sed comportantur, cumque eo posito necessariò ponuntur, ipsumque definiunt. Hoc ipsum demonstrationis genus est peculiare Lullio, estque certissimum quod pro confirmatione prædicati de aliquo subjecto possit haberi: Ipsum explicauit per suum IVVM, ABILE, ET ARE.

Hinc certissimam verissimamque demonstrandi rationem sumere licet. Vndenam enim melius aliquid bonum esse possumus argumentari, quam ex eo quod IVVM est, quod scilicet principium intrinsecum habeat benefaciẽdi, seu faciendi boni? quam ex eo quod habet ARE, id est benefacere, quod benefacit vel bonum efficit, sicut Solem esse calidum ex eo quod calefacit, lucidum ex eo quod lucet. Lunam esse luminosam ex eo quod illuminatur quod est per ATVM. Hoc non est ostendere per effectum, neque per causam, neque per vtrumq; cum enim ostendo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oſtendo veritatem Solis per ſuam lucem, non oſtendo per effectum, lux enim non eſt effectus Solis, ſicut neque calor ut eius eſt forma perpetuò ſubjectum concomitans, non eſt effectus ignis: ſed lux illa quæ eſt ab illo in corpus illuminabile diffuſa, & calor iſte qui calefactibili ſubjecto imprimitur ſunt effectus huius & illius: tale igitur ARE & ATVM, id eſt, tale agere, & ita natura affectum eſſe, rei veritatem non ab effectu, neque à cauſa, ſed ab eo quod eſt in ea ipſa inſinuant. In iis item quæ coordinata ſunt & ab inuicem inſeparabilia (ut in correlatiuorum, contrariorumque exiſtentia eſt etiam manifeſtum) citrà rationem cauſę & effectus potiſſimè contingit demonſtrare. Sed huius conſiderationis locum ſatis in præſentiarum indicaſſe ſufficiat, ſiquidem de hoc ipſo latius alibi à nobis dictum eſt. De modo autem quo ex appropriatis, ſubjectoque conuenientibus, ut partibus, & principiis quæ ſunt in facto permanentia, atque propriis affectionibus aliquid de ſubjecto licet enunciare, in ſuperioribus ſatis commonſtrauimus.

MEMBRVM IV.

Concluſio.

ITAQVE artem hanc à Raymundo Lullo adinuentam ita compleuimus & ab omni contemptibilitatis prętextu vindicauimus, ut omnino proprium orbem adeò compleuiſſe cognoſcatur, ut omnino impoſſibile ſit ei (pro homogeneis) aliquid amplius adijcere: Si quæ autem ſunt quæ latiore videntur explicatione indigere, qualis eſt amplior & extentus tabulæ magnæ typus: hęc omnia & alia ad horum circumſtantias facientia ſufficientiſſimè in libro de architectura artis Lullianæ à nobis extant enucleata, cuius quidem pertractationis intentiones iſtis adiectę patefacient nos nihil eorum quę ad facultatem vſumque præſentis artis faciunt prætermiſiſſe. Quicunque igitur horum futurus lector es, & ſtudioſus, ſi hactenus iſtas minus fueris aſſequens intentiones, roga Deum ut repetitis actibus, conſequaris, quæ quanto profundiore coniectaueris ingenio tanto ex intimioribus inuentionis iſtius efferes encomia: & tanto maiores Lullio inuentori, mihi excultori, & Deo bonorum omnium elargitori gratias agas.

EXCEL-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

EXCELLENTIS-SIMO, ET ADM. REV. D.D. GEORGIO MYLIO AVgustano, Witebergensis Academiæ Cancellario,

IORD. BRVNVS NOL. S. P. D.

IRCA propositum venationis campum (excellentissime Domine) innumeros perperam laborantes circumspicio, dum ex ijs quidam post tumidorum Grammatistorum (qui sub titulis artis inuentiuæ, iudicatiuæ, & aliarum (si dijs placet) omnium, infinitas non cessant stercorare paginas) futiles præceptiones auij, eos consulunt agricolas, qui ad alios cum bubulcis agros excolendos essent aptiores. Alij nescio qua literatoria methodo monstruosas exaucupãtes aues, dum fragilibus exsuccæ arboris ramis innituntur, illis (ut est apprime necessarium) deficientibus & abreptis, in saxosum campum methodicè recidentes, earum quas captabant auium (inanium videlicet cogitationum, quæ in nido ignorantiæ praue dispositionis pullis incubant) miserabilis esca fiunt. Non nulli seruili, & adulatorio quodam obsequio eos sibi duces iactitant, qui venatorio cornu nõ tam bene in ludis puerorum, quam in aperto & philosophorum angustiore campo malè tonantes, canes implicant, feras dissperdunt, & auidiores confundunt fraudantque venatores. Nec desunt fortunatiores qui non tanta ingenij tenuitate laborant, ut ignorent præter iudicij & inuentionis titulum, nihil prorsus inuentionis, nihilq; iudicij artes huiusce generis continere: Porrò cum propter authoris asperitatem, & illis imperuios expositorum sensus, neq; frugaliter per Aristotelicas semitas iter arripere possint, proprii ingenii viribus, innixi cum Oedipo tragico dicere videntur. Huc omni duce

(c) 2006 Ministerio de Cultura

duce ſpoliatus ibo, Melius inueniam viam, quam quæ-
ro, ſolus *Horum deſertam & infelicem commiſeratus cõ-
ditionem, operæprecium me facturum duxi, ſi in huius artis
ordine, expolitione, cultura, complemento, & elucidatione
laborarem, quatenus iis quos cœlum ad horum fructuum
participationem deſtinauit pro virili ſuffragator adeſſe poſ-
ſim. Vbiquid, quantumque præſtiterim, tuum, aliorumque
(quibus hoc intelligere dabitur) eſto iudicium. Hæc tibi
dicare tuoque malui examini, iudicio, atque patrocinio, of-
ferre, ſubmittere, atque commendare, utpotè qui propriis vi-
dens oculis, cæcis lippíſue aliis iudicanda cõmittere nõ coga-
ris, ijs inquam qui cum ignorent, vel ſimulato contemptu
feruidius carpant, vel ut aliquantò plus ſapere videantur,
tantillo labra comprimentes & naſum propemodum
intorquentes, eadem frigidiuſculè cõmendent.
Vale, & Muſas quæ non vulgaribus te de-
corarunt, inſignijs, amicas
excipe.*

IORD.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

IORD. BRVNVS NOL.

DE PROGRESSV LOGICÆ VENATIONIS.

MEMBRVM I.

QVID quidem satis esse arbitramur fugacem per syluosum dumosumque campum apprehendisse feram: si venatorem lateat, quomodo hanc ipsam tractare & ad vsum conuertere debeat. Quid etenim mihi prodesse potest si construendę domus partes & organa habuerim apparata, quę mox in ædificij structuram componere nesciam & ordinare? Circa omne quæsitum cuius apertam intendimus habere cognitionem, minimè sufficit inter vtramque extremitatem collocanda adeptos esse media: verum & operæ præcium est scire quibus ipsa (pro diuersis occasionibus) serierũ rationibus, ordinibusque adnecti debeãt, atq; collocari.

MEMBRVM II.

ILLVD igitur primò in memoriam reuocandum, quod omne problema aut est affirmatiuum vniuersale, aut vniuersale negatiuum, aut affirmatiuum particulare, aut particulare negatiuum. Primum in primi primæ figuræ modi forma perquirimus: Secundum in primæ atque secundæ: In primæ atque tertiæ tertium: Quarum in omnibus.

MEMBRVM III.

VT igitur omne quæsitum seu problema duabus verbo substantiuo copulatis partibus consistit, quarum prima est de qua aliquid affirmatur vel negatur, altera quę de aliquo affirmatur aut ab aliquo negatur: ita omnem syllogisticam & enthymematicam argumentationem tribus constare terminis est necesse, maiori extremitate A, minori extremitate C. & medio B. Ante omnem igitur syllogisticum discursum atque disputationem de hoc ipso quod in controuersiam ducitur, maior minorque extremitas præhabentur, & ipsum quod quęrendum remanet, est medium, de quo mox etiam considerare debeas quomodo collocandum sit & ordinandum. Nunc igitur primum de hac, deinde de reliqua artificiosa meditatione complenda speculabimur. Primò inquam de formæ, secundò de materiæ differemus inventione.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRVM IV.

GENERALEM syllogizandi formam in tribus tantummodo figuris inuestigare licet: iuxta eas etenim propositiones, atque problematis cuiuscunque terminos in aliquo medio cōmunicare contingit. Si quippe demonstrandum est A affirmari de C, vel A negari à C, frustra ad eosdem terminos accipiendos conuertemur qui enim fieri potest ut idem per idem ipsum demonstretur? Temerè quoque assumemus aliquid quo C manifestetur vel ipsi inesse D, vel alio cuicunque præter hæc duo nempè subjectum prædicatumque quęsiti, numquam enim A de C prędicabitur, quia B de D vel alio quocunque. Perperam tandem omni alia (quam possis imaginari) ratione, laborabis, qua participans cum vno tantum extremorum capiatur: etiam si in infinitum fiat abitio: ut si A communicet cum B, B cum D, D cum E & vltra, nunquam eò deuenies ut A de C concludas, affirmatiuè vel negatiuè prędicari. Nullum igitur vnquam necessarium est fore syllogismum nisi medium tale sumptum fuerit, quale advtrūque extremorū attributione quadā referatur.

MEMBRVM V.

MODVS autem communicantiæ huius, vel sumitur ex habitudine extremorum ad medium: vel ex habitudine medii ad extrema Siquidem ex prima, aut talia sunt, ut horum alterum sit quod de medio, alterum verò de quo medium, & hęc est figuræ primæ: aut ambo sunt de quibus medium, & est secūdæ: aut ambo sunt quæ de medio, & ipsa est tertiæ figuræ dispositio. Si verò ex habitudine altera: vel (ad primam figuram) medium est de quo primum & quod de secundo, vel (ad secundam) quod de vtroque vel (ad tertiam) de quo vtrumque.

Nota primæ figuræ, in qua Maior propositio B A. Minor C B, conclusio directa C A, indirecta A C.



Nota

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Nota ſecundæ figuræ in qua maior propoſitio A B. Minor C. B. Concluſio directa C A. A C. indirecta.



Nota tertiæ figuræ in qua Maior B. A. Minor B C. Cõcluſio C A. directè, & A C. indirectè concludendo.



MEMBRVM VI.

VNIVERSALEM igitur affirmatiuam concludere volens quære B. medium quod cõtinetur totum ab A. id eſt de quo A. vniuerſaliter prædicatur: & continet totum C. id eſt quod vniuerſaliter prędicatur de C. & argumentabere iuxtà primum primæ figuræ modum. Si vniuerſalem negatiuam concludere intendis: quæritò medium B. de quo ſubjectum vniuerſaliter dicitur, & quod negatur vniuerſaliter à prædicato, & habebis iuxta primã figurã quod concludas: vel mediũ B. quod affirmatur vniuerſaliter de A. & negatur vniuerſaliter à C. aut negatur vniuerſaliter ab A. & affirmat vniuerſaliter de C. & argumẽtabere uxtà ſecundũ atque primum ſecundę figuræ modum Si particularem affirmatiuã concludere animo ſedet. Poteris in prima

(c) 2006 Ministerio de Cultura

figura vel medio B. quod continetur totum ab A. & continet totum C. quia vbi concludimus vniuerſale, poſſumus etiam ſuum particulare concludere. Vel medio B. quod continetur totum ab A. & continet in parte ipſum C. Poteris etiam in tertia figura vel medio quod continetur ab vtraque extremitate totum. Vel ſecundum partem ab vna ſecundum totum ab altera, quod accidit (ut eſt ibi manifeſtum) dupliciter. Si negatiuam particularem vis inferre. Poteris primo modis quibus vniuerſalis negatiua concluditur ut eſt per proximè dicta ſatis manifeſtum. Secundò in prima figura, vel medio quod totum excluditur ab A. & quod affirmatur in parte de C. Vel medio quod totum continetur ab A. ſubjecto, ſeu de quo A. vniuerſaliter dicitur, & nihil continet de C. id eſt vniuerſaliter negatur à prędicato problematis: & ita concluditur indirecte. Tertiò in ſecunda figura, ſi medium B. ab A, extremo negetur vniuerſaliter, & de C. particulariter affirmetur, vel de A. affirmetur vniuerſaliter, & de C. particulariter negetur. Quartò in tertia figura vbi de medio B. A. ipſum vniuerſaliter negetur, & C. vniuerſaliter affirmetur, vel de ipſo particulariter negetur A. & C. affirmetur vniuerſaliter, vel de ipſo negetur vniuerſaliter A. & C. particulariter affirmetur.

Ex ijs difficilimè omnium problema vniuerſale affirmatiuum aſtruitur. Facilimeque euertitur: vniuerſale enim tollitur ſiue nulli inſit, ſiue alicui non inſit: hoc autem quod eſt alicui non ineſſe, probatur in omnibus: nulli autē ineſſe in duabus manifeſtatur. Huic difficultate conſtructionis proximum eſt vniuerſale negatiuum, quod ex hoc quod vel omni vel alicui inſit, deſtruitur. Particularia verò altero tantum refutantur modo: hoc quidem quod omni, illud autem quod nulli. Quia verò in pluribus figuris inueniuntur atque modis, longè facilius quam vniuerſalia confirmantur.

Figurā

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Figura complicationis trium figurarum.



MEMBRVM VII.

AB alio rurſus principio atque capite velut exordiẽtibus. Poſitis duobus problematis terminis: reſpiciatur primò ad prædicatum A. Secundò ad ea quæ dicuntur de A. ſeu continent A. quæ ab Ariſtotele conſequentia nuncupantur, & ſignificantur per B. Tertiò ad hæc de quibus dicitur A. ſeu quæ continentur ab A. & ab Ariſtotele vocantur antecedentia & ſignificantur per C. Quartò ad ipſa quæ ſunt contraria ipſi A. ſeu remota & aliena, de quibus nec A. dicitur, & quæ nec de A. dicuntur, quęque nec A. continet & à quibus nec A. poſſet contineri, & ab Ariſtotele vocantur contraria, ſuntque ſignificata per D. Simili ordine reſpiciatur ad E. ſubjectum quęſiti, ſeu problematis, ad ea quę de ſubjecto dicuntur ſignificata per F: ad ea de quibus ſubjectum dicitur ſignificata per G: ad oppoſita alienaque à ſubjecto ſignificata per H.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Figura proximè dictæ dispositionis.



Ibi ad definiendum An omnis voluptas sit bonum. An nulla voluptas sit bonum. An aliqua voluptas sit bonum. An aliqua voluptas non sit bonum : Bonum est prædicatum problematis. Voluptas est subjectum.

A. ergo significat BONVM.

B. Vtile, prosequendum, appetibile, fauens, conseruans.

C. fœlicitatem, sanitatem, integrum, pulchritudinẽ, virtutẽ.

D. fugiendum, nocens, alienum, destruens, corrumpens.

E. significat VOLVPTATEM.

F. placitum, naturaliter appetibile, facile, securum, quietũ.

G. gratam conuersationem, diuitias, honorem, bonum coniugium, vindictam ex hostibus.

H. laborem, dolorem, paupertatem, dedecus, tędium.

Volentibus igitur vniuersaliter concludere A. de E. respiciendum est ad antecedentia prædicati & ad consequentia subjecti, nam si aliquod horum sit idem cum altero, habebis iuxtà primum primæ figuræ modum, quod intendis. Qui cupit particulare affirmatiuum, respiciat an idem sint quædam ex antecedentibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dentibus vtriuſque: ita enim concludet in primo, tertio, & quarto figuræ tertiæ. Vel reſpiciat ad contraria prædicati & antecedentia ſubjecti ſi concordent: poterit enim concludere in primo atque tertio primæ figuræ mediante conuerſione concluſionis. Item in tertia, Qui vniuerſalem negatiuam quærit, videat an ſit concordantia inter conſequentia ſubjecti & repugnantia prædicati: concludetur enim in ſecundo primę & primo ſecundę figuræ. Vel an concordent repugnantia ſubjecti & conſequentia prędicati ut concludat in ſecunda figura. Volenti autem particularem negatiuam concludere, reſpiciendum eſt ad antecedentia ſubjecti & repugnantia prædicati: ita enim (prętерquam in quarto ſecundę modo) poterit in omnibus concludere figuris.

MEMBRVM VII.

IN Quibus omnibus (pro modis alijs particularibus, qui prętermiſſi viderentur) conuerſionum canones mente habeantur. Vbi enim E. omne eſt A. & aliquod E. eſt A. & aliquod A. eſt E. Vbi E. nullum eſt A. ibi nullum A. eſt E. aliquod E. non eſt A. aliquod A. non eſt E. Vbi E. quoddam eſt A. ibi quoddam A. eſt E. Vbi E. quoddam non eſt A. ibi A. quoddam non eſt E.

FINIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

IORD. BRVNVS NOL.

DE LAMPADE VENATORIA LOGICORVM,

SCALA.

MEMBRVM I.

PROPE diuinam possessionem, adeptio: Laboriosam adeptionem, inuentio. Industriam inuētionem, perquisitio: Solertem perquisitionem, lux: Viuidum lucis ignem, machinantis intentionis apparatus, Ipsam, peruigil appulsus volūtatis: Hanc, finis, bonique adipiscibilis apprehensio præcedat oportet.

MEMBRVM II.

Possibile, capessibileque bonum quod proposuit in artis huius fronte Peripateticus princeps, est, ut inuentam, adeptamq; possideamus, quam quis non perperam intenderit perquisieritque viam: utpotè qua de quocunque problemate ex vniuersalibus argumentando proponamus, proponendo argumentemur, determinando respondeamus, & respondendo determinemus.

MEMBRVM III.

At quis non adeò vehementer, & altius, sed quasi submissius atque sobrius in eum finem iudicat incumbendum: quominus tria hæc, non vanam scilicet exercitationem, minus otiosa colloquia, Philosophicamque minimè omnium prætermittēdam contemplationem tandem videamur assequuti: dum primò methodum subministrat, qua de quocunque proposito argumentari: secundò examen suggerit, quo multorum adnumeratis opinionibus non è peregrinis sex ex domestica singularum doctrinarum specie non benè differentibus obiicere: tertiò trutinam adcommodat, qua ad vtramque contradictionis partem dubitare potentes, in singulis canto facilius quid verum quidue falsum censendum sit decernere & definire possimus? Sicut enim postquam velut arte depuratiua ex quadam aliorum mineralium commixtione segregatum est aurum: ipsum metallorum precioſissimum faber aurarius expurgatum exquisitum atque probatum accipiens, extendit, dilatat, & ad certas fuso

con-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

configurationes vtitur,& ornat officinam : ita poſt problema ſub diſcuſſionem alterationemque poſitum, ſubinde euenit ut citrà incertitudinis vllius inquinamentum, expoſitis atque cõceſſis, probatis & evidentibus, apodicticæ concluſionis habitu humanæ rationis apotecha decoretur. Sic primò dirigimur in viam, Secundò ad congreſſum roboramur, Tertiò oculos quaſi caligantes abſtergimus: dum hæc primò ſemitarum notitia peruium atque facilem ſcopi illius ad quem collineamus reddit attactum. Secundò velut in equeſtri ad circum exercitio ad ſerios bellicos congreſſus laudabilius perſequendos diſponit. Tartiò velut è laborioſo conflictantium tenebrarum atque lucis agone frugaliter evadentes, efficit ut eorum tranquillam poſſeſſionem habeamus, quæ pro moralibus virtutibus ſtabiliendis, & ſpeculativis illuſtrandis diſciplinis, apprimè neceſſaria eſſe cenſentur.

MEMBRUM IV.

IGNIS heterogenea diſgregans utpotè veritatis auram, à falſitatis, credulitatis, & opinionis litargirio, ſtamno, & argento ſecernens, calida lux illa eſt, quæ in plerisque torpens languidior apparet & aberrans. In aliis autem vel naturæ celeri quadam dexteritate clarior eſt atque promptior. In quibuſdam verò artis expolitione ita vegetem & illuſtrem licet intueri: ut in venatore ad omnium latibulorum aptam perſcrutationem, & fugacis per ampla venabula, problematis inventionem accendat, nec minus ad intuendos eviſceratæ feræ aſtus judicium exacuat. Neque enim ſine canonicæ hujuſce rationis cognitione, tanti eſſe poteſt ſcintillæ à natura nobis inſitæ tenuior illa vis.

Hac luce pertinacis ejus cæcitatis, vaga phantaſmata diſcutientes. Primum quidem incipiendo perquirimus, Secundò citrà inanis illius ſtuporis modum ſolidiore inveſtigatione proficientes invenimus, Tertiò ab omnibus vel infantis ignorantiæ negativæ obſcuritate, perverſæ diſpoſitionis cæcutire facientibus phaleris repurgati, illum perfectionis habitum aſſequimur, quo tandem (vires ſuggerente numine) pro præſentis ſtatus atque vitæ capacitate, ad divinæ poſſeſſionis partem transferamur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

CAMPVS.

MEMBRVM I.

CAMPVS est vniuersale spacium, receſſus & atria multa complectens, in quibus venari & inuenire tentandum. Huius primæ, mediæ, vltimęque partes ea suis ordinibus loca referunt, quæ ita sunt argumentationum, ut literę scripturæ ipsius baſes & elementa perhibentur. In hisce planè inducendarum, notificandarumque particularium concluſionum sita est potētia. Pręesse quippe, præhaberique debent in anima præordinatę præmiſſæ quædam vniuersales, sub quibus vniuscuiusque artis proprię, velut in actui propinqua facultate intelligantur quadam contineri. Hæc eadem illa sunt, quibus demonstrator ad alteram, quæ tantum vera concludat, topicus autem indefinitè ad vtramque contradictionis partem vtitur inferendam. Hoc pacto eundem gladium hic quidem tantum ad defendendum tuendumque verum, ille verò ad quidlibet pro occasione & arbitrio prosequendum destinat & adaptat.

MEMBRVM II.

HIc eorum valere percupio Talparum sententiam, qui artis huius finem atque momentum adeò altè consurgens, tam longe protensum, latiſſimeque patens non apprehendentes in ipsa fundamenta duntaxat opinionum, non etiam scientiæ & intelligentiæ iudicant contineri: non obstante quod generis, proprii, definitionis, accidentis, aliorumque dicibilium atque conceptibilium potiſſimę notiones, conditiones, referantur, ordinantur, explicantur: ut ex ipsis argumentorum principia omne liceat ad propoſitum desumere. Porrò facillimè huiusce caliginis velum ab oculis auertent, si in eam considerationem animum aduerterint, quod non eodem vsu veniant pacto, quæ eadem diuersorum, immo & contrariorum, & aduersantium possunt esse principia. Si alias atque alias sub hisce maioribus subsumendo minores propoſitiones ex iisdem hi quidem sciūt, opinantes autem, se scire præsumunt & existimant, tentare atque decipere sophistæ captioſique contendunt. Id autem ea de causa ex arte prouenit, qua in ea non propria, sed vniuersarum methodorum communia principia continentur, & ambiuntur. Vnde non quidem ex eo quod ars ipsa largitur, sed eo quod ex arte quis pro vasis proprij capacitate propoſitoque fine decerpit, talis atque tanta varietas emergit. Hîc igitur perindè proportionaliter accidit, atque si eadem lux in propria claritate cōsistens, aliter in diaphanis corporibus, aliter in subobscuris, in crassis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eraſſis rudibuſque materiis aliter ingeritur & explicatur. Licet igitur diuerſos, diuerſisque mediis attrectantia fines ex propoſito non comparentur: illud tamen certè aſſerere non cunctabor, quod ita nullum eſt abſque inuentione iudicium, ſicut & alius artem numerandi ſine numerabilibus inanem profitebitur. Sic igitur mihi altero pede claudicare videtur citra Topicam demonſtratiua facultas, ut pauperem ſe tanto amplius credere debeat ipſe demonſtrator, quanto illi contingat oportet, ut ob propriæ indigentiæ ſenſum triſtetur vehementius: quem ſane ſenſum non ad ſatis magnam refero virtutem, ſi Socraticus quiſpiam fuerit aſſequutus, quando illum meliora ex alio maneant adipiſcenda theatro. Norit ergo non oculis, ſed auribus examinans, & veluti diuinando decernens, & non minus huius quam illius vſus ignarum literatorum vulgus, quod non vſque adeò obrationem firmioris argumenti, quod ſemotum & arduum indicet & deſignet, demonſtrator topicum excellit: ut ex alio latere topica præſentanea frugalitate, vſu meiori, & vberiore poſſeſſione prȩcurrentem valeat apodictica exæquare cẽſura: vbi fortè diuinum, ſed certè mutum Socratis iudicium à venoſa propinatione populum Athenienſem nõ auertit: quem ſolertiſſima (non tam benè criticis, quam malè fortunatis philoſophis patrijs inuiſa) peregrini barbarique Gorgiæ dialectica ad auream ſibi ſtatuam erigendam conuertiſſe potuit.

DE TVRRI IN CAMPI medio.

MEMBRVM I.

IN Campi medio turris eſt ad quam redditus ex omni parte collecti pertinere videntur omnes. Ipſa ſubjectum denotat, circa quod & de quo omnis eſt conſideratio, & ad cuius formationem ſpectat omnis Syllogiſticus apparatus, qui eo reſpicit ut de hoc vel ab hoc ipſo in concluſione aliquid affirmatum & producat vel negatum. Per eam in præſentiarum multiplicem ſubjectorum ſignificari volumus differentiam. Entium enim quædam maximè omnium, alia omnium minimè, plurima verò hinc quidem magis, inde verò minus ſubjecta perhibentur. Prima ſunt quę omnibus ſubſtant atque ſubijciuntur particularia, quæ ſolum modò accidentalem recipere dicuntur prædicationem. Secunda quæ nulli ſubſternuntur prædicato, & de quibus ſecundum dictionem, non autem vniuocè quippiam licebit affirmari. Tertia verò mediam rètinentia ſedem, hæc ſunt de quibus alia prædicantur, & quę de aliis. Ex iis prima ſenſibilis nuſquã ſubeũtia rationẽ ſed ſenſibilis, fabulæ, opinabilis, & hiſtoriæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

limitibus

limitibus coercentur. Secunda in alteram regionis hujus extremam declinantia partem veluti prima ſumma ſuprema & generaliſſima quædam, licet inſcientiæ quodammodo portionem adcurrant, de iis tamen in illa nulla poteſt eſſentialis eſſe prædicatio, atq; ideò ſcientiæ demonſtrativæque concluſionis ſubjectum eſſe nequeunt: quantumvis ubi ſubjectum evaſerint intentionum, ſub Logica Mathematicaque ratione quadam de iiſdem plurima dici poſſe conſtet. Tertio igitur loco enumerata reſtant, quæ frequentiſſimè in quæſtionem, & contemplativam referuntur ſpeculationem: quocirca quodcunque argumentationis & demonſtrativæ concluſionis, ſcientiæq; ſubjectum accipitur, ipſum eſt ſpecies, neque eſſe poteſt aliud à ſpecie. Ipſa eſt de qua an aliquid affirmetur, vel negetur, & in qua an aliquid ſit, vel abſit, ex circumſtãtibus generibus, eq; iis quæ circa genera conſiſtunt, inquiritur. Eorum univerſa membra per eas, quæ ſunt in campo circa turrim partitiones deſignentur.

CAMPI TYPUS.



DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QUATUOR AGRIS IN *campo circa turrim.*

MEMBRUM I.

AGRI igitur qui circa turrim in campo jacẽt quatuor (quotquot esse possunt de specie prædicabilia) potissimum designent. Ipsi sunt, ager ACCIDENTIS, ager GENERIS, ager PROPRII, ager DEFINITIONIS. Qui & sex numero distinctiores traderentur, ni generis ager, agrum differentiæ, & ager proprii, descriptionis agrum includerent.

MEMBRVM II.

IN omni prorsus quæsito, problemate, enunciatione duo reperiri necesse est, alterum quod de aliquo dicitur, alterũ de quo dicitur aliquid. Istud est species, illud autem aliud à quatuor enumeratis, vel sex enumerabilibus, esse non potest.

MEMBRUM III.

PRIMA igitur sufficientis agrorum distributionis causa sit, quod universa, quæ in propositum venire & controversiam duci possunt, ad istum tandem numerum reducuntur. Omnis etenim quæstio de subjecto aut quærit, quod essentialiter de ipso dicatur & hoc vel primò erit definitio, aut pars definitionis, vtpotè differentia subjectę speciei constitutiva, aut ejusdem genus: vel secundò erit descriptio, aut descriptionis pars, utpotè proprium accidens vel commune.

MEMBRUM IV.

SECUNDA ratio inde est, quod omnis prædicatio unum quodammodo cum eo de quo affirmatur declarat aut efficit idipsum quod affirmat: nec minus id quod negat ab eo à quo negatur aliquid quodammodo vel alienum esse testatur. Jam si omnes modi unius (& per oppositam rationem) diversi, referantur, facillimè omnis prædicativa circa subjectam speciem additio apparebit horum quatuor agrorũ finibus contineri. Unum igitur juxta triplex genus (quorum subinde quodlibet in alias plures species subdividitur) accipitur. Est inquam unum vel Numero, vel Prædicatione, vel Analogia. Primò autem Numero unum septuplex est, Aut 1 nomine tantum, ut hic canis qui est animal ille canis qui est astrum. Aut 2. definitione tantum citra nomen, ut vestis hæc, hoc indumentum. Aut 3. ut idem nomine & definitione est Socrates, quem eundem animal rationale morale Sophronisci filium dixeris vicissim. Aut 4. ut ubi duæ proprietates tale unum idemque significant, ut visibile & philo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

philoſophatile iſtud. Aut 5. ut nominis ſignificatio cum accidẽtis ſignificatione concurrit, vnde Socrates dicitur ille ſedens & ille ſedens Socrates. Aut 6 ut eiuſdem nomen & proprium, veluti riſibile & homo: Socrates, & ille ſimus doctor Platonis. Aut 7. ut definitio atque proprium, ceu riſibile, & rationale animal conuertuntur. Secundò idem, prædicationeque vnum eſt quatruplex Aut 1. genere ut homo & equus ſunt animal, ſeu ſub animalis ratione idem. Aut 2 ſpecie, ut Socrates & Plato ſunt humanitate idem, ſunt quippè homo, ſub, & in hominis eſſentia ambo vnum. Aut 3. Subjectione vnum ut ſub albedine marmor atque lac. Aut 4. inhæſione vnum, ut idem eſt dulce atque croceum mel Tertiò analogia vnum quatruplex eſt, Aut 1. ſub eodem nomine eademque inæqualiter participata ratione, ut ſanum idem & contemperatum de animali, de membro, de ſigno & de nutrimento dicitur. Aut 2. ſub vna eademque potentiæ proportione, ut vna eſt imperatoris ad imperium, & regis ad regnum habitudo. Aut 3. ſub aliqua eodem ſe habendi modo, vel affecti eſſe ſimilitudine, ut idem eſt hominis potentia ad ambulandum, auis ad volandum, piſcis ad natandum, ignis ad aſcendendum. Aut 4. ſub eiuſmodi ſuſceptibilis accidentis ratione, ut idem videtur eſſe ſerenitas in aëre, tranquillitas in mari, pax in populo. Tam multis modis cum dicatur, quorum ſingulis diuerſum oppoſita ſignificatione reſpondet, non difficile erit cõijcere quemadmodum vniuerſa dicibilia complectantur, quæ omnia ad quatuor prædictas conſtat eſſe reducibilia ſpecies: Si vnum numero ad definitionem, & definitionis membra reducitur: vnum quoque genere, proportione, & accidente ſimiliter proprias poſſunt ſine difficultate claſſes agnoſcere.

MEMBRUM IV.

TERTIO quod numerum quaternarium non excedant, inde poteſt eſſe manifeſtum, quod proportionem quamlibet, vel problema perquirentes quæ fidem per ſyllogiſmum atque diuiſionem accipiunt: non certè alia ratione procedimus, quam aliquid de poſito ſubjecto prædicantes. Omne autem quod prædicatur aut conuertibiliter cum illo dicitur, aut per exceſſum: Si primo contingat modo, vel erit definitio vel proprium quod prædicatur: Si verò ſecundo, tunc vel aliquid erit ex ijs quæ ſumuntur in ſubjecti definitione, & ipſum erit genus: Vel quippiam à definitione ſubjecti alienum cum hoc tamen quod illo ſit communius, & illud erit circumſcriptiuum accidens.

MEMBRVM.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRUM V.

QVARTO ex eo sufficiens facta numeratio iudicatur, quod vniuersum & omne quod est & dicitur, in decem prædicamentorum ordinibus explicatur, & ad eosdem reducitur, vel secundum ipsos significatur, vel illis intelligitur adiectum. Cunctæ verò propositiones ab ipsis desumptæ cathegoriis vel quid, vel quale, vel quantum, vel ad aliquid vel aliud è famosis reliquis enunciant quorum omnium, singulorumque partes, ordines, & adtributorum rationes, per genera, definitiones, proprietates, & accidentia indicantur, accusantur, examinantur, iudicantur.

VENATOR.

MEMBRUM. I.

PER eundem amplę venationis campum æquè frugaliter non vni, sed certè multiplicis generis discurrere licet venatori. Sive enim piè actiuus per legem, siue per fidem argumentosius contemplatiuus, habet circa quod inquirendo pertentet inuenire Theologus. Siue sublimitate Methaphysicum, siue grauitate Physicum, siue moralitate Ethicum se depromere cupiat, inquisitione scrutatur ut iudicio contempletur, speculetur, prę cipiatque leges iudicando Philosophus. Siue vti strepitosus Actor ad aptè de rebus in consultatione positis dicendum & proponendum, siue vti Prætor ad maturius examinandum & iudicandum, non nisi ex adinuentis rerum, modorum, circumstantiarumque medijs, eorumque discussione ciuilis, tanto quidem dignius quanto exagitatur operosius. Siue veritatem apodictica deductione à falsitate discreturus Demonstrator, siue Dialectica deductione à falsitate discreturus Demonstrator, siue Dialecticus ipse veluti neutralis inter acceptam possibilem vtriusque contradictionis partem, per dextram sinistramque semitam discursurus, siue Rhetor ad laudem atque vituperium linguam perpoliturus, & ad pro commodo deliberandum, atque commendandum affinis isti Ecclesiastes Enthimemata concinnaturus & exempla: siue importunitate Sophista vel Tentator ad aliquid etiam inopinabile, & incredibile defendendum argutum ratiocinium exacturus: siue Captiosus fallax è garrulo copię eorum præstigias aptiores productarus in medium: siue generoso Poëta enthusiasmo varia atque multiplici aptatione atque configuratione ad delectandum vel iuuandum, vel vtrumque perficiendum omnimoda ratione tersus proditurus & illustris. Omnes vberrimam illam quæ circa turrim designatur locorum copiam coperlustrare addecet artificio, quo è mille geminis hisce circumstantibus, vndique habeant quod commodum iudicent, vestigent, retineant, arripiant, attrectent.

CANIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

CANIS.

MEMBRUM I.

CANUM quibus venatile sedulus comprehendere nititur venator, duplex genus est. Horum enim alii Plaudi sunt, velociores scilicet atque leviores: alii verò graviores fortioresque Molossi. Primum genus inductivæ (quæ Paradigma: Secundum Syllogisticæ (quæ Enthimematicam complectitur discursionem) typus est. Primi quidem est veluti levius apprehendere; Secundi certè continere tenacius. Primo (in levioribus efficaciori) retardare, Secundò verò sistere robustiores feras, atq; graviorem perficere venationem, propria est à natura tributum.

VENATILE.

MEMBRUM I.

PER eundum venationis campum non unius, sed & plurimum generum venatilia discurrunt. Horum autem duo sunt prima capita. Propositio nempè dialectica, & dialecticum Problema. Dialecticam propositionem definiunt probabilem interrogationem quæ aut omnibus, aut plerisq; aut sapientibus, & horum vel omnium, vel plurium, vel præcipuorum judicio confirmatur. Per Dialecticum verò problema, contemplationem circa id quod est in controversia positum intelligunt.

MEMBRVM. II.

DIALECTICA propositio Aut primò per se probabilis est, ut quæ.d eandem contrariorum esse sententiam; Aut secundo probabili simlis, ut eundē esse contrariorum sensum; Aut tertiò datæ probabili contradictoria, ut si probabile erat, quod amicis oportet benefacere, probabile est quod ipsis non benefacere non liceat, vel non benefacere non oporteat. Aut quartò per datæ probabili contrariam, ut quod amicis non liceat interdum malefacere, neque unquam oporteat. & quod inimicis liceat interdum malefacere, & aliquando oporteat. Aut quintò per proportionalem, ut accidit in adinventis secundum artem opinionibus sive iis, quæ sunt juxta scientiam argumentis, si namque cui probabile est de rebus medicis cum medico sentiendum, idem de rebus Geometricis censebit esse cum Geometra judicandum.

MEMBRUM

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRUM III.

DIALECTICUM verò problema iuxta numerum, earum (quæ incurruntur) controuerſiæ ſpecierum diſſecatur, & eſt multiplex. Aut enim primò propter atteſtantium diſſentionem accidit controuerſia, Aut ſecundò propter teſtimonij defectum, Aut tertiò propter argumentorum contrarietatem, Aut quartò quia teſtimonia argumentis aduerſantur, Aut quintò quia vbi illi maximè deſiderabiles fuerint atque neceſſariæ, ſyllogiſmos atque rationes inuenire non eſt facile, Aut ſextò quia duæ ex his concurrunt cauſæ, Aut ſeptimò quia plures ad diſſentaneas opiniones ex enumeratis conueniunt occaſiones.

MEMBRUM IV.

EX diuerſitate quoque teſtimoniorum diuerſum pendens ſexcuplex eſt problematum atque propoſitionum genus. Primum in quo ipſe Philoſophorum ſectę aduerſantur. Secundum in quo vulgus in ſe ipſo eſt diuiſum. Tertium in quo philoſophi contrariantur multitudini. Quartum in quo vnus è principibus ſapientum poſitionem propriam contra communem ſenſum, ſua velut etheroclita authoritate produxerit. Quintum in quo non ſine præpollentibus argumentis quiſpiam ex illuſtribus exſurgat. Vt primò vbi de vniuerſi finitate & ſecundum magnitudinem infinitate quæſtio eſt. Secundò vbi de vnitate atque ſimplicitate, & de pluralitate & diſtinctione primæ cauſæ diſceptatur. Tertiò vbi virtus cum inopia, & ignorantia cum diuitijs coniuncta comparantur. Quartò vbi Pythagorei de rebus ita inquiunt exiſtimandum ut ſenſui vniuſcuiuſq; fiunt preſentia. Quintò vbi motum aſtriq́ue naturam nonnulli penitius intuentes terræ tribuunt.

RETIA.

MEMBRUM I.

QVATVOR Peripateticorum princeps venatorum enumerat inſtrumenta. Quorum primum, quod per retia ſignificamus, eſt quædam ſumendarum propoſitionum atque componendorum ſyllogiſmorum facultas atque potentia. Hæc ſanè ea planè ratione comparatur, ſi inueniendarum aſſumendarumque propoſitionum probabilium ſcitè intelligantur atque firmiter ea teneantur genera, quę è propoſitionum reliquis generibus diſtinguuntur, ſeliguntur. Ipſum hac ratione fiet. Si Primò vulgi opiniones inueſtigentur, colligantur, ordinentur, & in horreo memoriæ conſerventur. Secundò Philoſophorum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

omnium aut præcipuorum, vel ex eorum libris, vel (si non extent (ex aliorum fideli relatione desumptæ positiones apprehendantur, ruminentur. Tertiò membrorum cuiusque artis theses, vel ad ędificij, vel arboris, vel statuę cuiusdam dispositionem traducantur, formentur, & certam pro rei conditione seriem adsciscant, iuxtà multiplicem syllogismorum artem. Quartò ea quæ probabilibus ipsis contrariantur, adsimilantur, proportionantur, eodem capiantur, & in catalogum redigantur ordine. Catalogum inquam qualem nos nobis struxisse possumus, qui in propria (iuxta propositionum genera) digeratur membra, vbi Physicorum, Moralium, Theologicorū cæterorūque negotiorum speciales cuiusque subjecti prædicatique termini continentur. Quintò ut ita consuescamus nosque metipsos exerceamus circa vniuersales probabiles rationes, ut eo vniuersaliori quo fieri potest adsumantur modo, moxque pro viribus eousque diuidantur, donec ad species vltimas nouerimus esse deuentum. Ex eo enim quod probabilium propositionum species & ipsę sunt probabiles (utpotè quæ à superioribus continentur inferiores) tales plures & licebit acquirere propositiones. Ita qui sumpserit eandem oppositorum esse disciplinam, vbi oppositorum in contraria, relatiua, priuatiuaque diuidat, cum copiam, tum & negocij confirmationem consequetur.

SPECVLA.

MEMBRUM I.

DE rerum veritate cupientibus informari, Primum operę precium est ipsum quod trahitur in considerationem veluti à cęteris abiungendo depurare, ut clarius & euidentius ipsius quę qualisque sit natura liceat contemplari: male enim ęgreque aurum in physica impuritate chimicaque commixtione cognoscitur & iudicatur. Secundò vbi rei ratio siue essentia citra omnis homonymiæ confusionem fuerit perspecta, secundum eius esse absolutum consideretur, quatenus videlicet vnitatis est particeps, ut tertiò tandem secundum esse respectiuum quo in dualitate quadam consistere videtur apprehendi citra errorem possit. Proximum est quod duo rerum principia vnitatem & binarium interminatum dixerunt Pythagorei, dum per illam esse absolutum quod habent omnia, per istud verò respectiuum significari vellent Artificiosissimè igitur Aristoteles opus venatoris in æquiuoci discussionem, similitudinis intuitum, & differentiæ considerationem distinxit: quò per primum veluti depuratio fiat, per secundum ad ipsum quod in se sit magis cognoscendum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſcendum velut manu ducamur, per tertium potius eam quam ad cætera referat habitudinem concipiamus, in his enim primò diſtinctio confert ad veritatem, ſecundo ſimilitudo ad vnitatẽ, tertiò ad dualitatem pluralitatemque differentia.

MEMBRVM II.

IAM quod ad eſſe abſolutum ſpectat commentantes, illud tãtum indicaſſe volumus, quod quidquid concipitur, aut per euidentem ſe immittit incurſionem ut amarum, dulce, lux, tenebrę : aut per tranſcurſum ab euidentibus qui ſanè ſecundum quatuor modos efficitur, Aut primò à præſentante ad id quod præſentatur, ut ab effigie effigiatum, à propriiſque accidentibus extrinſecis ſubjectum, Aut ſecundò à compoſito ad partẽ, & vniuerſaliter ab eo in quo, vel cum quo aliquid eſt, idipſum quod in, & cum alio eſt, ut à corpore ſuperficie que longitudo. Aut tertiò à componentibus ad compoſitum, ut ex notitia populi, ſenatus, equitum, & reliquorum, ad Rempublicam. Aut quartò per augmentum à minore maius, vel per decrementum à minore minus concipimus: paruo enim negotio ab eodem termino ad conceptum gigantis qui magnus, & pigmei qui paruulus eſt homo, deſcendimus. His modis licet per aliud aliquid cognoſcatur, non tamen ut ad aliud ſed ut in ſeipſo cognoſci dicitur.

MEMBRUM III.

QVOD autem ad eſſe reſpectiuum attinet dicimus multiplicem indagationem habere locum in iis quorum eſſe cõſiſtit in ad aliud reſpectu. Qui nimirum vel 1 eſt ſecundum ſimilitudinem, vel 2. comparationem, vel 3. contradictionem, vel 4. contrarietatem, vel 5. priuationem & habitum, vel 6. faciens & quod fit, vel 7. agens & patiens. vel 8. dans atque recipiens vel 9. habens, adde & quod habetur, vel 10. nunc & tunc, vel 11. hîc & ibi, vel 12. ſecundum varium ſitum, vel 13. eiuſdem diuiſiuæ differentiæ terminos, vel 14. ordinem vel 15. analogiam, vel 16. ſecundum diuerſam categorię coordinationem, vel 17. eſſe categoria diſtinctum ſed illi adpodiatum, vel 18. ſecundum eſſe omnino à categoria ſeiunctum. Primò enim ſimile cum conſimili. Secundò id quod magis tale, vel maius, vel melius, cum eo quod minus vel deterius. Tertiò quod eſt, cum eo quod non eſt, ut album cum non albo. Quartò quod ponitur, cum eo quod contraponitur, ut conſtructiuum, album & nigrum. Quinto habituatum formatumque, cum priuato

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ut audiens cum ſurdo, addę cum habitu & forma Sexto faciens cum eo quod fit ut ſtatuarius cum ſtatua. Septimo agens cum eo quod patitur (eſt enim hæc à præcedenti longè alia ſpecies, neque enim pati dicimus quod fit. Quid enim patitur homo cum fiat?) Adde, cum eo quo agit & ille patitur. Octauò dans, cum eo quod accipit ut illuminans cum eo quod illuminatur, ditans cum eo quod ditatur. Nonò habens cum eo quod non habet adde, cum eo quod habetur (neque enim habere & carere idem eſt quod habitus & priuatio) ut eſſe indutum, & diuitem, cum eo quod eſt eſſe exutum & pauperem. Decimò quod eſt hodie, cum eo quod fuit heri, vel erit cras, vel id quod eſt, cum eo quod eſſe poteſt vel erat. Vndecimò quod eſt in terra, in concreto, in compoſitione, in natura, cum eo quod eſt in cœlo abſtracto, ſimplex, in intentione. Duodecimò id quod ſtat cum eo quod cadit vel ſedet vel cubat, ſiue per proprium, ſiue per methaphoricum modum. Tertiodecimo ut eſſe rationale cum eſſe brutum ſub animali. Quartodecimo eſſe primum vel ſecundum, cum eſſe tertio vel quarto in aliquo ordine. Quintodecimo propter quod & quo cum eo quod eſt hoc vel huiuſmodi, ut pulchrum originale primum cum eo quod eſt poſt ipſum, & illud quo aliquid eſt pulchrum cum eo quod per ipſum vel cum ipſo imitatione vel participatione quadam, & id quod eſt ſanum ut animal cum eo quod ipſius ſubordinatione ſanum eſt cibus, medicina, exercitium, balneum. Sextodecimo quod eſt in prædicamento ſubſtantiæ cum eo quod eſt in prædicamento accidentis & id quod in vna cum eo quod in alia eſt Cathegorica. Decimoſeptimò quod eſt reale ut ſubſtantia & animal quæ ſunt entia, cum eo quod eſt intentionale ut genus & ſpecies quę entia rationis. Decimooctauò diuina natura (quæ non eſt alicuius ſpeciei genus neque generis alicuius ſpecies, neque numero ab aliquibus quæ ſub eadem ſunt ſpecie diſtincta) cum alijs omnibus quæ præter ipſam ſunt cointelligitur, & ſecundum habitudinem quandam apprehenditur.

MEMBRUM IV.

ECCE quam varijs vniuerſa atque ſingula ad alia quę circum circa ſunt condiſtinguuntur modis, ad quos certè omnes reſpicere conuenit eum qui per differentias vult inuenire plurima luſtratorem. Et reuera ex enumeratis ſpeciebus nullam videre poſſum quam ſine præiudicio ad aliam reducere poſſis: vnaquæque enim ipſarum media eſſentialiter à cæteris vniuerſis diſtincta multiplicat: ideo vnam ad aliam reducere tentans, diminuere tentat & caſtrare: ita enim horum plura in pauciori-bus contineri dixerim, ut alius quiſpiam in capite, vel pectore, vel bu-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vel buſto cætera hominis membra credat contineri.

MEMBRUM V.

SVMENDARVM igitur differentiarum poteſtas ad inuentionis diuitias confert plurimum : quam ſanè facultatem exercitio ſumendi differentiam rerum maximè ſimilium captari teſtatur Ariſtoteles, quod tribus aſſerit effici poſſe modis. Primò cum ſumuntur rerum quę ſub vno propinquo genere continentur differentiæ. Secundò cum capiuntur eæ quæ in vno ſunt remotiore genere. Tertiò cum eæ quæ remotiſſimis, utpotè ſupremis continetur, ſi res illas contingat eſſe ſimiles. Primò fiet ut reſpiciendo fortitudinem & iuſtitiam quorum cum genus proximum ſit virtus, fortitudo quidem eſt circa formidanda, iuſticia verò circa conuerſationes. Secundò, ut ibi hinc prudentia ſecundum potentiam intellectiuam, temperantia ſecundum facultatem appetitiuam diſtantius vniuerſale commune reſpiciunt. Tertiò ut vbi reſpicimus hinc quidem ſenſum in prędicamento relationis, inde verò ſcientiam in prædicamẽto qualitatis: magna tamen inter hæc ſimilitudo percipitur, inquit Ariſt. Sed fortè intelligit pro ſimilitudine proportionem, proportio enim verè eſt, quia ſicut ſe habet ſenſus ad ſenſibile ita ſcientia ad ſcibile, ſeu intellectus ad intelligibile : nuſquam tamen ſenſus ſimilis eſt ſcientiæ, neque intellectui.

MEMBRVM VI.

PORRO ne quid operis atque temporis perperam inſumatur, illud eſt cautius animaduertendum, quod non omnium, neque in omnibus differentiæ ſunt quærendæ. Cum etenim aliorum (ut hæc ab alijs diſcernamus) differentias liceat inquirere, differentiarum tamen differentias quærere non minus erit abſurdum, quam ſubſtantiarum ſubſtantiam, qualitatis qualitatem, magnitudinis magnitudinem. Nihilo tamen minus in ipſis diſtinguere, diuidere, diſcernere, nihil vetat. Illud item aduertatur, quod neque qualitatem, pro qualitatis differentia, ſicut neque ſubſtantiæ ſubſtantiam, neque motus motum dicim⁹, coloris enim differentiæ non ſunt niſi qualitates, quæ tamen ideò ſubſtantiales dicuntur, quia ſecundum eas ſubſtantia diuiditur, non tamen in eas ſed in ſpecies, & hæ ſunt quæ ſubſtantiæ ſpecies indicant. Numeri quoque (Plotinus inquit) differentiæ non ſunt numeri. non enim quinque à tribus per duo differunt, ſed trinario duo à quinque ſuperantur. Sunt quoque nonnulla quæ apertè ſe ipſis differunt ſicut virtus & vitium, quædam quæ apertè per aliud ut lapis & planta per vitam, quædam verò ita ſe habent ut viciſſim mutuò ſibi ſint ſpecies & differen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tiæ. Sic enim graue & leue sunt species appulsus quas constituunt mobile ad medium & mobile à medio, Rursumque mobile à medio & mobile ad medium sunt species translabilis, quas cõstituunt differentiæ grauitas & leuitas.

HASTA.

MEMBRVM I.

QVONIAM sub densis spicisque syluosæ vniuersalitatis vepribus (quæ fugacium ferarum antra sunt) multæ latent æquiuocationes: scrutinium illud nobis aptare consulitur, quod certè in discretiua quadam ratione consistit, quæ nunc quidem à rei essentia sub integra definitione, vel sub eius genere, vel sub eiusdem differentia, nunc verò ab ipsis quæ illam circumstant recipientibus vel similibus, vel comparatis informatur. Multipliciter igitur per membrorum æquiuocationis excussionem, atque distinctionem nobis latentia ferarum contingit discoopere & in apertum solem promere cubilia. Plurimæ namque sunt rationes quibus discretionis hasta pertentantes, id ipsum quod pluribus commune dicitur an sola voce, an eadem quoque significatione diffundatur examinamus. Primò enim considerantes illarum rerum (de quibus nomen dicitur) contraria si videamus & illis vnum commune nomen non esse, hoc quod ponebatur iudicabitur æquiuocum. Secundò eorum de quibus nomen dicitur considerata dispositione num ea sub eodem nomine sit diuersa. Tertiò & si non ambobus sed alteri, eorum de quibus nomen dicitur, est contrarium. Quartò si eo quod nomen contrarium significat inueniatur contrarietas immediata, quæ in posito est mediata, vel è contra. Quintò si inter vnum eiusque contrarium sit vnum, inter alterum verò atque contrarium ipsius plura inueniantur media. Sextò si ipsum vel contradictoriè oppositum diuersam vel ampliorem habeat significationem. Septimò si oppositum ut priuatio vel habitus, multipliciter significatum sub vno eodemque nomine complectatur. Octauò si ipsius primitiui denominatiuum, vel denominatiui primitiuum nominet, denominetue multipliciter. Nonò si genera significatarum specierum sint distincta. Decimò si species significatorum generum sunt diuersæ. Vndecimò si ipsorum aliæ atque aliæ fuerint differentiæ. Duodecimò si hæc ipsa quibus est commune nomen diuersorum supremorum generum extẽt differẽtiæ. Tertiodecimò si ipsa diuersorum generum sunt species. Quartodecimò si ipsa sunt diuersa genera. Decimoquintò si eo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſi eorum proxima genera ſunt diſtincta. Decimoſextò ſi contrarij multa ſunt genera. Decimoſeptimò ſi ſignificata ipſa ſecundum prædicationis formam ſub illo communi nomine ſint diſtincta, quandoquidem diuerſam prædicandi rationem diuerſa eſſendi ratio demonſtrat. Decimooctauò ſi alterum ſpecies quædam fuerit, alterum verò ſub eodem nomine differentia vel proprietas. Decimononò ſi alteri eorum intenſiuè & extenſiuè nomen illud communicetur, non reſpectu tamen ad alterum condiſtinctum, utpotè quod intenſionem non ſuſcipit & remiſſionem. Vigeſimo ſi reſpicientibus vnamquamque ſingulorum definitionis particulam, ipſum quod eis eſt commune videatur vnum atque alterum reſpicere differenter. Vigeſimoprimò ſi vna quidem ſit cum vno nomine communis ratio, quę tamen vni primò, cęteris verò iuxtà gradus ſecundariò per illius primi reſpectum conueniat. Sic enim primò ab inſpectione contrarij perſpectam habemus ęquiuocationem acuitatis, quandoquidem ei quæ vocis eſt contrariatur grauitas, ei verò quę cultri, obtuſitas. Secundò à nominatorum diſpoſitione, poſtquam clarum de voce dici viderimus & de aqua, qua videbimus huius turbulentiæ viſum eſſe iudicem, atque guſtum, illius verò auditum, apertam ſanè habebimus homonimiam. Tertiò ab altero eorum contrarietate carente: oblectamento enim quod eſt per aquæ potum contrariatur ſitis, nihil autem ipſi quod eſt per ſtudium. Quartò à mediata vel immediata nominis contratij ſignificatione, qualis non erat poſiti, viſo enim inter amaritudinem dulcedinemque ſermonis, non eſſe medium, inter eas verò quæ ſunt ſaporis extremitates, eſſe plura non vanam eſſe nominis communis ſignificationem percipiemus. Quintò ab vnius vel plurium, pauciorum vel plurimorum mediorum interpoſitione: à mediorum in quam numero, ut vbi inter candidum fuſcumque colorem, plura; inter cãdidam verò fuſcamque vocem vnum tantum (quod eſt raucum) habetur medium. Sextò à ſecundum contradictionem oppoſiti amplitudine, ut vbi videns de habentibus oculos, non videns autem de iis dicitur & de alijs. Septimò à priuatiuè oppoſitis, ſi enim ſentire dicitur de anima dupliciter, cur priuatio ſentiendi dupliciter non dicetur? Sique ſanitas æquiuocè de anima dicitur atque corpore, cur & ægritudo æquiuocè non dicetur? Octauo à caſibus iuſtum multipliciter dictum omni procul dubio & iuſticiam multipliciter dici conteſtabitur. Nonò à diſtinctione generum vtriuſque de ſaporibus dicitur laudabile iuxta prædicamentum actionis, de animę verò habitu iuxta prędicamentum qualitatis, quomodò ergo de hoc & illis ſecũdũ vnam prædicabitur rationẽ? Decimò

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ab vtriuſque ſpecierum diuerſitate, ut rectitudinis ſecundum naturam,rectitudinis ſecundum mores, ſecundum longitudinem,ſecundum prędicationem, non vnius generis ſpecies eſſe cognoſcuntur. Vndecimò à differentiarum diuerſitate quę ipſas ſpecies (de quibus nomen dicitur) conſtituunt, vel quæ ipſa genera (de quibus nomen dicitur) diuidunt. Vt vbi aliæ recti moris,aliæ recti membri ſunt differentiæ. Hinc enim rectus oculus dicitur quia benè videt, recta tibia quia benè ambulat, & non claudicat,tum etiam quia bene eſt formata,tum quoque quod malè,ſi propriam non habet quam nata eſt habere curuaturam:indè verò recti mores,vel ſecundum iuſtitiam.vel ſecundum temperantiam,vel ſecundum aliud, vel ſecundum omne genus.Duodecimò ab eo quod ipſa ſunt diuerſorum generum, differentiæ,acuta vox in genere qualitatis diſtinguitur à graui, acutus verò culter ab obtuſo in ſubſtantia.Decimotertiò ab eo quod ipſa ſunt diuerſorum generum ſpecies,cancer animal, cãcer ſtella,& cancer morbus nomen habere commune videntur, non rationem.Decimoquartò ab eo quod ipſa ſunt diuerſa genera,bonum ratiocinij,bonum moris, bonum naturæ ſeu rei, bonum(quod eſt ipſa bonitas & neque genus eſt,neque ſpecies, neque horum pars) abſolutum, vna communi definitione carent.XV.à ſub proximo genere citrà ſubalternationem eorum plurium (quę dicuntur ſecundum vnum nomen) diuerſitate, vbi canis latrans,canis natans, ſub eodem proximo genere ſpecificè diſtincta mutuò non ſubalternantur.Decimoſexto,ab eo quod contrarij multa ſunt genera. Informe enim quod formæ contrariantur,eſt & quod forma caret, & quod malam habet formam,& quod eſt ipſa forma.Decimoſeptimo, ab eorum ſecundum prædicationis formam diſtinctione ſub eodem vniuerſali,pulchrum dicitur in quid ſi capiatur ut qualitatis ſpecies,in quale autem ſi ut eius differentia, ut & rationale adiectiuè ſignificans in quale dicitur,ſubſtantiuè autem in quid. Decimooctauo,ab eo quod diuerſa ſub diuerſis generibus ſunt prædicabilia,ut candidum quod hîc quidem coloris eſt ſpecies,ibi vocis differentia,alibi niuis lactisque proprietas. Decimonono,ab huius vel vtriuſque (quæ ſecundum idem dicuntur nomen) dictione ſecundum magis & minus,non tamen ad alterum, vel alterutrum comparatiuè:cum quippe acutum dicatur vox, atq; cultellus:non tamen hic illa nec illa hoc dicetur acutior. Vigeſimo,ab eorum definitionis conſiderata natura,ut cum eclypſis de Luna dicatur atque de Sole,in ſpecto quod Lunæ eclypſis eſt, in pyramidem terræ cadere, Solis autem eſt inter nos & illum Lunæ interpoſitio,erit deliquium ſiue eclypſis nomine quidem non autem ratione commune. Vigeſimoprimo, ab eorum ſecundum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cundum prius & posterius analoga participatione, vbi sanum eiusdem rationis secundum ordinem quendam participatione dicitur primò de animali, secundò de membro, tertiò de medicina, quartò de cibo, quintò de signo, sextò de bono medico. Sanum quoque æquiuocè dicitur de doctrina & omnibus his. Vnde idem nomen secundum diuersos respectus æquiuocum esse potest & analogum. Nec minus interdum idem potest esse vniuocum & æquiuocum, vt homo hinc ad sua particularia vniuocum est prædicabile. Ibi vero significans modo viuum, modo mortuum, modo lapideum, æquiuocum nomen est.

MEMBRVM. II.

HANC autem hastam discretiuam exagitantibus, illud est vbique cauendum, ne secundum rationem propriam æquiuocatis conuenientes, sub communi tribuentes ratione, illud temere putemus æquiuocum, quod est reuera vniuocum. Cauendum quoque non minus, ne ex alia ratione communi nominis significatum supra & extra suas limites metientes ibi æquiuocationem statuamus esse, vnde credere & deberemus abesse longius.

MEMBRVM III.

NON modicum sane ad constituendum & destruendum, ad probandum & improbandum, de vero & apparente genere, de veris apparentibusq; speciebus, præsens perscrutationis series potest adferre emolumenti. Sophista quidem laborat quo tentet, vrgeat, & confundat: vbi in vero genere suadeat studeat homonymiam, vicissimque pro generibus homonyma venditare, Dialecticus autem vt distinguat, examinet, atq; probet. Dialecticus enim ei proportionatur qui eodem pharmaco medicare potest & venenare. Demonstrator ei qui hôc medicus est tantum, Sophista vero, ei qui non nisi veneficus esse nouit.

MEMBRVM VII.

SIMILITUDINIS ergo atq; differentiæ ad plura sese exporrigit vtilitas. Primum quidem ad inductionem faciendam quæ ex horum comprehensione excitatur, informatur, firmitatem suscipit & diteſcit. Secundo ad conditionales syllogismos quos ex hypothesi appellant: vbi enim transmutatione transpositioneue aliquid est comprobare & determinare tentandum, ibidem plurimum similitudinis atq; differentiæ valet inspectio. Tertio ad aptiorem definitionum assignationem, hinc enim propinquum genus quod in definitione ponitur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

affabre manifestatur. Quarto ad omnis confusionis inuolucra deuitanda: quandoquidem nisi aliquo pacto similitudinum atq; differentiarum rationem habeamus. Quomodo 1. quod secundum nomen vel aliquod accidens est vniuersale vel commune, ab alio quod est per se, essentialiterq; de propriis membris dicibile, distinguemus? Quomodo 2. secernemus à remotiore proximum genus? Quomodo 3. vniuocationem, analogiam, homonymiam detegémus. Quomodo 4. quæ eadem diuersaque apparent: an in rei veritate sint diuersa vel eadem cognoscemus? Quomodo 5. interrogantes cum respondentibus num secundum idem propositum, vel de diuerso tanquam eodem digladiemur, apparere poterit, dum interim sub nominis æquiuocantis vmbra aliud alter defendat aliud oppugnet alter? Quomodo 6. virtutes atq; passiones quæ in eius diuersitatis vel similitudinis fundamento consistunt aspicere licebit? Quomodo 7. à technis quibus sophistæ sunt ad decipiendum efficatiores, præcauebimus.

ATRII GENERALIS INSPECTIO.

MEMBRVM I.

PRIUSQVAM considerationis oculos ad agrorum singulos conuertamus: generalis inspectio quædam præcedat oportet, quam circa quadratæ turris marginem possis circumscriptam intelligere: est quippe ambiens atrium à quo per multiplicem portam ad agrorum liceat omnes atque singulos diuertere. Iam ipsum tribus distinctum septis, intueare è quibus quidem Accidenti A. ad quatuor, Generi B. ad tres, Proprio C. ad duos agrorum circumpositorum portæ patent.

Ager

(c) 2006 Ministerio de Cultura



MEMBRUM II.

PRIMUM ergo ſeptum per A. deſignatum quatuor conſtans lateribus ad accidens refertur, à quo per portas quatuor ad agrorum ſingulos exitus patet & acceſſio. Ibi primus locus exigit an ſpecierum nulli conueniat quod dicitur Accidens Genus, Proprium, Definitio, Differentia, Deſcriptio. Secundus An nulli, an omni, an quibuſdam eorum quæ in eadem ſpecie, vel genere conſiſtunt. Vbi pro veritate illud eſt animaduertendū, quod non quæcunq; generi inſunt inſunt & ſpeciei, quemadmodū quæ à toto negantur genere, ab omni itidē ſpecie ſeiuncta intelliguntur. Nec minus generi quadrare nequeunt, quæ ſpecierum nulli ineſſe conuincuntur: Præter hæc enim quæ iuxta logicam intentionem quę generi, ſpecieiq; ſunt propria, quatenus videlicet genera ſunt & ſpecies phyſicè de quibus genus prædicatur, ſpeciem aliquam prædicari eſt neceſſe: quod de ſpecierum quadam vel quibuſdam affirmatur, de genere particulariter tutò confirmabimus: veluti quod de ſpecierum aliqua vel aliquibus negatur, de genere particularitar negatum intelligitur, quandoquidem ſecundum ſpeciem aliquam eſt, vel afficitur. quodcunq; afficitur. Quia quod mouetur, ſecundum aliquam motus ſpeciem mouetur: ſicut quod certa vel certis, eſt afficiturve ſpeciebus, idem abſolute eſſe vel affici affirmantes non mentiemur. Tertius, an definitioni ſubiecti repugnat id quod dicitur, num videlicet à ſpecie quæ problematis eſt ſubiectum, extet alienum. Quartus, an definitioni Accidentis vel Generis, vel Proprii, vel Differentiæ, vel ipſi Definitioni, ſeu Deſcriptio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Deſcriptioni repugnet cum tali ſubiecto vel ſpecie connexio Quintus, an contrarium ſiue generaliter oppoſitum oſtendi poſſit vel huic ſubiecto adeſſe, vel hiſce ſubiici prædicatis. Sextus, an contrario ſecundum hoc ipſum vel neutrum contingit aſſerere. Septimus, an hoc poſito quod dicitur, contraria ſimul eſſe ſequatur, vt in ponentibus ideas idem moueri, & quieſcere. Octauus, an vel contraria ſe concomitari? Nonus, an generale ſubiectum quod vnum idemq; debet eſſe oppoſitorum, non ſit eiuſmodi. Decimus, an è duobus quorum alterum dici, vel eſſe vel ineſſe oportet, vnum non appareat. Vndecimus, an inde contrarie vel contradictorie, vel priuatiue, vel correlatiue oppoſitum abſurde conſequitur. Duodecimus, an magis ac potius tale ſit minus hoc: ſi quippe magis delectabile minus bonum delectabile non erit bonum: quod eſt generale iis quæ ſecundum rem ac modum intenſionem ſuſcipiunt & remiſſionem, quem ſane in omnibus inſpicere licet vel ſecundum eſſe vel ſecundum dici, vel ſecundum imaginari, credi fingi. Decimustertius, an hoc quod dicatur ſitne illud, ſeu tale, magis hoc non dicatur, ſitne magis tale vel illud, vbi enim voluptas bonum eſt, magis voluptas magis bonum eſſe debet. Sed quod hoc non ſimiliter ſe habeat in omnibus inde patet, quod non quia libros euoluere, parit doctrinam, ideo plures & magis euoluere, maior, magisq; vel maioris erit doctrinæ cauſa. Decimusquartus, an cui magis videtur adeſſe vel ineſſe, vel quod magis videtur eſſe, adeſſe, vel ineſſe, non ſit, non adſit, non inſit. Decimusquintus, an cui minus, & quod minus videtur, inſit, vel ſit: hinc etenim quod magis videtur erit interitve, ſimpliciter: vbique enim modus rei rem ſupponit. Decimusſextus, an duobus de vno dictis, vel vno dupliciter dicto, ente, vel conſiderato: quod magis eſt, conſideratur & dicitur, non quadrat: neque enim quod minus quadrare poterit. Decimusſeptimus, an ex duobus vni applicabilibus, ſeu de uno opinabilibus, ſeu verificabilibus, quod magis verificari applicariq; videtur non eſt verum neque applicatum. Decimusoctauus, an vbi vnum prædicatum ſimiliter vel æque ſe habet ad duo ſubiecta, vel vnum ſubiectum ad duo prædicata ſimiliter eſt affectum, in altero eorum ſimilis non appareat verificatio. Decimusnonus, an vbi duobus duo æque atq; ſimiliter afficiuntur, ab vno liceat ad reliquum argumentari. Vigeſimus, an hoc, vel tale, illi appoſitum faciat hoc vel tale cum prius ipſum non eſſet, neq; eiuſmodi: ſeu hoc vel huiuſmodi fiat per appoſitum cum prius non eſſet. Sed hic cauendum ne quando dulcificam dulcedinem vel dulcem ex eo quod dulcorat exiſtimes, vel in eiuſmodi alium pertraharis errorum. Neq; minus cauendum ne ex eo quod ineſſe vel eſſe vel

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vel existimari quippiam magis minusq; dicitur, & ideo ineſt dicitur,& existimatur, vice versa ab absoluto procedas ad comparatiuum, Vigesimusprimus, an quod alicubi, aliquando, secundum quid, conditionaliter, atq; quodammodo valet: simpliciter valere credatur, asseratur, vel è contra. Vigesimussecundus, an in similibus similiter, quandoquidem si visum habere videre est, habere auditum erit audire. Vbi compositionem incurrendo pro veritate cauendum, neque enim ex eo quod sciens cogitat, quod multum plusue sciens, multum plusve cogitet inferre licet. Itidem debemus in proportionalibus inspicere, sicut nempe se habet delectabile ad voluptatem, ita & vtile ad bonum. Vigesimustertius, an ita se habeat & in coniugatis qualia sunt, iustitia, iustum, iustè, iustificatiuum, iustificabile, iustificare, iustificari, iustificasse, iustificatum esse, & contraria iniusticia, iniustum, & reliqua. Vigesimusquartus, an concomitantia cum ipsis ita compositis conueniant: componitur enim æternitati, inuariabilitas, & centum alia. Vigesimusquintus, an oporteat esse incompossibilitas propter ea quæ non consistunt antecedentia: vt si non adsit effluxus æternus ab æterna causa vel principio, vel propria passio, & ratio in æterno subiecto. Vigesimussextus, an quæ subsequi deberent consequentia vspiam non appareant. Huc spectat quod si positum in posito, propositum in proposito, frequentat prostibulum, aut ergo leno, aut mœchus, aut medicus. Vigesimusseptimus, an melius est aliter esse vel dici. Vigesimusoctauus, an aliter esse non repugnet. Vigesimus nonus, an adsit vel absit subiecti ad prædicatum, vel prædicati ad subiectum inclinatio. Trigesimus an naturalis huius vel illius appetitus impellat vel repellat. Trigesimusprimus, an ad euidentius nomen vel orationem translatione facta quippiam ad, vel contra propositum delitescat. Huc spectat videre & an nugator idem sibi faciat adesse, vbi vnum ambo significauerint. Trigesimussecundus, an ad connotata respicienti non nihil occurrere possit: qui etenim dicit hominem, & animal, & rationale, & risibile, & nauigatiuum, & Philosophatiuū, & alia mille, dicit. Interdum, item ex connotato inuenire & iudicare facilius est, quam ex proposito. Trigesimustertius, an oppositi vllum sit argumentum, sensus, vel experientia. Trigesimusquartus, an aliud vel aliter, vel oppositum asserenti nulla consequatur absurditas. Trigesimusquintus an cum plurifariam esse intelligi & imaginari possit, eorum nullo modo valeat. Trigesimussextus, an rationes quibus quod dicitur apparet, & demonstratur, diluere sit possibile.

MEMBRUM

(c) 2006 Ministerio de Cultura

MEMBRVM II.

IAMQVE Accidentis margini adiacente atrii parte prætermissa loca ad tres reliquas spectantia partes occurrunt. id enim septum B tribus constans lateribus insinuat. Quorum Primus exigit vt considereturan respectu eorum quæ specie differunt aut genere, hoc quod dicitur genus, vel proprium, vel definitio itidem habeatur. Secundus, an vnius eorum quæ ad idem genus, proprium, & definitionem eandem referuntur non sit genus, vel proprium, vel definitio: male enim nigrum Æthiopis genus, vel proprium, vel ipsius definitionis partem dixerim, cum de Scyris qui sunt eiusdē speciei dici nequeat. Tertius an differentiam vt genus, genusq; vt differentiam, vel proprium vt genus, vel vt proprium ipsum, vel definitionem loco proprii, vel proprium loco definitionis accepit: stultum est enim accidens commune aliorum loco accepisse, puta pro genere, differentia, &c. Quartus, an ostendi possit non genus, non proprium, non definitionem, sed illi simile esse quod ponitur. Sic contiguitatem pro continuitatis & continuitatem pro contiguitatis determinatione vsurpare consueuerunt: quandoquidem hęc mutui esse modum quendam referant: est quippe contiguitas quædam vel quodammodo continuitas, & hæc illa similiter. At vero in quibusdam hæc non retro cōmeare possunt: est etenim temperamentum mixtura quædam, non tamen tēperamentum quoddam est mixtura. Quintus, an quod pro aliquo horum ponitur sit æquiuocum: cancer enim vt de sydere, animali, & morbo dicitur, neq; genus, neq; proprium neq; definibile vnum refert. Sextus, an metaphoricum positum est genus, proprium, definitio: vti tamen iis interdum licet, attamen non sicut Plato qui hominem definiuit inuersam plātam, quod enim poëtis est proprium à philosophis, quorum est abscondita reuelare, non est usurpandum. Licuit igitur Homero mortem definire finem ad quem nati sumus, non autem alio qui secundum rei naturam definire contendit. Septimus, an in omnibus ita se habeat in actione, actu, atq; effectu, quemadmodum in virtute, potentia, atq; facultate. proculdubio itidem in agere & pati, corrumpi & dissolui: sicut enim vicissim est potens videre, ita videns, qui videt, ædificare est agere, ædificatio est actio, Octauus, an subiecti à natura sumatur à casu genus, proprium & definitio: vel subiectum istis natura determinantibus à casu intelligatur affectum. Nonus, an prædicata, vel subiectum, vel hoc & illa sint corruptibilia. Decimus, an hæc non simplicia sint vel simpliciter capiantur, sed iuxta compositionis modum. Vndecimus, an de subiecto quod est in vna Cathegoria capiatur genus, vel proprium, vel definitio ex alia Cathegoria, vt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vt ab eo effectum est qui animam numerum quēdam esse dixit. Duodecimus, an interempto prędicato horum aliquo, speciem remanere non inconueniat. Decimustertius, an species posita aliquid contrarium proprio generi & definitioni suscipiat. Decimusquartus, an quippiam subiecta species communicat quod impossibile est omnino iis quæ sub hoc proprio, genere & definitione militant. Ut enim animam numeri speciem dixisse possumus, vel numeri definitiones & proprietates admittere, si vitam quam anima communicat numerorum nullum cōmunicare valet? Decimusquintus, an in negotiatione suo se habeat modo. Si enim delectabile, quod bonum, quod non bonum non delectabile: sed caue in quibusdā propriis quia si Philosophatiuum quod homo, non ideo quod non Philosophatiuum nō homo, stante quod non homo non est Philosophum. Decimussextus, an in contrario contrariū, seu an contraria contrario. Trasimacho enim apud Platonem iniusticiā bonum consilium affirmanti & iusticiā malum consilium cōtingit asserere. Decimusseptimus, an cum species sit ad aliquid quod per genus & definitionem significatur non est ad aliquid vel ècontra. Sed caue ne pro veritate fallaris, virtus ennim quæ est bonitatis species ad aliquid refertur. Bonum autem & honestū quæ genera sunt ad aliud minimę referuntur. Nec minus cū scientia (quę genus est) ad aliud referatur, Grammatica tamen & Rhethoric. (quæ sunt eius species) non sunt relatiua, sed placet ad Aristotelis imitationem hunc locum (pro Sophistis) cum cæteris adnumerasse. Decimusoctauus, an non ad idem sit species secundum se & secundum assignatum genus, proprium, vel definitionem. Sic enim d. A. vbi duplum (quod est multiplici species) dimidii duplum dicitur: multiplum dimidii multiplum dicitur, cuius causam esse dicimus, quod species non secundū rationem eius generis & proprietatis & definitionis quæ est secundū illud genus, sed secundum rationem propriam refertur: Idem & è conuerso valet vbi scientia refertur ad scibile non quidem iuxta rationem, qua species habitus est, vel genus grammaticæ, sed secundum propriam rationem qua alicuius scientia est. Decimusnonus, an analogice denominatum, & deriuatiue pariter se habeat vt analogice primitiue denominans. Vt enim multiplici, multiplici proprium & definitio duplo communicatur. ita & dimidio submultiplum. Vigesimus, an genus vel proprium vel definitio in eodem subiecto cum specie reperitur, nullum enim horum est quod nisi cum, in, vel de specie verificetur, siquidem non ritè assignauit qui tristitiam genus iræ & tristitiæ rationem & propriū, irę proprium atque rationem dixit, & timorem verecundiæ genus: quandoquidem verecundia est in parte rationali

ira,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ira & timor in irascibili, tristicia in concupiscibili. Vigesimus primus, an non simpliciter, sed conditionaliter & secundum quid aliquod horum affertur de subiecto. Animal enim est sensibile secundum quid, id est, secundum corpus non autem secundum totum, quandoquidem anima non est visibilis vel alia ratione sensibilis. Hic etiam cauendum communiter cum accidentibus, ne quod secundum quid ineſt, simpliciter ineſſe vel esse dicatur, aut è contra. Vigesimus secundus, an quod est secundum potentiam genus, definitio, vel proprium, eius quæ est secundum actum speciei enunciauit : haud enim eum qui potest falsa dogmatizare, sophistam, aut eum qui furtim rapere valet, furem dixerim: sed eum qui dogmatizat & qui furatur. Similiter è contra non bene illa omnia secundum actum de hoc secundum potentiam accepto capientur. Vigesimus tertius, an habitus vel habitum significans definito posita, sit ipsius actus genus: vnde ab eo errore qui dixit regimen conualescentium esse medicinam, cum regimen non sit medicinæ species, sed ipsa medicina. Vigesimus quartus, an actum vel affectum positum est ipsius habitus genus, vel ab actu effectiue habitus ipsius definitio desumpta est, vt ab eo qui dixit febrem actionis esse nocumentum cum tamen actionis est effectus quidam febris. An & potentia ipsius habitus accepta est genus, vel secundum illam est definitus: vt si quis mansuetudinem velit esse iræ continentiam & fortitudinem dicat continentiam timoris & abstinentiã à fuga: nam aliud est fortem mansuetumq; esse, aliud vero continentem. Mansuetus enim est qui ira non capitur, continens qui iram à qua capitur, comprimit: fortis qui iram vincit. Vigesimus quintus, an quod sequitur positum est genus, vel secundum ipsum capta est definitio eius quod antecedit, vel è contra: vt qui dicit iræ genus tristiciam, vel tristiciæ genus iram, vbi ex iram tristitia sequitur, vel interdum iram tristicia pariet. Porro hæc vltima loca iuxta oppositam rationem proprio discutiendo deseruiunt, quandoquidem non ridens sed risibile, non Philosophus sed Philosophatile, est hominis proprium. Neq; item hoc simul natura vel prius est quam species, sed vbiq; specificã consequuntur propria differentiam, & diffinitur, accidens quod immediatè speciem constituram consequitur.

MEMBRVM IIII.

SEPTVM tertium C. duorum laterum complexum admittes, cui per geminas portas ad geminos agrorum ordines patescit aditus, est proprii: vbi loca ipsi definitioniq; communia in ordinem digesta referuntur.

Quorum primus exigit vt an per se, an per accidens, an semper

(c) 2006 Ministério de Cultura

per, an aliquando, an absolutè, an respectiuè, seu comparatiuè, an omni, an alicui, an etiam soli, an solum duntaxat adueniat subjectæ naturæ, consideremus. Secundus, an quod inerat, inest, & inerit, non inesse potuerit, possit aut poterit. Tertius, an definitio vel proprium allatum, speciem subjectam non exæquent, utpotè quam terminos eiusmodi excedere videamus, vel econtra proprium atque definitio plus quam propositam speciem complectantur: quandoquidem horum vtrumque cum subjecto debeant esse conuertibilia. Quartus, an inter id quod est natura, & id quod est semper, minus distinguens male accepit definitionem, vel proprium: vbi videlicet inter id quod secundum esse conuenit, & illud quod est secundum essentiam nihil propemodum interesse credatur. Quintus, an quod verè totius est proprium aut definitio, de parte dicatur & quod verè parti proprium toti tribuatur. Sextus, an proprium quasi definitionem tradidit vel è conuerso definitionem quasi proprium. Septimꝰ, an quod est definitio vel proprium subjecti cum accidente, tanquam subjecti proprium vel definitio enuncietur, vel è contra. Octauus, an aliquid possis idem cum data specie ostendere, cui tale proprium vel definitio non quadret. Nonus, an subjectum sit vnum ex ijs, quę in eadem diuisione ponuntur, quorum nulli possit hæc definitio vel proprium conuenire. Decimus, an tradat quid res sit: oportet enim (dicit Arist.) ut in definitionibus ita & in proprijs primum afferri genus, deinde reliqua adiungi quæ separent. Vndecimus, an sint notiora quæ adducuntur: etenim proprium, descriptio, atque definitio innotescendi subjecti causa quæruntur, à quo quidem scopo aberrare contingit si ratio desumptorum terminorum adhuc explanatione indigeat, vel 1. quia æquè vel magis difficile sit de illis definire propter rei naturam, vel 2. propter latentem æquiuocationem siue subjecti siue eorum quæ de subjecto dicuntur. vel 3 propter metaphoram seu translatiuam significationem, vel 4. ob minus consuetam verbi significationem, vel 5. quia contrarium per contrarium declarare contendat, vel omnino oppositum per oppositum quorum eandem prorsus contingit esse disciplinam, vel 6. quia cuius sit proprium vel definitio non est manifestum nisi eo more quo mali pictores quod ægrè per imaginem repręsentant, titulo coguntur indicare, vel 7. quia quod est determinatum per id quod est indeterminatum vel minus determinatum aperire nititur, vel 8. quia quod ęqualiter determinatione indiget, utpotè quod in eadem diuisione collocatur, vel 9. quia neque per id quod ordine naturæ, neque per id quod ordine nostrę cognitionis probetur antecedat, vel 10. quia quāuis notius sit atque magis in promptu proprium vel definitio, non tamen

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quod definitio eique quod talis proprietatis eſt ſubjectum quadrent, eſt identidem manifeſtum, vel 11. quia eo vtitur quis eodem cuius eſt proprium vel definitio, vbi videlicet idem capiatur ut notum & ignotum, ut innoteſcens & innoteſcendum: ut ſi quiſpiam dixerit ſubſtantiã cuius ſpecies eſt homo, tanquam animalis proprium vel definitionem, vel 12. quia quo vtitur neque natura, neque cognitione præcedit, cuius quoque ſenſus alterius declarandi ſenſu concomitatur, & cuius ignorantiæ poſito alterius ignorantiæ poſitionem conſequitur: ut qui Doctrinam circumſcribit dicens eam eſſe cui ignorantia maximopere opponitur. Duodecimus an ſuperfluitatem allata definitio vel proprium admittant, quod erit, Aut 1. quia differentiam adnectat generi talem, qualis vim non habet ut ab aliquo ſecernat vel 2. quia quamuis ſit proprium atque contrahens ſubjectum in proprios fines illud quod adijcitur, eo tamen detracto nihilo minus eſſentia vel proprietas declarata reſtat, vel 3. quia aliqua deſcriptionis definitioniſue pars non de vniuerſis, quę ſub definito continentur verificatur, Aut 4. quia vniuerſali particulare illius ſubnectitur, aut 5 quia idem ſub alio nomine per idem ſynonimè notatur, aut 6. quia nugatoriè eiuſdem fiat dictionis repetitio. Tertiodecimò, an manca ſit vel diminuta definitionis proprietatiſue allatio, quod erit, vel 1. quia ex poſitis terminis ab alienis quoque ad ſuos non eſt adacta fines ſubjecta ſpecies, quia videlicet non de ſola dicitur, quod eſt expreſſum: hinc enim differentia intelligitur prætermiſſa. Vel 2. quia cum vel per ſe vel ratione generis ad aliquid referatur, correlatiuum tamen illius non indicatur. Vel 3 quod cum ſit ad finem non per finem aperitur, ſed vel ſubiicetur, vel illius loco quod eſt ipſius vel ad ipſum via ſubſtituitur.

AGER ACCIDENTIS.

MEMBRUM I.

IAM ex atrio per portam ſepti in agrum accidentis prodeunti occurrit ad dextram primò earum rationum numerus, quibus aliquid accidens eſſe iudicatur. Primò videlicet quia neque genus neque ſpecies, neque proprium, neque differentia & de aliquo tamen prędicatur. Secundò quia à ſubſtantia ſeparabile & tamen ſine ſubſtantia nequit eſſe, per illam etenim retinentem conſiſtit, cui nulla ſubſiſtendi ratio poteſt conuenire. Tertiò quia in ſubſtantia cum ſit ipſa, tamen eſt tempore poſteriùs

(c) 2006 Ministerio de Cultura

riús. Quartò quia aliud à ſua ipſius natura ſubjectum habet. Quintò quia cum eſſe nouum habeat, non tamen idcò generari creatiue dicitur, ſed congenerari: congenitumque haud quidem eſſe vel exiſtere, ſed meſſe dicitur & conſiſtere. Sextò quia eſt in ſubſtantia non ut pars in toto. Septimò quia cum ſit ut alicubi, non tamen eſt ut in loco locatum. Octauò quia eſt in alio à ſubſtantia prædicamento tanquam ſpecies ſubordinatumue genus. Nono quia ad nullam ſubſtantię ſpeciem pertinet Decimo quia ſuſcipit magis atque minus. Vndecimò quia illi eſt aliquid contrarium. Duodecimò quia genus quod de ipſo quiditatiuè dicitur eſt accidens. Decimotertiò quia de quibus ipſum quiditatiuè dicitur accidentia ſunt. Decimoquartò quia de ipſo ſubſtantia denominatiuè dicitur tantum Decimoquintò quia ipſum de ſubſtantia denominatiuè prędicatur. Decimoſextò quia prædicatur in quale & dicitur non ut eſſentia neque ut eſſentiale. Decimooctauò quia eſt quo aliquid accidentaliter afficitur. Decimononò ſequitur ſubjectum ut in quo, non ut ex quo. Vigeſimò quia eius partes non ſunt ſubſtantia. Vigeſimoprimò quia alicuius reſpectu eſt accidens, tale enim non poteſt eſſe ſubſtantia, quod namque verè eſt, nulli accidit. Vigeſimoſecundò quia non mutatur de ſubjecto in ſubjectum, neque de loco in locum, cumque non eſt amplius vbi erat, iam euanuit: quoniam idem numero non poteſt eſſe ſine eo in quo eſt, neque etenim ſui eſt iuris. Vigeſimotertiò quia non accedit ad ſubjectum neque à ſubjecto migrat, ſed ex ipſo reſultat & in ipſo deperire neceſſe eſt. Vigeſimoquartò quia ſenſu tantum imaginatioque attingitur, & ſupra ſenſum & imaginationem non exiſtit. Vigeſimoquintò non materia, non forma, non compoſitum, non de hoc prædicabile, neque ſeparata ſubſtantia. Vigeſimoſextò quia non eſt ipſum ſubjectum alicuius ſed potius alicui ſubjecto mancipatum. Vigeſimoſeptimò, quia alicuius diſpoſitio, vel habitus vel figura, vel à complexione reſultans.

MEMBRUM II.

ADagri verò ſiniſtram deſcriptas intueri licet rationes, quibus accidentale quippiam habeatur. Tale autem conuincitur. Primò ſi condiſtinctum non eſt eſſentiale. Secundò ſi eſſentiali ſecundum quod eſſe tale eſt, opponitur. Tertiò ſi ei quod eſt per ſe contrariatur. Quartò ſi naturali opponitur. Quintò ſi violentum. Sextò ſi ab extrinſeco. Septimò ſi non ab ordinato. Octauò ſi non per ſe primo aut ſecundo modo. Nonò ſi ſeparabile eſt ab eo quod ipſum ſuſcipit ſine eius rationis deſtructione. Decimò ſi non habet terminatam determinatamue

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cauſam. Vndecimò ſi non enti propinquum quia non ſemper, non frequenter, ſed rarò. Duodecimò ſi non fatali ordine neque certo ſed caſu vel fortuna. Decimotertiò ſi quod ab eo per ſe & ſecundum ipſum cauſatum dicitur accidentale eſt. Decimoquartò ſi à quo ipſum cauſatum dicitur non eſt per ſe cauſa. Decimoquintò ſi non forma non eſſentia, ſed mobilis diſpoſitio eſt. Decimoſextò ſi nihil eſt cui neceſſarium ad formalem conſtitutionem habeatur Decimoſeptimò ſi vb que contingẽs Decimooctauo ſi ad vtrumlibet poſſibile. Decimonono ſi abſque hoc omnia ſecundum eſſentiam & eſſe integra ſunt & vera Vigeſimo ſi cum habeat eſſe vel eſſentiam, non eſt eſſentiale, quid enim eſſentiale poterit eſſe eſſentiæ? Vigeſimoprimò ſi ſecundum ipſum non definitur ſed deſcribitur aliquid, nullius enim eſſentialem ſubingreditur definitionem. Vigeſimoſecundo ſi non dicitur de genere ſecundum quod genus eſt neque de ſpecie ſecundum quod eſt ſpecies. Vigeſimotertio ſi quod eſſe dicitur non eſt verè ſed apparenter. Vigeſimoquarto ſi nihil eſt cui ſemper atque ſoli, vel ſolum conuenit (quod enim ſemper calet, per ſe calet) Vigeſimoquinto ſi aliquando cum ſit, non eſt certum tempus, & ſi cum alicubi ſit, non eſt certus locus, aut ſubjectum in quo tunc natum ſit eſſe. Vigeſimoſexto ſi quædã, non certa occaſione. Vigeſimoſeptimo ſi quodam reſpectu non ſimpliciter. Vigeſimooctauo ſi oppoſitum non eſt impoſſibile. Vigeſimonono ſi vtrumque oppoſitum ſumitur cum alterutro ſibi oppoſito contrarioque ſubjecto, vel prædicato. Trigeſimò ſi capiantur de vno ſubjecto ambo contraria. Trigeſimoprimo ſi de duobus contrarijs ſubjectis prędicatur. Trigeſimoſecundo ſi coniugata ſunt accidentalia: ſed caue hic. Trigeſimotertio ſi ſimilia ſimiliter ſe habeant & proportionalia proportionaliter. Trigeſimoquarto ſi non eſt vnius rei vnum, conſiderato quod vnius rei vna eſt ſubſtantia, eſſentia, eſſentialeque vnum. Trigeſimoquinto ſi antecedit ur ab aliquo cui tribuatur: ſi videlicet conſequitur eſſe alterius tanquam ſubjecti. Trigeſimoſexto ſi aduenit rei iam exiſtenti in actu. Trigeſimo ſeptimo ſi accedẽs non conſtituit ſpeciem. Trigeſimooctauo ſi recedens illam non tollit neque variat. Trigeſimonono ſi non eſt ens ſimpliciter ſed per comparationem. Quadrageſimo ſi accidens non facit hoc, ſe huiuſmodi magis vel minus magis enim atque minus non variant ſpeciem. Quadrageſimoprimo, ſi alio eſt accidẽs tale huic non poterit eſſentiale eſſe. Quadrageſimoſecundo ſi ablato ipſo ſubſtantia neque tollitur neque diminuitur, & per eius acceſſum non ponitur noua, neque antiqua ſubſtantia adaugetur. Quadrageſimotertio ſi ad nullum modorum quibus ſubſtantiæ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſtantia dicitur, referatur Quadrageſimoquarto ſi eius definitio vel ipſum non vnam ſignificat intentionem.

AGER GENERIS.

MEMBRUM I.

MOx ex atrio per proprij ſepti portam ad agrum generis egredienti ad dexteram quidem eæ rationes occurrũt, quibus an verè iuxta logicum ſenſum ſit genus quod ponitur examinare poſſis. Harum prima requirit ut conſideretur. An non in quid ſed in quale dicatur, quis enim album genus niuis dixerit, quia de ipſa, calce, lana, & lacte prędicatur, per quam de omnibus qualia ſint non quid ſint poſſumus enunciare. Greſſibile item cum ſit animal qualificatum, non eſt genus Secunda an non vniuoce ſed denominatiuè : non enim albedo dicitur nix, ſed alba. Tertia an de æqualibus genus dicitur atq; ſpecies: quomodo enim ens, vnum, aliquid, bonum, & ſimilia poterunt ſibi mutuò eſſe genus. Quarta an ſpecies de plurib⁹ aſſeritur quam genus, quis enim credibile genus eſſe veri dixerit? Huc etiam videre conuenit, an cum ſpecie tollatur genus : oportet enim cum genere tolli ſpeciem non è contra. Quinta an ſpeciem differentiæ genus quis exiſtimat: ut ſi quis dicat riſibile, vel rationale mortale genus hominis. Sexta an ſpeciem vel aliquod extra genus differentię genus proferant, ut qui aiunt immortale eſſe quod eſt Deus vel diuinum Septima an differẽtia tanquam genus prolata eſt, ut ſi numerus dicatur eſſe quod eſt par vel impar. Octaua an ſola ſub vno genere ſpecies deliteſcat, immò an ſola ſpecies eſt quod genus dicitur. Genus enim de pluribus dicitur ſpeciebus. Huc pertinet error accipiẽtis lineam tanquam longitudinis genus, cum extra præterque lineam non contingat longitudinem conſiſtere, nec eſſe. Nona an aliquid generi contrarium ſit, ſpeciei verò quæ de ipſo dicitur nihil. Decima an generi aliqua ſpecies eſt contraria? non enim generi ſed in genere debent eſſe contrariæ ſpecies. Vndecima an aliquid eſt ſpeciei contrarium, quod in hoc eodem genere non conſiſtit. Duodecima an quod poſitæ ſpeciei contrarium dicitur in nullo eſt genere, immo vel fortè & ipſum genus eſt, ſicut videre licet in bono & malo, quę non vnius ſunt generis ſpecies, ſed contraria genera. Decimatertia an quod ponitur genus ſuſcipit rationem ſpeciei? ſpecies enim ſuſcipit rationem generis, non è contra. Decimaquarta an res per genus denominatæ per aliquam differentiam non differant : Sic enim quod eſt propoſitum nullius rei poteſt eſſe genus: cum etenim alba ſpecies non differant

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inter ſe,album non poterit eorum eſſe genus. Decimaquinta an quod eſt omnia conſequens, pro genere vel differentia capitur: ens enim & vnum non ſunt decem prædicamentorum genera neque conſequenter eorum quæ in illis continentur. Decimaſexta an quod æquè conſequitur omnia, alterius coæqualis poſitum eſt genus. Vnum enim non dicitur de ente, neque ens de vno:Similiter & alia tranſcendentia non poſſunt mutuò ſibi genera eſſe atque ſpecies: quandoquidem horum vnum non prædicatur de pluribus quam ſingula,omniaque alia. Decimaſeptima, an quod aſſignatur pro genere non de ſubjecta ſpecie dicitur,ſed potius in ſubjecta eſt ſpecie: nunquam enim accidentia ſubſtantiarum poſſunt eſſe genera: album etenim de niue dicitur non propriè ut de qua ſed ut in qua. Decimaoctaua an ſecũdum comparationis gradus verificetur genus: ad ſpecies enim non refertur niſi æqualiter. Decimanona an ex eo quod ipſum ſuſcipit magis & minus,ſpecies verò non,inferre licear politum eſſe non genus: ſicut erraſſe dicitur qui definiuit dubitationem æqualitatem contrariarum cogitationum: cum tamen intendatur remittaturque dubitatio, non autem æqualitas. Vigeſima an non ſubſtantiuè eſſentialiterque dicitur ſed adiectiuè. Vigeſimaprima an eorum quę ſecundum analogiam quandam dicuntur credatur eſſe genus: cum enim ens ſecundum diuerſam rationem dicatur de ſubſtantia, incorporea & accidente & horum intentionibus quæ non entia ſunt,ſed entium:nulla horum omnium poterit eſſe genus ratione. Vigeſimaſecunda an reſpectu eorum quæ ſpecie non differunt genus habeatur:ut ſi inſecabile linearum dicatur eſſe genus cum idem de inſecabilibus dici nequeat. Vigeſimatertia an ſub mala generis definitione generis iudicium militare contingat Pirroniani enim definiunt genus communitatem,quæ permeat in ſingularibus: ut homo eſt qui permeat ſingulos homines, ſpecies verò dicunt in vnoquoque proprietates,ut Theonis, Dionis, Philonis. Sed locus iſte poteſt eſſe communis omnibus problematibus. ſic etenim & ex mala deſcripeionis,definitionis, & accidentis definitione,iudicia de ipſis falli contingit & fallere.

MEMBRVM II.

AD agri verò læuam aliæ tibi ſeſe offerunt rationes, quibus inquirere licet an verè iuxta naturalem ſenſum ſubiectæ ſpeciei propoſitum genus aſſignetur. Harum prima examinare docet, an quod ponitur genus ſit ſpecici particeps:ſpecies enim generum non genera ſpecierum debent eſſe participia. Secunda an de aliquo verè dicatur ſpecies de quo non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non dicitur genus. Quis enim ſcibile aut ens, opinabilis dixerit eſſe genus, cum non entia, & quę falſa ſunt opinabilia nihilominus eſſe conſtet? Tertia an aliud eſt aſſignatæ ſpeciei genꝰ quod neque continet illud neque continetur ab illo: quis enim probet ſcientiam iuſticiæ, vel iuſtitiam ſcientiæ genus, eſſe. Quarta an quamuis ſub eodem generaliſſimo contineantur, condiſtinctorum tamen generum ſunt ſpecies, ut ſcientia & iuſticia quæ in genere habitus ſeu diſpoſitionis ſunt qualitatis ſpecies: quorum tamen alterum intellectus, alterum verò voluntatis eſt habitus iuxtà duos diuiſi generis contradiſtinctos ramos. Quinta an ſub duobus generibus, quę mutuò non ſubalternantur vel etiam ad eundem non reducuntur ſubalternationis ordinem appareat. Sexta an extrema poſiti medij ſint, in alio genere. Septima an medium poſiti extremi vel extremorum in alio contineatur genere vel ſit aliud genus. Octaua an ex eo quod genus eſt alicui contrarium, ſpecies vero nulli contrariatur, aut è conuerſo, poſſis aliquid inferre vel pro veritate vel pro tentatiua. Porro pro vero cauendum eſt in iis quorum contrarium eſt innominatum. ſanitati nāque apertè contraria eſt ęgritudo, cum tamē non minus febri & ophtalmiæ ſit aliquid contrarium, ſed quia innominatum hoc eſt, ideò neque eſſe aliquis exiſtimabit. Ad generalium ergo intentionum dictiones eſt confugiendum, quales ſunt incommenſuratio quædam, intemperies quædam, quædam indiſpoſitio. Nona an quod in eodem eſt ſubjecto, vel circa ſubjectum idem, tanquam ſit circa genus idem capiatur: parum namque, nimium, atque mediocre circa eandem contingunt eſſe ſubjectam materiam, vltimi tamen genus eſt bonum, reliquorum verò malum. Decima an genus earum quę connumerantur ſpecierum non ſit idem. Vndecima an aliquod huic generi ſuperiorum de aſſignata non prædicetur ſpecie, quandoquidem de quo inferiora prædicantur, & ſuperiora in eadem coordinationis ſcala prædicari neceſſe eſt. Duodecima an nulla differentiarum in quas diſpeſcitur genus depoſita prædicatur ſpecie, quomodo enim de anima numerus prędicabitur cum neque parem hanc poſſis dicere neque imparem? Decimatertia an ſpecies alicuius generis contrarij particeps inueniatur, quomodo enim illud huius poterit eſſe genus? Decimaquarta an quod in genere ſpeciei opponitur eſt priuatio & forma: in nullo enim eodem genere hæc eſſe poſſunt. Si quippè viſus eſt ſenſus, cęcitatem neceſſe eſt eſſe inſenſibilitatem. Decimaquinta an male diſtinxit quod eſt circa aliquid vel in aliquo ęquè ac ſi eiuſdem ſpecies ſit habendum vel genus: ita enim memoria eſt circa ſcientiam & cum ſcientia,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſicut & hæc circa illam & cum illa, quocirca incongruè quiſpiam retentionem ſeu contin&etiam,ſiue menſionem ſcientiæ putauerit eſſe genus memorię. Decimaſexta an non habitum habitus,potentiam potentiæ,actum actus genus poſuit:ſed vel habitum potentiæ,vel actum habitus,vel horum aliud alius. Decimaſeptima an item affectum affectionis , vel affectio affecti eſt poſitum genus : ſicut ab eo qui immortalitatem (quæ vitæ æternæ eſt accidens,ſiuè paſſio)appellauit vitam ſempiternam, Decimaoctaua an paſſionis genus patiens , vel patientis genus paſſionem:ut ventum d.aërem motum , ventum aëris motum dicere debuiſſet;ſiuè enim moueatur , ſiue quieſcat aër nihilominus erit: ideò ſi ventus eſſet aër , eſſet etiam illo quieſcente ventus. Semper enim genus prędicatur de ſpecie quiditatiuè: ut etenim dicere poſſumus homo eſt animal rationale , ita & perpetuò dicere poſſumus, homo eſt animal. Atqui ſi ventum aërem motum dicere lubeat,ſit ibi aër,non ut genus, ſed ut cui genus attribuitur,quemadmodum & niuem dicere aquam cõcretam,lutum terram aqua agglutinatam ; non tamen ideò lutum eſt terra,neque nix eſt aqua,neque vinum, ut dixit Empedocles,eſt aqua in ligno putrefacta: quia non eſt genus quod de ſpecie non dicitur abſolutè etiam.Iam ergo ſi non eſt verum dicere vinum eſt aqua , neque verum eſſe poteſt , vinum eſt aqua putrefacta.Decimanona,an vbi cum ſpeciei tum generi eſt contrarium , melior ſpecies in genere deteriori coliocatur. Hunc locum Themiſtius,aſſerit eſſe Rhetoricorum , quia vermis & muſca vilior eſt imagine Lunę ærea:ſed obſtat Auerroes d.nullum inanimatum animato præſtare niſi ſecundum poſitionem duntaxat. Sed vterque (licet implicitè bene ſentiant) expreſſe errat non ad intentionem contradicens,at nos hic loca iudicare non autem res intentionesque definire inſtituimus, Vigeſima, an cum idem vna habitudine duobus adtribui contingat quorum alterum altero melius eſt , in deteriori tamen collocatur: ut cum anima ad motum pariter ſe habeat atq; quietem(quam quia permanentia quędam eſt , pręſtare fatendum) in genere motus eam collocans errauit. Vigeſimaprima,an quod ponitur genus eſt materia alterum de quo dicitur eſt ſpecies in materia , vel è contra id quod eſt materia , & id quod eſt ſpecies ſiue forma. Materia enim & forma ſeorſum genera ſunt minimeq; alterum alterius poteſt eſſe ſpecies. Ad hæc materia phyſicè capta non poteſt eſſe genus: quænam enim differentia poteſt eſſe materiæ,ſi omnis differentia actus & qualitas eſt quædã? à materia tamẽ eſt aliquid quorũdã,certũq; genus,putà materialiũ; cum hoc tamẽ materia nec gen⁹ neq; certa cõpletaque ſpecies eſſe poteſt. Vigeſimaſecunda,an corporei incorporeiq; gen⁹ idẽ eſtal-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt allatum, ſimiliter æterni & corruptibilis, realis & intentionalis, phyſici & meraphyſici, mathematici & naturalis, eius quod ſub more & eius quod eſt ſub contemplatione poſitum, vel aliorum ſimiliter differentum, ſeu (vt proprius dicam) diuerſorum, quæ nunc quidem genere, nunc vero pluſquam genere differentia dixit Ariſtot. Vigeſimatertia, an elementa corporum vti corporum genera ſunt adducta, ita enim elementa corporum non ſunt corpus, ſicut nunquam elementa magnitudinis ſunt magnitudo, elementa numeri non ſunt numerus, elementa orationis non ſunt oratio. Vigeſimaquarta, an partem quiſpiam poſuit genus totius: male enim corpus animalis genus dicitur: quinimo neque corpus animatum prout ab animante quid diſtinctum proprie ſignificat. Vigeſimaquinta, an locum aut tempus aut aliud huiuſmodi eorum quæ in loco & tempore ſunt genera ſunt accepta, vel è contra, id quod eſt in quo acceptum eſt ſpecies eius quod eſt in. Huc ſpectat conſiderare quod uniuerſaliter ipſum quod ſui iuris eſt & ſuſceptaculũ & id quod eſt alterius & in alio non poſſunt mutuo genus eſſe atq; ſpecies, locus enim, pater, ſcientia, ſecundum id quod ſignificant alicuius ſunt, ignis vero, lignum, aqua & ſimilia per id quod primo ſignificant, magis aliquid ſunt, Vigeſimaſexta, an ſpecies ex ſua natura ad plura genera pertinens in vno intelligatur velut incluſa: haud enim latro vel fraudulentus eſt qui eligit & non poteſt rapere vel fallere: neq; qui poteſt & nõ eligit, ſed qui poteſt & agit. Hunc locum falſum dicit Themeſtius, Auerroës autem conſideratione indigere iudicat, nobis autem ſufficit indicare, quia (vt diximus) generalem tum pro ſcientificis tum probabilibus argumentationibus inuentionem inſtituiſſe volumus: & ideo plura quæ non poſſunt eſſe certa principia (quia ab Ariſtotele ſunt allata) non prætermittimus. Vigeſimaſeptima, an definitio generis propoſitæ ſpeciei aptetur: vbi diligentius eſt inſpiciendum. Vigeſimaoctaua, an ex defectu conſiderationis vel ex ignorantia vel peruerſa opinione & definiendi ratione, ſpecies cum genere ſynonymum eſſe cenſeatur, vt qui idem lationem dixit & murationem ſecundum locum: ſi quædam citra loci mutationem deferantur, vt quæ circa fixum centrum circumeunt. Vigeſimanona, an quæ ſub poſito genere numerantur accidentaliter, tantum differre poſſis oſtendere, vtpote forma, figura, complexione, ſecundum magis & minus, melius & deterius eiuſdem qualitatis participatione. Trigeſima, an ab vna generis ſpecie in alium tranſitum nõ eſſe generationem, vel corruptionem, ſed alterationem poſſis convincere vel perſuadere: ſic pythagorici & alii multi profundioris philoſophiæ animatorũ omnium alia ab alia ſolis or-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ganorũ figurarum temperamentorũq; adiacẽtis distinguentes animam vt ſpeciem vnam non autem vt genus vnum accipiũt. Trigeſimaprima, an vel eadem in omnibus verificare poſſis aliqua ratione accidentia, operationes, actus atq; potentias, ſecundum aliquam tamen analogiam, proportionem, vel graduationem: ita enim in quibuſdam actus animæ iidem non ſunt ſenſibiles, & expliciti propter materiæ craſſitatem & hebetudinem, quemadmodum & in aliis propter molis exiguitatem, membra, quæ certe, habentur diſtincte non valebis accipere vel intueri iuxta illud Epicurei poëtę:

Primum animalia ſunt iam partim tantula, eorum
Tertia pars nulla vt poſſit ratione videri:
Horum ineſt vnum quoduis quale eſſe putandum eſt?
Quid cordis globus aut oculi? quid membra, quid artus?
Quantula ſunt? quid praterea primordia quæque
Vnde anima, atque animi conſtet natura neceſſe eſt.
Nonne vides quam ſunt ſubtilia, quamque minuta?

AGER PROPRII,

MEMBRUM I.

APROPRII præterea ſepto ad agrum eiuſdem exeunti paucula occurrunt loca: quorum Primus exigit vt conſideretur, an minime diſtinctum ſit quod ineſt alicui per ſe ab eo quod ineſt alicui per aliud atq; ſecundario. Cum enim ſuperficiei proprium ſit eſſe coloratum atq; corporis: fallitur quiſpiam non conſiderans quemadmodũ ſuperficiei vere, proprie primarieq;, corpori vero per ipſam appropriatur Secundus an ſubiectum quaſi proprium traditũ eſt eius, quod in ſubiecto eſt: vt qui ignem eſſe dixit proprium corporis elementorũ ſubtiliſſimi. An quod ineſt per participationem traditum eſt, vt proprium vt ab eo qui dixit hominis proprium eſt eſſe pedeſtre bipes, tale enim quia ad rei quidditatem pertinet & eſt differẽtia quædam quæ de ſpecie prędicatur, proprii rationem non admittit: nuſquam enim genus vel differentia cuius res eſt particeps, eſſe poteſt ſubiectæ ſpeciei proprium. Quartus, an rei iam perfectæ, & in actu integro conſtitutæ aduenit: proprium enim licet ſit formæ ſubſtantialis naturaliter immediateque conſequutiuum, actus tamen differentiæ ſubſtantialis & proprietatis ſimul tempore, immo ſecundum eiuſdem formalis eſſe rationem de ſubiecto verificantur: licet ad ordinem quendam reſpicientes ſciamus alterum ab altero dependentiam habere hinc inde quiſpiam philoſophari vel nauigare vel ridere dixerit homini proprium: ſed bene philoſophatile, nauigatile, riſiuum, ſeu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſeu riſibile. Quintus,an cum defectu proprium aſſignatur ob omiſſam proprietatis conditionem, vbi videlicet quod nũc, ſicq; propriũ eſt ſimpliciter & abſq; modificatione propriũ expreſſit. ſedere enim in cathedra non poteſt eſſe Socratis propriũ, ſed in certo loco definitoque tempore. Sextus,an tale ſit proprium quale non aliter quam ſenſu cognoſcatur: ſi quidem incertũ ſit omne ſenſibile vbi extra ſenſum fuerit conſtitutum, abſens enim ignorabitur an adhuc inſit. Mitto ea in quibus neceſſaria quidem conſequutione rem veluti præſentem liceat exiſtimare. Male igitur ſolis proprium dicitur eſſe aſtrum ſplendidiſſimum eorum quæ ſuper terram deferuntur: cur enim ſenſui notiſſimum eſt adhuhirum vtpote quod ſupra terram deferatur: quandoquidẽ vbi occiderit, an & ſupra terrã deferatur, ſenſus non cognoſcit? Septimus an plura attulerit agglobaritque propria, vt quid Ignis proprium eſſe inter elementa tenuiſſimum atque leuiſſimum: Vt enim definientem præter ſermonem quod eſſentiam declarat, aliquid amplius addere non decet, ita & ex propriis præter vnum ſelectiſſimumque non eſt vtile apponere alterum igitur illorum ſufficere poterit cum nõ minus vnum de ſola ſpecie dicatur quam vtrumque. Octauus, an quod natura ineſt, non tanquam natura inditum eſt appoſitum: peccat enim dicens hominis proprium habere duos pedes & quinq; digitos non addens hanc dictionem NATURA, ſiquidem per accidens aliter eſſe poteſt, & hic locus quinto affinis eſt. Nonus, an ita effectum eſt vt aliquid ſui ipſius proprium ſit prolatum, vt qui dixit decorum eſſe honeſti propriũ: vbi inter decorum & honeſtum nullam poſſimus efferre differentiam. Decimus, an ſicut relatiuo correlatiuum acceptum eſt proprium: ita altero relato alterum: ex hoc enim quod exuperans non eſt dupli proprium, ſcimus exuperari non eſſe proprium dimidii. Vndecimus, an ſicuti quod dicitur ſecundũ habitum, eſt habitus proprium, ita priuationis propiium eſt quod dicitur ſecundum priuationem: Si enim ſurditatis proprium non eſt vacuitas ſenſus, neque ſenſus compotem eſſe, erit auditus proprium. Duodecimus, an in ſimiliter ſe habentibus ita ſe habeat: cum enim ita ſit affectus medicus ad faciendam ſanitatem, ſicut ædificator ad faciendam domum, ſi huius non eſt proprium hoc facere, neque illius alterius illud agere proprium eſt. Neque alius eſt proportionaliter ſe habentium locus eſt, ſi enim non alia ratio eſt inter A. & B. quam A. & C. & A. nõ eſt proprium ipſius B. neq; certe erit ipſius C. proprium. Cæterum ſi A. proprium eſt ipſius B. non propterea proprium erit & ipſius C. quandoquidem idem multarum rerum non poteſt eſſe propriũ. Decimustertius, an quod eſſe dicitur nõ eſt proprium

eius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cius quod esse dicit: ita enim neq; corrumpi erit eius proprium quod corrumpitur, neq; fieri eius quod fit Vt etenim hominis proprium non est esse animal: ita nec ipsi hominem fieri erit proprium ipsum fieri animal, simile de nasci, viuere, interire, & id genus aliis est iudicium. Decimusquartus, an ex idea proprietas est delata ad subiectam speciem: non enim quiescere proprium est hominis, si eidem non qua homo sed qua idea cõueniat. Sed hic locus additus est ab Aristotele propter occasionem carpendi, potius quam propter vsum aliquem quo valeat. Decimusquintus, an potestate proprium ad id quod non est accommodatur: Si enim non sit animal respiratiuum: nihilo tamen minus aër erit: quocirca respiratiuum esse non erit aëris proprium, vltra, non omnem aërem respiratiuum esse constat. Decimussextus, an superlatiue proprium est dictum, vbi re corrupta nihilominus, manebit nomen alteri conueniens: Si enim proprium ignis statuatur esse leuissimum: si fiat aut fingatur ignem non esse amplius, leuissimum corpus remanebit aër: quare inconuenienter assignatum est proprium. Omnes hi loci ad logice concludendum deseruiunt, & quidam ex iis sunt nisi satis probabiles.

ANGULUS DESCRIPTIONIS.

MEMBRUM II.

EX hoc ipso igitur proximeq; præcedenti septo, descriptionis rationes, conditionesq; desumere licet, ex eo enim descriprio ab exacta definitione differt: quod hæc essentiali differentia à cæteris omnibus sub posito genere subiectam speciem disterminat, illud vero accidente proprie proprio, quod conuenit omni, soli, atq; semper ei de quo verificatur. Vbi vero accidens est quidem proprium sed non toti conuenit speciei vt Astrologatile homini, leuior erit hominis descriptio: leuissima vero si ex iis quæ non perpetuo (quamuis soli) conueniunt. Præter hæc vero vbi alius generis accidentibus contractum genus de specie prędicari contigerit, nulla prorsus artificiosa poterit esse descriptio. Est autem & locus communis cum descriptione; definitioni, quod si cui contra totam descriptionem definitionemque argumenta non suppetant, quia ipsum ita non est apertum: contra partem notamquæ recte tradita nõ videatur, est agendum: manifestum est enim quod hac euersa, totum non subsistat.

AGER

(c) 2006 Ministerio de Cultura

AGER DEFINITIONIS.

MEMBRUM I.

IN agro definitionis prima ſedes exigit vt videatur an indefinitum, indeterminatum, infinitumq; pro genere ſit appoſitum: ibi namq; re vera ſine genere allatam poſſumus aſſerere definitionem, ſi tamen eiuſmodi dictionem ita licet appellare: tale eſt ut ſi quis corpus definire volens dicat eſſe id quod habet tres dimenſiones. Omittens genus (ait Ariſtoteles) non dicit quid ſit, quia cuiuſq; rei eſſentia eſt cum genere coniuncta. Secunda, ſi definitū nō ad omnia ad quę ſpectat aptatū fuerit. Vt qui grāmaticam artem congrue loquēdi definiunt, quandoquidem recteq; ſcribendi debuiſſent addere. Si quip alterum horum ad rectam grammatices definitionem ſufficeret: pluresve iuſdem rei poſſent eſſe definitiones, quod inconuenit. Certia ſi complere exiſtimans velut omnibus adaptando, aliquid quod minime neceſſarium eſt adcopulet, vt ſi quis medicinam definiat artem cognoſcendarum morbi ſanitatisq; cauſarum: cum æque horum alterum accipere poſſit, quia idem important ambo quod vnum, nec minus idem vnum, quod alterum. Vnde nunc iſtum nunc illum accipiendo terminum, non eſt duas vel diuerſas quoquo pacto adducere definitiones ſed eandem prorſus. Quarta, ſi ei quod per ſe adeſt definitio, apponitur id ipſum quod per accidens & oblique, vt ſi quis medicinam definiat ſcientiam inducendæ ſanitatis atq; morbi: horum enim alterum licet tam vere non tamen ex directo conuenit. Quinta, ſi eſt explicatoria, ſufficit enim quod magis explicat. Sexta, ſi nō proximum genus adduxit: hoc enim allato omnia intelliguntur allata ſuperiora, non autem illis allatis omnibus, hoc ſolum. ideo vel proximum eſt apponendum genus, vel ſi lubeat remotius adduxiſſe, ſit tamen ita vt differentiæ omnes quibus proximum genus determinatur adferantur. Septima, an duobus allatis quaſi compoſitis, cōtingat vt definitum neutri attribuatur vt ſi iuſticiam definiens dicat, hanc eſſe temperantiam & fortitudinem: duobus enim prolatis in medium, quorum vterque è duobus alterum duntaxat habeat: euenit vt ambo ſimul accepti ſint iuſti, ſingulivero non: quemadmodum accidit duos habere minam, quorum tamen neuter minam habere dici poſſit. Mitto quod cum ſit fortis quis, & temperans, fieri tamē poteſt, vt ſi ambitioſus, vnde idē iuſtus erit & iniuſtus. Octaua, an vbi partes attulerit, putet quiſpiam ſe definiſſe totum, cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

perſpicuum

perſpicuum ſit nihil prohibere quominus partibus exiſtentibus totum non exiſtat: non enim panno & tela exiſtentibus, eſt indumentum. Nona, an à proxime dicto cauenti cum dicat rem definitam non eſſe hæc, ſed quod ex iſtis conſtat, obſiſtat vel quod non eſt natura comparatum vt vnum fiat ex iis quæ dicta ſunt. Vel 2. quod non in vna re pruna inſint. Vel 3. quod ſimul cũ toto partes non intereant. Vel 4. quod totũ bonũ eſt aut malum, partes vero neutrum. Vel 5 quod totum eſt cum altera parte ſynonimũ. Vel 6. quod modus compoſitionis non explicatur, quia non omni quo lapides & ligna componantur modo ſequitur domus eſſe. Vel 6. quod diſtinguit hoc eſſe hoc & illud, ab eo quod eſt hoc eſſe hoc ex illis: panis enim eſt ex farina & aqua, ſed non eſt farina & aqua. Vel 7. quod inſpectis modis quibus alterum cum altero dicitur, nullo modo hoc eſſe conſtet, vt hoc cum illo faciat iſtud. Accidit enim male definitam eſſe fortitudinem dicendo eam eſſe audaciam cũ recta ratione: quid enim dices de eo qui audet occidere & rectam habet circa medicinalia rationem? num & audacter rectęq; cogitãs in medicinalibus, eſt fortis? Vel 8. quod non dixerit qualis compoſitio ſit: qui enim definiſſe poteſt carnem cum non allato modo quo eſt, dixit eſſe compoſitionem quatuor elementorũ. Decima, an vbi accidit vt contrariorum ambo in eodem æque reperiantur, per alterum tantummodo definiuit: vt qui animã definit ſubſtantiam ſcientiæ capacem, cum non minus ſit & ignorantiæ capax. Vndecima, an non ad primum eſt relata ſubiectum hæc quæ ad plura pertinet: vt ſi prudentiam definies hominis vel animæ virtutem: cum eius ſubiectum primum ſit potentia rationalis, quæ eſt animæ. Huc ſpectat ſi ſubiectum proprium non eſt allatum, vt vbi dicitur valetudo ſymmetria calidorum & frigidorũ: non enim vbiq; hãc ſymmetriam, valetudinẽ dicimus, neq; omnis imbecillitas ſenſus, eſt ſomnus nec omnibus partibus natura coniũctis, ſeparatis dolor accedit, nec quibuſcunq; contrariis rationibus ineſt dubitatio. Duodecima, an inter effectiuum & id quod fit, vel interactum & id cuius eſt actus non diſtinguatur: Separatio enim partium natura iunctarũ non eſt dolor, ſed affectus quædam quæ ex illa ſequitur. Tertia decima, an aliquid addatur quod definitionem caſtrat, vt factũ vbi definitioni lineæ, communiter addunt, cuius extrema ſunt duo puncta. Quartadecima an vbi ſubiectum conſtituit, forma capiatur veluti ſubiecto aduenies: vt vbi anima definitur actus corporis organici potentia vitam habentis, vbi ipſa non aduenit organico corpori, ſed ipſa apparat, facit, & organizat ſimul atq; viuificat. Animatũ enim proprie eſt pars animalis quę recipit animam, vtpote corpus quod idem ſine anima inanimatum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tum dicitur: ideo animal non vere dicitur, animatum, ſicut corpus coloratum non eſt corpus & color, ſed corpus quod recipit colorem.

ANGULUS DIFFERENTIÆ.

MEMBRUM II.

IN differencia vero vbi totum videtur conſiſtere quod definitionis eſt formalis pars, vtpote qua ſpecificus actus deſignatur, diligentiſſime inſpicere oportet. Primo conſiderando an hæc ſit poſiti generis differentia Secundo, an forte non differẽtia, vtpote quia in diuiſione aliquid illi oppoſitum non perſpicitur. Tertio ſi per ipſam genus non diuiditur. Quarto, ſi cum hoc quod diuidit genus etiam ſpeciem non conſtituat. Quinto, ſi oppoſita differentia generi adueniens non eſt alicuius ſpeciei conſtitutiua, neq; etenim hanc quę poſita eſt, ſpecificam licebit appellare. Sexto, ſi per ipſam genus tam quam per negationem diuiditur, vel ipſi negatio opponitur. Hic locus eſt ſuſpectus. Septimo, ſi non ſignificat quale. Octauo, ſi definito non inſit niſi per accidens. Nono, ſi hæc generi potius attribuatur, vt eſſe ſine latitudine tam bene longitudini quam lineæ tribui videtur Ariſtoteli. Decimo, ſi de ipſa genus prædicatur: hoc enim non dicitur de aliis quam de ſpecibus: quod ſi dicimus vere rationale eſt animal, non intelligimus de ipſa differentia quæ adiectiue ſignificatur, ſed ibi rationale, ſubſtantiue capitur, quatenus videlicet idem ſignificat quod homo, qui eſt rationalitatis ſubiectum: idem de conuertibili prædicatione rationalis cum homine, & prædicatione de cæteris inferioribus eſſe iudicium intelligit Ariſtot. Vndecimo, ſi non ſit ſpecie prior: ſequi enim oportet poſt ipſum cuius diuiſiua, & illud cuius eſt cõſtitutiua præcedere. Duodecimo, ſi alius generis inueniatur eſſe differentia. Tertiodecimo, ſi cum ponatur eius quod eſt ad aliquid ipſa non ſit ad aliquid, ſicut enim ſcientia eſt ad aliquid, ita & actiuũ, contemplatiuum, & effectiuum, dicit Ariſtoteles. Quartodecimo, ſi differentiæ definitio aliæ etiam rei conueniat. Hactenus bene. Addit exemplum ſuſpectum Ariſtoles, dicens. Vt qui dixit imparẽ numerum eſſe numerum habentẽ medium, quia medium habere conuenit lineæ & corpori, & orationi. Addicimus nos quod hęc differẽtia ſub genere numeri eſt potiſſima & nullam recipiens reprehenſionem. Eſſet autem vaga differentia ſi ibi numerus ſumatur iuxta rationem æquiuocam propriæ & metaphoricæ ſignificationi iuxta genus multiplex. Ideo non eſt pro veritate leuitor exagitandus & aſſumendus iſte locus.

ANGULUS

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ANGULUS IDENTITATIS.

MEMBRUM III.

HUc etiam spectare videtur vt ex opposita veluti quadam ratione locos identitatis, differentiæ locis adiacentes intueamur. Sic enim an definitio definito congruat descripto descripto; secundum generalem rationem iudicare licet. Considerctur ergo primo in coniugatis si illa sint idem, vt destruas, vel confirmes positorum identitatem: idem enim fortitudo erit atq; iusticia, si nullam inter iustum fortemq; inuenias differentiam, itidem in oppositis concomitantibus, potentia actiua, passiuaque agere ipso atq; pati. Secundo, an iuxta comparationis gradus non differant. Tertio, si ambo eidem eadem. Quarto, si idem ambobus idem. Quinto, si quæ vni accidunt & alteri. Sexto, si quibus vnum accidit & alterum. Septimo, si idem vtrisq; genus, vel eadem vtriusq; species. Octauo, si alterum intenditur remittiturq; non vtrumq; vel neutrum. Nono, si eidem vtrumq; appositum non facit vnum totum. Decimo, si ab vtroq; eodem sublato non remanent idem. Vndecimo, si potest alterum esse sine altero. Duodecimo, si non idem denotant nomen unius & oratio alterius. Decimotertio, si oppositū cum opposito, & propositum cum proposito. Decimoquarto, si contrariæ differentiæ de contrariis prædicantur.

Loca hæc cum definitionis locis mutuam sibi opem suppeditare, per se potest omnibus esse manifestum, neq; difficile est ad proprium, ad descriptionem & vbicumq; conuertibilem exercere intendimus prædicationem applicare. At in his omnibus illud est considerandum quod vbiçūq; est pluralitas, vera identitas esse non potest: per veram quippe identitatem plura esse desinunt: vbicunq; igitur est distinctio & pluralitas necessarium est intelligere differentiam aut genere, aut specie, aut numero; & vbicunq; est proprius numerus, propriaq; ratio & distinctio, non potest esse identitas & (per necessariam consequentiam) naturalis æqualitas: quidquid sit de logicis, mathematicis, methaphysicisq; communibus rationibus, quæ in species ęqualitate quadam effusa communicantur: quod ita tamen est, vt omnia in habitudine mutua reciprocaq; ad vniuersale vnum sint æquale & idem: at non ideo, iuxta proprias rationes duo numero distincta poterunt vspiam esse idem æquale, magis quam duo possunt esse simpliciter vnum, quæ tunc poterunt exacte æqualia dici, quando erunt vnum. At vero quando erunt vnum non erunt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

erunt æqualia,quia idem ſibi non dicitur æquale. Quare vbi diſtinctio & numerus eſt,neque idẽtitas eſſe poteſt nec ęqualitas.

CAMPI BIVIA.

FACVLTATEM dignioris meliorisque cognoſcendi iudicandique oculis ratiocinij expoſita campi biuia requirunt. Quocirca haud ineptè factum vbi ancipitis comparationis definiendæ notæ deſcribuntur. Hic primò generaliter inſpiciendum conſulitur ad ipſum multiplicis quæſtionis genus putà quid,quale,quantum,quo,vnde, ad quid, cæterasque, quibus ſciſcitari conſueuimus notas, eſt animaduertendum. Secundò ad abſolutorum prędicatorum genus. Tertiò ad genus reſpectiuorum. Quartò ad omnis diuiſionis, diſtinctionisque membra, quorum alterum certè melius. Quintò ad omnes cuiuſcunque generis terminos quos poſſes è quocunque diſcurſa memoratisque orationibus deſumere. Sextò ad artificioſæ combinationis multiplicem rationem iuxtà formam quam in libro de Architectura Lulliana inſinuauimus. Quibus omnibus alterum comparabile cum altero conferamus alterum altero minus vel magis præſtans eſſe neceſſe eſt. Porrò ſpecialium particularium que locorum quæ ab Ariſtotele indicantur minimè contemnendam eſſe duco inſpectionem. Quibus iubet inſpiciendum, primò,quid firmius & diuturnius. Secundò,quid antiquius. Tertio,quid magis eligat prudens,bonus,ſtudioſus. Quartò, quid ſecundum meliorem diſciplinam,ſenſum,ingenium,iudicium, ſententiam,legem. Quintò, quid propter ſe & quid propter aliud. Sextò,quid in genere bono, quid in meliori genere & quid fortè in non bono. Septimò,quid per ſe,quid per accidens. Octauò,quid per ſe boni cauſa, quid per aliud, atque per accidens. Nono,quid melioris gratia. Decimò quid magis finis,quid magis ad finem. Vndecimò quid ipſum,quid alicuius bonum. Duodecimò quid natura,quid acquiſitum, vel appoſitum. Decimotertiò cuius oppoſitum fragibilius. Decimoquartò quid meliori ineſt & honorabiliori. Decimoquintò quid melioris propriũ. Decimoſexto quid fini propinquius, quid remotius. Decimoſeptimo vtrum è duobus ad meliorem finem. Decimooctauo quid poſſibile vel poſſibilius,quid impoſſibilius vel impoſſibile. Decimonono cuius finis extat melior. Vigeſimo quid pluri ex proportione ſuperat. Vigeſimoprimo quid per ſe honorabilius. Vigeſimoſecundo quid melius ex vtriſque ſequatur. Vigeſimotertio quid boni magis effectiuum, contrarijque magis deſtructiuum. Vigeſimoquarto quid cum maiori conſequemur vo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

luptate minorique triſtitia. Vigeſimoquinto quid pro tempore accommodatius. Vigeſimoſexto quid omnibus pluribuſue conſtans temporibus. Vigeſimoſeptimo quid eſt quod habentes nihilo vel paucioribus indigemus. Vigeſimooctauo vtrum è duobus alterum includit. Vigeſimonono vtrius corruptio pernitioſior & fugibilior. Trigeſimò quid bono propinquius & ſimilius. Trigeſimoprimo vtrum è duobus bonis, meliori optimoque ſimilius. Trigeſimoſecundo vtrum magis actiuum boni & mali minus deſtructiuum, & è conuerſo. Trigeſimotertio cui meliores adſtant circumſtantiæ. Trigeſimoquarto quid neceſſarium, quid vtile. Trigeſimoquinto vtrum ſine altero eligibilius. Trigeſimoſexto vtrum è duobus eſt quo carentem pudet minus, vel de cuius abſentia poſſis gloriari. Trigeſimoſeptimo quid propria virtute, quid mutuata conſiſtit. Trigeſimooctauo vtrum appoſitum alicui eidem tertio, magis bonum, & eligibilius. Trigeſimonono cuius eligibilior eſt copia, multitudo, abundantia. Quadrageſimo vtrum à tertio ablatum reddit ipſum minus. Quadrageſimoprimo quod propter ſe & gloriam, quam quod propter horum alterum tantum. Quadrageſimoſecundo vtrum contrario, maloq; impermixtius. Quadrageſimotertio quid ad omnia, quid ad aliqua, quid ad totum, quid ad partem boni conducat, vel ab omni, vel aliquo, vel parte mali abducat. Quadrageſimoquarto quid quo, quid quod, quid principale, quid inſtrumentale.

FINIS.

REVE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

REVERENDO PARITER ATQVE GENEROSO DOMINO, DN. IOAN. LAVRENCINO LUGDUNENSI, PRÆCEPTORI PRIMARIO Diui Antonij apud Riuum euersum Prouinciæ Pedemontium, Henricus Cornelius Agrippa. S. P. D.

VONIAM sic tibi persuasum video vir clarissime, ut multo landabilius ducas scire plura mediocriter, quàm vnum aliquod insigniter: & licet tu iam in vtroque & Pontificio & Cæsareo iure insigniter doctus sis, tamẽ circa eã disciplinã tibi immorãdũ nõ cẽseas, nec illã omnimoda ingenij occupatione dignũ esse arbitraris, sed & alias quasq; optimas disciplinas felicissimi ingenij amplitudine prosequeris, etiã occultiores abstrusiores q; scientias diligẽti inuestigatione perscrutaris Vnde fit, ut ego etiã mei ingenij industria cupiã tuis desideriis morem gerere, & te à nostrorũ arcanorũ pomeriis non excludere, ita nãq; virt. tua deposcit & beneuolẽtia erga me tua meretur. D. Laurencini Riuum.

Volum⁹ igitur te donare arte, & ea nõ vulgari, nõ triuiali nõ circa vnũ aliq obiectũ occupata, sed arte artiũ omniũ regina, qua duce ad reliquas omnes scientias & artes facile cõscendes, ita, ut nõ modo in illis mediocrẽ disciplinã, sed & insignẽ doctrinã rationabiliter valeas profiteri Est autẽ ars inuentiua Raymũdi Lullii, cui⁹ ea dignitas est ac præcellẽtia, ea generalitas ac certitudo, ut se sola sufficiẽte, nulla alia scientia præsupposita, nõ vllo indigẽs forinseco inuiamine infallibiliter, cũ omni securitate ac certitudine, errori omni semoto, de omni re scibili, veritatẽ ac scientiã, sine difficultate & labore inuenire nos faciat. Secũdò sup oẽs alias scientias sub se cõplectẽs, & adverũ ordinãs, soluens oẽs quæstiones & obiectiones, quæ circa q̃cunq; scibile fieri possũt: nec vllũ scibile est, q̃ hãc effugiat. Argumẽtatur insup per argumẽta infallibilia, certissima & notissima, quib. nemo potest cõtradicere: ideoq; nõ indiget aliarũ scientiarũ vel scripturarũ testimonijs, sed ipsa omnẽ aliarũ scripturarũ ac scientiarũ autoritatẽ, etiã ipsam sacrã scripturã disponit, ordinat & pbat. Habet enim principia vniuersalia generalissima ac notissima, cum mu-

Præsentis libri cõmendo.

Ars inuentiua Lulli.

1. promissum.

2. promissum.

3. promissum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sua quadam habitudine ac artificioso discurrendi modo, in quibus omnium aliarum scientiarum principia & discursus tanquam particularia in suo vniuersali eluceſcunt. Ea insuper huius scientiæ est promptitudo & facilitas, vt etiam pueri impuberes, hac arte freti, in omnibus fermè facultatibus doctè disserere possint. multi etiam qui in extrema senectute se ad literas contulere, hac arte paucis mensibus in viros doctissimos euasere, ita hæc ars omnem temporis indigentiam vincit & inopiam. Quod ne fabulosum videatur, extant nostræ memoriæ testes, Petrus Daguinus Mediatus, & Iacobus Ianuarius, viri tota Italia celebrati, quorum prior tricesimo septimo ætatis suæ anno, cum vix prima hausisset elementa literarum, septem duntaxat mensibus huic artificio incumbens, omnibus doctissimis viris miraculo habitus est, quem & tota ferè Italia verbo experta est, & opera eius in hunc diem quantum doctrina præstitit, præ se ferunt. Alter autem (quod magis mirum est) cum septem peregisset lustra, à literis penitus alienus, in tantum hac arte profecit, vt sicut ex scriptis eius videre licet, nulli doctorum hominum sit postponendus. Notum est Ferdinandum Cordubam Hispanum, per cunctà vltra & citra montes gymnasia, omnibus studijs hac arte celebratissimum extitisse: atque Raymundus Sabunde, qui librum creaturarum siue theologiam naturalem edidit, eo ipso, præter reliqua scripta sua satis ostendit, quantum hac arte valuerit. Præterea Iacobum Fabrum Stapulensem, ac Carolum Bouillum apud Parisios diuulgatæ sapientiæ viros, Raymundo deuotissimos scimus, eorumque scripta testantur. Et vt ad meos Germanos veniam, Andreas, Petrus, Iacobus germani fratres, natione Frisones, cognomine Canterij, vnica cum sorore adhuc pueri decennes, in omni disciplinarum genere egregiè disseruere, quos non modo Germania & Gallia, sed tota pene Italia, ipsaque Roma & nouit & admirata est. Horum Andreas mihi huius artificij præceptor contingit, cuius fundamento innixus, deliberaui etiam ego aliquod ædificium superstruere, atque hæc in Artem Breuem succincta com-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mentariola

rent ariola ſcribere : quæ cum iamdiu apud me detinerem, cogitabundus cui ea dignè dicare deberem, tu mihi protinus occurriſti hoc ipſo digniſſimus, quod præter generoſam natalium dignitatem, inſuper ampliſſimo ingenio decoratus, virtutum deſideriorum es, & qui nihil quod ſciri poſſit ignorare velis. Accipe igitur nunc, benigniſſimo animo has noſtras lucubrationes. Accipe Lullianum artificium: huic inſiſte, huic inhære, quouſque penetraueris, & in actum ac praxim deducere noueris: tum mactus virtute, confidens ingenio aggredere omnia & euades omnium ſcientiarum toto animo pleniſſimus. Vale.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

HENRICI CORNELII AGRIPPÆ ARMATÆ MILITIÆ EQVITIS AVRATI, ET *Vtriusque Iuris Doctoris, In Artem Breuem Raymundi Lullij, Commentaria.*

Ars inuentiua Lullij. Varij ea de ve ſcripta lib.

RAYMVNDVS Lullius compoſuit artem ad ſcientiarum inuentionem, quam ex eo artem inuentiuam nuncupauit: & ipſam, per multos & varios tractatus ſparſim ſcriptis tradidit, quorum alium intitulauit artem demonſtratiuam, alium de mixtionibus principiorum, alium vocauit artem magnam, alium altero breuem, in quo totam artem inuentiuam breuiter complectitur, ſicut per præſentem expoſitionem compendiosè declarabimus. Dicitur autem hæc ars inuentiua, quia docet nos inuenire & multiplicare res, & terminos, & propoſitiones, diffinitiones, diuiſiones, media, loca, argumenta, quæſtiones, quæſtionum & argumentorum ſolutiones atque deductiones, veritates & ſcientias, de omni re, & ad omne id quod proponitur.

Diſcrimẽ inter res & terminorum inuentionem.

Inuenire autem rem vel terminos hoc ſolum intereſt, quoniam res cum vna ſit, pluribus poteſt terminis explicari, idem aut ſimile ſignificantibus, conuertibiliter vel aliter. Inuenire itaque terminos nihil aliud eſt, quam re aliqua propoſita, illam pluribus & ijs quidem aptis verbis, amplificare & exornare.

Terminus.

Dicimus autem terminum, quicquid extra propoſitionem eſt, ut nomen & verbum, quæ principales partes ſunt orationis, ſiue etiam aliquod categoricum, quicquid præter nomen & verbum finitum & rectum eſt, ut quidam, omnis, nullus, & reliquæ partes orationis, ſiue etiam aliquod complexum quantumlibet multiplex, à parte prædicati vel ſubjecti poſitum, vel modus etiam, vel dictum de quo modus prædicatur.

Terminus compoſitus.

Rem autem compoſitam, vel terminum compoſitum, dicimus orationem complexam, quam ex rebus incomplexam facimus. Terminis itaque incomplexis repertis, facile erit eos varia adiunctione complexas facere, ut homo, & homo iuſtus.

Terminorum generalium

Primum autem nos inuenire oportet terminos generales, quibus in omni re propoſita vti poſſimus, ſecundum huius artis intentionem: & huiuſmodi termini ſunt, quos Raymundus Lullius nobis ſub quadruplici figura tradidit, extra quos nihil cadit in intellectu.

Diuiſio.

In tres itaque partes præſens expoſitio nobis partienda erit, in qua-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in quarum ptima, iuxta intentionem materię, terminos ipsos generales declarabimus, & multiplicare docebimus. In secunda parte, complexorum inuentionem ostendemus: In tertia vniuersalem artis dispositionem & applicationem docebimus, & per exempla demonstrabimus.

1. *Pars principalis sex tractatus.*
2. *Pars.*
3. *Pars.*

I. PARS DE SVBIECTIS *vniuersalibus.*



Prima pars in sex subdiuiditur: nam primò declarantur subiecta vniuersalia, quarum figura apud Raymundum notatur per literam S. Secundò agitur de prædicatis absolutis, quarum figura signatur per A. Tertiò de prædicatis respectiuis, seu de triangulis quarum figura notatur per T. Quarto de quæstionibus earumque regulis ac speciebus, quarum figura tenet literam. Q. & hæ sunt quatuor figuræ generales artis, & quęlibet illarū apud Raymundū nouē possidet terminos notatos per nouē has literas, B C. D. E. F G H. I K. Post figurarū expositionē, quinto terminorum multiplicationem & extraneos terminos

1. *Partis subdiuisio.*
2. *Termini cuiusque fig.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inuenire docebimus. Sexto loco figurarum in se inuicem multiplicationem ostendemus.

Figuram quære in præcedenti pagina.

I. *Subiecta & universalia.*

Primum itaque nunc diffinitiones subjectorum nobis memorandę sunt, ut in prædicatorum attributione considerentur, diffinitiones, circumstantiæ & conditiones subjectorum, quas vniuscuiusque subjecti genus, natura atque ordo demonstrat. Quoniam non omnia prædicata, aut non eodem modo omnibus subjectis conueniunt, aut cohærent, vel consequuntur, vel attribuuntur, vel antecedunt. Nam ea quę de Deo dicuntur, per quendam alium modum quam de creaturis dicuntur: ita quæ homini secundum rationem attribuuntur, oportet in bruto non esse: sic illa quæ de homine iusto, aliter quàm de homine iniusto dicuntur. Sed nunc ad diffinitiones subjectorũ veniam⁹.

B. *Deus.*

Deus, est illud ens, in quo bonitas, magnitudo & cætera prędicata absoluta in arte posita, sunt vnum & idem numero, habens in se omne complementum, & aliquo extra se non indigens. Est itaque Deus, illud ens infinitum, ęternum, perpetuum, ante & post omnium rerum principium & finem, ipsum sine principio & fine, in quo sunt perfectiones omnium rerum vniuersæ, & imperfectiones omnes absunt.

C. *Angelus.*

Angelus, est substantia spiritualis, creata, corpori non iuncta, nec coniungibilis: ideoque non indigens tempore, neque motu, neque loco, secundum suam essentiam & naturam intellectualis, immortalis, insensibilis & impassibilis, ex sui natura & proprietate, nisi ex ea facultate, quæ sibi ex libero arbitrio permissa fuit, se morib⁹ deprauarit. Similis descriptio animæ cõuenit, nisi quia corpori coniũcta est, ipsũq; sẽper appetit.

D. *Cœlum.*

Cœlum, est illud corpus, quod habet magis extensam magnitudinem quàm aliud corpus. Est itaque cœlum corpus incorruptibile, in quo non cadit mutatio ad formam, sed tantum ad vbi, sua materia & forma compositum, non elementorum compositione coactum, habens animam viuentem, rationis capacẽ, meliorẽ meliori coniũctã corpori, quã sit anima humana.

E. *Homo.*

Homo, est substantia, in qua anima rationalis & corpus mortale coniunguntur. Est itaque homo qui habet esse, viuere, sentire, imaginari & intelligere.

F. *Imaginatiua*

Imaginatiua, est illa potentia, in qua animal imaginatur similitudines eorum quæ fuerunt sensibus præsentata: itaque sub eo continentur, animalia perfecta, & sunt illa quæ habent esse, viuere, sentire, & apprehendere potentiis & sensibus interioribus & exterioribus.

G. *Sensitiua.*

Sensitiua, est illa potentia cum qua animal sentit res sensibiles; itaque sub ea continetur animal, quod habet esse, viuere, sen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

re, ſentire & apprehendere per potentias apprehenſiuas exteriores, carens ſenſibus interioribus, aut potius ſine illis conſideratum: poteſt enim ſine illis intelligi, quamuis fortaſſis ſine illis dari non poſſit. Sunt autem ſecundum Raymundum ſex ſenſus particulares, ſcilicet viſus, auditus, odoratus, guſtus, tactus, affatus.

H. Vegetatiua.

Vegetatiua eſt illa potentia per quam naturaliter fit tranſmutatio de vna ſubſtantia in aliam: itaq; vegetatiuum dicimus illud, cui conuenit eſſe & viuere, vt ea quæ generantur, nutriuntur & vegetantur, ſicut arbores & plantæ, & ita viuunt, licet ſenſu careant.

I. Elementatiua.

Elementatiua, eſt potentia in elementatis, cum qua elementa exiſtunt & agunt actualiter, & præſentialiter ac potentialiter in ipſis elementatis. Eſt itaq; elementatiuum quod habet ſolum eſſe ſubſtantiale, & continet ſub ſua generalitate primo, quatuor elementa ſimplicia, ſcilicet ignem, aërem, aquam, terram: deinde omnia mixta inanimata in quibus non eſt vita, ſiue ſint perfecta, vt ſunt metalla & gemmæ: ſiue imperfecta: vt nix, grando, pluuia & etiam quæuis alia elementata, quæcunque de quatuor elementis ſunt compoſita, ſine vita tamen conſiderata, licet vita non careant, vt animalia & plantæ & homo ſecundum corpus.

Priuſquam nunc ad inſtrumentatiuam procedamus, primo de ſcala naturæ pauca exponemus.

Scala naturæ.

Scala naturæ quinq; habet gradus generales, ad quos tota rerum vniuerſitas reducitur, qui ſunt eſſe, viuere, ſentire, imaginari, intelligere: & infra quemlibet illorum ſunt multi gradus ſpeciales, qui ſub vno gradu generali continentur.

Proprietas ſeu conditio iſtorum graduum.

Conditio iſtorum graduum eſt, vt omnis inferior poſſit eſſe ſine ſuperiori, & non è contra: & omnis gradus ſuperior fundatur in inferiori: ideoq; infimus gradus, qui eſt ipſum eſſe, eſt principium, radix & fundamẽtum ſcalæ, in quo omnes alii gradus ſuſtentantur, ipſum autem à nullo ſuſtentatur, nec in alio fundatur: ideo poteſt ſeparatim ſine aliis reperiri, alii autem ſine ipſo reperiri minime poſſunt.

1. Eſſe.

Eſſe ergo eſt primus gradus ſcalæ naturæ, & ſub ipſo ſunt multi gradus dignitatis, ſecundum quos aliqua res habet nobilius eſſe quam alia: & illæ cognoſcuntur à propriis ac ſpecialibus accidentibus rerum, ſic quod vbi ſunt nobiliores proprietates, ibi ſit nobilius eſſe, ſicut in igne luciditas, ſubtilitas, leuitas, caliditas: in aëre diaphaneitas, ſubtilitas minor, leuitas minor & humilitas: in aqua fluxibilitas lubrica, perſpicua groſſities, grauedo labilis, & frigiditas: in terra opacitas tenebroſa, ſolida groſſities, ponderoſitas grauiſſima & ſiccitas. Similiter nobilius

(c) 2006 Ministerio de Cultura

esse est in mobili circulari, quam recto in mobili sursum quam deorsum: in motu simplici, quam composito: graduatur etiam esse secundum gradus durationis & virturis, & reliquorū principiorum. insuper illud esse est nobilius, in quo fundantur nobiliores gradus ipsius scalæ: & hoc idem de reliquis gradibus scalę inferioribus intelligendum est.

2. Viuere. Secundus gradus generalis est viuere, & habet propria accidentia, & proprias potentias, quæ sunt generatiua, nutritiua augmentatiua, &c & quæ ad illas sequuntur vel antecedunt, vt attractiua, digestiua, retentiua, expulsiua, quæ proprie sequuntur esse compositum ex elementis, & quodammodo præcedunt actus vitales: & quælibet istarum vtitur suo elemento & instrumento: nam attractiua siue appetitiua, aëre gaudet, quia implet: retentiua terra, quia restringit: digestiua igne, quia est dilatatiuus partium & ampliat: expulsiua aqua, quia lubricitate sua euacuat.

3. Sentire. Tertius gradus tenet sentire, & intelligitur de exteriorităum, & habet sex particulares sensationes, visum, auditum, olfactum, gustum, tactum & affatum, secundum quos distinguūtur gradus nobilitatis sensitiuorum: & inter omnes sensus auditus est nobilior, quia non potest reperiri sine sensibus interioribus: nam vbicunq; est auditus, ibi necessario est memoria, ideoq; absq; auditu non est disciplinabilitas.

4. Imaginari Quartus gradus est imaginari, & cohærent sibi sensus intrinsecus qui communis dicitur: item imaginatio, phantasia, æstimatio, memoria, secundum quorum præeminentiam sumuntur illo gradu gradus particulares.

5. Intelligere. Quintus gradus est intelligere, & habet sibi coniuncta recolere, & libere velle, sine quibus esse non potest: & quæ hæc sequuntur, discernere, docere, eligere, iudicare, sermocinari, & quæ inde proueniunt, sapientia, scientia, ars, ingenium, noticia, fides, opinio, credulitas, religio, virtus, & eiusmodi, secundum quorum graduationem & possessionem graduantur sub hoc genere contenta: & supra hunc gradum non est ascensus in scala naturę: & ipse continet in se singulos inferiores, & quilibet gradus superior, continet suos inferiores, in se realiter, & dignificat eos, ea dignitate qua ipse dignificatus est: in his autem quæ supra naturalia sunt, non est ita, vt quilibet gradus superior contineat inferiorem realiter, sed continet illum secundum nobilissimum modum continendi & dignificandi, vt formaliter, & intellectualiter, & non secundum modum coniunctionis, sed vnionis & cuiusdam identitatis, gradatim secundum subiecti nobilitatem minus à se inuicem distinctos.

Graduum horum ce naturalium mutua affectio Supernaturalium.

Et quia iam descendimus ad subiectum elementalitatis, in quo.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

I. *Elementatiuum.*

quo ſituatur infimus gradus ſcalę naturę, ſeparatus ab omnibus aliis, videlicet ipſum eſſe, ſiue viuere, ſentire, imaginari, intelligere, vel ſine illis conſideratum: ideo ſcire nobis conuenit, quia quoddam eſt eſſe primitiuum & per ſe ſubſiſtens, non ab aliquo nec de aliquo, nec in aliquo, ſed ſimpliciter ante omne non eſſe, quod eſt Deus: aliud eſt eſſe, non in aliquo, nec de aliquo, tamen ab aliquo, quia à primo eſſe de nihilo productum: & tale eſt eſſe creatum ſubſtantiale, cui præceſſit non eſſe: tertium eſt eſſe quod eſt ab alio, de alio, in alio, & non niſi in alio: vt eſſe accidentis, cuius eſſe eſt ſecundarium, natura & perfectione: natura, quia præſupponit ſubſtantiam in abſolutione & reſpectu: perfectione quia ſubſtantia eſt per ſe, in ſe, de ſe, propter ſe, & ſui: accidens autem, per ipſam, & ipſius ſubſtantiæ: itaq; nunc conſequenter de accidente, dicamus, quod Raymundus inſtrumentatiuum vocat, quod eſt vltimum in genere ſubiectorum.

K. *Inſtrumentatiuum.*

Inſtrumentatiuum eſt potentia illa quæ eſt inſtrumentum ſubſtantiæ, cum qua agit aliquod opus, & per ſe exiſtere non poteſt: itaq: continet ſub ſe omne id quod habet eſſe in alio, vt in principali ſubiecto: itaq; conſideratur dupliciter, vel abſolute ſecundum ſe conſiderata: vel quemadmodum ſubiecto alicui adiungitur, vt ſi dicatur de iuſticia Dei, vel hominis, & tunc reducitur ad genus ſui ſubiecti, conditionum ſubiecti obſeruandarum cauſa.

Adhuc autem ſubiectum hoc inſtrumentalitatis apud Raymundum conſideratur dupliciter, ſcilicet naturaliter & moraliter. Naturaliter, ſic continet in ſe nouem prædicamenta accidentis, & quicquid artificialiter inſtrumentum eſt alicuius operis in quantum inſtrumentum. Moraliter autem, ſic continet ſub ſe virtutes & vitia, & quicquid ciuſmodi eſt, vt gratiæ & dona.

Inſtrumenralitatis itaq; naturaliter conſideratę talis conſtitui poteſt figura, prænotata litera I.

Nunc

(c) 2006 Ministerio de Cultura



Nunc consequenter singula hæc accidentium principia diffiniamus & declaremus.

Quantitas est principium ratione cuius entia creata sunt finita siue terminata. Est itaq; quantitas, principium, cui conuenit ratio mensuræ, secundum multitudinem, magnitudinem, diminutionem, & diuturnitatem. Quantitatis autem aliud continuum, cuius continuæ partes sunt, vt linea, longitudo, latitudo superficies, altitudo & profunditas corporis, & tempus mensurans actus, * & locus atq; motus circumscribens corpus. Quantitatis aliud discretũ, cuius partes non copulantur ad aliquem terminum, vt numerus & oratio, & alia multa, sicut in respectibus duplum, dimidium, longius, breuius, & huiusmodi: & in actibus, in quantum violenti, vehementes, intensi vel remissi: similiter in qualitatibus, prout remissæ vel intensæ.

*atque motus & locus circumscribens, &c.

Qualitas est principium ratione cuius res sunt quales siue determinatæ, itaq; secundum qualitatem dicimus aliquid esse quale, vt secundum iusticiam iustum, secundum bonitatem bonum. Species autem qualitatis sunt, vt habitus, dispositio, virtus, naturalis potentia vel impotentia, vt esse fortem, risibilem, & quæ sunt contraria: item passio vel passibilis qualitas, vt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

calor,

calor, dolor: item forma, & circa eam conſtans figura, vt trian-gulum, quadrangulum.

Relatio eſt principium ratione cuius aliquod ens de neceſſitate refertur ad aliud: idem alio nomine vocatur ad aliquid, quia eius eſſe ad aliud eſt, vel ſecundum ſuperpoſitionem, vt pater filii, dominus ſerui: vel ſecundum æquiparantiam, vt frater fratris, vicinus vicini.

Actio eſt principium ratione cuius agens agit in paſſum Paſſio eſt principium ratione cuius patiens patitur ſub agente.

Habitus eſt princinm quo res induit de ſemetipſo rem quæ ipſam ſuſtinet, & eſt illud per quod etiam ſunt habituata, ſiue veſtita de ſimilitudinibus aliorum: itaq; habitus communiter eſt corporum, & eorum quæ corpori adiacent, vt tunicatum eſſe &c.

Situs eſt principium per quod partes recte & debitè ſunt poſitæ in ſubiecto in quo ſunt, vt caput ſurſum, pedes deorſum: eſt itaq; ſitus nihil aliud quam partium ordo in toto. Tempus eſt illud principium, in quo & per quod entia creata, ſunt noeſt illud principium, in quo & per quod entia creata, ſunt nouiter incœpta. Conſideratur autem hic tempus, non ſolum ſecundum menſuræ rationem, ſed etiam ſecundum id quod ex tempore in re temporali relinquitur, vt eſſe ſenem vel iuuenē.

Locus eſt principium ratione cuius vna ſubſtantia aliam in ſe continet & collocat. Eſt itaq; locus circumſcriptio corporis, & hoc principium alio nomine dicitur vbi: & eſt vbi repletiuū: vt Dei in mundo, animæ in corpore: & eſt aliud vbi diffiniti-uum, videlicet ſecundū operationē etiam vel in abſentia rei, vt ſolis in terra: ſecundum eundem modum angeli dicūtur eſſe in loco, ſcilicet ſecundum operationem: eſt aliud vbi occupati-uum, vt corpus occupans locum aliquem in alio corpore: & eſt aliud vbi continentiæ, quod continet in ſe.

Quando * aut inſtrumentatiua moraliter conſideratur, in virtutes diuiditur & vitia, quæ ſub duobus noueratiis Raymundus complectitur: qui tamen velit aliter hæc reſtringere vel ampliare, poteſt id ſuo modo facere, & figuram earum mixtim ita fabricare poſſumus, prænotatam dupli-ci litera W.

* Autem

Qui



Subiectorum generalium neceſſitas.

Qui ſupra in figura S. narrati ſunt nouem termini generales ſubiectorum, hi ad noſtram intentionem maximi neceſſarii ſunt, in quibus continetur omne id quod eſt, tamen ſub ordine quodam atque quibuſdam inter ſe gradibus: ideo obſeruandæ nobis ſunt neceſſariò conditiones illæ quas Raymundus Lullius in arte ſua quatuor enumerat per quas regulatur & conditionatur intellectus quoties nobis ſubiectum aliquod per principia reſpectus & regulas huius artis deducendum eſt. Harum prima eſt vt obſeruentur, diffinitio, conditiones & proprietates ipſius ſubiecti, tales, cum quibus differat ab omni alio ſubiecto, cui tunc ita attribuantur principia & regulæ, affirmando vel negando, vt nulla cauſetur læſio diffinitionum ſubiecti & principiorum & conditionum ſuarum. Secunda conditio eſt, vt conſeruentur differentiæ ſubiectorum in attributione principiorum & regularum, ſicut bonitas Dei differt à bonitate angeli per infinitatem & æternitatem. Tertia conditio eſt, vt concordantia quæ eſt inter vnum ſubiectum & aliud, non deſtruatur, ſicut angelus cum homine conuenit in intellectu, ille cum brutis ſenſu, ipſa cum plantis vegetatione, & ſic de ſimilibus. Quarta conditio eſt, vt in quo gradu, vnum ſubiectum altero ſuperius vel inferius vel æquale eſt, ſecundum eundem gradum attribuantur illi principia & regulæ artis,

4. Conditiones.

1. Conditio.

Conditio.

Conditio.

Conditio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

artis, & hæc omnia lucidius patebunt in practica tertiæ partis horum commentariorum. His addi potest quinta conditio talis vt omnis perfectio quæ affirmatur de aliquo subiecto inferiori, dicatur suo modo de omni superiori: & quicquid imperfectionis negatur de inferiori, negetur & de superioribus: ita quicquid imperfectionis attribuitur, vel perfectionis negatur, de superiori: eodem modo attribuatur vel negetur de inferiori: vt si homo est mortalis, ergo omnia animalia necesse est esse mortalia, si homo intelligit, multo magis angelus intelliget. Sexta conditio est, vt quicquid attribuitur duobus extremis, attribuatur omnibus intermediis: vt Deus & homo intelligunt, ergo angelus & cœlum intelligunt. Similiter de quocunq; dicuntur duo extrema, de eodem dicantur omnia intermedia, vt in Deo est esse & intelligere, ergo viuere & sentire.

5. Conditio

6. Conditio.

7. Conditio.

II. PARS DE PRÆDICATIS absolutis.

SECUNDARIÒ nunc de figura A. hoc est, de prædicatis absolutis dicendum erit. Accipiuntur autem hæc prædicata, pro quibusdam terminis generalibus prædicabilibus de omni re, secundum aliquem modorum, per quos discursus fieri potest circa aliquod subiectum, vel simpliciter attribuendo, vel, ostendendo aliquod prędicatum inesse subiecto, propter cōgruentiam quæ erit cum his terminis.

II. De fig A. seu prædicatis absolutis.

Sciendum etiam quod prædicata non solum accipiuntur hic termini qui actu prædicantur, sed etiam qui aptinati sunt prædicari, secundum aliquod genus prædicationis, etiamsi sit forma abstracta, & extra genus suum considerata, vt bonum, bonitas & ciusmodi.

Prædicata actu vel aptitudine.

Sciendum, quod quamuis prædicatorum infinita ferme multitudo reperiri possit, quemadmodum & subiectorum, tamen in hac arte Raymundus redegit ea in certum numerum ac ordinem, & vocauit illa prædicata absoluta, & principia generalia, vultque quod non sint ex genere prędicationis accidentalis, sed etiam substantialiter & causaliter de aliqua re prædicari possint, prout aliqua res non solum accidentaliter sed etiam substantialiter bona magnaue dici potest: vnde sciendum est, quod omne principium generale & substantiale, creatum est cum alio accidentali innato, quod est de suo genere: sicut bonitas accidentalis, quæ est accidens bonitatis substantialis & instrumentum cum quo illa bonificat cætera, & ita vnumquodque principium est plenum sui plius, in quantum est substantiale, habens partes in semetipso essentiales, & concretas, de sua essentia, specie & natura videlicet t uum, bile, are, & est plenum omnibus partibus, quæ sunt similitudines, quas ab aliis

Cur Lullius finitum prædicatorū numerum delegerit.

Habitudo principiorū generalium & substantialium erga accidētialia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

principiis assumit, & ab illis subiectatur, & illæ similitudines sunt accidentales, quæ de partibus substantialibus procedunt. Præterea ista prædicata, non solum prędicari habent, sed etiam sibi inuicem subiici, siue in concreto, siue in abstracto, vtcumq; considerato, vt si dicamus bonam magnitudinem, vel magnam bonitatem, siue magnum bonum.

Prædicatorũ subiectio & prædicatio mutua.



Nunc consequenter ad terminorum istorum declarationem accedamus.

B. Bonitas.

Bonitas est ens, ratione cuius bonum est bonum, & bonum agit bonum: & sic bonum est esse: & malum est, non esse. Est itaq; bonitas, principium diffusionis & communicationis, similitudinis, formæ & fluxus: fluxus enim à forma est in materia susceptio: idcirco bonitas in rebus dupliciter consideratur, videlicet inquantum est permanens, qua res in se est bona, & in quantum est fluens, qua res est bona fluens in aliud secundum operationem.

1 *Permanens.*
2 *Fluens.*

C. Magnitudo.

Magnitudo est ens, ratione cuius bonitas duratio & cætera principia sunt magna, ambiens extremitates essendi: itaq; nil aliud est magnitudo, quam extensio substantiæ, bonitatis: durationis, potestatis, &c. siue secundum substantiam, vt puta qua

(c) 2006 Ministerio de Cultura

res

res magna est in se, siue secundum motum, vel augmentum, vel operationem. Est itaque magnitudo triplex, videlicet virtutis, quæ in spiritualibus rebus consideratur, secundum respectum virtutis: & est magnitudo molis siue materiæ, inquantum consideratur in corpore vel circa corpus : & est magnitudo actionum siue operationum & hæc consideratur essentialiter & accidentaliter. Atque hinc est quod gradus maioritatis & minoritatis diuersimode sumuntur, secundum magnitudinem in qua fundantur: sic etiam intensa vel remissa qualitate, super qua similitudo fundatur, similia sunt sibi similiora aut minus similia.

1. Virtutis.
2. Molis.
3. Actionis.

Duratio est ens ratione cuius bonitas & cætera principia durant: ipsa itaque est permanentia essentiæ bonitatis, &c. & est triplex propter tres terminos permanendi. Aeterna quę sine principio & fine est: Aeuiterna, quæ principium habet sine fine: Temporalis, principium & finem habens, quę variatur magnitudine, ita ut alia breuior, alia longior sit. Sciendum insuper, quoniam duratio quędam est de essentia subjecti, entis intima pars alia est de essentia temporis vel æui, &c. mensurans priorem à se essentialiter distinctam, quæ est coessentialis proprietas mundi, in eo substentata sicut accidens in subjecto, mensurans omne quod est in mundo, vel per tempus quod sequitur motum, vel per tempus æuiternatum, & ita circa alia principia considerabis.

D. Duratio.
1. æterna.
2. Aeuiterna.
3. Temporalis.

Potestas est id per quod bonitas, magnitudo, &c. possunt existere & agere, ipsa itaque est principium essendi, agendi, patiendi & existendi, ut in inferioribus vel materia, itaque potentia tendit ad esse, impotentia verò ad corruptionem, & consideratur dupliciter: naturaliter, quę aliter se habere non potest, & voluntariè, quæ est in arbitrio. Adhuc nota hic, quod potentia quædam est efficiens in effecto, sicut intellectus in intelligibili in eadem essentiâ: alia est ad fieri, ut aliquid de quo possit fieri, realiter distincta ab efficientis essentia, ut in generatione cum motu, loco & tempore.

E. Potestas.
1. Naturalis.
2. Voluntariæ Efficiens.

Cognitio est proprietas ratione cuius cognoscens cognoscit, & consideratur in hac arte ut qualiscunque seu quantumlibet de aliquo suscepta notitia, siue secundum veritatem, siue secundum speciem, quamuis ea quæ secundum speciem est & errore contrahitur non recte cognitio dicatur, sed opinio vel suspicio, quę tamen hic cognitioni iunguntur: & talis cognitio est actus intellectus, qui neque de veritate, neque de suo opposito certificatus est, per necessarias rationes, ut in credere & opinari, aliquid esse verum vel possibile, quod non est, sed secũdum veram cognitionem impossibile est esse intelligibile, hoc esse possibile, quod est impossibile, quia suus appetitus est de rebus veris tan-

F. Cognitio. Opinio. Suspicio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1. Intellectualis. tum. Est autem cognitio multiplex, nam alia intellectualis, quę fit simplici intuitu absque discursu, qualis est in angelis, & in modo scientię infusæ, & in prophetia Est alia rationalis, quæ fit discursu rationis, siue sit sapientia, quæ est altissimarum & primarum rerum cognitio, siue sit scientia, quę est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus: siue sit intellectus speculatiuus, qui ex speculatiuis principiis procedit: siue practicus qui ex practicis, siue sit ars, quæ est recta ratio agibilium cum appendiciis & partibus suis. Est alia cognitio sensitiua, quę aliquid apprehendit & cognoscit aliquo sensuum interiorum vel exteriorum, circa suum obiectum versante, aut post primam & propriam sui obiecti apprehensionem, ex his aliquid iudicante & conditionem aliquam componente, quam quidem cognitionem in animalibus brutis instinctum vocamus, ut est prouidentia formicæ, & studium apum. Est alia cognitio apprehensiua, sine sensu & motu aliquo cognitiua, ipsa videlicet natura cognoscente quid sibi proprium conueniens sit, neque enim in naturam suam res ferretur, ut grauia deorsum, aut in loco suo quiesceret, si nulla certa esset eius cognitio.

Ars.

2. Rationalis Sapientia. Scientia.

3. Sensitiua.

4. Instinctus.

5. Natura.

G. Appetitus. Appetitus est id per quod bonitas, magnitudo, &c. sunt appetitibiles & amabiles. Est itaque appetitus, insita rebus assequendi aut fugiendi alicuius rei cupiditas, qua vnaquæque res naturaliter fertur & per se in id quod sibi conuenit, & fugit aduersum. Appetitus alius est rationalis, quem voluntatem dicimus: est itaque voluntas appetitus cum ratione. Est alius sensitiuus, qui inest animalibus brutis sine ratione, & in homine secundum inferiorem portionem. Est alius insensibilis, ut ille quo dicimus arbores & plantas appetere solem & pluuiam. Et nota hic quod quamuis appetitus de sua natura versetur circa amabile, ea tamen eius libertas est maximè in voluntario, ut possibile sit hoc esse odibile, quod est amabile, & econtra.

Rationalis. Sensitiuus. Insensibilis. Voluntatis. libertas.

H. Virtus. Virtus est origo vnionis, bonitatis, magnitudinis &c. Ipsa itaque est origo & principium operationum, manens in substantia, & fluens in operationes, & hęc multipliciter diuiditur. Nam alia intellectualis, quæ non nisi intellectu administratur, ut sapientia, scientia, prudentia, &c. alia theologica, quæ non nisi desuper venit, ut fides, spes, charitas & gratiæ, quæ virtutes gignũt, siue sint gratis datæ, ex quocunque genere donorum, siue pertineant ad animam, ut intellectus & consimilia, siue ad corpus, ut forma, sanitas & similia, vel ad res exteriores, ut potentia, diuitiæ &c. siue sint gratiæ gratum facientes, siue præuenientes, siue subsequentes, siue operantes, siue cooperantes. Est alia virtus quæ animalis dicitur, siue sensitiua, quæ sensibus operatur, quæ

Intellectus. Theolog.

Animalis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uæ eſt apprehenſiua alicuius ſenſibilis, ut interius per ſenſum ommunem, imaginationem, phantaſiam, exiſtimationem, memoriam: vel exterius, ut per viſum, auditum, olfactum, guſtum tactum. Eſt alia virtus animalis, quæ motiua dicitur, qua ſe mouet animal, cui coniungitur virtus concupiſcibilis & naſcibilis ac virtus vitalis qua viuit aliquid, ac virtus vegetatiua, cuius potentiæ ſunt generare, augmentari, nutriri, &c. ad quos ſequitur attractiua, retentiua, expulſiua, digeſtiua, ad quam ſequitur ſeparatio & aſſimilatio. Eſt etiam virtus prima elementorum & elementatorum plures virtutes, quæ virtutes naturales vocantur. Sunt præterea in ipſis virtutes cœleſtes, quæ occultæ ſeu ſpecificę nuncupantur. Ipſa etiam natura virtus appellari poteſt, eſt enim principium quieſcendi. Plures adhuc diuiſiones virtutis dari poſſent. tot enim ſunt virtutum genera, quot operationum & potentiarum, ſecundum actionem & paſſionem.

1. Veritas.

Veritas eſt id quod verum eſt de bonitate, magnitudine, & cæteris, & ipſa eſt duplex, videlicet propoſitionis, & rei: veritas propoſitionis, ſiue mentalis ſiue vocalis eſt, cum prædicatum vere attribuitur ſuo ſubjecto, ex eo enim quod res eſt vel non eſt, oratio dicitur vera vel falſa: hinc deſcribitur veritas, quod eſt adæquatio rei intellectæ ad intellectum: veritas autem rei, eſt vera conſeruatio naturæ in ſuo genere: vnde falſitas eſt in re, quando ea quæ alicui rei iure conueniunt, in re ipſa non ſunt. Conſideratur autem veritas rei, vel ſecundum actum ſiue vſum vel ſecundum habitum, ſicut homo furioſus: ſecundum actum verè homo dici non poteſt, habitu verò ſic. Adhuc notandum eſt, quod veritas quædam eſt æterna, quæ conuertitur cum ſuo ſubjecto, ut in Deo, quæ immediatè cauſat aliam veritatem creatam, quæ non conuertitur, poteſtque deficere, & hæc eſt neceſſaria rebus, ut agãt naturaliter & artificialiter, & ut Deus in illis agat naturaliter, quod non poteſt immediate. Et idem de aliis principiis intelligas.

K.

Gloria.

Gloria eſt ipſa delectatio in qua bonitas, magnitudo, & cætera principia quieſcunt. Ipſa itaque eſt quies rei in fine ſuo, aut ipſa per ſe conſummatio delectans quæ in omnibus rebus reperitur, quando in appetiti conſecutione res delectatur.

Diſtinctio & ordo horum principiorum

Habent autem hæc principia diſtinctionem quandam & ordinem, nam ad Deum relata, prima tria eſſentialia ſunt, reliqua tria dicuntur perſonalia, perſonarũ attributa diſtinguẽtia, vltima tria dicuntur notionalia, quaſi notiones quaſdã importãtes.

Eſſentialia

Iterum dicuntur tria prima eſſentialia, quia eſſentiam quodammodo ingrediuntur, tum quod his eſſentia ſubſiſtit. Tria vero ſequentia dicuntur cauſalia, cum quibus & ex quibus

Cauſalia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

causantur operationes extrinsecæ & intrinsecæ, atque ad vnitatem atque eius fluxum pertinent, vltima verò tria ad perfectionem accommodantur, quoniam in consummatione sunt, atque in ipsis est * consummatione causationis.

Perficientia.

** consummatio.*

3. *generaliora principia.*

Itaque istis nouem principiis per Raymundum positis, tria alia principia generalia, ad quæ hæc nouem reducuntur, haud inconuenienter addere possumus, quæ sunt scilicet, essentia, vnitas, perfectio.

3. *Essentia.*

Essentia itaque est, qua vnaquæque res est in se & in suis principiis, in quibus ut res dicitur esse, sicut homo in animali & rationali, & domus in sua materia & opifice.

2. *Vnitas.*

1. *Rei.*

Vnitas autem est, secundum quam aliquid dicitur esse vnum & hæc diuiditur, nam alia rei realem continens existentiam, & hæc vel est simplex, in quam nulla cadit multitudo, nec discreta, nec partibus composita, ut quælibet forma simplex, vel est composita, ut multarum rerum in vnum collectio, siue secundum modum vnitatis substantialis, ut formæ & materiæ in vno supposito, siue continuitatis, ut partium continuarum in suo toto, & punctorum in linea: siue discretionis, ut vnitatis in numero: siue accidentalis, ut accidentis cum suo subjecto, quod vnum est numero, nec dicitur compositum, nisi per modum quendam. Alia est vnitas rationis, quę secundum intentionem abstractam vnum aliquid facit, in intentione verius quàm in re, ut genus & species ad sua inferiora. Est & vnitas identitatis, & hæc alia est nominis, ut cum plura in vno nomine conueniunt, aut plura nomina in vna re. Alia est secundum conuersionem, ut diffinitio & diffinitum, proprium & species, & huiusmodi.

1. *Rationis.*

2. *Identitatis.*

3. *Perfectio.*

Perfectio est secundum quam aliqua res consummata est & suis terminis completa: perfectionum verò, alia est in fine perfectionis simpliciter, & hęc est collecta consummataque integritas, cui nil addi potest in vniuerso, ut crescat perfectio eius, nihil etiam subtrahi ut subsistat, qualis est in Deo. Alia perfectio est secundum modum essendi vniuscuiusque rei, & secundum mensuram conditionis suæ, secundum quam est vnaquæque res habituata ratione sui generis, sicut arbor est perfecta in gradu suo, & animal sanum, dicitur perfectum, quod potest operari operationes sibi debitas sine defectu, & post operationes non habet lęsionem, & in hoc genere gradus perfectionum sunt per accessum ad ens perfectum simpliciter & per recessum ab eo.

1. *Simplex.*

2. *Pro modo essendi.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

III. PARS DE PRAEDICATIS respectivis.

TErtiò nunc de figura T. hoc est triangulorum siue respectuum, dicendum est, Respectus autem, & ipsi prędicata quodammodo sunt, non tamen absolute de aliqua dicuntur, sed comparationem inter res diuersas faciunt, ut si dicatur. Deus est bonus, nulla comparatio est: si autem dicatur Deus differt ab homine, ab angelo per bonitatem & æternitatem comparatio est: similiter si dicatur, duratio angeli & hominis differunt per tempus & æuum. Itaque hi termini per se nihil præstant, sed fundamentum eorum quęrendum est ex generibus subjectorum, & prędicatorum absolutorum, & secundum hāc rationem ipsi etiam in subjecta vel prædicata transeunt, ut si dicatur, homo & brutum differunt cognitione, vel si dicatur differens cognitio reperitur in homine & bruto. *III. De fig. T.*

Genera itaque respectuum, Raymundus in tres triangulos partitur, quibus fere omnes reliqui continentur. 1. *Respectus trigena.*

Primus triangulus continet differentiam, concordantiam, contrarietatem siue oppositionem. Secundus constat ex principio, medio & fine. Tertius habet maioritatem, qualitatem & minoritatem. 1. 2. 3.



(c) 2006 Ministerio de Cultura

De his nunc per ordinem dicitur.

P. Differentia.

Differentia est id per quod bonitas, magnitudo &c. sunt rationes clarę & inconfusę. Est itaque differentia, qua alterum differt ab altero, vel à seipso essentialiter, accidentaliter, aut realiter, quamuis non semper secundum idem nec in eodem tempore. Est ergo differentia alia essentialis, quando res adinuicem comparatæ differunt in aliquo essentialiter, sicut homo differt à lapide per animatum, & hæc differentia dicitur magis propria: sic quæcunque differunt per actum & obiectum, differunt per essentiam, sicut voluntas & intellectus. Alia est differentia accidentalis, quæ fit per accidens, siue proprium siue commune, ut risibile bipes: & hac ratione differentia sumitur ex primis intentionibus: ex secundis autem intentionibus sic diuiditur, ut alia genere differunt, alia specie, alia numero. Genere differunt, de quibus diuersa genera non subalterna nec propinqua dicuntur, ut homo & pirus, de quibus animal & arbor. Specie autem differunt, quæ sub diuersis speciebus sunt, ut sub homine & equo, hic homo & hic equus. Numero differunt, quæ diuersum habent numerum, ut Socrates & Plato. Quęcunque autem genere differunt, eadem & specie, & numero, sed non econuerso, cuius oppositum in concordantia est, ut ea quæ specie concordant, eadem & genere, quod etiam non conuertitur: itaque differentiam dicimus constitutiuam speciei, & diuisiuam generis, sicut rationale cum differentia sibi oppositа diuidit animal, & illi additum, constituit speciem, ut hominem & brutum: intelligimus autem hic sub differentia, omnem distinctionem, alteritatem, distantiam & diuersitatem, non solum rei, sed & rationis, per quam videlicet aliquid à seipso dicitur esse aliud: quod quamuis re seiungi non possit, ratione tamen seiungatur, ut virtus & honestas, rationale & homo. Est itaque realis differentia realis creatura & principium generale, per quod res differunt per differentiam quam habent in se: differentia autem rationis, est intentionalis & phantastica, quam intellectus facit, & non est ens reale, nec principium generale, ut differentia inter finitum & infinitum, quia aliàs daretur medium, quod esset neque Deus, neque creatura. Vnde circa hæc sciendum est, quod ens rationis accipitur vno modo pro quodam fabricato per rationem simpliciter, videlicet similiter dependens ab operatione intellectus, repugnans existentiæ & naturæ, & ipsi intellectui, siue esse rei fabricatæ per ipsam, tam compositiue quàm diuisiue, ut omne impossibile simpliciter, sicut hominem esse animal irrationale. Alio modo sumitur ens rationis pro aliquo fabricato per rationem cum aliquo obiecto extrinsecus mouente, & tale dicitur ens rationis secundum quid, quia non simpliciter, nec

1. *Essentialis.*

2. *Accidentalis.*

3. *Secun. intentionum.*

Mutuæ horundem consecutio.

Realis.

Rationis.

1. *Simpliciter.*

2. *Secundum quid.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nec totaliter dependet ab intellectu, sed partialiter tãtum, quia non repugnat naturæ: nam cum materia non sit limitata natura, habet in ipsa omnem possibilitatem ad omnem monstrositatem, quamuis intentionem talem non habeat, nec res eiusmodi detur ad existere: itaque res eiusmodi non repugnat naturę nec esse rei, sed intentioni naturę & existentiæ rei tantum, & quæ consequuntur existentiam, ut in quantum tale, sicut in chimera, quam componit intellectus quæ cum non est in rerum natura. tamen partes eius obiectatæ per intellectum, sunt reales & existentes. Sed ut iste angulus ad magis particularia applicari possit, de varietate diuisionum aliqua dicemus.

De diuisione.

Diuisio alia incomplexi, alia complexi. Diuisio incomplexi, aut est rei, aut nominis, vocis aut significati: non enim de diuisione sensibus subjecta sermo est, sed quæ instinctu est & imaginatione ac intellectu. Diuisio itaque nominis est cum vna dictio in diuersa significata diuiditur, aut modos significandi in significata quidem aut proprie, aut translatè: propriè ut æquiuocum à consilio, aut à casu, ut si canis diuiditur in cœlestem, marinum terrestrem: vel dictio aliqua in diuersa significata, quæ habet in diuersis linguis. Translatè autem diuiditur dictio, seu figuratè, dupliciter: aut ut ex vna parte sit significatum proprium dictionis, & ex alia parte translatum siue translata: aut ut relicto proprio significato, dictio per translata diuiditur, cuius diuisionis tot sunt genera, quot sunt subtropo species, & sub eius speciebus in communi vsus dicendi siue per rectum siue per oppositum, ex simili, aut ex contrario, aut per analogiam: sed omnium illarum translationum fundamentum ex recta significatione petendum est. Quæ autem varietas per æquiuocationem veram & assimilatam in dictione fit, eadem fit per amphibologiam, accentum varium, figuram dictionis, compositionem & diuisionem in oratione, quæ omnia diuisionem præstant, & ita multa argumenta dissoluunt, si annotentur: neglecta autem, in fallacias cadere faciunt. Comparatiuè autem diuiditur dictio, in varia significata quæ tamen verè æquiuoca dici non potest, sed quia hoc ita velle videtur vsus, penes quem dicendi norma subsistit, sicut vertex, quæ dictio ad capitis superiorem partem, ad montis cacumen, ad aquæ in superficie inuolutionem, ad summum cuiusque rei refertur. Ista quoque dictionum diuisio etiam in orationes transfertur, quas variè accipi oportet, variatis dictionibus ex quibus constant.

1. *Incomplexæ*
1. *Nominis.*

Secundum modos significandi diuiditur dictio, aut secundum varias suppositiones, vel secundum varia accidentia, etiam grammaticalia, secundum quę alio modo significat dictio.

Diuisio quæ rei est, siue significati, aut est essentialis, aut 2. *Rei.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

accidentalis , & ſub his diuiſa in multas ſpecies, quæ hic permixtim ſequentur. Eſt itaque diuiſio totius in partes, quod genus tot modis diuiditur, quot ſunt totorum genera. Aut diuiditur aliquid in ſuas ſpecies, ut ſuperius in ſua inferiora ſicut animal in hominem, equum, &c. Aut diuiditur totum integrale, vel ſubſtantiale, vel accidentale, in ſuas partes, ſecundum eſſe, vel ſecundum modum eſſendi. Pari ratione diuiditur totum, ſecundum partes ſuas, in quantitate, in tempore, in modo. Aut diuiditur cauſa in effectus diuerſos quos cauſat. Aut effectus in diuerſas cauſas à quibus cauſatur, ſecundum quodcunque genus cauſarum. Aut diuiditur ſubjectum in accidentia, ſiue conſideretur ſubjectum ſecundum ſpeciem, ut hominum alius albus, alius niger: ſiue ſecundum numerum, enumeratione quadam, per ſecundam & tertiam ſpeciem regulę Q C. ut in homine ineſt color, riſus, intelligentia, &c. Aut diuiditur accidens in ſubjecta, prout in diuerſis ſubjectis reperiri poteſt, ut corona, alia auri, alia argenti, alia ex herbis & floribus. Aut diuiditur virtus in operationes, non ut genus, nec proprie ut cauſa, ſed ut quoddam primitiuum, à quo operationes proficiſcuntur. Aut diuiditur ſubſtantia in potentias, quæ in ea ſunt, ut angelus in intellectum, voluntatem & memoriam. Aut diuiditur abſolutum in comparata, ut bonum in melius & optimum. Per extraneum autem fit diuiſio, ſecundum attributa intrinſeca, vel extrinſeca, ſecundum intentionem dicentis quam ipſe proponit, quod tam in complexo quàm in incomplexo fieri poteſt.

2. *Complexi.*

Diuiſio complexi, ſcilicet propoſitionis vel orationis fit, ut in ſubjectum & prædicatum, patientem & vltra patientem, & in modum actionis & paſſionis, & in modum ſubjecti & prædicati, ſi tot ſunt termini expreſſi vel ſubintellecti, quot quiſque per ſe notare poteſt, ut in hoc exemplo : Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. In quibus verbis conſiderantur, res replens, actus repletionis, & patiens, ſcilicet orbis terrarum. Similiter in hoc themate: Sapientia ædificauit ſibi domum, conſideratur ędificans, actus ædificationis, & patiens domus. Quod ſi hanc diuiſionem per extranea multiplicare volumus, hoc eo modo fieri poteſt, per aliquorum attributionem, ut dicendo, ſapientia ingenita prudenter ædificauit ſibi domum ſanctam: & quum ita propoſitio in terminos aliquos diuiſa eſt, poſtea ſinguli termini ſubdiuidentur, ſecundum aliquem modorum ſuperius dictorum, aut per ſe, aut cum aliquo alio iuncto in eadem propoſitione: & hæc ſunt diuiſionum fere genera: & ſi qua alia ſunt, quiſque facile per ſe inuenire poteſt.

Multiplicatio per extranea.

Subdiuiſio.

C. ordãtia.

Concordantia eſt id, ratione cuius bonitas, magnitudo, &c. in vno & in pluribus concordant. Eſt itaque concordãtia qua in-

2. *cale*

ſubjecta prædicatáve in vim ſubjectorum redacta, concor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dant aut sunt eadem. Est autem concordantia alia vnionis, secundum aliquem modorum vnitatis, velut aut partium in quãtitate, aut vniuersalium in tempore, aut in modo, aut aliquo horum in suo toto. Alia est mixtorum in mixto, alia continuorum in continuo, aut discretorum in toto discreto, aut materiæ & formæ in vno supposito. Sunt etiam quæ inter se concordant in aliquo tertio, per modum vnionis & vnitatis, vt trinitatis in Deo, & in his nonnunquam falsè dicitur, quæcunque sunt eadem in vno tertio, sunt eadem inter se: de hac autem vnitate & identitate loquuti sumus in capite præcedenti. Sunt alia quæ concordant in vno tertio, velut in medio iungenti per vnionem. Alia in termino concurrente, vt vir & mulier in filio. Est alia concordantia æqualitatis, vt æqualium in eadem quantitate. Alia proportionis, vt dupli & dimidii. Alia proportionaliter concordant, vt duarum proportionum inter se secundum aliquam medietatem arithmeticam, geometricam vel harmonicam. Alia est concordantia effectus, vt calidi & frigidi in induranda terra: alia causationis, vt induratio terræ & mollificatio ceræ in caliditate, & in hunc modum plura. Illorum autem quæ similitudine inter se concordant, aliud est similiter simile, æquè per omnia: aliud similiter simile, sed non æqualiter per omnia: aliud dissimiliter simile, vt per oppositum, atq; hinc oritur illa regula: sicut affirmatio est causa affirmationis, ita negatio est causa negationis: possunt enim affirmatio & negatio ad similem consequentiam peruenire. Illa autem quæ inuicem concordant, in hoc quod sibi inuicem iunguntur, pluribus modis se contingere dicuntur: aut quia essentia alicuius, vt rationale hominis: aut sicut essentiæ proprietas, vt risibile homini: aut vt forma subiecto, vt anima in corpore: aut contingit aliquid sicut transmutans transmutatum, vt cœlum ad elementa; aut sicut ars subiectam sibi materiam, vt faber clauum: vel sicut pars indiuidua in suo toto, vt stellæ in cœlo, intellectus: voluntas & memoria in angelo & anima: vel sicut pars separabilis à suo toto, vt partes aquæ ab integritate sui elementi ad quod colliguntur: aut sicut effectus suæ causæ adhærens, vt herbæ terræ semper affixę: aut sicut effectus ex suis causis constans. vt animalia reptilia ex terra: pisces ex aqua: aut sicut causa efficiens, vt Deus creans mundum: aut sicut causa exemplaris, vt homo secundum imaginem Dei: aut sicut causa finalis, vt homo ad cognoscendum Deum & dominandum creaturis: aut sicut causa affinitatis, quæ causæ primarię secundariæ obediunt vt Deus cum anima mouet corpus, & finis secundarius principali, sicut stellæ vt luceant, & lucendo influant: aut causa cognationis, vt homo homini, vir mulieri: aut vt medium parti-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cipationis vt colores medii inter album & nigrum: vel diuiſionis vt firmamentum in medio aquarum. Poteſt præterea concordantia diuidi eiſdem modis quibus differentia, ſicut ex prioribus notum eſt & èconuerſo, differentia, ſecundum eum modum, ſecundum quem concordantiam nunc diuiſimus, ac quēadmodum ſupra diuiſionem declarauimus, econuerſo collectionem conſtituemus, varias res ad propoſitū noſtrum referēdo.

Reliquæ diuiſiones.

D. Oppoſitio.

Oppoſitio eſt quorundam mutua reſiſtentia propter diuerſos fines. Eſt itaq; oppoſitio ſecundum quod aliqua opponuntur Oppoſitorum itaq; alia ſunt contraria, quæ ſunt mediata, vt album, nigrum: quædam immediata, vt virtus vitium: alia ſunt contradictoria, vt affirmatio negatio. Debet autem contradictio eſſe ad idem, ſecundum idem, ſimiliter & in eodem tempore: alia ſunt priuatiue oppoſita, in quibus non eſt ordo regreſſibilis, vt habitus & priuatio, cæcitas & viſus: alia dicūtur relatiue oppoſita, vt pater & filius & hoc ex natura verbi & rei, quandoq; autem fit ex applicatione quæ faciat reſpectum rei, quæ non eſt ex prima impoſitione talis, vt ſi dicatur equus regis, ſecuris & ſectoris. Eſt alia oppoſitio, quę eſt localis, vt duorum polorum in ſphæra, & huiuſmodi: & eſt alia oppoſitio in propoſitionibus & oratione, & illa quædam eſt contraria, vt vniuerſalis affirmatiua ad vniuerſalem negatiuam: quædam ſubcontraria, vt affirmatiua & negatiua particulares: quædam contradictoria, vt affirmatiua & negatiua, vna vniuerſalis alia particularis: quædam eſt ſubalterna, vt affirmatio & negatio particularium ad ſuas vniuerſales eiuſdem qualitatis. Raymundus ipſe in arte ponit duas ſpecies, circa quas iſte prior triangulus præcipue verſatur, ſcilicet ſenſuale & intellectuale, vt inter intellectuale & intellectuale, intellectuale & ſenſuale, ſenſuale & ſenſuale. Diffinit autem Raymundus ſenſuale, omne illud ens quod ſenſibus percipit vel percipitur, ſiue percipi poteſt, tam interioribus quam exteriorihus ſenſibus. Intellectuale eſt illud ens, quod eſt ſolum perceptibile per intellectum, voluntatem vel memoriam, & non per imaginationem neque per ſenſus, ſicut ſunt Deus, angelus, anima rationalis, virtutes, vitia, ſcientiæ, artes, & omnia quæ iſta habent in ſemetipſis, ſimiliter dicuntur res intellectuales. Et eſt ſciendum circa hunc triangulum, quod differentia eſt magis generale principium quam concordantia & oppoſitio, quia vbicunque eſt concordantia & oppoſitio, ibi eſt differentia, ſed non è conuerſo in omnibus: ita concordantia maius eſt principium quam contrarietas, quia ab ea deſcendunt principia primitiua poſitiua: à contrarietate autem priuatiua, & ideo concordantia magis conuenit principiis figuræ A. quam contrarietas: quia concor-

1. Contraria

2. Contradictoria.

3. Priuantia.

4 Relatiua.

5. Localis.

Oppoſitio in propoſitionib.

1. Contraria.

2. Subcontr.

3. Cont. dict.

4. Subalter.

2. Species circa quas præcipue verſatur primum trigonum.

Senſuale.

Intellectuale

Collatio triū Cuſpidū huius trigoni.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dantia

dantia applicatur illis ponendo, contrarietas autem priuando. Et scias quod differentia & concordantia sunt principia substãtialia in suis partibus substantialibus, vt differens, differentiabile, differentiare: concordans, concordabile, concordare, quæ sunt partes de eorum essentia & substantia, & sunt alio modo principia accidentalia inquantum aliqua non per se, sed per accidens differunt vel concordant, vt per differentiam & concordantiam; opposito autem nullo modo potest esse principium substantiale, excepta oppositione relationis & locali.

Secundus triangulus constat principio, medio & fine. Principium est, in quo alicuius rei primitiua ratio vel essentia consistit. Principium, aliud vniuersale, vt vnumquodque superius secundum prædicationem, quod de essentia sui inferioris est, vt genus suarum specierum, species suorum indiuiduorum & singularium, de quibus in quid prædicatur: differentia etiam quodammodo suæ speciei principium est. Et hæc sunt principia ratione, intentione & diffinitione potius, quam tempore; vt prius oportet existere animal quam hominem, &c. Generũ vero aliud generalissimum, vt ens, substantia & qualitas, &c. Aliud subalternum, quod sub alio genere locatur, vt animal sub corpore & illud potest esse species, seu subalternata. Nam species specialissima, est illa sub qua non est alia species, vt homo, sicut in dialecticis manifestum est, in rhetoricis autem aliter sumitur, pro ut ibi & personarum & actionum & negotiorum consideratio habetur: vt dicatur simihil turpe bonum generalissimum est: sub eo autem specialius dicimus, vsuram turpem esse quæstum: specialissime autem hunc quæstum esse vsurarium, & hoc modo specificando secundum respectus negotiorum, actionum & personarum.

Principium.

1 Vniuersale.

Principium causale, est principium primitiuũ, quoniam ante causam nullum ens existere potest. Est itaq; causa, ad cuius esse sequitur aliud: non autem tam stricte intelligendum est hoc verbum vt necessitatem importet, quia etiam sub hoc genere principium ponimus positiuum videlicet ad cuius positionem sequitur aliquid, vt domificator domui: similiter principium priuatiuum, vt absentia Solis nocti, & similia, per quæ & priuatio vnius est principium inductionis alterius. Causarum itaq; alia per se, alia per accidens Cause per se dicuntur, aut intrinsecæ, aut extrinsecæ: intrinsecæ sunt, sicut materia & forma, quæ ingrediuntur constitutionem rei: & dicuntur intrinsecæ secundum quendam dicendi modum, vt aliquod materiale id quod est, vt aliquod formale id quo est, quæ in omni re & actione cõsiderantur, & in omni intentione, ita etiam vt si sit aliqua forma simplex, suo materiali & formali cõsterque vbi nomina de-

2 Causale.

Cause per se.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sunt

sunt pertiuũ & bile denotentur, vt intellectus ab intellectiuo & intelligibili: sed in his cauendum est, ne quis fallatur, abutendo his in vim actionis & passionis intrinsecæ, sed secundum modum intrinsecorum principiorum. Similiter, in moralibus, in genere demonstratiuo & deliberatiuo, materiam & formam accipimus, vt in virtute, vitio, verbis, intentionibus, actibus, voluntate, facto & animo. Causa itaq; materialis, est principium essentiale, quo est substantia secundarie, vt corpus in homine: Materia vero est ens quod proprie & maxime sub passione consistit, vnde inter materiam & passionem non est dare medium. Est igitur materia ex qua aliquid fit, & hæc est aut propinqua, vt lateres parietis: aut remota, vt lutum vnde fabricatus est paries, & hæc diuisio etiam in aliis causis accipitur. Dicitur enim materia, obiectum circa quod alicuius poëtæ actio aut intentio versatur, similiter & subiectum, cui aliquid inest vt accidens & quæ sunt similiter.

Causa materialis.

Causa formalis.

Causa autem formalis est principium essentiale, per quod substantia maxime consistit in suo esse, & in illo conseruatur: forma vero est, per quod actio maxime consistit, & extra eam nulla actio existere potest: ipsa itaq; dat esse rei, non vt efficiens sed vt id quo res est id quod est: & hæc aut est essentialis, vt forma informans materiam, sicut anima rationalis per quam est homo: vel accidentalis, vt forma circa aliquod constans figura, vel exemplaris siue idealis, vt alicuius rei exempla. Et dicuntur causa siue principium essentiale, ipsæ partes absolutæ totum aliquid constituentes, sicut substantialitas, & spiritualitas constituunt angelum, & hoc principium est medium principii effectiui quo ad facere: est aliud principium * essentiale, quæ sunt tiuum, bile & are, vt intellectiuum, intelligibile, intelligere in angelo: vt simpliciter composita vel resultantia ex essentiali principio

**Coessentiale*

Causa efficiens.

Causa efficiens, est principium quod facit aliquam rem, vt ens naturale vel artificiale, siue principium vnde motus: & est aut primitiua, aut coniunctiua, quæ vtraq; etiam apud medicos & oratores considerat. Primitiua siue antecedens est, ex qua aliquid per se sequitur, quæ etiam ab effectu separatur: & hæc apud oratorem considerat in causa iurisdictionali, vt in parte assumptiua, si quid in necessitatem confertur: vel in impulsiua, vt si in rem vel in personam impellentem crimen aut factum transfertur. Quandoq; tamen partim primitiue, partim coniunctiue mixtim apud oratorẽ causa rei inuestigatur, vt in causa coniecturali & probabili: vt si à vita, consuetudine, fide, & his quæ impellere possunt, argumentum sumatur. Causa autem coniuncta est, quæ cum effectu manet, vt inflatio, tumor

2. Subdiuisio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tumor cum percussione, & hæc apud oratorem sumitur, quæ opportunitatem facto præstat, quam signum vocant, vt locus, tempus, occasio, spes celandi, & huiusmodi. Est iterum causa efficiens, substantialis, vt domificator domui, aut accidentalis, quanquam accidens per se nihil causet, vt longitudo portectionis. Adhuc quædam est principalis, vt sector: quædam instrumentalis, vt securis: simpliciter quædam mediata, quędã immediata. *2. Subdiuisio*

Causa finalis est, principium propter quod res finaliter est facta, vt totum suarum partium. Est .taq; finis, propter quem aliquid fit, & ipse est primus in intentione: & vltimus in executione: & ex his alius est vltimo vltimus, alius subordinatus, vt arma belli, bellum pacis causa sumuntur. Et est finis impulsiuus licet impropríe, vt impudentia Calphurniæ, quæ causa fuit impulsiua, ne mulieribus liceret * postulare in iudicio. *Causa final.* ** Pro aliũ.*

Causa autem per accidens est, quæ aliquo indicio ex se non importat necessitatem effectus subsequentis, vt sunt casus, occasio, fortuna. Sed quia Raymundus in arte diuidit principium in causale, quantitatis & temporis, sub principio quantitatis & temporis, intelligit principium accidentale siue instrumentale, ipsa videlicet nouem prædicamenta accidentis, quæ sunt quantitas, instrumentum seu principium mensuræ, qualitas determinationis, relatio coniunctionis, actio formæ, passio materiæ, habitus doctrinæ, situs figuræ, tempus, motus, locus continentis, & de his singulatim dictum est superius. Hinc præterea motus sub ratione principii consideratur, & est actus mobilis secundum quod mobile, & huius sex sunt species, scilicet generatio, quæ est progressio de non esse ad esse, seu à potentiali ad actuale. Corruptio, quæ est progressio de esse ad non esse. Augmentatio & diminutio, quæ sunt mutationes quantitatum. Alteratio quæ est mutatio qualitatis: & motus secundum locum, qui est vel rectus, vel non rectus: necessarius, vel voluntarius: intra se, vel extra se, siue per occasionem. *Causa per accidens.* *Principium accidentale seu instrumentale.* *Motus.*

Est aliud principii genus, quod ordinale dicitur, quòd aliquid est prius, siue natura, siue tempore, siue diffinitione, siue cognitione: & illud non recte principium dicitur, sed solum prius, quoniam nihil principii tribuit suo posteriori suæ originis. Est præterea principium originale, vt punctus lineæ, fons riui, vnitas numeri, pater filii, & huiusmodi. *Principium Ordinale.* *Principium originale.*

Medium est, quo aliqua extrema inter se quadam coordinatione cohærent positiue vel priuatiue, constructiue vel destructiue. Medium Raymundus diuidit in medium coniunctionis, mensurationis & extremitatum. Medium coniunctionis est, quod plura coniungit in vnum, vel quod ducit aliquid de prin cipio *F.* *Medium.* *2. Diuisio.* *Coniunctionis.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cipio ad finem, siue quod coniungit inter extrema, vel natura, vt copula inter subiectum & prædicatum: vel situ & loco, vt vnitas media in ternario. Mediũ mensurationis est, per quod substantialiter aut accidentaliter æqualia vel inæqualia mensurãtur, & dicitur esse medium operationis, quo aliquid fit vt oculus ad videndum, securis ad secandum. Deinde est medium extremitatum quod concluditur inter duo extrema. Sub his modis quidam alii sumi possunt, nam est quoddam medium adhæsionis, seu instrumentale, vt clauus coniungens duo ligna. Aliud medium participationis, quod inter duo extrema positum naturam trahit vtriusq;, vt colores medii inter album & nigrum, & numerus impariter par, inter pariter parem & pariter imparem. Aliud est medium comprehensionis, quod continet ea inter quæ ponitur, vt genus inter duas differentias se diuidentes. Aliud est medium negationis, vt temperatum inter calidum & frigidum, & perfectum inter superfluum, & diminutum. Aliud est medium transitionis, per quod fit motus, actio atque passio: siue secundum locum, vt à termino à quo ad terminum ad quem: siue secundum speciem, vt aër illuminatus vehens spiritus visibiles: aut secundum quietem vel desitionem, vt quies media inter duos motus ad terminos oppositos, sicut status morbi inter augmentum & declinationem. Est adhuc medium quoddam essentiale, quoddam coessentiale, hoc est medium principii essentialis vel coessentialis: horum primũ est, ipsa mutua informatio partium absolutarum, vnius actiua, alterius passiua: Alterum est ipse actus formæ in materiam, & materiæ sub forma.

Mensuratio nis.
Operationis.
Extremitatum.
Adhæsionis.
Instrumentale.
Participatio nis.
Comprahensi cnis.
Negatiouis.
Transitionis
2 *Subdiuisio*
Essentiale.
Coessentiale.

Finis est, in quo aliquid terminatur & quiescit, cui sicut à principio influxus est, sic principio refluere videtur. Est itaque finis perfectionis, ille in quo res perficitur, siue habet suum finale complementum secundum aliquod genus perfectionis, de quibus superius in prædicatis dictum est. Alius est finis terminationis, seu finitionis siue extremitatum, in quo res vlterius nõ extenditur, & est extremũ alicuius rei, substantiæ vel accidentis, secundum essentiam, vel tempus, vel locum, vel qualitatem, vel quantitatem, & huiusmodi, siue ante, siue post: & huic opponitur infinitum. Finis autem desitionis est, cum res desinunt esse, vel operari, siue pati, & sumitur secũdum multiplices circumstantias, vt hoc vel illud tantum, aut tale, tunc vel ibi, & huiusmodi, in quantum alia & aliter sunt vel operantur. Alius est finis priuationis, in quo res finiunt in non esse, & consideratur naturaliter, moraliter & artificialiter, & sub eo est finis corruptionis & defectionis, qui & ipse eosdem habet terminos per oppositum. Est adhuc finis essentialis, qui dicitur consistentiæ &,

Finis.
Perfectionis.
Extrẽitatũ.
Desitionis.
Priuationis.
Corruptionis
Defectionis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

est

est duplex hæc consistentia extrema, vt partes absolutæ extrema vnius consistentiæ cum alia sicut spiritualitas & substantia in angelo, & coincidit cum principio essentiali: est alia consistẽtia, quæ proprie finalis dicitur, vt ipsum totum ex his resultiuũ, & finis eorum, vt spiritus. Potest adhuc finis diuisio sumi secundum diuisionem principii, sicut in prioribus dictum est. Similiter quæ hic de fine dicuntur, suo modo referantur ad principium, & secundum hæc vtraq; diuersitas medii simili ratione inuestigetur, & à medii diuisione, sumatur principium & finis illi conueniens.

2. *Subdiuisio*

3. *Subdiuisio*

Principii, finis & medii mutuæ partitiones.

Tertius triangulus constat maioritate, æqualitate, minoritate. Maioritas est, imago immensitatis, bonitatis, magnitudinis, &c. Æqualitas est, subiectum in quo finis concordantiæ quiescit. Minoritas est, ens circa nihil, vnde res creatæ de nihilo, quæ de non esse in esse veniunt, ante sunt in minoritate quam maioritate. Et iste triangulus facit respectum in rebus, secundum aliquod genus magnitudinis & proportionis, & habet diuersimode considerari quemadmodum superius ostendimus vbi de quantitate in figura subiectorum loquuti sumus. Raymũdus vero huic triangulo duas species assignat circa quas potissime versatur, quæ sunt substantia & accidens, totus enim iste triangulus versatur, vel inter substantiam & substantiam, vel inter substantiam & accidens, vel inter accidens & accidens, vt æqualitas inter duas substantias, sicut duorum individuorum in specie, & æqualitas inter substantiam & accidens, sicut extẽsio quãtitatis æqualis suæ substantiæ; & æqualitas inter duo accidentia, sicut calidum in tertio gradu & frigidum in tertio. Est autem substantia ens quod per se existit, in se, sicut Deus, angelus, cœlum, homo, &c. Accidens est ens quod per se existere non potest, nec in se, sed in substantia, & per substantiam, qualia sunt quæ ex nouem principiis accidentalibus sunt, & sub illis continentur, de quibus superius late dictum est.

H. Maioritas.

I. Æqualitas.

K. Minoritas.

Species circa quos potissimũ versatur hoc trigonũ.

1.

2.

3. *Substantia. Accidens.*

Hæc sunt Respectuum genera, quæ ad copiam inuentionis maxime videntur accommodata: quicunq; enim respectus in rebus sunt, in aliquo istorum generum contineri habent. Qui sicut per Raymundum in tres triangulos diuisi sunt, ita triplici viæ doctrinali videntur accommodati, ita tamen quod vnus triangulus alium adiuuet, in explendo suo munere & officio, & alius alium probet, & se mutuo penetrent, & inter se singuli etiam termini quandam penetrationẽ habeant. Itaq; primus triangulus diuisiuus dici potest, quantũ ad differentiam: secundus diffinitiuus, propter principiũ: tertius vero collectiuus, & finis ostensiuus, cui etiam anguli medii & finis subseruiunt. Hinc ex primo triangulo, in probanda propositione aliqua affirmatiua, vsimur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vtimur concordantia: in deſtruenda ea, vtimur differentia vel oppoſitione: & è conuerſo in negatiua, vt differentia accommodata eſt ſolutionibus: concordantia ad probandum & medium inueniendum, oppoſitio ad improbandum, cui differentia inſeruit. Vide concordantiam ſequitur hæc regula: Quando alterum de altero prædicatur vt de ſubiecto, quæcunque de eo quod prædicatur dicuntur, omnia de ſubiecto dicuntur, ita tamen quod ſeruetur idem modus prædicationis & ſuppoſitionis. Sic ex ſequenti triangulo colligimus alicuius rei neceſſitatem, cauſalitatem vel contingentiã, ſic eſſendi vel non eſſendi. Tertius vero triangulus, parum vel nihil probat, niſi ex locis ſibi coniunctis, quare magis vtilis eſt ad amplificationem ſermonis, quam ad probationem rei.

Reg. Concordantia.

IV. PARS DE QVAESTIONIbus earumq; Regulis & Speciebus.

IV. De ſig. Q.

QVARTO nunc de figura Q. hoc eſt, quæſtionum & regularum tractandum eſt. Dicitur autem hic quæſtio non vt dubitabilis propoſitio, ſed ipſum ſignum quæſitiuum, ſiue ipſe terminus per quem quærimus. Regulam autem dicimus, rectam rationem reſpondendi ad quæſtionem.

Quæſtiones.

Quæſtiones autem inter ſe diſtinguuntur, nam quædam ſunt eſſentiales, vt iſtę quatuor, vtrum quid, de quo, quare: quæ quærunt de ipſa re vel eſſentialibus eius. Reliquæ vero ſunt accidentales, vt quantum, quale, quando, vbi, quomodo, & cum quo: quæ quærunt de aliquo accidente rei, & ſub his quæſtionibus plures aliæ ſpecies continentur. Neq; tamen ita reſtringimus iſtas quęſtiones, quin & per eſſentiales accidentalia quærantur & e converſo, quemadmodum hoc diuiſio atque mixtio expoſtulant.

Mutua communicatio et permixtio harum quæſt.

Prima



B.

Prima itaque quæstio est. Vtrum, per quam quærimus sitne illa res quę proposita est, aut fiat, aut fuerit, aut futura sit. Deinde per eandem quæstionem quęrimus vlterius, de rationibus, speciebus & regulis omnium aliarum quæstionum, tam est generalis ista quęstio, quod etiam in omnibus aliis quæstionibus vis ipsius supponitur: ut si responsum est ad aliquam quæstionē, iterum inuestigamus per hanc quæstionem, sit ne rectè responsum? ut si quæratur, quid est homo, quo dicto, iterum emergit ista quæstio, ut, sit ne homo id quod dictum est, & similiter in aliis quæstionibus, ut sit ne ex eo, sit ne propter id, sit ne talis, & sic de singulis pro sua conditione. Regula autem huius quæstionis, apud Raymundum est possibilitas. Itaque huic quęstioni iungitur quæstio si est, cuius regula potius est entitas, & illę regulæ contrahuntur particulariter secundum singulas propositiones, ut possibilitas siue entitas substantię, quantitatis, qualitatis, necessitatis, contingentię, & huiusmodi. Habet autem hęc quæstio apud Raymundum tres species, quę sunt affirmatio, negatio, dubitatio. Sed possumus ponere alias species respondendi ad hanc quęstionem, ut possibile, contingens, necesse, impossibile. Oportet itaque respondentem ad hanc quæstionem

Vtrum.

Regula.

An sit.

Regula.

3. Species Lullıana.

4. Species Agrippæ.

Vsus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

secundum artem discurrere cum subjecto quæstionis, per prædicata & respectus, regulas ac regularum species, & ex his id eligere, quod vel verius vel probabilius & magis conueniens reperitur, cum diffinitionibus ipsius subjecti, de quo agitur, tum prædicatorum & respectuum. Sunt autem quędam quæ in hoc quæstionis genus non cadunt, quæ adeo per se nota sunt, ut neque probatione indigeant, vel nec probari, nec demonstrari possint, ut prima principia. Nunc ergo aduerte aliquas conditiones obseruandas, ut ad hanc quæstionem sine errore valeas respondere, affirmando vel negando, secundum quod veritas ipsa requirit. Harum prima est, ut affirmemus omne illud esse verum, quod est magis intelligibile, recolibile & amabile, discurrendo per principia & regulas, diffinitiones & species, quantum fieri potest cum maioritate intelligentię, & non cum minoritate: nam primum est de genere scientiæ, hoc autem credulitatis & opinionis. Secunda conditio est quotiescunque ad affirmationem alicuius sequitur destructio principiorum & diffinitionũ, negatiua est tenenda. Tertia est, ut non concedamus illud esse verum, quod non est intelligibile, postquam intelligibile est, suum oppositum esse verum. Quarta est, ut positis duobus vel pluribus possibilibus, illud tenendum est, quod est magis intelligibile, amabile & recolibile.

Exceptio.

1. *Conditio.*

2. *Conditio.*

3. *Conditio.*

4. *Conditio.*

C.

Quid est.

4. *Species. Lulliana. Regula.*

1. *Quid essentiale.*

Secunda quæstio est, quid est, cuius multæ sunt species, & secundum illas diuersę regulæ, quamuis Raymundus solummodo quatuor eius species ponat, ut quid est in se, quid est in alio, quid habet in alio. Regulamque huius quæstionis vocat quiditatem. Est itaque quid essentiale, ut cum quærimus quid est in se, vel quid est in alio, cui respondetur per diffinitionem rei, non solum essentialem, sed etiam quamuis aliam, quæ notificat rẽ, quare sub illa comprehenditur quid, explicans nomen rei, siue per interpretationem, siue per vocabuli significationem, siue per translationem, ut si quis senectutem vocet occasum vitæ, siue per allegoriam, siue metaphoram vel paraphrasim, quę omnia in rei diffinitionem venire possunt. Ad quid est: in alio respondetur per quiditatem respectiuam, ut si est forma, potentia, pars, finis, totum, perfectio, plenitudo, effectus, accidens, locatum: vel aliquid in fine, & econtra. Est præterea quid rei, quocunque modo rem ipsam diffiniens. Est aliud quid contentiuũ, cuius essentia est in existentia, quando quærimus quid habet in se secundum aliquem modum essendi & habendi, essentialiter vel accidentaliter, siue ut pars in toto, vel totum in suis partib⁹: aut inferius secundum prædicationem in suo superiori, vel econtra, siue ut forma substantialis vel accidentalis in materia vel subjecto, aut ut potentia in virtute, aut locatum in loco, aut

2. *Quid rei.*

3. *Quid contentiuum.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

causa

causa in effectu & econtra, aut ut principiatum in suo principio & econtra, & huiusmodi. Et aliud quid operatiuum quęrens de actibus & operationibus, intrinsece aut extrinsece, ut quid habet in alio, siue verè alio, siue interpretatiuè, ut si quæratur, quid habet intellectus in sensu, cuius responsionis copia ex virtutibus & operationibus sumitur, tum ex diuersis prædicatis verbaliter, actiuè vel passiuè acceptis: habet enim vnum quodque in alio quod habet in se: habet insuper actum operandi, tam proprium quàm appropriatum. Est aliud quid personale, cuius regula est personalitas, quod quis dici potest, quod de persona siue suppositio quærit, ut quis creauit mundum, quo tam in recto quàm in obliquo, per quendam modum ad rectum reducibilem, mutata constructione vtimur, ut quis te accolat, vel per quem accusaris, seu à quo accusaris, & in hunc modum plura.

4. Quid operatiuum.

5. Quid personale.

Tertium quæstionis genus est de quo, cuius tres sunt species apud Raymundum, ut de quo originaliter, siue primitiuum, quod dici potest à quo, cuius regula est deriuatio siue originalitas, varię quidem secundum varietatem originis, iuxta ea quę de principio dicta sunt, & ad hanc respondetur tripliciter, vel quia non ab aliquo, nec de aliquo, ut Deus: vel quia ab aliquo & non de aliquo, ut angelus & omnis forma primitiua: vel quia ab aliquo & de aliquo ut corporalia. Secunda species est, quando quærimus de quo materialiter, cuius regula est materialitas, ut si quæratur de quo factus est homo, respondetur de limo terræ. Tertia species est, de quo possessiuum, quæ quærit possessionem, dominium, pertinentiam, respectum & relationem, cuius regula responsiua ex omni ratione respectuum sumitur, & hæc quæstio potest notari per signum cuius, ut si dicatur, cuius est pater, cuius est bonitas, & huiusmodi, & accipitur dupliciter, deriuatiuè, ut Deus est bonus, vel bonitas est subiecti in quo est: vel sumitur possessiuè, ut homo est Dei vel tempus est subjecti in quo est.

D.

De quo.

1. A quo.

2. De quo materialiter.

3. De quo possessiuum.

Cuius.

Adhuc ad hanc quęstionem de quo, per plerasque alias regulas ac species respondere possumus, ut conuersiuè, sicut Deus de suis dignitatibus quæ in eo conuertuntur, exceptis paternitate, filiatione & spiratione: vel effectiuè, ut angelus de Deo: vel constitutiuè, ut anima de suis potentiis memoria, intellectu & voluntate: vel compositiuè, ut homo de corpore & anima: vel deriuatiuè, ut particulare de vniuersali: vel originaliter, vel materialiter, ut dictum est.

Quarta est quæstio quare, quæ interrogat de quiditate subjecta modo essendi rei, & eius regula generalis est causalitas, & inuestigat duas causas, videlicet formalem, quæ quærit per quid res est, seu quare res sunt, vel agunt per existentiam &

K.

Quale.

Formale.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

agentiam, hoc quod sunt vel agunt, & ista prima species huius quæstionis est idem (licet secundum diuersum modum) cum secunda specie C. scilicet quid habet in se. Et est sciendum, quia ista species quærit de re dupliciter, vel in quantum abstrahit ab omni respectu, & respondetur quod res est per se, vel in quantum respicit principium formale aut effectiuum, & respondetur per aliud, ut per essentialia: aut per effectiuum & huius speciei regula est formalitas: aut inuestigat hæc quæstio causam finalem quæ proprie dici potest propter quid, quærens existentiam & agentiam rerum propter alias res vel de finibus earum, & hoc duplici respectu, vel ad habitudinem intrinsecam, & respondetur propter se, quia omne quod potest aliquo modo absolui, primo est propter se, quam propter aliud: vel ad habitudinem extrinsecam, & respondetur propter aliud, cuius regula est finalitas. Et est aliud quare, quærens secundum necessitatem positionis ab effectu ad causam, & à posteriori ad prius, ut à specie ad genus, cuius regula est necessitas consequentis, ut animal est, quia homo est. Est & aliud propter quid, secundum illationem à priori, cuius regula est necessitas antecedentis, ut homo est, quia animal rationale est.

finale.

Positiuum.

Illatiuum.

F.

Quantum. Reg generalis.

Quinta quæstio est, Quantum & quærit de quantitate absoluta vel comparatiua, continua ve discreta, cuius regula generalis est, Quantitas, non solum quantitas rei, sed ita generaliter accepta, ut quamlibet comprehendere valeat formalitatem, vti infinitum & finitum, & per hanc quantitatis quęstionem variè quærimus, secundum varietatem specierum quantitatis. Aut enim quærit de magnitudine secundum longum, latum & profundum. Aut de loco, aut de tempore, aut de multitudine, & fit per signum quot, cuius regula est quotitas, & hoc diuersimodè: aut secundum ordinem, ut cum quotus sit quęrimus: aut secundum multiplicationem, ut cum quotuplex sit quærimus: aut secundum distributionem, quę variatur secundum subjectum quantitatis, ut cum quærimus quoties modorum, quotubilocorum, quotennis annorum & huiusmodi, & hęc dicuntur quãtitates rei. Nam alia est quantitas propositionis, secundũ quam propositio dicitur vniuersalis, vel particularis, vel indefinita. Reliqua huius quæstionis sumenda sunt ex his quæ superius de quantitate & magnitudine dicta sunt, & ex respectibus vltimi trianguli figurę T.

Quot.

Propositionis Reflectio.

G.

Quale.

Sexta quæstio est quale, quærens qualitatem rei, secundum aliquem modorum quo qualitas qualificat, propriè vel appropriatè, essentialiter, ut differentia specifica, aut coessentialiter, ut proprium, aut accidentaliter, aut conuertibiliter vel contra, & regula huius quæstionis est qualitas, & potest diuidi secun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum

dum ſpecies qualitatis, ut ſupra oſtenſum eſt, Eſt autem qualitas propria, quę ineſt rei ſecundum ſuam naturam propriam, ut calor in igne: appropriatè autem in eſt rei per naturam alterius: ut calor aquæ ab igne, itaque determinant ſubſtantiam, & quærimus de illis nominaliter: aliquando autem quærimus aduerbialiter de actu ſubſtantiæ, ut qualiter, tunc reſpondemus per aduerbium conſimile, ut bene, magnifice, extense, longe, late, finaliter, effectualiter, totaliter, partialiter, formaliter, materialiter, & modo conſimili, ex figura A & T. *Nominalis. Aduerbial.*

Septima quæſtio eſt quando, quærens de deſignatione rei ſecundum eius permanentiam, cuius regula eſt temporalitas, cuius diuiſio ex ſubjecto temporis & principio durationis petenda eſt, atque ex temporum diuiſione, ut cum dicimus diem, noctem, hyemem, æſtatem, etiam ſecundum aliquod extraneum, ut ſub hoc rege, ſub hoc conſule, & multiplicatur regula huius quęſtionis per regulas C.D.K. *II. Quando. Reg.*

Octaua quęſtio eſt vbi, quęrens de deſignatione actus eſſendi cuiuſcunque rei, & quamuis vnaquæque res vnico vbi ſit deſignata, ſecundum incommunicabilem quantitatem ſuam multis tamen vbificationibus deſignari poteſt, ſecundum quod multa ſunt quę abſtrahunt à tali quantitate, & aliqua quæ ab omni, vnde contingit hanc quęſtionem plures habere ſpecies, cuius regula eſt localitas, & accipit diuiſionem ſecundum modum eſſendi in loco, & ſecundum terminos loci, ut de ſubjecto vbi dictum eſt: ſic quærimus vbi, & quęrimus vnde, videlicet principium vnde motus: & poteſt comprehendi ſub à quo. Adhuc accedit huic quæſtio in quo, quærens de continenti, & reſpondemus, per quid eſt in alio, & multiplicatur ſimiliter hæc quæſtio per regulas C.D.K. Nunc exemplificabimus quomodo iſtę duæ quæſtiones H, & I. deducuntur per regulas C.D.K. Vt ſi quæratur per primam ſpeciem regulæ C. intellectus quando eſt, reſpondetur quando ſuum eſſe eſt: ita ad ſecundam dicitur, quando habet ſuas partes ſibi coeſſentiales: ad tertiam quãdo agit in alio, ſicut practicus in ſubjecto; ad quartam, quando intelligit ſimilitudinem illius. Quod ſi quæratur vbi eſt intellectus, reſpondetur per primam ſpeciem C. eſt in vbi coeſſentiali & naturali, ſcilicet in ſuo eſſe ſiue eſſentia ſicut homo in humanitate, & ſuo eſſe. Per ſecundam, eſt in ſeipſo ſicut ſuæ partes in ſuo toto. Per tertiam, eſt in anima, ſiue in homine, ſiue in loco in quo eſt homo. Per quartam eſt in illa virtute per quam habet habitum ſciendi, & in illo ſubjecto in quo habet actum practicum. Itaque cognoſcimus, quia locus eſt ens cui proprie competit locare, ipſo habente collatiuum, collocabile & collocare, & eſt habitus in ſubjecto collocato, in quo habet ſuum eſſe ſicut *Reg. Exemplum 1. per reg C.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

8. per reg. D. caliditas in igne, & actio in agente. Quando autem respondendum occurrit per regulas D. in hunc modum considerabimus, ut ad quando per primam speciem, quia tempus est essentia primitiua, eo quod non est de alia essentia producta, neque genita, sicut prima materia, quæ non est de alia materia, similiter prima forma, & sic tempus in quantum primitiuum, est prima forma ex qua causantur suæ formæ particulares ut dies, horæ, &c. Per secundam speciem, tempus, mediante motu continente in se mouere, mouentem & motum siue mobile, est de temporificatiuo, temporificabili & temporificare, tamen non accipias quod tempus & motus sint idem per essentiam, sed sunt duo habitus, ex quibus subjectum est habituatum & passionatum. Per tertiam speciem tempus est subditum agenti & agibili, per

3. per reg. D. agere, eo quia substantia de ipso induit se naturaliter & moraliter. Simili ratione ad ubi respondemus per regulas D. per primam speciem, sicut intellectus est primitiuus, ipso non habente aliquid præiacens ex quo sit deriuatus materialiter: sic locus est primitiuus, in quantum est generalis, ipso existente vna parte vniuersi, intelligibilis tantum, per secundam, ut sunt suæ figuræ visibiles & imaginabiles, sed non secundum essentiam. Per tertiam locus est collocati possidentis locum, sicut calefactum

4. per reg. K. possidet caliditatem, ipso habituato caliditate. Reliquum nunc per species regulæ K. inuestigamus has quæstiones H. & I. in hunc modum per ambas regulas, cum suis speciebus, ut tempus, per primam regulam consistit in mouente, mouere & mobili siue moto, & hoc habitualiter, sicut pars in parte substantialiter, & similitudo temporis consistit sicut figura, per præteritum, præsens & futurum, sicut in habitu caliditatis sunt figura, calefaciens, calefactibile, calefacere, & in motu, mouere, mouens, mobile: similiter vnus locus est in alio per accidens, & omnia loca particularia sunt in vniuersali, & figura loci & apparet in continente, continere, & contento. Per secundam regulam K. tempus est instrumentum substantię cum subjecto, ut sit agibilis & sua agibilitas est figura per tempus & per motum. Similiter locus est instrumentum substantiæ, cum quo collocat partem in parte, sicut habituatus est in habitu, bonus in bonitate, albus in albedine, &c. & figura huius instrumenti apparet per sensum & imaginationem, ut in collocante formam in aquam, & aquam in forma, &c. & in isto modo apparet, quomodo intellectus attingit verè & realiter essentiam temporis atq; loci, atque huc pertinent etiam illi nouem modi essendi in, qui

Nouem modi essendi in.

sunt pars in suo toto, totum in suis partibus simul sumptis, species in genere, genus in specie, forma substantialis in materia, accidens in subjecto, effectus in sua causa, res in suo fine, contentum in suo continente.

(c) 2006 Max-Planck-Institut für Kulturgeschichte

Nona

Nota quæstio est, quomodo, cuius regula est modalitas: nam quærit modalitatem essendi, operandi, & omnium eorum quæ possunt rei alicui attribui, essentialiter aut accidentaliter, primariè aut secundariè, ut secundum naturam quæstionis hæc quæstio non videatur variari, sed secundum naturam quæsitorum, & respondetur ad omnes species huius quæstionis per medium gerundiuum & vniendo, componendo, resultando, operando, ut infra. *K. Quomodo. Reg.*

Huic quæstioni adiungitur quæstio cum quo, cuius regula est instrumentalitas: nam ipsa quærit de instrumento & medio operationis, siue de re cum habitudine ad instrumentum, cui responderi oportet per sua correlatiua, & potest ampliari responsio, secundum ea quæ essentialiter rei competunt, aut quæ essentialiter consequuntur, aut huiusmodi, & ipsa ex sua vi nulla diuisione eget, sed secundum diuisionem instrumenti & medij diuidi potest, quatenus aliud est naturale, aliud artificiale, aliud morale, ut superius ostensum est: & sub hac quæstione accipitur quæstio per quid, de medio quærens, secundum omnem medij modum. Raymundus verò assignat his vltimis ambabus quæstionibus quatuor species, seu quęrendi modos, ut si quæratur quomodo & cum quo est pars in se, & hoc per modum differentiæ vel proprij; secundum quod quęlibet res habet essentiam suam distinctam ab omni alia re: vel si quęratur, quomodo vel cum quo est pars in parte, per modum actionis vel passionis, vniendo: vel si quæratur, quomodo vel cum quo sunt partes in toto, & econuerso, constitutiuè vel compositiuè, componendo ac resultando: vel si quæratur, quomodo vel cum quo totum transmittit similitudinem suam & suarum partium extra se, & hoc secundum modum perfectionis, vel finis, operando. *Quo cum. Respondendi ratio. Per quid. 4. Species Lullianæ. 1. 2. 3. 4.*

Hi itaque sunt termini ad hanc artem maximè necessarij, per quos totius artis discursus fieri potest. Possumus tamen præter istos terminos alios accipere extraneos, etiam alieniſſimos & quantumlibet multos, per quos eodem modo discurremus. Quinto itaque nunc, de multiplicatione horum terminorum dicimus, deinde extraneos terminos sumere docebimus.

V. PARS TERMINORVM
multiplicatio.

GENERA itaque subjectorum sic multiplicabimus, aut sub genere quærendo diuisionem, aut illi vni de quo agitur, diuersa attribuendo, per complexionem substantialem aut accidentalem, hoc modo faciendo subjectum variè complexum. Itaque reducere nos oportet res ipsas, sæpe à generib⁹ ad species, *V. Multiplicatio. 1. Subiectorũ*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ue essentiales siue accidentales: sæpe à speciebus ad genera, à subjectis ad proprietates, à partibus ad totum & econuerso: sic à similibus, differentibus, oppositis, prioribus, posterioribus, causis, effectibus, exemplis, actionibus, passionibus, maioribus, minoribus, æqualibus, secundum variam conferentiam alicuius subjecti in se, aut ad aliud, ad ostendendum aliquid esse vel non esse, alicui quidquam inesse, vel non inesse, aliquid sic aut aliter se habere, & si aliquod subjectum compositum est, statim ad suum genus reducendum erit, atq; si sit accidens proprium-ve ad suum subjectum reducitur, ut tum ratio complexi, tum incomplexi habeatur, propter eam restrictionem quæ in complexo est, ut ab omnibus his commodè duci possit oratio: atque hoc modo magna copia ex his subjectorum generibus, cum suis speciebus occurret dicenti. Itaque iuxta præsens artificium illud quod principali subjecto habetur, tanquàm in centro collocetur, & circum illud in circumferentia, per literarum numerum distinctum locentur illa, quę sibi essentialiter aut accidentaliter attinere videntur, vel etiam quoquo modo extranea ad ipsum accipi possunt, quæ subjectum ipsum multiplicare valeant; ut exempli gratia, sit anima pro subjecto, qua posita in centro, circumscribamus illi genus suum, principia, partes, proprias passiones maximè cohærentes, accidentia communia, virtutes, actus, operationes, causas, potẽtias, & si quid extra illa est, quod vel per similitudinem, vel oppositionem, vel alios respectus ad illam referri potest, in quibus omnibus sicut in subjecto principali, cum omnibus generibus prædicatorum & respectuum, quæstionum & regularum, simpliciter & commixtim, planè & illatiue, & quibusque aliis modis procedere possumus, sic enim fiet, ut cum de anima sermo habendus sit, de omnibus his quæ ad eam pertinent, occurrat dicendum, itaque nunc figuram quandam de anima pro exemplo subiungemus.

Diagrammatis conficiendi ratio.

Exemplum philosophicũ.

Præterea



Præterea ſub his terminis deſcenſus fit ad magis ſpecialia, vt diuidendo motum animæ in potentias, nutritiuam, augmentatiuam, generatiuam, & motum progreſſiuum. Sic ſenſus exteriores in viſum, auditum, olfactum, guſtum, tactum. Similiter intellectum in agentem, poſſibilem, ſpeculatiuum & practicum, & ſic de ſimilibus, de quibus omnibus particularem ſermonem facere continget. *Deſcẽſus ad magis ſpecialia.*

Simili ratione ſi in genere demõſtratiuo oratio habenda ſit, vt pura in perſona laudanda, ponatur illa tanquam pro ſubiecto in centro, & circumſcribamus illi originem, gentem, patriam, parentes, maiores, formam, vires, diuitias, potentiam, actiones & circa huiuſmodi, loca, tempora, occaſiones, & ſingulis iſtis alias determinationes, vt certus & facilis ſit ordo, vt variè poſſint hæ res inter ſe commiſceri. *2. Exemplũ oratorium in genere demõſtratiuo.*

Simili ratione in genere deliberatiuo ponatur genus actionis in centro, & circumſcribantur huic bona, mala, vtilia, facilia, difficilia, poſſibilia, impoſſibilia, commoda, incommoda, leges, decreta, ſtatuta, priuilegia, conſuetudines, opiniones, honeſtates, à re in perſonam, & èconuerſo, diuerdendo vario modo, & ita cum omnibus iſtis coniunctim & ſeparatim, eſſentialiter & accidentaliter, per ſingula principia, prædicata, reſpe- *3. Exemplum ibidẽ oratoriũ in genere deliberatiuo*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctus, quæstiones, regulas, mixtim & plane, procedendo sicut id ad intentionem facilius & magis commodum videbitur

Hæc iam dicta via, secundum diuisionem hanc, aut attributionem, etiam ad prædicatorum multiplicationē applicari habet, nam habito vno prædicato generali, cum illo & sub illo, per eundem modum procedere possumus.

2. Prædicatorum multiplicatio.

Nunc ergo consequenter de prædicatorum multiplicatione dicendum est, quæ his modis patebit: nam accepto quouis substantiuo vel adiectiuo, mediante copula aut aliquo verbo convenienti nomini, aut aliter, siue illud vere siue falsè prædicetur, secundum genus prædicationis multiplicabimus ea secundum multiplicationem quæ superius de subiectis posita est, faciendo variam attributionem prædicatorum ad ipsa subiecta, vel generaliter ad rem, vel specialiter ad personam, vel specialissime ad attributa personæ aut rei, quemadmodū hæc ex generibus subiectorum, cum omnibus suis partibus, speciebus & proprietatibus & quibuscunq; quę in eam considerationem veniunt, ita etiam vt ex subiectis prædicata fiant, & in prædicati vim transeāt, vt si dicatur Deus creat angelum, vel Deus est homo, seu homo est animal, & sic de similibus: vel diuidendo subiecta & prædicata per genera, differentias, species, per conuenientiam & causas, & secundum aliqua plura eiusmodi procedendo & inuestigando. Quæ res multiplicat tam subiecta quam prædicata, quemadmodum de iis supra ostensum est.

Exemplum.

3. Respectuū multiplicat.

Multiplicantur autem respectus, secundum viam quam de subiectis & prædicatis supra ostendimus, & secundum multitudinem specierum, & varietatem quæ sub his continetur, etiam cum ipsa sui fundamenti mutatione, vt differentiam, secundum bonitatem & magnitudinem & huiusmodi, quantum ad prædicata, aut inter subiectum & accidens, siue inter corpus & spiritum, quantum ad subiecta. Sic in multiplicanda differentia & concordantia, facile erit secundum varias species earum perquirendo sub differentia diuersa genera, species, propria, accidentia, secundum quæ aliqua inter se differunt: & simili ratione sub oppositione, & secundum quæ aliqua aliquo modorum opponuntur, & per oppositū quærendo concordantias rerum perscrutabimur, & simili via in cæteris triangulis procedemus. Nam & principiorum multiplicatio, facile inuenitur ex diuisione, principio assignata: nam in eodem genere principia sese ex principiatis ostendunt & econuerso, secundum quodlibet genus ipsorū. Medii vero multiplicatio inuenitur, vel cōiunctione, vel separatione, vel administratione, vel ostendendo non primum nec vltimum, non agens principale neq; subiectum, nō hoc vel illud extremorum. Finis multiplicationem similiter

(c) 2006 Ministerio de Cultura

militer, vel terminis, vel cõsummationibus, vel distinctionibus, indicabimus simul & reperiemus. Maioritas vero, æqualitas & minoritas, eisdam modis secundum fundamenti rationem secundum quod sumuntur multiplicari possunt, siue ex subiectis quæ ad inuicem operantur, siue ex prædicatis & attributis secundum quæ operantur.

4. Quæstiõ nũ multiplicatur ex variatione.

Multiplicantur autem quæstiones istæ secundum communitatem quæstionum essentialium & accidentalium inter se, ita vt quæuis quæstio per species aliarum quæstionum duci possit: vt si de speciebus quid est, quæratur per quantum, vel per quale, vt quantum est in se, quantum est in alio, quale est in se, quale est in alio: similiter de speciebus quæstionis de quo, quærimus quãta aut qualis est, res originaliter, essentialiter, effectiue, &c. & sic sub speciebus quæstionis quare, quanta aut qualis est res formaliter, finaliter, consequutiue: similiter species quæstionum accidentalium, per quæstiones essentiales ducuntur, & commiscentur singulæ quæstiones cum speciebus omnium quæstionum positis in relatione. vt de quo est quod habet in se, quare habet hoc in se, quantum est quod habet in se, &c. faciendo mutuam quæstionum & regularum inter se cõmixtionem, variis suppositis aut quæsitis, variando etiam quæstiones secundum attributum aliquod generale aut speciale: vt si quæratur quid est homo secundum bonitatem, aut homo bonus? cui respondetur recte iuxta speciem quid est in alio, vt si quæratur quid est bonitas in magnitudine, respondetur forma vel bonitas magnificata. Itaq; ad hoc genus quæstionis respondetur dupliciter, aut per significationem, & sic ad quodlibet in alio quod in se, licet non eodẽ modo: aut secundum eandem suppositionem quæ proprie est acceptio termini subiectiui pro aliquo in propositione: supponit autem hic terminus quantum dici oportet, aut materialiter pro voce & scripto, aut simpliciter pro intentione aliqua quæ extra materiam non existit, vt homo non est species: aut personaliter pro suis inferioribus, aut pro quibus ad significandum imponitur. Hæc autem variantur secundum addita in propositione, vt confundatur aut distribuatur, vel amplietur, aut restringatur, aut ex situ muret suppositionem, vt confundatur aliter & aliter, in prædicato vel subiecto sine necessitate rei vel signi, vel vt prædicatum contrahatur ad mensuram subiecti, & de his late patet apud dialecticos. Sed in his paulo extra propositum vagati sumus. Quemadmodum autem vnaquæq; quæstio per varias variarum regularum species deducitur, sic etiam ad vnamquamq; quæstionem per aliarum quæstionum regulas ac species respondetur, quemadmodum de hac latius in secunda parte horum commentariorum dicemus.

Respondendi ratio varia.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

2. Quæstionũ multiplicatio per diuisiuam.

dicemus. Deniq: ex diuisione quæstionum, non parua sumitur multiplicatio, tam regularum quam ipsarum quæstionum, ideo hic aliam figuram Q. magis copiosam subiungimus.



11. Extranearũ enumeratio.

Cæterum nunc quomodo termini extranei accipiendi sunt videamus. Sunt autem termini extranei, quicunq; non sunt aperte in hac arte notati, quorum multiplex copia emergit ex multiplicationibus principiorum, vt supra ostendimus: item per oppositionem ad terminos in arte expressos, item similitudine & vicinitate ad eosdem, item ex cuiusq; rei vel actionis seu negotii scientię vel artis propriis communibusq; principiis. Et eiusmodi termini inuenti rediguntur suo modo in circulos & figuras, cum literarum distributione, & secundum artem in se inuicem ducuntur, & cum terminis expressis commiscentur, prout orationi conuenire videtur. Et ut ista clariora sint, exempla aliqua per tabulas ponemus, iuxta quæ similia formabimus, & reducemus in figuras & circulos, secundum multitudinem terminorum literis præsignando. Sic in theologia terminos accipiamus tales.

B Deus
C Christus
D Angelus

Alia tabula

B Articuli fidei
C Sacramenta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

È Lex
F Homo
G Anima
H Spiritus
I Natura
K Gratia
L Virtutes
M Opera
N Fructus
O Meritum
P Remuneratio
Q Vtilitates
R Beatitudo
S Aduerſitates
T Pericula
V Tentationes
X Peccatum
Z Pœna

D Præcepta
Æ Dona ſpiritus ſancti
F Virtutes
G Gratiæ & præmia
H Beatitudines
I Opera miſericordiæ
K Potentiæ hominis decem, videlicet.
B Intellectus
C Voluntas
D Memoria
E Affatus
F Imaginatio
G Viſus
H Auditus
I Odoratus
K Guſtus
L Tactus

In Philoſophia vero figuram ſiue tabulam in hunc modum Formemus.

A Forma
B Materia
C Generatio
D Corruptio
E Elementatio
F Vegetatio
G Senſus
H Imaginatio
I Motus
K Intellectus
L Voluntas
M Memoria

Oppoſitorum autem terminorum tabulam ſic formabis.

A Primus motor	Primum mobile
B Æternitas	Motus
C Infinitum	Finitum
D Fatum	Natura
E Inſtans	Tempus
F Locus	Vacuum
G Intelligentia	Corpus
H Simplex	Compoſitum
I Forma	Materia
K Subſtantia	Accidens
L Totum	Pars

(c) 2006 Ministerio de Cultura

M	Actus	Potentia
N	Habitus	Priuatio
O	Cauſa	Effectus
P	Neceſſarium	Impoſſibile
Q	Verum	Falſum
R	Prius	Poſterius
S	Eadem	Diuerſa
T	Vnum	Multum
V	Actio	Paſſio
X	Vniuerſale	Particulare
Z	Eſſe i aliquid	Habere aliquid.

Simili ratione in medicinis ex ſuis principiis figuram formemus in hunc modum.

1	Elementa
2	Complexiones
3	Humores
4	Membra
5	Virtutes
6	Operationes
7	Spiritus
8	Sexus
9	Ætas
10	Habitudo
11	Continens
12	Motus
13	Quies
14	Somnus
15	Vigilia
16	Inanitio
17	Repletio
18	Nutrimentum
19	Medicina
20	Accidentia animæ
21	Tempus
22	Regio
23	Exercitium
24	Conſuetudo
25	Coitus
26	Morbus
27	Accidentia
28	Cauſæ
29	Signa
30	Prognoſtica
31	Criſes

Simili

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Simili ratione in philoſophia morali, conſtruere poterimus terminos oppoſitos, ex virtutibus & vitiis. Omnis namq; virtus habet peculiare vitium quod illi opponitur: habet etiam aliud, quod illam quadam ſimilatione imitatur. Et ſunt virtutes quæ ſibi opponi & repugnare videntur: ſimiliter & vitia, ſicut hęc ſequens tabula oſtendit.

Malitia	*Prudentia*	*Simplicitas*	*Stultitia*
Præſumptio	*Scientia*	*Fides*	*Credulitas*
Arrogantia	*Doctrina*	*Diſciplina*	*Curioſitas*
Aſtus	*Induſtria*	*Opinio*	*Error*
Infirmitas	*Conſcientia*	*Arbitrium*	*Peruerſitas*
Otium	*Contemplatio*	*Actiuitas*	*Importunitas*
Calliditas	*Peritia*	*Docilitas*	*Inertia*
Crudelitas	*Iuſtitia*	*Miſericordia*	*Mollities*
Calumnia	*Correctio*	*Amicitia*	*Adulatio*
Superſtitio	*Religio*	*Securitas*	*Inobedientia*
Inhumanitas	*Seueritas*	*Pietas*	*Oſtentatio*
Ambitio	*Præſidentia*	*Obedientia*	*Ignorantia*
Agreſtia	*Integritas*	*Familiaritas*	*Impudentia*
Duritia	*Fortitudo*	*Patientia*	*Ignauia*
Præcipitatio	*Promptitudo*	*Sollicitudo*	*Anxietas*
Superbia	*Magnanimitas*	*Lenitas*	*Puſillanimitas*
Temeritas	*Audentia*	*Timor*	*Timiditas*
Pertinacia	*Conſtantia*	*Manſuetudo*	*Mutabilitas*
Obſtinatio	*Confidentia*	*Deliberatio*	*Negligentia*
Tyrannis	*Poteſtas*	*Subiectio*	*Obſcuritas*
Triſtitia	*Temperantia*	*Lætitia*	*Laſciuia*
Dubitatio	*Spes*	*Certitudo*	*Contemptus*
Pœna	*Pœnitentia*	*Voluptas*	*Petulantia*
Auaritia	*Frugalitas*	*Liberalitas*	*Prodigalitas*
Hypocriſis	*Humilitas*	*Gloria*	*Vanitas*
Deiectio	*Verecundia*	*Laus*	*Iactantia*
Moroſitas	*Modeſtia*	*Libertas*	*Inſolentia*

Secundum ea quæ iam dicta & exemplificata ſunt, patet quomodo magna multitudo terminorum extraneorum reperiri poſſit. Raymundus autē in arte ipſa centum enumerat terminos, quos vocat centum formas, per quas conditionatur aliquod ſubiectum, diſcurrendo illud cum ipſis, per principia & regulas, & diſcurrendo ipſas formas, tot modis quod quælibet illarum differens eſt in ipſis ſubiectis, ſeruando tamen per omnia cuilibet formę ſuam diffinitionē, vt diſcurramus aliquod ſubiectum cum entitate, vnitate, natura, & cęteris, vel diſcurrendo aliquam formam, vt entitatem prout eſt vna forma in Deo & alia in angelo, & alia in aliis ſubiectis. Sed nunc formas ipſas enumerabimus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

merabimus, non omnes, ſed potiores: nam quæ reſiduæ ſunt, qui ſcire velit, illas apud Raymundum requirat.

Eſſentia	Eſſe
Exiſtentia	Exiſtens
Entitas	Ens
Idem	Alterum
Simplicitas	Compoſitio
Vnitas	Pluralitas
Creatio	Tranſubſtantiatio
Natura	Ars
Primæuitas	Deriuatio
Plenitudo	Vacuitas
Pulchritudo	Monſtroſitas
Ordo	Confuſio
Status	Motus
Forma	Materia
Neceſſitas	Contingentia
Realitas	Intentionalitas
Subſtantia	Accidens
Spiritualitas	Corporeitas
Prius	Poſterius
Generatio	Corruptio
Habitus	Priuatio
Potentia	Obiectum
Actus	Proprietas
Comprehenſio	Appræhenſio
Infinitas	Nouitas

Verum qui termini principiis in arte nominatis vicini ſunt, vel opponantur ſiue repugnent, ex ſequentibus collige in figura A.

B. Bonitati conſonat emanatio, communicatio, diffuſio, melioratio, conſtructio, nobilitas, honeſtas, vtilitas, commoditas, ſanctitas, eſſe, eſſentia, actio.

Repugnant bonitati malitia, ſolitudo, deſtructio, reſtrictio, inhoneſtas, dedecus, prophanum, damnum, incõmodum, otiũ.

C. Magnitudini conueniunt extenſio, intenſio, infinitas, immenſitas, incompræhenſibilitas, ſubtilitas, ſuperioritas, vnitas, indiuiſibilitas, totalitas, ſummitas, vniuerſitas, ſingularitas, emanatio, amplitudo, multitudo, plenitudo, abundantia, ſufficientia, diuitiæ, numerus, pondus, menſura, diſtantia, figuratio, punctus, linea, ſuperficies, ſoliditas.

Repugnant magnitudini minoritas, parueitas, paupertas, cõprehenſibilitas, partialitas, diminutio, inſufficientia, occupatio, comprehenſum, limitatum, vacuum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

D. Durationi adest æternitas, incorruptibilitas, immortalitas, immutabilitas, antiquitas, firmitas, sempiternitas, indissolubilitas, primæuitas, tempus æuum, semper, primitiuum, constantia, perseuerantia.

Repugnant, corruptio, mutatio, priuatio, inconstantia, dissolubilitas, præteritum, transitorium, recens, aliquando.

E. Potestati adhærent possibilitas, esse, existere, operari, agere, producere, creare, dominari, omnipotentia, magnipotentia, fortitudo, vis, violentia, actus, autoritas, iurisdictio, præceptum.

Repugnant otium, resistentia, impotentia, passio, & potentia passiua, impossibilitas, debilitas, impedimentum, seruitus.

F. Cognitioni adsunt Sapientia, prophetia, prænotio, instinctus, præscientia, prouidentia, prudentia, præsagium, scientia, industria, intelligentia, opinio, sensus, fides, electio, recolitio, contemplatio, interpretatio, immemoratio, memoria, diligentia; ordo, necessitas, rationabilitas, arbitrium, conscientia * synderesis, coniectura, diuinatio, præsumptio; suspicio, nomen, consequentia. * *Synêsis.*

Repugnant, ignorantia, error, obliuio, incredulitas, stultitia, negligentia, confusio, contingens, fors, casus, fortuna, extraordinarium.

G. Appetitui, consonant voluntas, amor, libertas, audacia, spes, liberum arbitrium, dilectio, conseruatio, licentia, permissio, consuetudo, interpretatio; & omnes animi passiones constitutiuæ.

Repugnant, odium, coactio, desperatio, timor, ira, horror, metus, violentia, maleuolentia, obligatio.

H. Virtuti adsunt, dignitas, nobilitas, honestas, laus, decus, honor, gratia, donum, meritum, fortitudo, natura, operatio, vnio, instrumentũ, instrumentalitas, potentia agendi & patiẽdi.

Repugnant, vitium, impotentia, ineptitudo, vilitas, ignauia.

I. Veritati adsunt, iustitia, ordo, regulatio, correctio, lex, præceptum, prædestinatio, necessarium, possibile, esse, existentia, idea, imago, exemplar.

Repugnant falsitas, error, mendacium, confusio, incorrigibilitas, impossibile, contingens, dispensatio, priuilegium.

K. Gloriæ consonant, gaudium, lætitia, plenitudo, perfectio, pulchritudo, beatitudo, libertas, fœlicitas, voluptas, fruitio, delectatio, finis, præmium, retributio.

Repugnant, contrarietas, inquietudo, imperfectio, deformitas, impedimentum, infœlicitas, damnatio, pœna, pœnitentia, ingratitudo, tristitia.

L. Essentiæ cohærent, esse, substantia, natura, forma, informatio, entitas. *in principijs generalibus;*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Repugnant, non esse, non ens, accidens, casus, fortuna, violentia, negatio, falsitas, mendacium.

M. Vnitati respondent, simplicitas, identitas, conuertibilitas, paritas, integritas, singularitas, proportionalitas, fortitudo, indiuidualitas.

Repugnant, debilitas, multitudo, compositio, mixtio, diuisio, diuersitas.

N. Perfectioni conuenit, finis, complementum, pulchritudo, status.

Repugnat, imperfectio, deformitas, diminutio, defectus mutabilitas, superfluitas.

In fig. T. seu respectibus.

Simili modo in figura T. conueniunt.

B Differentia, distinctio, pulchritudo, distributio, diuisio, distantia, pluralitas, ordo.

Repugnant, confusio.

C. Concordantia, proximitas, similitudo, vnio, identitas conuertibilitas, collectio, compositio, comparatio, amicitia, sympathia.

Repugnat, discordia.

D Oppositio, contrarietas, contradictio, repugnantia, resistentia, inimicitia, derogatio, negatio, priuatio, corruptio, destructio.

Repugnat, disquiparantia.

E. Principium, causa, origo, impulsus, nobilitas, productio, influxus, effluxus, antecedens, absolutum, prioritas, autoritas.

Repugnat, otium.

F. Medium, instrumentum, centrum, forma, dignitas, mediatum, perfluens, refluens, comitans, coniungens, connectens.

Repugnat, vacuum.

G. Finis, quies, perfectio, consummatio, retributio, refluxus, affluxus, euentus, obiectum, consequens, terminus, determinatio, finitum, posterioritas, extrema.

Repugnat inquietudo.

H. Maioritas, magnidecentia, magnificentia, autoritas, superioritas, libertas, difficultas, causalitas, maius, magis, superius.

Repugnat, nihilum & nullitas.

I. Aequalitas, similitudo, conformitas, conuertibilitas, imitatio, propinqua, immediata.

Repugnat, inæqualitas.

K. Minoritas, humilitas, obedientia, opera, effectus, inferius, facile, minus.

Collecti Verbaliter.

Repugnat immensum, infinitum, omnipotens.

Verbaliter autem colligimus sic in figura A. Bonitas bonificat,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ficat,communicat, diffundit, conſtruit, emanat, agit, eſſendi vim tribuit,ſanctificat,emendat.

Magnitudo,magnificat,amplificat,extendit,intendit,multiplicat,extollit,menſurat, figurat,ſufficit.

Duratio, confirmat, conſeruat, durat, perſeuerat.

Poteſtas, continet, operatur, agendi vim tribuit, fortificat, producit,poſſificat, creat, liberat, præcipit.

Cognitio, regit, cognoſcit, credit, recolit, intelligit, inueſtigat, eligit.

Appetitus,appetit,vult,diligit,ſperat,deliberat,permittit.

Virtus,operatur,nobilitat,dignificat, fortificat, vim tribuit, laudat, honeſtat.

Veritas,verificat,iuſtificat,circunſcribit,corrigit,ordinat,regulat,demonſtrat,caſtigat,præcipit.

Gloria perficit, complet, in fine quieſcere facit, liberat, beatificat, ſaluat.

Similiter in figura T.

Differentia, diſtinguit, decorat, ornat, diuidit, diſtribuit, diſcernit, ſeparat.

Concordantia vnit,adſimilat,comparat, pacificat, communicat,colligit,continet, conciliat.

Oppoſitio, opponit, reſiſtit, repugnat, contradicit, contrariatur, inimicatur.

Principium creat,producit,cauſat,efficit,effluit,diſponit.

Medium trahit, perfluit, appetit, rapit, allicit, coniungit, ſeparat.

Finis perficit,redit retribuit,refluit, repetit.

Maioritas magnificat,dignificat,præcipit,cauſat,ligat.

Aequalitas æquiparat,ſimilat,approximat.

Minoritas humiliat, obedit.

VI. PARS FIGVRARVM MVLtiplicatio inter ſe.

VI. De figurarũ mixtione & multiplicatione.

SExtò nunc de figurarum mixtione multiplicationeque dicamus. Fit autem hęc mixtio, aut ex parte ſubjecti aut à parte prædicati,aut modi,aut cuiusque eorum: & iterum fit tripliciter,aut terminorum in arte explicitorum inter ſe,aut terminorum extraneorum inter ſe, aut explicitorum cum extraneis:& omnia hęc varie, aut in vna figura tantum, aut in diuerſis & pluribus,ut in figura S, ſi dicitur Deus eſt homo: & in figura A,ſi dicatur bonitas eſt magna: in figura T, ut differentia eſt principiãs:& in figura Q, ut angel⁹ eſt de Deo, vel quærendo de quo eſt angel⁹,& ſimiliter permiſcẽdo quæſt. & reg in ſeinui-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cem circa aliquod subjectum: in diuersis autem figuris, vel duplici vel multiplici, sic procedetur, ut in figuris S. A. Deus est bonus, in S. T. Deus est principium, in A T bonitas est concordans. Et hoc modo multa varietas commixtionis emerget, quando cum vnaquaque litera circuli immobilis, variantur omnes literę quæ sunt in circulo mobili, & in hac duplici vel multiplici figura, sæpe alter circulorum duplicatur vel multiplicatur, ut in S. A duplicando circulum S. ut si dicatur, Deus est melior angelo, vel angelus est melior homine, sic in S. T. ut Deus differt ab homine, sic in A T. dicendo, bonitas differt ab æternitate, vel duplicando circulum T. dicendo, concordantia magis conuenit veritati quàm differentia. Similiter & eodem modo in extraneis terminis faciendum est, possumus enim extraneum subjectum accipere, & cum eo similiter per has figuras siue circulos, vel simplices vel duplices, vel magis multiplices, discurrere, similiter cum extraneis prædicatis & respectib⁹ agere, ita quod semper vnus circulus immobilis maneat pro basi, cui omnes alij circuli mobiles vario modo applicentur: & quemadmodum in hac duplicitate proceditur, sic & in multiplicitate fieri habet & magis varie, pro circulorum multitudine, quo nunc istis nūc illis variatis, necesse est diuersas complexiones propositionesque emergere, continentes multos terminos, sub vna constructione, vel diuersa vel coniuncta cum alijs propositionibus, siue per coniunctionem copulatiuam, vel disiunctiuam, siue per suppositionem, siue in syllogismo, aut aliter, & ista mixtio est centrum, & fundamentum ad multas propositiones, diffinitiones quæstiones, media, loca, argumenta, conditiones, obiectiones, & solutiones, & intellectus inuenit per illam quicquid vult. Et sunt species mixtionis huius communiores istæ, Aa. Tt. Qq. At. Aq. Tq. Atq. & extenditur hæc mixtio secundum duplicationem, vel multiplicationem vniuscuiusque circuli, in aliqua istarum specierum contenti, prout circa subjectum aliquod maius minúsve diffuse voluerimus, vel aliter opus sit discurrere.

Species mixtionis cõmuniores.

4. Mixtionũ species Lullianæ.

Raymundus ipse in arte hac quatuor duntaxat ponit mixtionis species, quas quatuor vocat generales figuras, quarum prima est figura A. in seipsam ducta, ut si dicatur bonitas est magna. Secunda est figura T, in se ducta, ut si dicatur differentia est principians. Tertia constat ex prima & secunda, ut bonitas est differens.

Quarta componitur ex tribus prioribus omnibus iunctis Quælibet autem istarum figurarum propriam habet conditionem, quas in omni discursu conuenit obseruare, sicut nunc dicimus de singulis his figuris, secundum Raymundi ipsius sententiam eas breuiter declarando.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Prima

Prima figura primò ac principaliter verſatur circa primum ens in quo ſubjectum & prædicatum conuertuntur, in identitate ſubjectæ naturæ & numeri. Et hoc eſt neceſſe. Nam aliàs æqualitas quę eſt inter ſubjectum & prædicatum eſſet abſolutè deſtructa, ut puta ęternitas, quę eſſet ſuperior per infinitatem durationis, & ſua bonitas eſſet inferior per poteſtatem operationis, quod eſt impoſſibile. Et iſtud primum ens eſt Deus, cui primo & conuertibiliter principia huius figuræ applicantur: deinde ad omnia reliqua ſubjecta proportionaliter. Inquirimus igitur per hanc figuram, naturalem coniunctionem, diſpoſitionem & proportionem, quæ eſt inter ſubjectum & prędicatum; & inueſtigamus per eam, quæ conuertuntur, & quæ non, & quę ſunt propriæ paſſiones, & quæ appropriatę, inter ſubjectum & prędicatum: ut ad faciendum concluſionem poſſit medium inueniri. Et mixtio iſtius figuræ fit tripliciter, vel in abſtracto, ut bonitas eſt magnitudo, vel in concreto ut bonitas eſt magna: & eliciuntur ex iſta figura propoſitiones octoginta vna, ſecundum quemlibet prędicandi modum, contrahendo vnum principium ad aliud. Et conditio in hac figura maxime obſeruanda eſt, ut conuerſio & proportio quæ eſt inter vnum principium & aliud non deſtruatur, utpote de quo dicitur, duratio ſecundum æternitatem, de illo dicatur magnitudo ſecundum infinitatem, & poteſtas ſecundum omnipotentiam.

1. *Fig. vſus.*

Vſus huius fig.

Mixtionis modi.

81. *Propo. ex mixtione huius figuræ.*

Conditio ſeu cautio.

Secunda figura quæ eſt triangulorum, ipſa inquirit obiecta optata. vnde per illam iam primo intellectus incipit acquirere ſcientiam, diſcurrendo per illam circulariter, linealiter, rectè & tranſuerſaliter, mutando angulos cum angulis, terminos cum terminis, generaliter, & ſpecialiter. Et facit totidem propoſitiones ſuo modo, quot de prima figura dictæ ſunt. Et conditio huius figuræ obſeruanda eſt talis, ut vnus triangulus alium adiuuet, & alius alium probet, & ſe mutuo penetrent.

2. *Fig. vſus.*

81. *Propoſit.*

Conditio ſeu cautio.

Tertia figura miſcet omnia principia cum omnibus, ut intellectus per omnia principia cognoſcat quodlibet principium, inueniatque medium, cum quo ſubjectum & prædicatum coniungantur, ut ad quamlibet propoſitionem ſiue concluſionem probandam & declarandam, multas inueniat rationes. Continet autem hęc figura triginta ſex combinationes, quas dicimus cameras, quarum quælibet duas continet literas, & quęlibet litera ſtat pro ſubjecto & prædicato cuiuſque duarum præceden tium figurarum. Et hoc modo in qualibet camera ſunt duodecim propoſitiones, ut in camera b.c. dicimus, bonitas eſt magna, bonitas eſt differens, bonitas eſt concordans: magnitudo eſt bona, eſt differens, eſt concordans: differentia eſt bona, eſt magna, ra-

3. *Fig. vſus.*

36. *Camera ſeu combinationes.*

12. *Propoſit. cuiuſq; ſeliciſſeu camena.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

34. Quæstiones cuiusque camera.

432. Propos. & 364. Quæst. totius fig. 3.

est concordans: concordantia est bona, est magna, est differens. Et scias insuper quod vnaquęque propositio duas habet implicitas quæstiones, de natura literarum cameram constituentiũ, vnde in quauis camera sunt viginti quatuor quæstiones. Et ita in tota figura sunt propositiones quadringentę & triginta duæ, ac quęstiones octogintæ sexaginta quatuor, & conditio huius figuræ est, ut vna camera non sit contra aliam, sed se mutuo adiuuent & probent Insuper obseruandum est, ut discurramus vnamquanque cameram huius figuræ tribus modis, secundum suarum literarum significata, primò cum diffinitionibus figurę A. secundò cum speciebus triangulorum figuræ T. tertiò cum speciebus regularum figurę Q secundum conditionem cameræ, affirmando vel negando.

4. Fig. vsus.

Quarta figura ipsa disponit intellectum, ad inuestigandum, & inueniendum, obijciendum, probandum, & determinandum per necessarias conclusiones. Et ista figura constat ex tribus circulis, extremo immobili, & duobus interioribus mobilibus; & continet in se tres præcedentes, ideo ipsa est generalior quam tertia. Nam in qualibet camera huius figuræ sunt tres literæ. Et istæ camerę, propter nimiam suam multitudinem memoratu difficillimam, reducuntur ad formam tabulæ suis columnis distinctæ, in qua intellectus discurrendo per principia & regulas, facit se adeo vniuersalem & generalem, ita quod sophista contra illum stare non potest. Conditio istius figuræ est, ut accipiantur solum illę cameræ, quæ sunt magis applicabiles ad propositum, recipiendo ex illis conueniẽtiam inter subjectum & prędicatum, tali modo, quod non sequatur inconueniens, vel impossibile. Et cum ista conditione intellectus facit scientiam per quartam figuram, & habet plurimas rationes ad eandem conclusionem.

3. Circuli huius figuræ.

Reductio cameratum in formam tabulæ.

Conditio.

Vtilitas.

Figuræ tabularum.

Sequuntur nunc figuræ tabularum, & primo tabula tertiæ figuræ, quæ est triginta sex camerarum, quæ eliciuntur ex octoginta vna cameris tabulæ quadratæ, quas generant duorum circulorum mixtiones quando vnus mobilis voluitur cum qualibet litera circuli immobilis.

bb	cb	db	eb	fb	gb	hb	ib	kb
bc	cc	dc	ec	fc	gc	hc	ic	kc
bd	cd	dd	ed	fd	gd	hd	id	kd
be	ce	de	ee	fe	ge	he	ie	ke
bf	cf	df	ef	ff	gf	hf	if	kf
bg	cg	dg	eg	fg	gg	hg	ig	kg
bh	ch	dh	eh	fh	gh	hh	ih	kh
bi	ci	di	ei	fi	gi	hi	ii	ki
bk	ck	dk	ek	fk	gk	hk	ik	kk

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Per

Per hanc tabulam argumentamur in hunc modum, ut in camera b c, omne quod eſt ſui diffuſiuum eſt magnum, bonitas eſt huiuſmodi, ergo magna: item, vbicunque eſt pluralitas, ibi eſt differentia, in bonitate eſt pluralitas, ſcilicet bonificatiuum bonificabile & bonificare, ergo in bonitate eſt differentia, & bonitas eſt differens: item, omne quod producit ſuam ſimilitudinem in eadem ſpecie, producit cum concordantia, ſed bonitas producit plures bonitates in eadem ſpecie, ergo & cętera: item, omne id quod habet actum bonum eſt bonum, magnitudo eſt huiuſmodi, ergo eſt bona. Item, magnitudinem eſſe differentem & concordantem, eiſdem rationibus probatur, quibus de bonitate. Item, omne id quod facit ad eſſe eſt bonum, differentia & concordia faciunt ad conſtituendum eſſe, ergo ſunt bona. Item, vbi eſt diſtantia ibi eſt magnitudo, vbi differentia ibi diſtantia, ergo, &c. Item nulla actio eſt ſine magnitudine, concordia eſt actiua, ergo eſt magna. Item, omnis differentia quę eſt ſine contrarietate eſt concordans, differentia inter ſubſtantiam & ſubſtantiam eſt huiuſmodi, ergo eſt concordans. Item, omnis concordantia eſt inter plura, nulla pluralitas eſt ſine differentia ergo concordia non poteſt eſſe ſine differentia, ergo eſt differens: & in iis argumentis quę per hanc tabulam formantur, medium ſumitur ex diffinitionibus principiorum, conditionibus & ſpeciebus regularum, quę cadunt in cameram propoſitam: & ſicut hoc exemplificauimus in vna camera, ita ſecundum eandem rationem operaberis per omnes cameras, generaliter & ſpecialiter, ſicut vſus requirit, & fiunt adhuc in vna figura argumenta in terminis extraneis permixtim cum terminis artis, vel ſub illis acceptis ſumendo medium ſecundum ſpecies quæſtionum, vel conditiones principiorum, & figurarum, ac regularum, ut accipiendo medium per conditionem primæ figuræ, arguimus in hunc modum: nulla poteſtas quæ conuertitur cum magnitudine & æternitate eſt limitata aut impedita, diuina poteſtas eſt huiuſmodi, ergo, & cætera. Item nullum ens in quo bonitas & principium ſunt idem, eſt cauſa malitiæ, Deus eſt huiuſmodi, ergo & cætera. Item, accipiendo medium ſecundum primam conditionem regulę b. arguitur: omne illud per quod homo poteſt Deum magis intelligere, & in ipſo credere, & recolere, & magis amare, eſt à Deo ordinabile, ſed hoc eſt per incarnationem Dei, ergo. Item omne illud per quod diuina bonitas poteſt magis glorificare beatos, eſt neceſſe, ſed hoc eſt per incarnationem Dei, & per reſurrectionem mortuorum, ergo & cętera. Vt intellectus per hanc tabulam tertię figuræ ſit magis generalis, debet vnamquanque cameram ipſius diſcurrere, iuxta hæc quæ dicta ſunt, cum duodecim propoſitio-

Vſus huius tabulæ.

Medium argumentorum hinc deſumptorum vnde accipiatur.

Commonitio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nibus, ac totidem argumentis cum viginti quatuor quæstionibus, & cum earum ſpeciebus ac regulis, ſpeciebuſque regularum & triangulorum, ac cum diffinitionibus principiorum ſumendo media ut diximus, & inferius in ſecunda parte latius docebimus, probando intentum, vel ex natura ſubjecti, vel ex eius diffinitione, vel per formam eius, vel materiam, vel actum, vel ex his ſumptis à parte prædicati, ut ſicut bonitas habet naturalem bonificandi, eſt ratio per quam bonum eſt bonum, & agit bonum, eſt forma dans eſſe bonum, concipit in ſe cuncta bonibilia, habet actum bonificandi, & bonificare, & ſic de ſimilibus, probationes ſumendo, & faciendo demonſtrationes, vel per propter quid, vel per quia, vel per æquiparantiam, ut alibi docebimus.

4. Figura tabulæ.

Sequitur tabula quartæ figuræ, quę eſt octoginta & vnius columnarum, & quælibet columna nouem camerarum, quæ faciunt in toto cameras ſeptingentas & viginti nouem, ſecundum trium circulorum variationem, ſed Raymundus non recipit niſi ducentas & quinquaginta duas cameras, ſcilicet harum vigintiocto columnarum, ex quibus colliguntur capita tabulę octoginta quatuor, ut infra.

729 Camer. 252 Raymundina.

84. Capita.

TABVLA QVARTAE
Figuræ.



(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura

h b b	h c b	h d b	h e b	h f b	h g b	h h b	h i b	h k b
h b c	h c c	h d c	h e c	h f c	h g c	h h c	h i c	h k c
h b d	h c d	h d d	h e d	h f d	h g d	h h d	h i d	h k d
h b e	h c e	h d e	h e e	h f e	h g e	h h e	h i e	h k e
h b f	h c f	h d f	h e f	h f f	h g f	h h f	h i f	h k f
h b g	h c g	h d g	h e g	h f g	h g g	h h g	h i g	h k g
h b h	h c h	h d h	h e h	h f h	h g h	b h h	h i h	h k h
h b i	h c i	h d i	h e i	h f i	h g i	h h i	h i i	h k i
h b k	h c k	h d k	h e k	h f k	b g k	h h k	h i k	h k k

(c) 2006 Ministerio de Cultura



(c) 2006 Ministerio de Cultura

ka ba	ka ca	ka da	ka pa	ka ja	ka ca	ka fa	ka ga	ka ha	ka ia
ka bi	ka ci	ka di	ka pi	ka ji	ka ci	ka fi	ka gi	ka hi	ka ii
ka bha	ka cha	ka dha	ka pha	ka jha	ka cha	ka fha	ka gha	ka hha	ka iha
ka bu	ka cu	ka du	ka pu	ka ju	ka cu	ka fu	ka gu	ka hu	ka iu
ka be	ka ce	ka de	ka pe	ka je	ka ce	ka fe	ka ge	ka he	ka ie
ka bai	ka cai	ka dai	ka pai	ka jai	ka cai	ka fai	ka gai	ka hai	ka iai
ka bo	ka co	ka do	ka po	ka jo	ka co	ka fo	ka go	ka ho	ka io
ka bau	ka cau	ka dau	ka pau	ka jau	ka cau	ka fau	ka gau	ka hau	ka iau
ka bam	ka cam	ka dam	ka pam	ka jam	ka cam	ka fam	ka gam	ka ham	ka iam
ka bah	ka cah	ka dah	ka pah	ka jah	ka cah	ka fah	ka gah	ka hah	ka iah

Finis

Vſus. PEr hanc reuolutionem quartæ figuræ, intellectus facit ſciẽtiam in hunc modum, ſumẽdo videlicet extrema quę vult probare, ut concludat de illis per nouem media figuræ A. & totidem figurę T. ut ſi quęratur vtrum Papa habeat plenitudinem poteſtatis, extrema ſunt in figura A. ſub literis c e: probatur affirmatiua, nouem mediis figurę A. in hunc modum, per c b e, omnis poteſtas optima, cuius non eſt melior, eſt plena poteſtas, Papæ poteſtas eſt huiuſmodi, ergo: per c c e, omnis ſuprema poteſtas eſt plena poteſtas, &c. per c d e, omnis indiſſolubilis & immutabilis poteſtas eſt plena poteſtas, &c per c e e, illa poteſtas quæ poteſt præcipere omni poteſtati & nulla ſibi, eſt plena poteſtas, &c per c f e, illa poteſtas quæ eſt ſuper omnem ſciẽtiam, prudentiam, rationem, eſt plena poteſtas, &c. per c g e omnis poteſtas cuius ratio eſt ſua voluntas, eſt plena poteſtas: per c h e illa poteſtas quæ dignior eſt omnibus poteſtatibus eſt plena poteſtas: per c i e, illa poteſtas quæ eſt vera imago diuinæ poteſtatis eſt plena poteſtas: per c k e, illa poteſtas quæ eſt quies, finis & perfectio omnis poteſtatis, vltra quam non eſt progreſſio eſt plena poteſtas. Probatur eadem concluſio per nouem media figuræ T. ſic ſcilicet, per c b e, illa poteſtas cuius eſt diſtribuere & diſtinguere omnes alias poteſtates eſt plena poteſtas, Papæ poteſtas eſt huiuſmodi, ergo: per c c e omnis illa poteſtas quæ colligit, continet, vnit in ſe omnes poteſtates eſt plena poteſtas, per c d e, illa poteſtas cui nihil poteſt reſiſtere nec contradicere eſt plena poteſtas: per c e e, illa poteſtas cuius autoritas antecedit omnes poteſtates eſtque principium & cauſa aliarum poteſtatum eſt plena poteſtas: per c f e, illa poteſtas quę eſt medium coniungens, menſurans, compræhendens, componens & vniens omnes alias poteſtates eſt plena poteſtas: per c g e. illa poteſtas quæ eſt conſummatio & terminus omnium poteſtatum eſt plena poteſtas: per c h e, illa poteſtas quę eſt maior omni poteſtati & nulla ſibi, eſt plena poteſtas: per c i e, illa poteſtas quę eſt immediatè proxima & æqualis poteſtati diuinæ, eſt plena poteſtas: per C K E, illa poteſtas cui omnis poteſtas inferior & minor eſt ac obedit eſt plena poteſtas. Cum his nouem medijs fiunt, deinceps nouem columnę tabulę, ſicut patebit inferius. Et ita probata hac concluſione, eliciuntur aliæ ſimiliter probandæ: ut ſi per cameram c e t e, arguimus, vbicunq; eſt prima poteſtas in aliquo genere, ibi eſt plenitudo poteſtatis in illo genere. In Papa eſt prima poteſtas in corpore Chriſti myſtico, ergo in Papa eſt plenitudo poteſtatis in corpore Chriſti myſtico. Deinceps inferimus per quartam ſpeciem regulæ c argumẽtando, Papa habet plenitudinem poteſtatis in corpore Chriſti myſtico, animę exiſtentes in purgatorio ſunt membra de corpore Chriſti myſtico, ergo Papa habet plenitudinem poteſtatis

Exemplum Agrippæ. Aliud tamen habes apud Brunum de lampade &c. ſect. 4. ca. 1. memb. 3.

(c) 2006 Max-Planck-Gesellschaft

in animas exiſtentes in purgatorio, hinc deinceps naſcitur probanda concluſio quęſtionis, vtrum Papa poſſit liberare animam quæ punitur in purgatorio, cuius affirmationem probamus nouem medijs, ut ſupra exemplificauimus, & erunt termini in figura A. ſub e k, & quęſtio ſecundum formam terminorum eſt, vtrum poteſtas Papæ poſſit glorificare animam quæ punitur in purgatorio, probamus affirmatiuam partem, per e b k, omnis poteſtas quæ poteſt emendare & bonificare animas exiſtentes in purgatorio, poteſt illas liberare à pœna & glorificare: poteſtas Papæ poteſt huiuſmodi, ergo: per e c k, omnis poteſtas cuius plenitudo ſe diffundit extenſiue & intenſiue per totum corpus Chriſti myſticum poteſt ut ſupra: per e d k, omnis poteſtas quæ ſe extendit non ſolum ad tempus ſed etiam in æuum, hoc eſt non ſolum operatur ſupra illa quæ in tempore ſed etiam in illa quæ ſunt in æuo, poteſt: per e e k, omnis poteſtas quæ immediatè habet autoritatem in cœlis, habet illam multo magis in purgatorio, & poteſt: per e f k, omnis poteſtas quæ poteſt ſupplere & dimittere errores & negligentias animarum in fide & moribus quondam commiſſas, poteſt per g e k, omnis poteſtas quæ poteſt ſatisfacere deſiderio animarum ad ſalutem, poteſt: per e h k, omnis poteſtas quę habet liberam & plenam diſpenſationem ſuper virtutes, gratias, dona & merita fidelium & ſanctorum, poteſt: per e i k, omnis poteſtas quæ poteſt iuſtificare, poteſt: per e k k, omnis poteſtas ordinaria ad beatitudinem & gloriam fidelium, poteſt: Simili ratione poteris probare hanc concluſionem, per nouem media ſumpta ex figura T. & per nouem columnas tabulæ, ſed hęc pauca pro exemplificatione ſufficiant. Conſtitutis itaque huiuſmodi argumentis, euacuamus vnamquamque propoſitionem argumenti, tribus quæſtionibus, cum ſuis regulis & ſpeciebus, ſimiliter ipſam cōcluſionem, cum nouem quæſtionibus, & earum regulis ac ſpeciebus. Deinde multiplicamus hanc figuram de vna camera in aliam, de vna columnula reuolutionis in aliam propter conformitatem quam habet duabus literis, vel in vna, ut camera b c d, cum camera c d e, & cum camera d e f, & ſic de ſimilibus, procedendo per hanc multiplicationem, donec omnes columnulas ac cameras reuolutionis, ad ſubjectam materiam applicauerimus, quas deinceps multiplicamus per tabulam magnam, de qua nunc dicemus.

Si crederes fas eſt.

Deductio huius concluſ. per media ex fig. T. deſumpta.

Ex præcedenti tabula ſecundum trium circulorum reuolutionem collecta, ſicut oſtendimus, colliguntur octoginta quatuor cameræ, in quibus tota continetur, & quęlibet ex his octoginta quatuor cameris, facit vnam columnam, viginti camerarum particulariū, ſecundū diſtinctionem duarū figurarum quę diſtinctio notatur per literā T. ita, quod omnes literę poſitę ante

Tabula magna & generalis.

T. lit. vſus in hac tab.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

T. ſunt de prima figura, & omnes ſequentes ipſam T. ſunt de ſecunda figura. Sed iam octoginta quatuor illas cameras, quę ſunt capita toridem columnarum, colligemus, deinde quomodo columnæ conſtituendę ſunt, monſtrabimus, & ſic patebit tabula magna Raymundi, quæ eſt octoginta quatuor columnarum.

Bcd	bfk	cfk	dhi
bce	bgh	cgh	Efg
bcf	bgi	cgi	efh
bcg	bgk	cgk	efi
bch	bhi	chi	efk
bci	bhk	chk	egh
bck	bik	cik	egi
bde	Cde	Def	egk
bdf	cdf	deg	ehi
bdg	cdg	deh	ehk
bdh	cdh	dei	eik
bdi	cdi	dek	Fgh
bdk	cdk	dfg	fgi
bef	cef	dfh	fgk
beg	ceg	dfi	fhi
beh	ceh	dfk	fhk
bei	cei	dgh	fik
bek	cek	dgi	Ghi
bfg	cfg	dgk	ghk
bfh	cfh	dhi	gik
bfi	cfi	dhk	Hik

Camerarum precedentis tab. multiplicatio.

Multiplicatur autem quælibet harum camerarum in viginti cameras, vt prædiximus, & nunc exemplificabimus, in camera b c d, ut ſecundum eundem modum ſcias omnes reliquas multiplicare, & in columnas reducere.

Exemplum.

bcdt	cdtb	btbc	ctcd
bctd	ctbd	btbd	bdtc
bdtc	dtbc	bctc	ctbd
btcd	bctb	cdtc	dtbd
tbcd	bdtb	ctbc	dtcd

1. *Exemplum*

Nunc quomodo per hanc tabulam probationes & improbationes formari habent, vnico Raymundi exemplo oſtendemus, vt in camera b c d, per totam columnam oſtendendo mundum non eſſe æternum, dicimus per b c d t, ſi mundus eſt æternus, ſua bonitas eſt rario ut ab æterno producat bonum æternum, & magnitudo illam bonitatem ab æterno & in ęternum infinitaret, ſicut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſicut æternitas illam ab æterno æternaliter durare faceret, ex quibus ſequeretur nullum malum eſſe in mundo, quod eſt contra experientiam, vnde regula b, per diffinitiones principiorum ponit negatiuam eſſe tenendam.

Item per b c t d, ſi mundus eſt ęternus, eſt bona & magna contrarietas æterna, inter ſubſtantiale & ſubſtantiale, &c. quod eſt impoſſibile, quia contrarii fines non poſſunt eſſe boni cum magnitudine æterna, nam alias bonitas eſſet ratio producens bonum & malum infinitè, cum æterna contrarietate, & æternitas faceret durare illam contrarietatem bonam magnam & malam quod eſt impoſſibile, & prima ſpecies regulę D. ponet primitiuas contrarietates bonas magnas & æternas, quod eſt impoſſibile. 2. *Exemplũ.*

Per b d t c, ſi mundus eſt æternus, æterniras Dei & mundi bene quidem concordant, quod eſt impoſſibile, cum æternitas mundi in ſe continet æternam malitiam per corruptionem & peccatum, & prima ſpecies regulæ C. ponit, ſi mundus eſt æternus, quod ſua æternitas eſt ens vltra quod non eſt aliud præiacens per durationem, quod eſt contra æternitatem Dei. 3. *Exemplũ.*

Per b t c d, Si mundus eſt ęternus, ſua bonitas eſt ęterna & innata in ſcala de ſubſtantiali & cætera. ipſa ſcala exiſtente habituata de æterna concordia & contrarietate, quod eſt impoſſibile, adhuc prima ſpecies c d ponet primitiuam correptionem, ratione primitiuæ contrarietatis exiſtentis inter bonitatem & malitiam: concordantia autem primitiua, ponit compoſitum, & ſic ſecunda ſpecies c d, ponit quod mundus eſt compoſitus & contextus ex contrarijs, vno poſito in alio. 4. *Exemplũ.*

Per t b c d, Si mundus eſt æternus, ſuæ differentiæ concordantiæ & contrarietates ſunt æternæ, nam priuatis naturali differentia, concordantia & contrarietate mundus non haberet ex quo eſſet, & ita mundus eſſet compoſitus ex partibus priuatiuis, & primitiuis, ordinatis ad aliquem finem æternum, per differentiam concordantiam & contrarietatem, & ſic diuina ęternitas eſt cauſa mundi & non cauſa, & mundus eſt compoſitus, & non compoſitus, quod eſt contradictio. 5. *Exemplũ.*

Per c d t b Si mundus eſt æternus, tunc magna eſt differentia ſuæ æternitatis, per ſcalam de ſubſtantiali & ſubſtantiali & cætera: eſt illa ratio quæ ponit æternitatem diſtinctam, inter ſubſtantiale & ſubſtantiale, quod eſt impoſſibile, quia illa ſubſtantialia ſunt corruptibilia, quod eſt contra earum diffinitiones. 6. *Exemplũ.*

Per c t b d. Si mundus eſt æternus, tunc magna contrarietas differentiæ ſuæ, per regulas c d eſt ſcala exiſtens inter ſubſtantiale & ſubſtantiale, habituata ſimpliciter de contrarietate compoſita, per ſecundam ſpeciem regulæ c d, ſub qua differentia eſſentialis mundi, eſt ſubdita, & contrarietas eſt actio in differen- 7. *Exemplũ.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tia, per tertiam ſpeciem regulę c d, & per quartam ſpeciem regulę c, contrarietas habet actus æternos ſimpliciter quod eſt impoſſibile, per ſcalam inter ſubſtantiale & ſubſtantiale.

8. *Exemplũ.* Per d t b c. Si mundus eſt æternus ſua æternitas eſt de primitiuis infinitis, & finitis differentiis & concordantiis, in ſcala de ſubſtantiali & ſubſtantiali & cęt. ſuſtentatis, & ęternitas quo ad ſuum genus, eſt infinita duratio differentiæ & concordantiæ, quæ in ſcala ſunt, quo ad genus eorum, in extenſitate quantitatis, atque in habitu & in ſitu incompoſitus ex partibus infinitis & finitis, quantitate habente durationem æternam, per omnes partes innatas, quæ finitę ſunt, quod eſt impoſſibile.

9. *Exemplũ.* Per b c t b. Si mundus eſt æternus, ſunt duæ æternitates differentes, ſcilicet Dei & mundi, & ſic differentia quæ eſt inter ſenſuale & ſenſuale, & inter intellectuale & intellectuale, &c. ponit tres ęternitates differentes, & bonitas ponit illas bonas, & magnitudo infinitas, & hoc eſt impoſſibile, quia differentia ponit ipſas malas ſecundum quid, & ſic deficit magnitudo bonitatis, & ſimili ratione deficiet infinitas magnitudinis.

10. *Exemplũ.* Per b d t b. Si mundus eſt ęternus, differentia per ſcalam ſuam ponit tres æternitates bonas & ęternas, in quibus bonitas eſt ratio producens bonum confuſum, & æternum, quod eſt impoſſibile, nam differentia in creatis, non eſt æterna.

11. *Exemplũ.* Per b t b c. Si mundus eſt æternus, bonitas eſt differentia inter ſenſuale & intellectuale, &c. non poſſunt habere concordantiam in vno æterno, & mundus erit ſubjectum confuſum, ſimiliter bonitas moralis, non habebit concordiam ab ęterno, quod patet per euidentem corruptionem, priuationem & culpam.

12. *Exemplũ.* Per b t b d. Si mundus eſt æternus, ſua contrarietas eſt innata & æterna & ſubſtentata à bonitate & malitia, contra differentiam, per æternam & vniuerſalem ſcalam exiſtentem inter ſubſtantiale & ſubſtantiale, quam ſcalam contrarietas nequaquam ſubſtinere poteſt, & regula c prędictis teſtatur, quia ſi mundus eſt ęternus, contrarietas æterna eſt impediens omne bonum diuerſum per ſubſtantiale & ſubſtantiale.

13. *Exemplũ.* Per b c t c. Si mundus eſt æternus, concordia innata quæ eſt de eſſe medij inter ſubſtantiale & ſubſtantiale & cętera, eſt ęterna, & ſic ſunt tres concordiæ, & tres æternitates ſubſtantialiter generales, à magnitudine bonitatis & æternitatis cum duratione æternę magnitudinis bonitatis, quod eſt impoſſibile, quia ſunt tres contrarietates ſubalternatæ & oppoſitæ cum magnitudine malitiæ & æternitatis.

14. *Exemplũ.* Per c d t c. Si mundus eſt æternus, tunc magna concordia ſuæ æternitatis, eſt ens habens in ſe innata æternantem, æternatum æternare, & quod de ipſis omni contrarietate remota, quibus

teſtantur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

testantur prima & secunda regula c, & secunda regula d, & quod habeãt per magnitudinẽ sic extensitatẽ sicut per æternitatẽ durationẽ, q̃ est impossibile, per scalã de subst ãtiali & substantiali.

15. Exemplũ.

Per c t b c. Si mundus est æternus, magnitudo suæ differentię & concordantiæ per regulas c d sunt primitiuæ essentię & æternæ, ab omni contrarietate separatæ, & mundus est compositus ex ipsis absque contrarietate, quod est falsum, cum mundus sit subditus corruptioni, ratione contrarietatis, habentis in mundo magnam & æternam actionem.

16. Exemplũ.

Per c t c d. Si mundus est ętternus magna distantia inter suam magnam concordantiam & contrarietatem, est illa forma, quæ causat contradictionem, quod patet per scalam æternam existentem inter substantiale & substantiale, & cæt. & quia coniunxit se in æternitate, quod est simplex principium, in quo sunt composita per secundam regulam c d, & vnum principium est subditum alteri, per tertiam regulam d, & secunda regula c ponit magnam distantiam & æternam, & concordantia ac contrarietas sunt compositæ in subjecto, & sic æternitas mundi ponit contradictiones, quæ stare non possunt.

17. Exemplũ.

Per b d t d. Si mundus est æternus, sua ętternitas innata est bona & æterna, quod est falsum, nam contrarietas æterna, est contra bonitatem æternam, cum malitia, & econtra, vnde sequitur quod æternitas mundi est subjectum ex contrariis innatis compositum, & hoc patet per primam & secundam speciem regulæ d, quod substantia sit composita ex primis contrariis æternis, & per speciem regulæ c mundus habet æternaliter innata, contrariantem, contrariare & contrariatum.

18. Exemplũ.

Per c d t d Si mundus est ętternus, tunc magna contrarietas inter magnitudinem & ętternitatem, est illa infinita resistentia inter diuinam magnitudinem & æternitatem, & sic per primam speciem regulæ d diuina æternitas causat infinitã durationem sibi similem, & magnitudo mundi causat magnitudinem finitam sibi similem, & sic per tertiam speciem regulę d, magnitudo Dei est impedita in suo effectu, agendo, æternitas verò nequaquam, quod est impossibile.

19. Exemplũ.

Per d t b d Si mundus est æternus, suæ differentiæ & contrarietates innatæ, quæ sunt sibi coessentiales & propriæ passiones, in scala substentata, sunt de primitiuis & æternis differentiis & contrarietatibus, per primam regulam d quę componuntur per secundam regulam c d ipsis habentibus durationem & subiugationem per quartam regulam c & tertiam d vna ratione, sicut principio existente in alio subjecto æterno, sicut punctus, naturalis in alio puncto, ex quibus linea est coniuncta & composita, quod falsum est & impossibile.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

20.Exempl.

Perdtcd. Si mundus est æternus, suæ naturales coessentiales concordantiæ & contrarietates, per primam speciem regulæ d sunt de seipsis, & scala de substantiali & substantiali est composita ex contrariis, quia habet in se concordantem, concordatum, concordare, contrariantem, contrariatum, contrariare, ęternantem, ęternatum, æternare, quod quidem est ponere oppositum in obiecto, & mundus est in partibus incorruptibilibus & corruptibilibus, & habet infinitas in numero reuolutiones, multiplicando infinitum numerum, & æternum, quod est impossibile.

II. PARS PRINCIPALIS.

Argument. Diuisio.

Hæc est secunda pars horum commentariorum, quæ tractat de inuentione complexorum, & diuiditur in quinq; partes: quarum prima est de formatione propositionum, secunda de formatione diffinitionum, tertia de formatione argumentorum, & inuentione medij, quarta de locorum sumptione, quinta de solutionibus quæstionum & argumentorum dissolutionibus.

Propositionũ conficiendarum ratio.

PRopositiones fiunt per mixtionem terminorum, quando terminum incomplexum complexum facimus, addendo sibi aliquid, per quod determinetur, vel contrahatur, quocunque modo fiat, per quamcunque orationis partem, siue per nomen, siue per verbum, vel aduerbium, & eiusmodi.

Illud autem obseruandum est, ut in conficiendis propositionibus, non semper vniformem rationem adhibeamus, sed variare oportet, tum propter decorem, tum etiam propter vsum, quę varietas sumitur ex diuersis generibus prædicationum, ut scilicet aliquando attribuamus prædicatum subjecto affirmatiuè, aliquando negatiuè, nonnunquàm excluſiuè, interdum indefinitè, directè, vel indirectè, quæ omnia ad exornandum sermonem fiunt.

Prædicationum variæ distinctiones.

Itaque ut hęc magis extendere valeamus, prius de varia prędicatione pauca dicamus, siue ea sit ex natura prædicati, siue ex natura subjecti, vel signi, seu modi proueniat.

1. Distinctio.

Est itaque prædicatio ex natura prædicati, aut vniuoca, quæ

1. Vniuoca.

est vnius de pluribus eodem nomine & ratione, ut hominis de

2. Communis

Socrate & Platone. Aut communis, ut nominis tantum, sicut canis, de sidere cœlesti, pisce marino, & cane latrabili. Aut denominatiua, quæ fit à casu accidentaliter, sicut à iustitia dicitur

3. Denominatiua.

iustus, à bonitate bonus.

2. Distinctio.

Iterum secundum attributionem prædicationum, alia naturalis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

turalis seu necessaria, cum prædicatum est de essentia subiecti, vel proprium eius, siue genus, vel species, & huiusmodi. Alia est contingens, secundum rem & rationem, in qua prædicatum potest adesse vel abesse subiecto. Alia remota, in qua prædicatum nullo modo potest conuenire subiecto. Prædicatio autem necessaria, alia simpliciter, alia ex Hypothesi. Contingens autem est, vt sæpe, vel raro, vel ad vtruinq;.

3 *Distinctio.* Iterum secundum rationem prædicationum, alia directa, quę est superioris de inferiori. Alia indirecta, quæ fit econuerso. Alia æqualis, quæ est conuertibilium inter se, vt diffinitionis de definito, aut eiusdem de seipso, nomine vel re. Et est alia mediata, vt animalis de Platone, alia absoluta, in qua non est aliquis terminus, qui comparationem faciat, vt homo est animal, homo est iustus. Alia comparatiua, seu respectiua, aliquo termino respectiuo addito, vt homo Christianus, Deus est principium homini, Deus est melior angelo, Deus est optimus entiū: & in his sæpe reperitur duplex comparatio, vna affirmatiua, sicut in ista: Deus melior est quam alia entia: & alia negatiua, quia nullum entium, melius Deo, quamuis in aliquo alio subiecto dari possit æquale.

4 *Distinctio.* Iterum secundum qualitatē prædicationum, alia affirmatiua, alia negatiua, alia, vera alia falsa, siue secundū qualitatem prædicationis, vel secundum conuenientiam orationis cum re, vel secundum quantitatem quando est vel vniuersalis, vel particularis, vel indefinita, termino communi in subiecto posito, siue aliquo termino vel signo vniuersali vel particulari, & hæc aliquando æquipollet particulari, ratione signi, aliquando vniuersali, ex parte rei, aliquando singulari, quando fit per terminum discretum, vt Plato currit.

5. *Distinctio.*

6. *Distinctio.* Iterum secundum modum prædicationum, alia de ineſſe, quæ continet simplicem inhærentiam prædicati ad subiectum, vt homo est animal, homo est albus. Alia est de modo, quam rem largius tamen quam dialectici appellamus, & hic vel est modus subiecti, vel prædicati, vel propositionis. Modus subiecti & prædicati, est omnis determinatio nominalis, vel aduerbialis, vel aliter subiecto aut prædicato aduenies, vt homo bonus, homo iustus, similiter in prædicato, vt operatur bene vel iuste, & secundum hanc modalitatem facile mutantur termini, tam subiecta, quam prædicata, illos ex incomplexis faciendo varie complexos, & in hanc varietatem, veniunt propositiones reduplicatiuæ, exceptiuæ, separatiuæ, comparatiuæ, modo vario exponibiles. & quicquid ex his conficitur. Modus autem propositionis est, qui de tota propositione dicitur, vt hominem iustum esse est possibile. Huius autem modi tot genera sunt,

De ineſſe.
Modalis.
Subdiuiſio.
Quoad terminos.
Quoad ipsã propoſit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quot ſunt ea quę de aliquo toto dicto dici poſſunt, vt verum, falſum, poſſibile, bonum, fictum, creditum, auditum, & multa alia ſimilia. Iterum ſecundum figuram diſtinguitur prædicatio quoniam alia eſt categorica, ſimplicem prędicationem continens, vt Deus eſt bonus. Alia hypothetica, quæ duas categoricas iungit, cum ratione tamen ſuppoſitionis, vt ſi Deus eſt bonus, Deus eſt iuſtus: & hæ quidem veræ hypotheticæ ſunt, ſi fiunt per ſignum conditionale, vt ſi: ſiue locale, vt vbi: ſiue temporale, vt quando: aut modale, vt quomodo, ſicut aut per aliquod relatiuum cadens in determinationem ſubiecti vel prędicati, vt Deus eſt bonus qui creauit omnia bona. Quæ autem ſimul coniunctę ſunt, coniunctiua vel diſiunctiua coniunctione, nullam ſuppoſitionem continent.

7. Diſtinctio categorica. Hypothetica.

Apparens.

Doctrinæ huius neceſsitas & vſus.

Hæc itaque ſunt prædicationum genera, quæ aſſignauimus, quoniam alia & alia prædicatio, aliam & aliam rationem requirit in probando & reprobando, concedendo, refutando, argumentando, ſoluendo, demonſtrando, inferendo. Aliter namque in vniuerſalibus, aliter in particularibus, aliter in eſſentialibus, aliter in accidentalibus eſt procedendum. Alia enim & alia ad aliarum veritatem requiruntur, & aliæ & aliæ poſſunt ſimul eſſe veræ vel falſæ, & econtra, quædam non: & ſunt aliæ inter ſe contrariæ, aliæ contradictoriæ, aliæ ſubcontrariæ, aliæ ſubalternæ: & hæc de prædicationibus nunc dicta ſufficiant, ad propoſitiones modo redeamus.

Generalitas prædicationũ huius artis tractandique varietas.

Quæ in hac arte ponuntur genera prædicatorum, ea generalitatem magnam habent, & alicui ſubiecto propoſito, in laudem vel vituperationem, aut quãuis aliam rationem adhibeantur, ſimplici prædicatione, aut per inhærentiam, vel operationem tranſeuntem, aut alio modo, ſiue ipſi rei, ſiue actionibus eius, ſiue principiis, & huiuſmodi: varia explicatione, vt Deus eſt bonus, Deus eſt bonitas, Deus facit bonum, Deus bonitate perfecit omnia; quæ poſtea per reſpectuum & quæſtionum genera percurrimus, vt ſic multiplicentur propoſitiones, prædicata, & prædicationes, vt cum plura prædicata, vni iungantur ſubiecto, vel ſi plura ſubiecta cum vno prædicato varientur, quę deinde variis reſpectibus ac regulis multiplicamus, inquirimus, & demonſtramus aliqua ineſſe vel non ineſſe, prout conueniũt vel diſconueniunt, propter cohærentiam, multiplicando media, & ſumendo locos ex his, vel ſimpliciter, vel per conuerſam illationem, aut alio modo, vno probante vel improbante alio quemadmodum inferius docebimus. Similiter & in reſpectuũ generibus, quæ & ipſa prædicata ſunt, quanquam non abſoluta, & in extraneis terminis, eadem propoſitionum multiplicatio fit, & eo maior, quo propter varietatem ſuam in comparationibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctionibus, maiorem ſumunt multiplicationem Per oppoſita etiam eisdem modis propoſitiones multiplicabimus, vt vnũ oppoſitorum per aliud cognoſcatur, ab eo aliud remoueatur.

Primo autem ſumuntur ex terminis huius artis propoſitiones generales, & quæ generaliſſimæ dicuntur, quæ nullas habent generaliores, quæ ſemper & vbique veræ ſunt, quæ demonſtratione ſeu alia probatione non indigent, ſed primo & per ſe notæ ſunt, & ſumuntur hæ generales quatuor modis, vel prædicatione eiuſdem de ſeipſo, ſimpliciter denominatiue vel demonſtratiue, vt ſi dicatur, bonum eſt bonum, vel bonum eſt bonitate bonum. Aut per diffinitionem, vt bonum eſt ſui communicatiuum. Aut per commixtionem ſimplicem, vt magnum bonum producet magnos effectus bonos, Aut per mixtionem comparatiuam, augendo figuram T. vt principium boniratis eſt in ſummo bono, & per eoſdem modos termini extranei ſecundum hanc artem, cum his aut aliis iungi poſſunt, ad faciendum propoſitiones.

1. *Propoſitionum generaliumnueſtigatio.*

Per prædicationẽ eiuſdẽ de ſeipſo.

2. *Per diffinitionem.*

3. *Per commixtionem ſimplicium.*

4. *Per commixtionẽ cõparatiuam.*

Sub his autem propoſitionibus generalibus, deſcenſus fit ad ſpeciales, ſumendo aliquid ſub ſubiecto, vel prædicato, vel modo, vel addito aliquo, huic vel illi, vel pluribus ſimul, per ſe, vel per accidens, vel ſimplici conſequentia, vel per ſimile, vel per oppoſitum, vel conuerſione, aut huiuſmodi, deſcendendo à generalibus ad minus generalia, & ab his ad vlteriora, vſq; ad ſpecialiſſima deueniatur, vt in hoc exemplo; omne bonum eſt diffuſiuum ſui, Deus eſt bonus, ergo diffuſiuus ſui, ſcilicet generando, creando, ſaluando, gratias largiendo, præmia communicando. Iterum vel ſic, bonum eſt diffuſiuum ſui, ergo æternitas omne tempus complectitur, quod vera comprehenſione in ſe claudit, nam ſicut ſe habet bonitas ad bonum, ita ſe habet æternitas ad durationem. Per oppoſitum vero ſic, bonum eſt ſui diffuſiuum: ergo malum ſui conſtructiuum, & deſtructiuum, vel ſic, bonum eſt diffuſiuum ſui, hoc eſt deſtructiuum ſui: ergo malum: & ſicut hæc in ſimplicibus fiunt, ita in mixtis & comparatis ſimiliter fieri habent.

2. *Deſcenſus*

1. *Exemplũ.*

2. *Exemplũ.*

3. *Exemplũ.*

4. *Exemplũ.*

A particularibus ad vniuerſalia fit conſcenſus vel plane vel demonſtratiue. Plane fit ſecundum aliquem modum conuerſum ex prioribus, quæ de deſcenſu traditi ſunt, vt ſi dicatur Deus ſe communicat creaturis, hæc particularis eſt: ergo bonus; hæc generalis; omne enim bonum eſt ſui communicatiuũ, hæc generaliſſima & vniuerſalis. Demonſtratiue autem ſic, largo modo ſumendo hoc verbum, vt ſi non neceſſario, tamen probabiliter aliquid demonſtretur: & hoc fit quando aliqua propoſitio particularis, inuento medio, demonſtratur per maximam vniuerſalem, & iſta pars tot habet modos, quot varietates ſunt inuen-

3. *Conſcenſio, à particu. ad vniuerſalia. Exemplum.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

inueniendi medii, & poteſt etiam fieri demonſtratio per propter quid, ſiue quia, vel ęquiparantiam, vt quod intellectus, memoria & voluntas ſunt in anima æquales per eſſentiam, demonſtratur; quia prima cauſa per æqualitatem ſuorum attributorũ bonitatis, magnitudinis, &c. eſt intelligibilis, recolibilis, & amabilis æqualiter. In ſimplici autem amplificatione, & multiplicatione, multæ propoſitiones, & generales, & ſpeciales, ad vnam intentionem colliguntur, vel ad diuerſas, ex terminis huius artis, aut extrancis, aut mixtis inter ſe. vt multa de vna eademq; re, aut ad vnam rem ſeu finem dicantur, per modum duplicis aut multiplicis figuræ: & ſic vna propoſitione expedita, accipiatur alia vel per ſe, vel cum eo quod propoſitum eſt, & vnaquæq; ducatur aſcendendo, & deſcendendo, ſecundum formam figurarum, verborum etiam adhibita varietate, & qui vti velit hypotheticis, hoc facere poteſt, vt ſi poteſtas Dei non eſt infinita, eius duratio non eſt ęterna, & huiuſmodi: ſed has omnes tandem ad ſuas ſimplices reducere oportebit.

1. De diſſinitione. Nunc conſequenter quomodo diffinitiones ſumendæ ſunt declarabimus.

1. modus. Sumitur autem diffinitio multis modis. Aut ex genere & differentia, vt ſi homo diffiniatur per animal & rationale.

2. modus. Aut ex genere & proprio, ſiue ſit propriè proprium, quod
1. ineſt vni ſoli & ſemper, vt ſi homo diffiniatur per animal & riſi-
2. bile; ſiue ſit aliquod accidens proprium, aut commune, ſecundum aliquod accidentium genus: vt ſi homo diffiniatur per animal & bipes. Vnde ſciendum eſt, quando differentiæ rerum ſunt nobis ignotæ; oportet eas ſæpe circumſcribere per proprias paſſiones, vt imaginatio eſt id cui proprie competit imaginificare, hoc eſt, imaginatum componere. Circa quod notandũ eſt, quod in hac & conſimili diffinitione, ipſum are, vt imaginificare, quod eſt actus, non ponitur pro ſe ſed pro differentia intrinſeca, quia aliter diffinitio non eſſet quidditatiua, cum daretur per extrinſecum diffiniti. Et ſecundum hanc rationem ſcias, quod iſta diffinitio, homo eſt ens cui proprie competit hominificare, eſt magis oſtenſiua quam hæc, homo eſt animal rationale mortale, nam hominificare ſoli homini competit rationabilitas & mortalitas multis, & hoc modo proprietas, ſumitur per concordantiam, ab vnitate formæ: quando autem ſumitur per differentiam, hoc fit ſecundum pluralitatem potentiarum, vt velle, intelligere, memorari, & cætera.

Differẽtiis incognitis quonam pacto ſint definitiones conſi.ęnda.

3. modus Aut per hæc quę dicta ſunt omnia, vel aliqua ſimul iuncta, vt ſi dicatur, homo eſt animal rationale riſibile bipes.

4. modus. Aut ſumitur ex partibus, velut ex materia & forma, vel aliis in quocunq; genere totius, collectiui, integralis, vel alterius vt ſi domus diffiniatur; res compoſita ex lignis & lapidibus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Aut ſumitur diffinitio à cauſa, ſecundum quodlibet genus cauſæ. 5. *modus.*

Aut per effectum & operationes, tam actuales quam aptitudinales, ſecundum formam, aut potentiales ſecundum materiam. 6. *modus.*

Aut ex his ſimul collectis, vt ſi domus dicatur, res compoſita ab architecto, ex lignis & lapidibus, apta ad habitandum, tegens nos ab imbribus, & huiuſmodi. 7. *modus.*

Aut per potentiam vel obiectum, vt color per viſum, & viſus colorem. 8. *modus.*

Aut per potentiam & actum, & econuerſo, vt bonitas eſt ens cui proprie competit bonificare, & econtra. bonificare eſt actus bonitatis. Et hæc diffinitio eſt clarior quam illa quæ datur per genus & differentiam, quia per ipſam habetur cognitio ſubiecti & actus ſpeciei, per aliam nequaquam niſi partium tantum. 6. *modus. Præſtantia huius modi.*

Aut per eſſe & eſſentiam, & ècontrario vt bonitas eſt ens cuius eſſe bonum eſt & econtrario, bonum eſt ens cuius eſſentia eſt bonitas. 10. *modus.*

Aut ex fine rei, vt bonitas quod cuncta bonificat. 11. *modus.*

Aut per reſpectum & relationem, vt pater filium, & econtrario filius per patrem. 12. *modus.*

Aut per diſtantiam extremorum, vt ſi temperatum diffiniatur, quod non eſt calidum neque frigidum. 13. *modus.*

Aut per abnegationem oppoſiti, vt ſi dicatur virtus eſt vitium fugere. 14. *modus.*

Quomodo autem ſumantur diffinitiones per regulas figuræ Q. duobus his exemplis facile conſtabit, vt ſi quæratur quid ſit natura, quid homo, reſpondetur per primam regulam C. natura eſt eſſentia in ſuo naturali concreto ſubſtentata, & mota, per actum naturalem, in quo actu eſt in quiete: homo autem animal eſt rationale: per ſecundam regulam C. natura eſt eſſentia habens connaturalia correlatiua, naturatiuum, naturabile, naturare, ſine quibus eſſe non poteſt, & homo eſt, habens ſua correlatiua propria hominificatiuum hominificabile hominificare: per tertiam ſic, natura eſt, quæ in ſubiecto ſuo eſt actiua & paſſibilis cõnaturare, & homo eſt animal in mechanicis agens, ſicut in ſcriptura ſcribens, & eiuſmodi: per quartam regulam C. natura eſt, quæ in ſubiecto in quo eſt habet actionem, & paſſionem, & actum, & hoc per agentem naturalem, & per naturalem formam, materiam & finẽ, & cum naturalibus inſtrumentis, & homo eſt ens, habens maiorem poſſeſſionem in brutis & plantis. Simili modo per primam regulam D. natura eſt eſſentia primitiua omnium naturalium & homo eſt ens primitiuum in nobilitate ſecundum ſenſualitatem: per ſecundam 15. *modus.*

regulam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

regulam D natura eſt quæ conſtat de ſuis correlatiuis aſcendendo ad eſſentiam, & ſuum concretum eſt de ipſis deſcendendo & contrahendo, & homo eſt ens conſtitutum ex anima & corpore: per tertiam regulam D. dicitur natura ea potentia de qua ſubiectum in quo eſt naturaliter agit, & homo eſt ens cui ſubdita ſunt bruta & plantæ & huiuſmodi. Per primam regulam E. natura eſt ens continens in ſe ſua correlatiua ex quibus eſt, & homo eſt ſubſtantia per ſuam humanitatem: per ſecundam regulam E. natura eſt per quam alia entia habent exiſtentiam & agentiam naturaliter, & homo eſt ens creatum ad ſeruiendum Deo cum vegetatiuis & ſenſitiuis. Per regulam F. natura eſt eſſentia habens continuam quantitatem & indiuiſibilem, & ſua concreta ſunt ei quantitates diſcretæ, & homo eſt ens quantum & continuum per ſuum elementatiuum, vegetatiuum, ſenſitiuum, imaginatiuũ & rationatiuum ex quibus eſt & iſtæ quinq; potentiæ ſunt ei partes diſcretæ, eo quia ſunt differentes. Per regulam G. natura eſt quæ habet proprias actiones & paſſiones, ſicut ignis per calefacere, appropriatas vero, ſicut aqua calefacta habet calefactiuum, calefactibile, & calefacere, ſic homo eſt ens cui proprie competit humanificare, & eſt ens riſibile, ſcribens, &c. Per regulam H. natura eſt ens in tempore continue & ſucceſſiue, per quantitates continuas & diſcretas, & homo eſt ens in tempore intelligens, legens, & cætera. Per regulam I. natura eſt ens in loco, ſicut contentum in continente, agens in agibili, & in ſubiecto in quo eſt ſubſtentata & mota, & homo eſt ens in vinea fodiens, in eccleſia Deum orans. Per primam regulam K. natura eſt habens modum noſcendi, generandi & corrumpendi, &c. & homo eſt habens modum mechanizandi & generandi alium hominem. Per ſecundam regulam K. natura eſt agens cum ſuis inſtrumentis, ſicut ſubſtantia cum ſuis accidentibus, & mechanicus cum inſtrumentis ſuis, & homo eſt ſubſtantia generans alium hominem cum muliere, & cum marteilo fabricans clauum. Et hæc de definitionibus ſufficiant, quod ſupereſt, ex mixtionibus principiorum per te ipſum inueſtigabis.

2. De argumentorũ conformatione.

Tertio nunc, quomodo argumenta, quibus aliquid probare vel improbare poſſumus, formanda ſunt, & vnde medium ſumere oportebit videamus

1. Syllog.
2. Enthym.
3. Inductio.
4. Exemplũ.

Forma argumenti multiplex eſt. Aut enim ſyllogiſmus, qui vario modo conficitur, vt apud dialecticos notum eſt. Aut enthymema, hoc eſt conſequentia ſimplex. Aut inductio, quæ fit à ſufficienti enumeratione. Aut exemplum, vt à ſimili, ſed omnes hi modi tandem ad ſyllogiſmum reducuntur.

Perfecta o-

Perfecta autem argumentatio, eſt ea quæ apud oratores in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quinq;

quinq; partes distributa est, scilicet propositionem, qua proponitur summatim quid probare vel improbare intendimus. Rationem, qua demonstramus propositionem propositam veram esse vel falsam: rationis confirmationem vel dissolutionem ex pluribus particularibus argumentis ac locis collectam. Demum exornatione, quę suis locis constat rei honestandæ & locupletandæ causa. Porro conclusione, qua breuissime argumentationis partes finaliter cõplectimur, vt in epistola ad Hebræos, Paulus capite 6 proponit, quod Christus præcursor pro nobis introiuit interiora velaminis, secundum ordinem Melchisedech, Pontifex factus in æternum. Rationem propositionis ostendit, ex conditionibus ipsius Melchisedech, & eius similitudine: confirmat rationem, ex obuiatione, ex benedictione, ex decimatione, ex nominis interpretatione, ex genealogia, ex infinitate, item à contrario sic, quod non secundum Aaronem, quod ex alia tribu, quod ex iureiurando, quod in æternum. Exornationes harum omnium tandem per totum capitulum prosequitur 7. Concludit in capitulo 8. finaliter complectendo sic, talẽ igitur habemus Pontificem, qui consedit in dextra throni magnitudinis in cœlis, & cætera quæ sequuntur ibidem. Atq; hæc argumentationis exercitatio, ad plurima confert, tam ad probandum, quam improbandum, tum ad exponendum ac sermocinandum, etiam ad conficiendas epistolas & consilia in senatu, vel alibi danda, & ad quælibet alia eloquia multum est vtilis. Atq; etiam huius vis ex syllogismo dependet.

ratoram.
1. *Propositio*
2. *Ratio.*
3. *Confirmatio. Dissolutio.*
4. *Exornatio*
5. *Conclusio.*
Exemplum.

Vtilitas & vsus huius nominis.

Quia autem tota vis argumenti dependet à medio, ideo de medio inueniendo doceamus.

De medio.

Medium est hoc loco, quo aliquid esse vel non esse monstratur, propter conuenientiam, vel disconuenientiam, quam habet cum vtroq; aut altero & id quidem varium esse oportet, secundum varietatem terminorum & propositionum, quoniam interdum accipitur extraneum à subiecto, aut prædicato, aliquando antecedens aut consequens, & aliter quidem in propositione affirmatiua, quam negatiua, aliter in particulari quam vniuersali. & iterũ varie sumitur in syllogismo demonstratiuo, qui ex primis, veris & immediatis procedit, & aliter in dialectico, qui ex probabilibus & aliter in sophistico qui ex apparentibus, & aliter in aliis propter diuersas syllogismorum potestates, prout inferimus vel oppositum oppositarationc, aut simile, & multis aliis modis prout explicatur in dialecticis. Sed in hac arte facilis est mediorum inuentio, quæ fieri habet per multiplicem figuram secundum circulorum multiplicationem, ita quod superior & inferior circuli, extremorũ vim obtineant, medius vero circulus semper mediũ præstet, siue simplices sint, siue multiplices, secundũ quod termini illi, qui pro extremis vel

Medii descriptio.

(c) 2008 Ministerio de Cultura

medio ſumuntur incomplexi manent, vel reddũtur complexi, & hac ratione conſtituendo varios ſyllogiſmos, ex affirmatiuis vel negatiuis propoſitionibus, vt in hoc exemplo ad probandum iſtam, Deus eſt æternus, ſubiectum eſt ex circulo S. in camera B. prędicatum eſt, in circulo A. in camera D. ſumatur itaq; medium in circulo A. in camera C. Argumentum eſt, cuius magnitudo eſt infinita, eius durario eſt æterna, ſed Deus eſt infinitus, ergo æternus: vel arguendo negatiue ſic nullum immenſum conſtringitur terminis durationis, Deus eſt immenſus, ergo extra terminos durationis & ęternus. Quod ſi negatur minor, ponantur eius termini in extremis circulis, ſic S. B. A. C. & ſumatur medium ex figura T. in cameris E. G. Arguitur ſic, quicquid eſt ſine principio & fine, eſt infinitum, Deus eſt ſine principio & fine, ergo infinitus, & ſi id ex pluribus & remotionibus inferre volumus, argumentamur ſic: Quicquid eſt ſine principio, neceſſe eſt id omnibus eſſe principium, deinde miſcendo A. M. ſic, atq; id ſolum vnum eſſe neceſſe eſt, deinde A. B. ſic, & id principium ſui maxime diffuſiuum eſt, oportet, ergo diffuſiuum per omnia, per omnem eſſentiam magnitudinis, durationis, poteſtatis, & cæterorum, poſtremo inferendo, ergo infinitum, æternum, omnipotens, &c. quemadmodum hæc varie commiſcentur.

Exemplum.

In oratoriis & particularibus, Exemplum.

In ſyllogiſmis autem oratoriis, & particularibus, ſæpe maiores & inferiores deriuationes fiunt, quas maxime inducimus ex figura T. per ſimilia, differentia, oppoſita, principia, fines, & cætera. Vt in ſuadendo, cum quærimus, qualis debeat eſſe imperator? reſponſio quæritur ex prædicatis attributis ſubiecto, deinde argumentamur demonſtrando huic vel illi ea ineſſe, vel omnia, vel plura, vel magis huic quam illi ineſſe, & ſic de ſimilibus.

Si vero medium taliter vt diximus inuentum, non videbitur ſatisfacere, nec ſufficienter probare concluſionem, tunc volvendus erit circulus medii, in proximam literam, & ſic deinceps per omnes alias literas, donec unum, vel plura media inueniamus, concluſionem ipſam probantia, & horum mediorum copia facile emerget prout in figuris S. & A. & T. copia terminorum elicitur, & etiam ex figura Q. non per modum quæſtionis ſed propoſitionis, tum etiam per multiplicationem circulorum medii, eiuſdem vel diuerſorum circulorum, mixtim ſumendo medium, vario modo complexum.

4. De locis.

Quoniam locus eſt tanquam ſedes argumenti ac ornamentum ſermonis, ipſi argumento vim tribuens, aliquid probandi vel improbandi, ſermonem amplificans atq; mouens animas auditorum, ideo nunc quarto de locis nobis dicendum occurrit.

Loca

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Loca ſumuntur ab his de quibus dicitur vel diſputatur , & horum quædam ſumuntur ab his quæ inſunt rebus de quibus agitur, & dicuntur intrinſeca, quæ in hac arte ſumuntur per ſecundum triangulum figuræ T. cum omnibus ſuis ſpeciebus, quæ in diuiſione & multiplicatione illius oſtenduntur. Sunt alia loca quæ ab extra aſſumuntur, quæ ideo extrinſeca dicuntur, & in hac arte ſumuntur ex primo & vltimo triangulis figuræ T. tum etiam ex figura A cum earum ſpeciebus, diuiſionibus, & ſubdiuiſionibus, de quibus ſuperius dictum eſt: & hæc loca dicuntur eſſentialia, quia plurimum probandi vel improbandi cauſa aſſumuntur. Sunt & ad alia loca accidentalia, quæ rei vel orationis amplificandæ exornandęque cauſa ponuntur, quę maximè conueniunt exordiis, & concluſionibus, cum admirationibus, exclamationibus, quæſtionibus, & huiuſmodi, de quibus paulo inferius dicemus, & hi ſumuntur in hac arte ut potiſſimum ex figura A. & ſuis ſpeciebus.

Quæ verò ex locis eſſentialibus plurimum in vſu ſunt modo narrabimus, ſunt itaque ex locis intrinſecis iſti qui ſequuntur.

Locus à diffinitione, cuius maxima eſt, cui diffinitio conuenit, ei & diffinitum, & econtrario. Eſt autem diffinitio, oratio indicans quid res ſit, & fit propriè hoc modo, cum ſumpſeris ea quæ ſunt rei quam diffinire velis cum alijs communia & vsque eo proſequaris dum ita proprium efficiatur, ut nullam in aliam rem transferri poſſit, & id vocant dialectici ex genere & differētia, rei propriam complexionem. 1. *A diffinitione.*

Ab hac argumentamur in hunc modum, ut furtum diffinitur contrectatio rei alienę inuito Domino. Quiſquis ergo abiurauit proprium, vtendo rebus eccleſię, vel monaſterij, ſine conſenſu prę lati facit furtum.

Locus à diuiſione & partitione, cuius maxima eſt, vbi partes deſunt, ibi totum non eſſe. 2. *A diuiſione & partitione.*

Hoc autem intereſt, inter diuiſionem & partitionem, quia diuiſio formas complectitur ſub genere poſitas, ut qui neque iuſtus eſt, neque fortis, neque prudens, neque temperans, iccirco ne virtuoſus quidem eſt. Partitio autem, rem propoſitam quaſi in membra diſcerpit, ut quod neque fundum, neque tectum, neque parietes habet, iccirco domus non eſt.

Ex interpretatione nominis, ut cui interpretatio non conuenit neque nomen conuenit. 3. *A notatione nominis.*

Hinc arguimus ex alicuius nominis vi ac poteſtate, ut ſi regulares eſſe dicuntur, qui regulam ab eccleſia approbatam ſolenniter vouerunt, iam vtique is deſinit talis eſſe, qui proprietarius, aut inobediens, aut fornicator eſt.

A coniugatis, ut coniugatorum eandem eſſe naturam. 4. *A coniugatis.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sunt autem coniugata, quæ orta ab vno verbo variè mutantur, ut illud: potens potenter tormenta patietur: & illud, malos male perdet, vel sic: si risus est gaudium, ergo ridere est gaudere.

5. *A genere.* A genere, ut quod generi non conuenit, id omnibus sub eo constitutis denegari.

Est autem genus, quod de pluribus specie differentibus, in eo quod quid sit, prædicatur. Non autem necesse est id à capite vsque accersire, sed etiam citra, dummodo supra sit, quod sumitur, magis quàm id, ad quod sumitur, ut in prima ad Corinth. sexto. An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt, nolite errare, neque fornicatores, neque adulteri, neque ebriosi, regnum Dei possidebunt.

6. *A specie.* A specie sic, quod singulis conuenit, id etiam speciei, & in speciebus spectari generum proprietatem.

Species est, quę de pluribus solo numero differentibus dicitur, in eo quod quid sit, & sit argumentum ut Iacob. quinto, Helias homo erat similis nobis, passibilis, & oratione orauit ut non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex: & rursum orauit, & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum, orate igitur pro inuicem, ut saluemini, multum enim valet deprecatio iusti assidua. Potest etiam à specie regressio fieri ad genus, ut ad Galatas quinto: Testificor autem omni circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.

7. *A similitudine.* A similitudine, quia de similibus idem est iudicium:

Similitudo est eadem rerum differentium qualitas, ut Iacobi quinto: Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum: patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquabit.

8. *A differẽtibus.* A differentibus, ut differentium rerum diuersum iudicium.

Differentia sunt, quorum rationes non sunt eædem, ut Ioannis decimoquinto: Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat Dominus, vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis.

9. *A contrariis.* A contrariis, ut contraria sibi conuenire non posse.

Sumuntur autem contraria quatuor modis, aut vt aduersa, sicut album & nigrum: aut priuatiuè, ut iustitia, iniustitia: aut relatiuè, ut Dominus, seruus: aut negatiuè, ut videre non videre, secundum hunc locum argumentamur, ut ad Galatas quinto: Caro enim concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, hæc enim sibi inuicem aduersantur: manifesta autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, &c. fructus autem spiritus est charitas, modestia, cõtinẽtia, castitas, &c.

A coniunctis, ut ex adiunctis adiuncta perpendi.

Coniuncta

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Coniuncta sunt, quæ finitum locum obtinent, & hic locus magis ad coniecturam pertinet quàm probationem, ut cum inuestigatur quid sit, an euenerit, aut futurum sit, siue fieri possit: item quid ante rem, ut si apparatus, colloquia, locus, constitutum conuiuium, ut Hester septimo. En lignum quod parauerat Mardocheo. Item quid cum re, ut si strepitus, crepitus, vmbræ, & eiusmodi, ut primo Regum decimonono. Visusque est Saul configere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saulis, lancea autem casso vulnere perlata est in parietem. Item quid post rem, ut si pallor, rubor, pauor, titubatio, & si qua alia signa perturbationis, & conscientiæ, quę suspicionem mouere possunt, ut gladius cruentus, ignis extinctus, & eiusmodi ut tertio Regum tertio: Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad regem: commota sunt quippe viscera eius super filio suo: obsecro Domine, date illi infantem viuum, & non moriatur: econtrario illa dicebat: nec mihi nec tibi, sed diuidatur. 10. *A coniunctis.*

Ab antecedentibus & consequentibus, ut posito antecedenti comitari quod subsequitur: & perempto consequente, perimi quod antecedit. Iste locus differt à superiori: nam coniuncta non semper eueniunt; antecedentia & consequentia eueniunt semper, dicũtur enim hic consequẽtia quæ rẽ necessariò sequũtur, similiter antecedẽtia cohęrẽt rei necessario. Neq; tamẽ quęritur hic, quid tẽpore prius sit vel posteri⁹, vt Genesis trigesimo octauo: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vter⁹ illi⁹ intumescere: antecedẽs est, grauidã esse: consequẽs, concubuisse. 11. *Ab antecedẽtibus & consequentibus.*

A repugnantibus, vt repugnantia sibi conuenire non posse. 12. *A repugnantibus.*

Repugnantia sunt contrariorum consequentia, ideoque sibi cohærere non possunt, ut vigilare, dormire, contraria sunt: stertere dormitioni cohæret: ergo stertere & vigilare, repugnant.

A causa efficiente, ut ibi causam est, ibi effectum non deesse. 13. *A causa efficiente.*

Causa efficiens est, quę rem præcedens efficit, non tempore, sed proprietate naturæ, ut sol diem. Vnde Iosuæ decimo: Stetit itaque sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei, igitur non fuit ante & postea tam longa dies.

Ab effectu, ut vbi effectus est, ibi causa deesse non posse. 14. *Ab effectu.*

Effectus est quod efficit causa, ut Matthæi septimo: A fructibus eorum cognoscetis eos.

A maiori sic: quod in re maiori valet, valet in minore: & si maius ad est, etiam id quod minus aderit. 15. *A maiori.*

Maioris comparatio fit, quoties id quod minus est, comparatur maiori, ut Ioannis decimoquinto: Non est seruus supra Dominum: si me persecuti sunt, & vos persequentur.

A minori, ut quod in re minore valet, valet in maiori: & si minus abest, etiam maius abesse. 16. *A minori*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Comparatio minoris est, quando res maior confertur minori, ut ad Hebræos nono. Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulę aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortis, ad seruiendum Deo viuenti.

17. A pari. A paribus, ut rerum parium idem esse iudicium.

Paria dicuntur, quæ eiusdem conditionis sunt: hinc prima ad Corinthios decimonono. Nunquid non habemus potestatem sororem mulierculam circumducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres Domini, & Cephas, aut solus ego, & Barnabas, non habemus potestatem hæc operandi.

Loci extrinseci. Quæ verò extrinsecus loca assumuntur hæc tanquam testimonia quædam sunt ad faciendum fidem, quæ sunt, ut Oracula, Autoritates, Confessata, Vulgi opiniones, Sectæ, Pacta, Sententiæ, Iudicium, Consuetudo, Vsus, Leges: Oracula sunt, à quodam diuino numine prodita vaticinia: Autoritas est, probabile dictum sapientis, vel alicuius famati viri atque præstantis in arte sua. Confessa sunt, quæ ab aliquo extorquentur veritatis indagandæ causa, ut Matthęi octauo. Et ecce clamauerunt dęmoniaci dicentes, quid nobis & tibi Iesu fili Dei, venisti huc ante tẽpus torquere nos. Vulgi opinio, est certa fama quæ omnibus videtur, vnde illud Marci vndecimo: Timemus populum, omnes enim habebãt Ioannem quasi verè propheta esset. Secta est, certæ disciplinæ alteri aduersæ imitatio. Pacta sunt, conuentiones aliquarum partium in idem tendentium. Iudicium est, futurorum æqua cogitatio, ut Matthæi decimosexto: Facto vespere dicitis serenum erit, rubicundum est enim cœlum: & mane, hodie tempestas, rutilat enim triste cœlum. Hinc Prouerbiorum duodecimo, Cogitationes iustorum iudicia. Sententia est, iudicis voluntas verbo aut scriptis promulgata. Cõsuetudo est, diuturnitas morum consensu populi approbata. Vsus est, contrectatio rei: Lex est, sanctio pręcipiens iusta, & prohibens aduersa.

Præterea quæ personis ac rebus attributa sunt, faciendæ fidei locos præstabunt. Attributa autem personæ, his versibus patent

Attributa personarum. Nomen, natura, cum forma, studioque,
Personæ victus, habitus, casus, & affectus.

Attributa negociorum. Quæ verò negotijs seu rebus attributa sunt, hoc metro patent.

Quidnam, cur, quibus auxilijs, vbi, quomodo, quando.

Reliqui. Et eiusmodi plura loca sumuntur in arte, ex regulis & speciebus figurę Q.

Motus animorum concitandorum. Sunt adhuc alia loca accidentalia, quibus animus auditoris mouetur, ad seueritatem vel remissionem, ad odium vel benęuolen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uolentiam, ad triſtitiam vel lætitiam, quæ communiter ſumuntur in hunc modum.

Ab autoritate, exponendo, quantæ curæ ea res fuerit Deo, 1.
angelis, prophetis, eccleſiæ, maioribus, regibus, nationibus, ſenatui, legibus, ciuibus, viris ſapientibus & eiuſmodi.

A relatione, eorum ad quos res pertineat, vtrum ad ſuperio- 2.
res, vel inferiores, an ad partes.

A felicitate, ſcilicet inuitandi, vel vitandi, vel difficultate 3.
eorundem.

A diſſimilitudine, huius ad alia. 4.

A conſilio, quia deliberare, vel dedita opera factum, nar- 5.
rando cauſas.

Ab exaggerando facinore, ut ſi ſit nobile, regium, præclarum, 6.
mite, humanum: vel contra, crudele, tyrannicum, tetrum, nefarium, impium.

A non vulgari, quia ſingulare, ac rarum. 7.

A comparatione, quia vnum altero peius, vel melius, loco, 8.
tempore, modo.

A conſequentia bonorum ſeu malorum, & eorum enu- 9.
meratione.

A demonſtratione alicuius quod palam eſt, ut miraculi 10.
ſeu attributi.

A conuerſione rei ad nos, vel nobis coniunctos, ſi ſimili 11.
conijceremur. Commiſerationem etiam mouemus conſimilibus locis, ut: *Commiſerationis commouendæ.*

A vi fortunæ perpeſſæ, vel patiendæ, etiam à quibus minime 1.
decuit, auditori exemplo futuræ.

A tolerantia, alicuius magni ac excelſi ac fortis animi, pa- 2.
tientiſque malorum.

A deploratione, ſingulorum incommodorum breuiter enu- 3.
meratorum.

A conuertentia, ſimilis caſus ad auditores, eorumque con- 4.
Ab humanitate, erga alios communicatione. (iunctos. 5.

A commendatione, cum precibus & obſecrationibus. 6.

Ab vtilitate, referendo varia exinde, commoda, ad rem- 7.
publicam, ad gloriam & exemplum auditorum, poſteritatiſq; memoriam.

A confeſſione, cum lachrymis, geſtibuſque lamentabilibus, 8.
quaſi deficientis præ dolore, ut in orationibus funebribus & conſimilibus ſæpe conuenit.

Ex his itaque locis ſumuntur probationes & improbationes: probationes, in conſtructionem affirmatiuè vel negatiuè: improbationes, in confutationem alterutrius. Sed in probationibus conſiderandum eſt, an neceſſariò inferant vel probabili- *Cautio.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ter, vniuerſaliter vel particulariter, an conſtructiuè, quæ omnia facillimè inueniuntur ex figura A & T, & illarum multiplicatione per figuram Q: ut ad probandum iſtam: Ieiunium eſſe bonum, aſſumimus ex figura A. in camera E. quia facit obſeruatorem ſuum potentem aduerſus vitia & dæmones, iuxta illud: *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi in ieiunio & oratione.* Similiter per A F. quia facit obſeruatorem ſuum ſapientem, iuxta illud quod legitur de pueris Danielis, &c.

Exemplum.

Improbationes autem ſumuntur per modum oppoſitum, vel per deſtructionem loci ſiue rationis, ut dicetur inferius Præterea conſiderandum, quia probationum & improbationum quædam directæ, quæ arguunt à ſuperioribus & prioribus: quædam indirectæ, quæ à poſterioribus: quædam extraneæ, quæ per extraneum aliquod.

Loci accidentales

Quando autem oppoſitas nobis rationes diluere non poſſumus, tunc ſumptis locis accidentalibus, illas variis modis alludiamus, ut ſequitur, videlicet: (credat.

1. Aggreſſione, cuiuſque grauioris rei, ut cætera auditor vana
2. Intermiſſione, oſtendendo nos tranſire rem breuitatis cauſa: & ſi tempus daretur plenius ſatisfacturos.
3. Promiſſione ſolutionis, ſi poſtea multa dicamus, quorum multitudine auditorem obtundendo, in tantum obruimus, ut promiſſæ ſolutionis immemor fiat.
4. Attenuatione, oſtendendo, amplificando fuiſſe impoſſibile id, quod oppoſitum eſt poſſibile, aut aliter dictum, factum, & eiuſmodi.
5. Admonitione, qua aduerſarium ſi in eo argumento perſeueret, oſtendimus in varia pericula & inconuenientia caſurum.
6. Queſtione, duorum vel plurium, ex quibus aduerſarius male alterum electurus ſit, vel cui reſpondere non poſſit.
7. Retorſiuè, argumentorum in aduerſarios.
8. Illuſione, ſi argumenta in riſum reſoluuntur.
9. Contemptione, illorum tanquam humilia, extra propoſitum, viris doctis indigna, & prætereunda.
10. Suſpicione poſtremum, nam quæ improbare non poſſumus, figuratis ſuſpicionibus aſpergemus.

5. De ſolutione.

Quinto nunc & vltimo, de ſolutione dicendum erit, quę duplex eſt, vna reſpondens ad dubitabiles quæſtiones, alia improbans ac diſſoluens argumenta.

Solutiones per quas ad dubias quæſtiones reſpondemus, ex regulis & ſpeciebus quæſtionum ſumere oportet, quemadmodum ſuperius oſtenſum eſt, vbi de figura Q. locuti ſumus, vbi docuimus qualiter ad vnamquamque quæſtionem reſpondendum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dum sit. Sed hoc licet facile sit cognoscere, non tamen facilè reperitur quid respondeatur.

Ad inueniendum itaque quid ad quoduis quęsitum respondendum sit, hoc per sex modos fieri potest, qui sunt figura A. figura T. figura duplex, figura multiplex subjecta, & regulæ, vel iuxta Raymundum applicando quęstionem per quatuordecim modos, ad artem, qui tamen sub his sex iam dictis continentur, & sunt illi, prima figura, secunda figura, tertia figura, quarta figura, tabula, euacuatio tertiæ figurę, multiplicatio quartę figuræ, mixtio principiorum & regularum, diffinitiones principiorum, species triangulorum, regulę quæstionum, species regularum, nouem subjecta, termini extranei, quos Raymundus concipit per centum formas, & in istis quatuordecim, tota applicatio artis perficitur. Solutione autem quęstionis accepta, probatio eius, ab eisdem generibus, ex quibus solutio sumitur, requirenda est, varia illatione, mixtione, ascensu, descensu de principio ad principium, de subjecto ad subjectum, de regula ad regulam, de figura ad figuram: & quoniam ex his probationibus & consequentibus, nouæ quæstiones nascuntur, oportebit illarum solutiones per suas regulas eodem modo reperire. *Probatio quæstionis.*

Solutionem verò eiusmodi, quędam directæ, quando responsio ipsa immediatè ex terminis huius artis colligitur. Aliæ indirectæ, quando id quod pro responsione inuentum est, non in arte explicatum est, sed secundum artis terminos reperitur & excogitatur. Exemplum primi modi est, ut si quæratur, quid est angelus, respondetur secũdum regulam quiditatis per figuram A, sic, angelus est, qui sua potentia agit, & sapientia cognoscit, nullo sensu imperante, vel obiecto mouente. Sed per secundum modum inuenimus responsionem, continentem regulam quiditatis non expresse, ex his quæ in arte ponuntur, sed secundum ea comperiam, ut ex figura T. per angulos B & C. per angulum C. inuenitur aliquod loco generis, in quo angelus cum alia re concordat, ut si dicatur, angelus est spiritus. Deinde per B. inuenitur differentia, per diuisionem illius quod loco generis inuentum est, vel per separationem subjecti propositi, ab aliquo alio, quod sub eodem genere continetur, & emerget diffinitio talis, angelus est spiritus corpori non coniunctus. Similiter si quæratur vtrum angelus possit creare, secundum primum modum responsio sumitur per A, & per secundum modum sumitur ex T E K. videlicet, secundum potestatem, principium, & minoritatem, ostendendo negationem quæstionis, quia ipsummet quod ex nihilo factum est, non potest nisi ex pręiacente materia aliquid facere. *Exemplum primi.* *Exemplum indirectæ.*

Quid est Deus? respondetur per mixtionem principiorum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

A. ex diffinitione B. applicata ad C D. ſecundum primam ſpeciem Q C. ſic: Deus eſt illa bonitas, quæ infinite & æternaliter, eſt ratio boni, quod agat bonum, infinitum, & æternum.

Quid eſt angelus? reſpondetur per tertiam ſpeciem Q C. & per principia T C H. angelus illa creatura, quæ eſt magis ſimilis Deo. vel reſpondetur per regulam Q D. angelus eſt ſpiritus conſtans ex intellectu, memoria & voluntate, nullum habens appetitum ad corporis coniunctionem, & hæc vltima clauſula ſumitur per A G ad differentiam animæ rationalis.

Quid eſt anima? reſpondetur per T G eſt illa eſſentia quæ perficit corpus cum quo eſt coniuncta.

Quid eſt cœlum? reſpondetur per T B H, eſt illa ſubſtantia corporalis quæ maior eſt omnibus aliis.

Quid eſt ſubſtantia? reſpondetur per diffinitionem A E, eſt ens per ſe naturaliter exiſtens & agens.

Quid eſt corpus? reſpondetur per tertiam ſpeciem Q C, eſt ſubſtantia, in loco occupans locum.

Quid eſt accidens? reſpondetur per tertiam ſpeciem Q D, eſt inſtrumentum ſubſtantiale, quod per ſe exiſtere non poteſt.

Quid eſt peccatum? reſpondetur per T D G K, eſt accidens in ſubjecto, quod nullam ſimilitudinem habet cum Deo.

Vtrum peccator abſolutus à ſacerdote cum iniuncta pœnitentia, exiſtens in bona voluntate ſatisfaciendi, ſi poſtea mutet hanc voluntatem, negligens & omittens pœnitentiam, ſit abſolutus. Reſpondetur negatiuè per A D T F Q E, quia fracto medio, frangitur duratio formæ & finis, & principium non ſe poteſt habere ad finem, per lineam continuam, & deſtruitur influentia & refluentia abſolutionis.

Vtrum facta pœnitentia à ſacerdote iniuncta, peccator ſit abſolutus à pœna & culpa. Reſpondetur per T B I hoc modo, ſumendo differentiam inter ſenſuale & intellectuale, ſi culpa eſt magna in anima, & pœnitentia leuis in corpore, ratione diſſimilitudinis, peccator non eſt abſolutus à pœna, nec à culpa, ſed ſi contritio & dolor in anima æquipollet culpæ, quamuis leuis ſit pœnitentia in corpore, ratione virtutis ſacramenti, liberatus eſt peccator à pœna & culpa: itidem ſi culpa ſit leuis in anima, & pœnitentia æquipollet in corpore, liberatus eſt.

Argumentorum ſoluitio. Argumentorum autem diſſolutio tribus modis perficitur: Aut enim ſoluimus fallacias verborum, vel ſententiarum, oſtendendo falſitatem argumẽti, propter defectum quem habet in forma, vel in materia, vel in diſtinctione, conſtructione, cooperatione, coniunctione, & reliquis eiuſmodi.

1. *Modus.*

2. *Modus.* Aut diſſoluimus argumentum, oſtendendo diuerſitatem ſubiectorum, principiorum, mediorum, cauſarum, aut illis, vel illis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

illis, aliter, vel aliter ineſſe, & aliter ad hæc vel illa referri quod genus diſſolutionis, apud Iuriſconſultos maxime in vſu eſt.

Aut diſſoluimus argumentum, improbando ipſum, oſtendendo ex aliis principiis, vel rebus neceſſariis, falsum eſſe hoc quod concludit vel dicit, vel hoc aut illud inconueniens ſequi, diſſoluendo & improbando rationem argumenti, & deſtruendo, ac improbando locum, vt quia falſus, vel male dictus. Aut negando autorem, vel autoritatem, vel quia autori non eſt fides adhibēda, vel quia alia, vel maiori autoritate repellitur. Aut afferendo aliam rationem potiorem, vel contrariam. Aut oſtēdendo aliquod inconueniens, quod ſequatur, ex eo, quod in argumento poſitum eſt. Aut excipiendo à generali aliquod ſpeciale, ratione exceptionis adiecta, oſtendendo differentiam vel ſimilitudinem, vel cauſationem, vel effectionem, vel reſpectum, vel ſeparationem, aliquorum inter ſe, ex ſubiecto vel prædicato, vel modo cohærentiæ, ex quorum diſtinctione, & contraria applicatione, omnis improbatio & diſſolutio componitur. 3. *Modus.*

III. PARS PRINCIPALIS.

Hæc eſt tertia pars principalis horum commentariorum, quæ eſt de vniuerſali diſpoſitione, & applicatione artis, docens quomodo de ſubiecto aliquo vel qualicunque re de qua ſermonem facere volumus per artem ipſam, copiosè diſſerendum ſit. Et hæc pars diuiditur in quatuor partes quarum prima eſt de ingreſſione: ſecunda de deductione, tertia de concluſione: quarta horum omnium tradit exempla, de quibus ſingulis nunc dicemus.

INGRESSIO conſtat Exordio, Narratione, Diuiſione,. Hæc autem quoniam non ſatis doctè ex hac arte petitur, ideo qui velit, ad præcepta rhetorica ſe conferat. 1. *Ingreſſio.*

Exordium ipſum, quod principium eſt ſermonis, conciliat auditores, animumq; ipſorum idoneum reddit ad audiendum, faciens eos attentos, dociles, & beneuolos, quanquam ad hæc ipſa etiam in toto ſermone oporteat conari. 2. *Exordium*

Attentos reddimus auditores, ſi pollicemur nos de rebus magnis, nouis, inuſitatis, dicturos, etiam verbis excitantibus hortando auditores vt attente audiant. *Attentio.*

Beneuolentiam capiamus à noſtra, ab auditorum, ab aduſ[illegible] ſariorum perſona, & à re ipſa, cum noſtra ſine arroganti[illegible] ra vero citra adulationem prudenter laudamus, ita[illegible]

(c) 2006 Ministerio de Cultura

micorum odium, inimicitiam, contemptum, & inuidiam mouemus atq; cum rem ita proponimus vt ab eo quod odiunt, ad id quod diligunt auditorum animi traducantur.

Docilitas. Dociles vero reddimus auditores, quatenus summam rei de qua agimus, breuiter complectimur, quæ pars in sermonibus, thema, vel thesis, hoc est propositum, vel positum vocatur: verum hæc omnia, vel agimus manifeste, vel per insinuationem, dissimulando, occulta interiectione verborum, ad mouendum beneuolentiam auditorum.

Exordij vires & vsus. Sumendum vero est omne exordium, ex intimis ipsius rei de qua agitur, vt proprie cohærear cum narratione rei, & ex ipsa natum videatur, non vulgare, non cõmune, non nimis prolixam, nec superfluis, vel nimium apparatis verbis compositum nec affectatum, ne fidem deroget dicenti.

Accommodatio eiusdõ ad auditorũ affectiones. Præterea vt omnia recte peragas, considerare oportet, mores auditorum, & coram quibus, quid, qualiter, qua audientium opinione, quo loco aut tempore, & secundum illorum rationes sermonem moderare, ac temperare.

2. Narrationis. Narratio ipsa, siue negotij, siue rei, siue lectionis, vel qualiscunq; fuerit, breuis sit & clara atq; credibilis.

Breuis erit si nullo curset, nullis ambagibus, sed solùm necessariis verbis rem explicemus, cauendo omnem reduplicationem, & repetitionem.

Clara erit, si qualitates rei, propriis ac vsitatis verbis, debita & accommodata pronunciatione, vt auditores facile accipiant & intelligant, significemus.

Credibilis erit, si verisimilis, si eius circũstantiæ sicut natura rei vel negotij, & auditorum opinio postulat, debitè obseruẽtur.

3. Diuisio. Diuisio est rerum de quibus dicturi sumus breuis enumeratio, vt certas res animo teneant auditores, quibus dictis, sciant sermonem esse completum, & hæc debet esse absoluta, pauca subdistribuenda, ordinata.

Absoluta, vt nihil in ea desit, aut superfit, nullum assumendo, verbum, nisi necessarium.

Pauca, vt sola sine speciebus ita genera proponat, vt nec species tanquam dissimiles generi permisceat, nec superuacua assumens, vel in minutissima diuidens, vel plura quam satis est membra faciens, in eandem obscuritatem incidat, contra quam diuisio inuenta est.

3. Subdiuisio. Subdistribuenda est, à generibus simpliciter expositis ad species, cum id res ipsa postulat, singulariter exequendas.

Ordinata, vt ita vnaquæq; res prosequatur, quemadmodum per diuisionem exposita est: vel quod vltimo distribuantur quæ auditor maxime optare videtur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Qua

Dispositio hac ex arte petita.

Qui autem secundum hanc artem, breuiori vel leuiori dispositione vti velit, is accepta materia de qua dicendum erit primum illam auditoribus proponat, & aliquo modorum deducat onis prosequatur, aut certe cum re ipsa, intentio seu finalis causa dicatur, aut impulsiua adiiciatur, vel si diuisione quadam res proponenda sit, & simul, qua ratione, quo ordine, dicendum sit proponatur, vt attenti & dociles fiant auditores, captando beneuolentiã, ex personis & rebus, per loca superius tradita.

Deductio.

Deductio artis est, qua ostenditur proposita re, aut propositione, aut quæstione, vel oratione, quomodo sermones argumenta, probationes accipere & deducere debemus, ex quo elicimus duplicem deductionis cursum, scilicet sermocinatiuum, & argumentatiuum.

Itaq; in deducendo aliquo subiecto, siue sit dictum, siue oratio, siue propositio, siue quæstio (dico enim hic subiectum non solum quod in propositione subiectum est, sed omne id circa quod versatur animus, quodq; est obiectum intellectus, vel cogitationis, quocunque eiusmodi posito) diuersimode deduci potest.

1. *Processus planus.*

Vno modo plano processu, ex ipsa arte, ordine principiorum seruato, coniungendo, vel separando, subiecta, prædicata, modos, determinationes, tam subiectorum, quam prædicatorum, & hoc vario modo, vel multiplicando vnum terminum ad alium, respectu actionis, passionis, imitationis, alicuius principij, secundum figuram A. vel T. faciendo commixtionem, cum pluribus & singulis terminis, varie commiscendo, vel per oppositum inuestigando, vel deducendo & variando secundum regulam aliquam aut quæstionem, commiscendo eis principia, secundum duplicem & multiplicem figuram, plane vel illatiue, vel secundum aliud quoduis inferendi genus, constructiuè vel destructiue.

Obseruatio.

Illud etiam notandum est, nunquam tractari, aliquid, in quo non sit aliqua regula implicita, secundum quam ducatur id quod dicendum est.

Cum itaq; res aliqua pro subiecto suscepta, est per artem deducenda, siue dictio incomplexa, vel intentio aliqua, vel sententia à præclaro aliquo autore posita, vel aliter suscepta, siue sit aliud quoduis thema de quo sermonem facere intendimus.

Deductio per prædicata.

Possumus subiectum hoc deducere per prædicata absoluta & respectiua, faciendo illorum inter se, tum ad subiectum ipsum variam attributionem, aliquo verborum diuersorum mediante vt per est, inest, fit, facit, habet, dicitur, possibile est, necessarium est, & eiusmodi, qualia superius inter terminos extraneos ostendimus, actiue vel passiue sumpti, multiplici ratione, vel

in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

in ſeipſo, vel ad ſeipſum, vel à ſeipſo, vel per ſeipſum, propter ſeipſum, vel ſecundum ſeipſum, vel inquantum eſt hoc, vel in hoc, vel cum hoc, vel ab hoc, & ſecundum huiſmodi mutationes, prout poſſunt accidere, aut ex vna parte, aut ex diuerſis, per eadem verba, vel alia, ad idem, vel ad aliud, vel ab alio, deducendo affirmatiue, vel negatiue nominaliter, vel verbaliter, diſcurrendo per principia, & regulas, & ſubiecta ſecundum variationē de vno ad aliud, de generalibus ad minus generalia, & per contraria, aſcendendo, & deſcendendo, vt maior fiat multiplicatio, & varietas, mutatis nominibus, verbis, & propoſitionibus per quæ diſcurſus eiuſmodi applicari poteſt: & ſicut procedimus in his ſecundum modum planum & ſimplicem, ſic etiam procedere poſſumus ſecundum modum mixtum & multiplicem, multiplicando figuras, varia commixtione terminorum.

Deductio per regulas.

Si vero per quæſtiones & regulas rē ipſam deducere volumus, ſiue implicite, ſiue explicite, hoc ſecundum aliquam quæſtionem & regulam fieri poteſt, vt ſi de nomine non conſtet, primo quid nominis inueſtigetur, deinde cum nomen explicatum eſt, vel per ſe conſtat, per quæſtionem vtrum, rem ipſam inueſtigamus, diſcurrendo tunc per omnia quæ in figura A. & T. ponuntur, per conueniens aut inconueniens, probatione affirmationem vel negationem eius quod propoſitum eſt ſumendo locos plurimos, ex figura T. quibus probamus rem eſſe vel non eſſe.

Regularum ſingularis inſufficientia.

Illud autem conſiderare oportet, nullam regulam ſecundū ſe probare totam ſuam quæſtionem, ſine alterius commixtione: exempli gratia, ſi quæſtio ſit, vtrum iuſticia eſt, ſi reſponſio ſumitur per T. D. quia miſericordia eſt, quæ eſt contraria iuſticiæ, iam emerget regula qualitatis, in qua ſimilitudo contrarietasq; conſiſtit, ſoli enim qualitati aliquid eſt contrarium. Quod ſi reſponſio ſit per T. E. quia Deus eſt, qui eſt cauſa & principium iuſticiæ, emergit regula deriuationis de quo, & erit quæſtio, de quo eſt iuſticia, & ſecundum eundem modum, ex diuerſis reſponſionibus & probationibus, aliæ vlterius colligunt: expeditis autem his, quæ ad vtrum dici oporteat, proximum erit inueſtigare per quæſtionem quid, ſecundum omnes ſpecies ſuas, & ſic deinceps per reliquas omnes quæſtiones, in vnaquaq; quæſtione, illum modum ſeruando, qui de vtrum exemplificatus eſt, & fiat tranſitus de omnibus & per omnia quę ſunt in figura A. & T. adhibendo etiam ſubiecta, vel propter ſimile aut diuerſum, vel propter ſubiecti operationem, vel principia, ſic enim ſubiecta ipſa in probationem veniunt, vt de iuſticia dicatur, oſtendamus iuſticiam eſſe in Deo, in angelo, in homine, iuſticiam facere hoc vel illud, apud Deum, hominem, angelum,

Deductio per ſubiecta.

Exemp um.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

angelum, & eiuſmodi, commiſcendo & multiplicando per ſingulas figuras, & in ſingulis ſubiectis, ſecundum illorum conditiones, veritates, falſitates, poſſibilitates, impoſſibilitates, aut de eſſe rei, vel de quidditate, vel qualitate, & ſimilibus, per mixtionem multiplicis figuræ.

Hoc etiam addendum eſt præter iſtos terminos, in quibus artis huius diſcurſus conſiſtit, poſſe vndecunq; alios accipi, etiam alieniſſimos, vel quarumlibet multos, per quos eodem modo diſcurramus ad, ad rationem quæſtionum, & cum aliquid ſimpliciter dictum eſt, poſtea dicatur reſpectiue, vel adiectiue, vel per oppoſitum, affirmatiue, vel negatiue, & ſicut procedimus ſecundum modum ſimplicem, ſic etiam procedemus per multiplicem, commiſcendo, & iniungendo vnum alteri, ad probandum, & multiplicandum, in quibus probationibus, tanquam ſimilibus, prioribus, conſequentibus, principiis, cauſis, effectibus, mediis, diſtinctionibus, eorum quæ dicuntur, cum diſſolutionibus argumentorum, & in ſingulis, ſua multiplicatione, vt monſtratum eſt adhibita. *Deductio per extranea.*

Præterea, ſi quid alicubi, ab aliquo autore dictum, lectum, vel auditum memoriæ occurrit, ſimul recitetur, vel quantum ad res, vel quantum ad verba, ita enim late diffundetur ſermo, in verba, & allegationes, ſimilium, oppoſitorum, hiſtoriarum, ſententiarum, ſermonum, diſceptationum, quæ omnia ita tractentur, vt non videatur à propoſito receſſum, & hoc maxime conuenit, & neceſſarium eſt, apud iuriſconſultos. *Teſtimonia & dicta autorum.*

Eſt alius deductionis modus, qui diuiſiuus dicitur, ſiue ſit propoſitionis, ſiue rei, ſiue vtriuſq;, per omnes figuras, præcipue per figuram Q. implicite, vel explicite, illa ſuo modo deducens. 2. *Proceſſus.*

Itaq; ſi complexum eſt, vt propoſitio, vel ſententia aliqua, primo partes eiuſdem, quæ per diviſionem diſtinctæ ſunt breviter diffiniantur, & earum quidditas explicetur & ſingulæ earum tractentur, per quæſtiones, & principia, & per ſubiecta, vt in priori deductionis genere oſtenſum eſt.

Conuenit etiam in hoc genere diuiſiuo, quod quidem in ſacris literis explicandis ſæpe vſuuenit, vt diſtinctio fiat per translationes & allegorias, ad eliciendos diuerſos ſenſus ex ipſo ſermone, & tunc in vnoquoq; ſenſu deducere rem, ſecundum proceſſum ſupra notatum, & hoc particulatim, per ſingula membra, tum etiam commixtim, in tota propoſitione: Exemplum eius vt ſi pro Hieruſalem accipimus ciuitatem, ipſam vel animam, vel eccleſiam militantem, vel triumphantem: ſimiliter in ſacris literis, per aquas accipimus populum, vel gentes, vel peccata, vel animam, vel cœlum aqueum, vel elementum, & ſic de

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sic de similibus, prout apud theologos iuxta quatuor exponendi genera hoc in vsu est.

3. Processus seu modus & extranea.

Accedit ad hæc alius quidem deducendi modus, vtputa quãdo vna propositio, vel res, deducitur per aliam, vt si iustitia sit pro subiecto, & deducatur per hunc versiculum: Arma virumq; cano. Dicamus iusticia armari hominem contra vitia, & tentationes, & per iustitiam reddi virilem animum, ne sensuum illecebris muliebribusq; affectibus succumbat, & hominem propter iusticiam acquirere sibi perpetuam laudem & gloriam, & ab omnibus laudari & decantari ad posteros, in bonorum exemplum. Simili ratione, sit sapientia pro subiecto, & deducatur per illum versiculum: O regina nouam cui condere Iuppiter vrbem: Dicamus itaq; sapientiam reginam & nouam, non senescentem, & illam condere vrbem, videlicet ecclesiam, ad quę nobis occurrunt tunc dicta Salomonis, vocantem eam mulierem adolescentiæ nostræ, & ipsam ædificasse sibi domum, septem excidisse columnas, & in hunc modum plura.

Ordinis commutatio.

Ex his quæ iam dicta sunt, satis patet ordo deductionis: sed hoc obseruandum est; vt ordinem commutemus cõmiscendo figuras, & hinc inde ex vna figura transiliendo in aliã, prout ornatus vel necessitas postulabit, vnam regulam ex alia trahendo, multas introducendo, iterum recipiendo; sic tamen vt primum simplicia tractentur, antequam ad composita deueniatur: deinde vero permixtim, modo de tota re simul differatur, modo de singulis partibus, cum multitudine locorum essentialium & accidentalium probationum, improbationum, demonstrationũ, solutionum & eiusmodi, quæ supra dicta sunt, adducendo substantialia prædicata & principialia, esse, essentiæ, actus, formæ, potentiæ, &c. quæ in figura A. & T. includuntur.

Correctio seu cautio.

Apud oratores, deductio orationis in confirmationem distributa est, in quibus tota dicendi spes ratioque persuadenda consistit.

1. Cõfirmatio

Confirmatio est, propositæ narrationis approbatio secundũ distributorũ membrorum expositionem, secundum modum argumentandi ex locis & mediis superius traditum.

2. Cõfutatio.

Confutatio ex eisdem sumitur ex quibus confirmatio, nam contrariorum eadem est disciplina, & hęc fit sicut docuimus superius de argumentorum dissolutionibus.

3. Causarum genera.

Sciendum insuper, quoniam in omni materia vel ethica, vel politica, vel theologica, tria occurrunt causarum genera.

1. Demonstratiuum, quod tribuitur in alicuius laudem aut vituperationem.
2. Deliberatiuum, ad suadendum vel dissuadendum.
3. Iudiciale, quod positum in controuersia habet accusationem aut petitionem cum defensione.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Præterea hęc genera ſæpe mixtim agenda occurrunt, ſæpe etiam, & ſi non cum multis fiat conſultatio, vel apud tribunal, tamen ab vna perſona omnia hæc genera veniunt agenda, vt in prædicatione verbi diuini, concionator ipſe ſit actor, populus tanquam reus, conſcientia iudex, aut vnus ipſe ſuppleat omnium ſuffragiorum vota. *Mixta.*

Concluſio eſt vltima pars totius orationis, & ſermonis terminus, auditoris memoriam reficiens, & animum eius commouens, & poteſt fieri tribus modis. 3. *Concluſio.*

Vel potiſſimo aliquo argumento, in quo totum robur ſermonis conſiſtat, atq; ita concludatur. 1.

Vel fiat per enumerationem, ordine colligendo & commonendo, quibus de rebus verba fecerimus: & hæc debet eſſe breuis, vt rememoretur, non reintegretur, nec ab exordio vel lectione, ſed ſecundum diuiſionem, eius ſumatur initium. 2.

Vel amplificatione vtendum eſt, mouendo animos tepentes & ſedando commotos, quod fit per loca communia ſuperius narrata: præterea ſecundum diuerſos modos differendi, diuerſos fines inferendo, vt pura in theologia, ad finem æternitatis & omnipotentiæ: in iure quod æquum, bonum & vtile: in oratoria, quod deceat delectet: in mathematicis quod maxime perſpectibile eſt: in ſermonibus deuotionalibus, ad ſuſpiria, lachrymas: vel voluptatem, aut charitatem Dei, angelorum, ſanctorũ & eccleſiæ, aut amorem proximi aut parentum, fratrum, coniugum, liberorum, familiarum, prælatorum, officiorum diuinorum: aut honeſtatem, vt virtutum, maxime earum, quæ ad communitionem hominum, & liberalitatem, ac mandatorũ alleuiationem, & conſcientiarum ſerenationem valent: aut ad decorem, transferendo ſenſibilia ad intelligibilia & diuina, ad mentem & vitam angelicam, & ſimilia, cohortando auditores ad ea retinenda & in eos à quibus hæc violata ſunt incitando odium & inuidiam, demum commouendo miſerationem: hæc omnia multiplicando, explanando, probando, amplificando, per omnes artis partes, ſecundum duplicem & multiplicem figuram, atque ita concludendo ſermonem, quemadmodum nunc per exempla oſtendetur. 3.

Reliquum igitur nunc eſt, vt exemplis quibuſdam oſtendamus ipſius diſpoſitionis ac applicationis modum ſecundum præcepta ea, quæ in præcedentibus tradita ſunt. Primum itaq; exemplum ſit, quale Andreas Canterius tradidit ſecundum planam ac ſimplicem deductionem. Sit itaq; Ieiunium pro ſubiecto, atq; hoc deducamus primo per figuram A.

D E

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE IEIVNIO SERMO.

DE Ieiunio habiturus ſermonem, ab hoc euangelico verbo exordiar. Venient dies cum auferetur ſponſus à filiis nuptiarum & tunc ieiunabunt. Quo verbo intelligimus palam, apoſtolis, qui tunc præſentes demonſtrabantur, & per eos, toti eccleſiæ Chriſtianæ, conſtitutum imperatumq; eſſe à domino noſtro IESU CHRISTO ipſum ieiunium: ſic enim & alio loco legimus: Quod vobis dico, omnibus dico: vigilate. Quis igitur hoc euangelico atq; dominico præcepto monitus, non ſtudeat ieiunare? vt ad æternam quæ ieiunantibus promittitur ſaturitatem perueniat, dicente domino: Beati qui nunc eſuritis, &c. cum perſpexerit eam virtutum copiam, quæ in ieiunio collata eſt, & quæ in ieiunio perficiuntur, & quàm rectè ordinatum ac conditionatum eſt. Eſt enim ieiunium abſtinentia cibi & potus, quidem abſtinentia ea abſtrahit, quæ carnis ſunt vt conſeruet ea quæ ſpiritus ſunt, vt faciat obſeruatorem ſuum ſeipſo ſublimiorem, ac ex corporali reddat ſpiritualem. Ideo inquit Apoſtolus: Debitores ſumus non carni, non vt ſecundum carnem viuamus, ſed ſpiritui: ſi ergo ſpiritu viuemus, ſpiritu & ambulemus: qui enim ſecundum carnem vixerit, morietur.

Hinc eſt quod ieiunium vnit hominem cum DEO nam & DEUS ſpiritus eſt & qui adhęret DEO vnus ſpiritus efficitur cũ DEO. Ieiunium autem quo quiſpiam DEO vnitur, vnum eſſe oportet non diuiſum, ſed omnibus ex ſuis partibus compoſitum cuius integritatem nulla diuiſio quaſſauerit, vt ſcilicet ſicut corpus ieiunat ab eſcis, ita anima à peccatis: ſic totus homo ab omnibus concupiſcentiis ſuis inordinatis ieiunet, capillus à ſuperfluo cultu, ieiunet oculus ab inani viſu, & aures à prauorum verborum auditu, à voluptuoſis olfactibus nares, & lingua non ab eſcis ſolum & ſaporum delectamentis, ſed & ab omni ſermone inani & verbo otioſo ieiunet. Excedat à corde omne impiũ fomentum, inuidia, & auaritia, & omnis mala libido, hoc enim cordis eſt ieiunium: non tangat manus illicita, non proficiſcantur pedes in ſcandalum, ſic enim & manus & pedes ieiunabunt, hæc enim omnia collectione & integritate ſua ieiunij conſtituunt vnitatem atq; perfectionem.

Quæ itaq; ad ieiunij requiruntur perfectionem, ſi vnum eorum defecerit, non dicitur recte eſſe ieiunatum, quod paucis verbis Jeſaias ſignificat inquiens: Non eſt hoc ieiunium conquere quaſi in circulo caput, ſed ſolue colligationes impietatis, reſtitue iniuſta, miſericordiam fac in pauperes, &c. Solum enim quod perfectum eſt, hoc DEO gratum eſt, quoniam ipſe perfectus, vnde illud Matthæi 5. Perfecti eſtote, &c. & Le-

mitici

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uitici decimonono Sancti estote, quoniam ergo sanctus sum,& alibi;Non offerretis mihi morbidum,nec mutilatum, &c.

Omnibus itaque amplectendum est ieiunium, tanquam cœleste ac spirituale bonum.Sed non dicitur ieiunium bonum,nisi bene fiat. Quid enim bonitas nisi communicatio: bene itaque ieiunat, quiescas quas sibimet abstrahit, pauperibus largitur, non qui velut exactor, tunc quando ieiunat, pauperes affligit, debitoribus suis tum maximè est infestus, quod apud Isaiam legimus, in die ieiunij apparet voluntas in molestandis debitoribus vestris, tum adijcit, hoc est jeiunium quod elegi, frange esurienti panem tuum,vagos & inopes recipe in domum tuam, & cætera. Quę bonitas nisi ieiunio accesserit, non erit ieiunium bonum,si autem ieiunium non sit bonum,non erit Deo gratum qui nihil præcipit nec acceptum habet nisi bonum,quoniam ab eo omne bonũ manat,& ex eo genere gratias sibi refundi iubet.

Magnum est ieiunium abstinere ab iniquitatibus, quia magna est iniquitatum multitudo, magna etiam aduersus hominem ipsarum pugna atque militia, ut eo maior sit in ieiunio laus, constrepentibus vndique tot hostibus, his quidem palam, illis per insidias, ut apud prophetam legimus: Domine quid multiplicati sunt inimici mei & alibi: Circundederunt me sicut apes:& ex hoc ieiunium illud maius est, quoniam ad animam pertinet:aliud verò ad corpus,& ad escas, anima autem plus est quam corpus, & peccatum plus quam esca, imò multo pretiosior est anima corpore.

In ieiunio etiam oportet esse perseuerantiam iuxta sacrum illud prouerbium. Qui perseuerarit vsque in finem, hic saluus erit: & qui legitimè certauerit, hic coronabitur. Hinc Moyses accepturus præcepta, quadraginta dierum ieiunium continuauit,non manducans panem,neque vinum bibens. Multa alia afferre possemus perseuerantiæ ieiunij exempla,quæ missa facio. Hæc igitur perseuerantia si desit à ieiunio, ut in alijs virtutibus laudem euacuat, minuitque meritum, & perdit præmium.

Facit autem ieiunium possessorem suum potentem ad dominandum imperandumque suis concupiscentijs illicitis: sic & econtrario dimissio ieiunij impotentem hominem facit, hinc Saluator ait; Hoc genus dæmoniorum non ejcitur nisi in ieiunio & oratione.& Apostolus præcepit: Abstinete à vino in quo est luxuria.& Ieremias:Venter mero æstuans, spumat in libidinem. Hoc in Loth ostensum est, qui propter ebrietatem commisit incestum.hoc in Holoferne,qui exarsit in amorem Iudith caputque & vitam amisit.

Tribuit ieiunium sapientiam:& diuinam, & humanam, aut certè disponit ad illam:vnde illud Prouerbium: Pinguis venter,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

macer intellectus: Hoc patet primo de Moyse, qui ieiunando diuinam scientiam & artes complexus est: Ieiunando Helias curru igneo euectus est: item Daniel & cæteri tres pueri ieiunãtes scientiam adepti sunt: & apostoli ieiunantes receperunt spiritum sanctum: Ioannes ieiunando in insula Parhmos, reuelationes accepit secretissimas.

Ieiunium oportebit esse voluntarium: ipsa enim cibi abstinẽtia, nisi animæ electione fiat, nullam in se habet virtutem: hinc legitur: dominum Iesum spiritu sancto intrasse desertum.

Ieiunium virtuosum est, si ab homine virili fortiter sustineatur. hinc ad Hebræos 11. legimus, quomodo sancti in cauernis terræ, nuditatem, miseriam, & ieiunium, viriliter sustinuerunt.

In veritate autem ieiunare oportet, non simulatione, vnde Dominus in Euangelio: Nolite fieri cum ieiunatis sicut hypocritæ tristes, & cætera. & ergo ieiunij præmium non habebunt & cætera. vnde væ vobis scribis & pharisæis.

Gloriam nullam præstat ieiunium, nisi honestæ rei causa suscipiatur, ut si pro criminum ignominia, non enim est pro superstitione ieiunandum, nec pro inani gloria, vnde illud tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.

PER FIGVRAM T. DEINCEPS hoc modo ieiunium deducatur.

IEIVNIVM differt inter se, nam aliud spirituale, aliud corporale, quæ vtraque in vnitate & perfectione ieiunij requirũtur, ut vnum alterius vtatur suffragio, nam corporale sine spirituali vacuum est, & spirituale sine corporali sępe difficilius obseruatur. Facit etiam ieiunium homines differre à bestijs, quæ suo appetitu ducuntur, ut neq; in cibo, neque in potu sibi temperamentum ponant, neque ab alia vlla voluptate cum delectabilia præsentia obiecta habent. Neque potest homo rectè homo dici, si tunc solum ieiunet, cum istis caret, & non potius in ipsa abundantia modum sibi ponat, ut de Dauid opulento rege, legimus, qui inter epulas regias sibi positas, cinerem, tanquam panem manducabat, & potum cum fletu miscebat.

Sicut homo per ieiunium discernitur à bestiis, ita coniungitur angelis, & aliquid maius in se habens quàm angeli, quoniam cibi potusque abstinentia angelis per naturam inest, quod nullo corpore induti, nullo fomento corporali vtuntur: homo autem qui incorruptibili corpore spiritualem vitam meditationemque suscipit, potest angelis vel similis esse vel maior, angelicam in eo imitatus puritatem actione virtuosa.

Sicut angelis bonis ieiunium concordare facit ieiunantem ita'

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ita malos dæmones expugnat & fugat, quos crapula libidoque improbi ianitores in atrium morale hominis admiserunt. Vnde Saluator ait: Hoc genus dæmoniorum non eijcitur nisi in ieiunio & oratione. Sic de Iuda legimus, quod post buccellam intrauit in eum satanas, videlicet quasi crapulæ sequax.

Ieiunio autem multiplex constituere possumus principium: nam in lege iustitiæ, ante peccatum institutum est, ut esset prohibitione lex, & ex obseruantia meritum: præcepit enim dominus, ne de ligno scientiæ boni, & mali comederent. Institutum est post peccatũ in pœnã, dicente domino: in sudore vultus tui vescetis pane tuo, quo sæpe fraudaberis, &c. similiter quadragesimale ieiunium inueniemus in Moyse, in Helia, in Esdra, in Iudaica obseruantia, item in Christo, in apostolis, in pontificibus, & sanctis patribus institutum.

Ieiunium est medium coniungens in homine ea quæ inter se frequenti pugna certant, animam scilicet & corpus, ut inquit Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, & cætera: quare nisi ieiunio compescatur, sub spiritus imperio difficile continebitur, quod Sapiens in Parabolis innuit dicens: Qui delicate nutrit seruum suum, inueniet eum contumacem.

Finis ieiunij est, ut corporis affectus supprimi possint, ut animus non impeditus delectatione crapulæ, liberior sit ad suum officium exercendum.

Similiter hic aliqua inueniendo de vltimo triangulo.

Per figuram Q.

Per figuram autem Q. deducimus ieiunium, quærendo de eo, per diuersas quæstiones & diuersimode: ut, vtrum ieiunium est bonum, vtrum bonum sit ieiunare, quid est ieiunium, quid est in ieiunio, & in quibus est, quid operatur ieiunium in homine, quis teneatur ieiunare, quis non, de quo est ieiunandum, quare institutum ieiunium, quale debet esse ieiunium, quantum debet esse, quando est ieiunandum, vbi ieiunandum, vbi fuit institutum ieiunium, à quo fuit institutum, quomodo ieiunandum, cui ieiunandum, quotuplex est ieiunium, quoties est ieiunandum, & sic de similibus, accipiẽdo solutiones quęstionũ eiusmodi secũdũ regulas suas, miscẽdo figurã A & T ut supra docuim⁹.

Alterum nunc exemplum esto, quod ponit ipse Raymundus in sua Rhetorica. *2. Exemplũ.*

Socrates ille philosophorum princeps facile & pater omnium, adolescentem quendam ingenua & liberali forma præditum intuens, cum is quidem tacitus diutule astaret: quin inquis loquere: age ut te videam ô adolescens: scilicet super animo & oratione magis quam specie exteriori iudicandum ratus. Atque equidem nunc quoque haud aliter censeo excellentiam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tuam,doctor egregie,ſeu potius omnes vos qui adeſtis: vnus enim pro omnibus locutus eſt: velle animi ingenioliq́ue mei ex oratione periculum facere: Et equidem tametſi nunc vereor ut expectationi veſtræ parum ſatisfaciam,tamen quia non eſt quo poſſim hoc onus dicendi honeſtè auerſari, in eum enim vltro dicendi campum ut Gorgiano more quacunque de re velletis dicturum ſpoponderim,nec mihi nunc pedem retro licet referre,quippe galeatum ſero duelli pœnitet. Eſto igitur quod mihi excellentia tua propoſuit,dictionis huius thema,ex media philoſophorum ac dialectorum ſchola depromptum. Accidentia conferūt magnam partem in eo quod quid eſt. Et quoniam non breuitate dialectica,quin oratorio ſymmate propoſitionem hãc tractare contendimus,primum omnium diſpiciamus,ſintne accidentia,& quid ſint:deinde quid ſibi velit hoc,quod quid eſt:ac poſtremo, quomodo magnam partem accidentia in eo quod quid eſt,conferant. Eſſe accidentia quodam modo ſed non ſimiliter tradunt philoſophi, id quod accidentis peruulgata dictio declarat,quippe accidens eſt quod poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubjecti corruptionem. Nimirum igitur eſſe accidentium à ſubjecto depẽdet, ita ſane ut abſque ſubjecto omnino quidem non ſint, cuius ratio eſt,quia ſunt in alio,& non quidem ut pars. Impoſſibile eſt tamen ipſa eſſe abſque eo in quo ſunt: commenſurantur igitur ſubjecto,& ſubjecti numeroſitate numerantur. Sic nempe hæc albedo,& hæc triangularitas ſunt,quatenus hoc aut hoc (cui inſunt) ſubjectum permanet,ſimulq́ue cum eo (ut ita dixerim) adoleſcunt & ſeneſcunt, & intereunt, & locum mutant,& circumſcribuntur, & peregrinantur, & ſedent, & complicantur. Atque ad hunc quoque modum ſæpenumero inuicem cedunt,ſcilicet calore pulſo frigus admittitur,& calamitoſam paternitatem orbitas excipit,& dulce olim coniugium triſti viduitate mutatur. Iam verò ex his quæ de accidente dicta ſunt,id quod quid eſt, quid aut cuiuſmodi ſit patere arbitror: non ſemel enim ſubjecti mentionem fecimus, cui quantum, & ut ita loquar,entitatis ratio propriè conuenit,ut quod ſuæ entitatis robore accidentia ſuſtinet & fulcit atque ſuſtentat: quippe à ſubſtando haud dubium ſubſtantiæ nomen deductum eſt: & primæ quidem ſubſtantia quæ principaliter & maximè ſubſtare dicitur. Hoc itaque quod ſubſtat ex his quæ ei accidunt perſæpe cognoſcitur: ſiquidem ſubſtantia intelligibilis eſt,accidentia ſenſibilia,quæ ſenſibus interioribus exterioribusq́ue percipiuntur. Vt autem ſenſus * noſtri ſunt intellectus, ſic ea quoque quę ſenſibus percipiuntur, miniſterio quodam ad eius cognitionem quod intelligibile eſt quaſi manducunt. Enimuero ut multiplex eſt accidentium varietas,ſic multiplex quoque ad cogni-

* miniſtri.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tionem

tionem eius quod quid est insinuatio. Hanc autem accidentium varietatem, nouem philosophi distinxere capitibus, quæ principia seu prædicamenta appellant, mirumque illud est in tanta ipsorum varietate, summam ad hoc esse concordiam. & asperrimas rursum inimicitias: nam ut verbi gratia dicamus, calor & frigus conueniunt quidem maxime: nam sub eodem sunt genere qualitatis: & maxime quoq; discrepant, nam mutuo se expellunt, neque inuicem se compatiuntur, capitaliusq; omnino est inter accidentia principalia seu extrema dissidium: nam media quanquam vtrunque non participant, tamen atrociter inuicem non confligunt. Omnino vero ut in præliando, quod efficacius est alterum vincit atque expugnat, inque eius locum succedit: at vbi æquo marte pugnatur, longius est certamen. Sic sane in iis quæ ex contrariis composita sunt, assidua est belligeratio & lis illa Platonica, donec mixtum soluatur, & compositio ea labefactetur. Sunt autem hæc quæ diximus hactenus vulgo quoque philosophantium notoria, & quæ scholarum omnium (si quidem sentiant) parietes & tabulata percallent. At (si quidem libet altius audire & dignitatibus vestris accommodatius) alia ratione hanc ipsam proportionem pertractemus. Accidentia nunc itaque libet appellare, omnia quæ extra Deum sunt, & quæ Deus non sunt: solum autem Deum id quod quid est. Atque ne id nouè aut affectatè nimium dicere videamur, Dei ad Moysen loquentis vnum afferatur verbum: Interrogauit Moyses Dominum: qui nam esset & quod haberet nomen? Ille autem, ego inquit, sum qui sum, sic loquere filiis Israel, qui est misit me, propterea quod quid est, bonum hoc esse necesse est, solus autem Deus bonus, solus igitur Deus est, qui ergo non sunt Deus, haud inepte hac consideratione accidentia dicemus. Sed bonitas creata est illius increatæ bonitatis velut vmbra quædã. Nempe illa immensa est atque æterna, hæc autem finibus certis conscripta, & temporis angustiis inclusa. Potest illa diuina quidem bonitas asque mundana subsistere, mundana autem absq; diuina nequaquam. Atque hæc testatur Simonides ille noster, cum ait: Aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate. Iam verò cognitio & industria quę omnibus quidem rebus aliqua quodammodo inest, his siquidem clarius, illis autem obscurius. Similiterque ardor & studium sui aut rerum similium, & si conuenientium omnia hæc sunt ex cognitione amoreque diuino expressa, sed adeo sanè longe, ut respectu lucis illius quæ Solem vincit, & amoris flagrantis tenebræ cimeriæ & gelu glaciale possint appellari. Quid dicam de virtute, quæcunque ea rebus inest, nisi diuina sit virtute fulcita, nonne omnis fragilis est & caduca? Fallaces verò rerum conditiones & instabiles (ut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

i ta loquar) ſtatus, quis non videt, niſi qui ſciens ac volens quocunque ſe vertat corporis animiq́ue oculos claudit? O vanas hominum ſpecies, ô deſideria cæca, qui inter tantam tamq́ue inſignem rerum omnium fragilitatem, gloriæ ſtudẽt, qui in his quæ dixi accidentibus firmamenti aliquid collocant, & non potius in eo qui eſt. Aſtruit ille ædes marmore pario, & ſummo auro lacunaria obducit: exacuat alius montes, & abdita inde eruit metalla: alius agris atque hortis colendis ſtudet, & frequentius alius cogit armenta, multo verò magis plerisque hominibus ſub poteſtate ſuam redigendis incũbunt, & nec ſuo nec alieno dum id efficiant ſanguini parcunt: quod ſi quis eſt animo paulo erectiore ſidera contemplatur, aut intelligentias quas appellant inueſtigat. Sed nõ eſt ſtudiorum fructus ſi quis in eo ſubſiſtit, quin maius fuerit operæpretium, in eius qui eſt cognitionem pergere, ex accidentium horum contemplatione, magnã quippe partem conferunt in eo, quod quid eſt, hoc eſt ad eius qui quod eſt, cognitionem. Inſenſibilia enim Dei (ut ait Paulus ad Rom.) à creatura mundi per ea quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur, ſcil. domorum atque turrium præſidia quib⁹ ciuitates priuatim publiceq́ue firmantur, Deum rerum omnium oſtendunt præſidem eſſe, monſtrãtq́ue tutorem: quippe ſiquid in his preſidij eſt quę manus fabrefecit humana: quanto magis in eo qui ipſas hominum fabricatus eſt manus. Rectè igitur propheta ille pſalmographus: *Niſi inquit Dominus ædificauerit domum, in uanum laborauerunt, &c.* Quod ſi ab iis qui artificio conſtant, ad naturam magis libet accedere, per omnes gradus offendemus, aliqua eorum quæ nos in eius qui eſt, cognitionem adducant, ſcilicet (ut verbi gratia aliqua attingamus) inexhauſtæ fontium ſcaturigines indeficientem nos credere monent Dei bonitatem, qua aſſidua largitione nihil minuitur aut euacuatur, ceu fontes perpetua aquarum emanatione non deficiunt vnquam, neque ſiccantur. Terræ verò ipſius latitudo, ſeu ampliſſima dixerim potius cœli capacitas, immenſam Dei imaginẽ teſtantur. Iam verò perpetua hæc elementorum iuuenta, minimè ſeneſcentem Dei indicant æternitatem. Quid innumeræ arborum & plantarum vires, vim ne Dei omnipotentem approbant? Mirum hercle ſi medici ex harum contemplatione, in poſitione diuinæ admirationis non rapiuntur. Alia verò multò luculentius, eum qui eſt, nobis oſtendunt, nempe formicæ, apes, feles, canes, milleq́ue huius generis induſtria ſibi ingenita, creatoris ſapientiam, quanquam muta prædicare videntur. Hinc Salomon: *Nunquid non ſapientia clamitat in ſummis excelſiſq́ue verticibus?* Rurſus alia quoque affectibus ſuis diuini animi quaſdam exhibent notas, pugnant quippe pro catulis, & coniugia ſua particularia defendũt,

virtutes

(c) 2006 Ministerio de Cultura

virtutes autem diuinas nullũ animal tam clarè exprimit quam homo, in ea enim iuſtitia, miſericordia, prudentia, ita quidem, ut ſi ſemet homo ſedulò contempletur, poſſit bonam magnamque partem cognitionis eius qui eſt, ex ſuiipſius conſideratione venari. Nec mirum eſt enim, ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus ſiue enim inferiora ſe, ſiue ſemetipſum homo rimetur, abunde inuenier, quibus in eius qui eſt, cognitionem aliquam adducatur Quod ſi ſuſcipiat, & in ea quæ ſupra ſe ſunt, oculorũ mẽtisque aciem dirigat, papæ! quanto inſignius eum qui eſt cognoſcet: Cœli enim enarrant gloriam Dei. Et certe veritatis diuinæ haud vſquam alibi tam clara ſunt quam in cœlo documẽta, vbi ſtellę etiam quæ errones appellantur, minime errant, ſed lege certiſſima oriuntur & occidũt: Igitur (is qui mihi ſæpe vocandus ad partes) Dauid propheta ait: *Sol cognouit occaſum ſuum*. Denique ſi daretur nobis angelos penitus cognoſcere, vbi omni perſpicacitate Dei gloriam intueremur, ſunt enim ceu ſpecula certiſſima nulli obnoxia corruptioni, quæ diuinitas aſſidua ſui contemplatione nitidiſſimè expoliuit. Sed iam quidem diutius ac propoſitum fuit, in accidẽtium ſerie immoratus ſum, & multò tamen minus quàm res ipſa poſtulat, nullus enim dicendi finis eſſet, ſi quis velit quæ in rebus ſunt diuinitatis imagines ſingulas proſequi. Et omnino autore Dionyſio de rebꝰ ſacris perfectiſſimè loquendum eſt. Ergò poſtquàm accidentia magnam partem conferre, in eo quod quid eſt monſtrauimus, idemq; & mathematicè & theologicè fieri admonuimus, nunc quæ in eãdem ſententiam ex Medicis atque Iuriſcõſultis dici poſſent, cõſultò omittimus, tum quod ex his, quæ dicta ſunt, pleraque horum trahuntur, tum ne ad clepſydram (quod aiunt) declamãs, nouum ab integro ſermonem ordiamur.

Vno autem longiori exemplo hanc artem planiorem faciemus, Sit itaque hoc prothemate. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum*. Pro deductione huius aliorũq; ſimiliũ ſequẽs proceſſus aduertat, incipiẽdo p regulã entitatis, ac quæſt. vtrũ, oſtẽdẽdo primo ſpiritũ ipſũ eſſe, hoc modo ut ſequitur exordiendo.

Summus omniũ opifex Deus, æternitatis Dominꝰ, fons & origo iuſtitiæ, qui omnia fecit & creauit, non in tempore, neque ex tempore, ſed ex opere ſuo, ſimul & iam temporis dedit initium, quod quidem opus, extra ſuam naturam & ſubſtantiã non eſt, quoniã nõ eſt mũdꝰ Deus, neq; aliquid Dei. Deus. n. ante mũdi huiꝰ opificiũ, credi aut intelligi nõ poteſt aut otiosꝰ fuiſſe, aut ſolꝰ, quaſi p hoc æternitatis tẽpꝰ, à tot æternis ſeculis, ab ipſa æternitate, cõmẽtatꝰ ſit quid ſe facere oporteret. Eſt ergo in Deo actio quædã intrinſeca, naturæ & ſubſtãtiæ conſors, quem recte ſpiritũ Domini nominamꝰ. Neq; n. ſine ſpiritu Deum eſſe ſicut

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poteſt,ſi Deus ipſe eſt & ſi aliqua ſuarum dignitatum in ipſo verè eſſe dici poſſit,eſſe enim diuinum cum ſit natura bonum,& ipſamet bonitas,incommunicabile eſſe non poteſt,eſt enim bonitas,ratione cuius bonum eſt bonum, & bonum agit bonum, quod niſi in communicatione eſſe non poteſt: itaque quomodo ab æterno Deum bonum eſſe dicemus,qui nullum bonum agat nullum ſpiret bonum ſpiritum,ſicut ipſe eſt bonus,nam & Deus ſpiritus eſt,& ex ſeipſo ſpiritum ſpirat,non ſeparatum, quia ex ſua ſubſtantia eſt, quę indiuiſibilis eſt, ſed ſibi coniunctum, atque eiuſdem ſecum immenſitatis & æternitatis: nam ſi infinitus eſt Deus,infinitum aliquod eſſe producit, hoc autem non eſt mundus qui certos ſuos habet terminos, certa ſua latitudine ac longitudine deſcriptus: ſimiliter non terra, non ignis, non aliquid horum quæ conſpicimus ſiderum,hæc enim omnia finita ſunt,ſed Deus ipſe,æque infinitum, ęquè immenſum incomprehenſibilemque ſpiritum ex ſe ſpirat, ſpiratione veniente ex illa immenſitate,& tamen ab illa immenſitate non egrediente, quoniam & ille immẽſitatis capax. Etiam cum ęternus ſit Deus & otioſum vel ſolum eſſe non poſſe bonitas facit æqualem ſibi ac coæternum producere immenſitas ipſa æternitasque concedunt, ab æterno autem mundus non fuit, ſpiritum ergo habet Deus,qui ut eſt immenſitate coæqualis,ita durationę coęternę.

Sed poſſet quis opponere iſtis, ſi Deus eſt immenſus & infinitus,ergo nihil producit à ſe ab æterno realiter diſtinctum, ſed ab æterno ſolus Deus. Item cum nullum æternum ſit principiatum, ſpiritus verò principiatus, igitur non æternus. Probatur hoc, nam quicquid aliud producit, prius eſt eo quod producitur:ſiue fiat neceſſitate,aut voluntate,vel natura, ſiue etiam ſit extra naturam,etiamſi productum ſit idem cum producente in ſubſtantia,ut riuus cum fonte,tamen ille natura prior eſt, ſimiliter in productione voluntatis, electio præcedit actum, ergo coæternus Deo ſpiritus eſſe non poteſt.

Sed eiuſmodi oppoſitionem diſſoluit ipſa differentia ſeu diuerſitas actionum Dei aliarumque rerum agentium; nam omnes operationes diuinæ, ſecundum modum operationum diuinarum,ſimul ſunt cum ipſo eſſe diuino, quicquid enim per ſuam formam agit,& quod ipſum pura forma eſt, neque prius eſt & agit,neque prius agit hoc quàm illud,cum ſimul omne ſuum eſſe complectitur,propter immenſitatem,omnem durationem ſuam propter æternitatem,omnem etiam actum ſuum propter omnipotentiam;ſpiritus aliquis diuinus eſt,& diuina ſpiratione ac ſubſtantia coeſſentialis, ipſe idemque & vnus cum Deo, ut non poſſit ab eo ſeiungi præterquã per eũ modũ qui relationis eſt,ſic enim à Deo differt ipſe Deus. Poſſibile itaq; eſt cum Deo ſpiritum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſpiritum eſſe, qui ſit ſua ſapientia, aut certe ſuæ ſapientiæ amor, idem ipſe Deus: virtus Dei manans ex potentia, veritas ex ſapientia, gloria ex bonitate; vt ſicut in ipſo Deo ſit ſimplicitas ſumma extra omnem commixtionem, & vnitas omni multiplicitati repugnãs, ſimilitudo ſine ſimilium diuerſitate, æqualitas ſine æqualium diſiunctione; ſic etiam in ipſo Deo ſumma diſtinctio eſt nam otioſum Deum ac nihil agentem (velut Epicurus dicebat) eſſe non poteſt, agit ergo aliquid, & actus quidem alius ab agente, quanquam non aliquid aliud ſecundum ſubſtãtiam, ſic & cogitat Deus, & cogitatio non eſt cogitans, & diligit Deus, & dilectio non eſt diligens, ergo ſpiritus Dei à Deo eſt alius quidem perſonaliter ab eo diſtinctus, ſpirante aliud ſecundum perſonam, ſpirando idem ſecundum eſſentiam. Referunt enim ad idem, ſpirans & ſpiratum, & id oppoſitionis genus quod ſecũdum relationem eſt ſolum in Deo conſiderare licet omnia alia oppoſitione ſemota.

Oſtenſum eſt per regulam Vtrum, & figuram A. ſpiritum ipſum eſſe. Idem modo oſtendere poſſumus per eandem regulam, & figuram S. hoc modo.

Deniq; diuinum ſpiritum eſſe, tota mundi ſeries, ab ipſo ſuo ducta principio apertiſſime monſtrat: nam cum Deus ipſe eſt æternus, & ipſe aut ſolus aut otioſus eſſe non poteſt, creatum vero nullum eſt æternum, eſt ergo ſpiritus aliquid Dei, & ipſi Deo coæternus, non enim poteſt bonitas Dei eſſe bona, niſi ſpiret, neq; immenſa ſi non ex maximo & infinito illo bono, immenſa atq; infinita actio procedat, coæterna & coæqualis ſuo principio. Quid enim Deum poſſe dicemus, qui nihil agat: quid cognoſcere, qui nihil cogitet: quid velle, qui nihil amet: hoc autem totum ſpiritus eſt, ſiue diligere, ſiue cognoſcere, ſiue agere.

Aagelus etiam à Deo creatus, cæteris creaturis ſuperior, & ſpiritualis naturæ, oſtendit Deum ſpiritum eſſe, & ſpiritum ſpirare, nihil enim eſt creatum, cuius non ſit in creatore idea: angelus ſpiritus eſt, igitur in Deo exemplare ſuum habet, vt diuinum ſpiritum eſſe oporteat, quid enim in angelo ſpiritualis bonitas, niſi ex Deo bonitas in ipſo ſpirata; quid ſpiritualis magnitudo in angelo, niſi magnificus ſpiritus magnifice ſpiratus à Deo, ſicque in angelo duratio, ſi non in Deo ſit æterna & perpetua ſpiratio.

Cœlum ipſum ſpiritu mouetur, ſiue ille angelicus ſit, ſiue ipſi cœlo intellectus inſitus, quam nõnulli cœli animam vocant ſemper hic à Deo eſt, & diuinum ſpiritum oſtendit: nam quo pacto tanta cœli magnitudo perpetuis legibus conſiſtere poſſet ſi non maximus ille Deus etiam huic machinæ præſideret, hoc

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vero ita per medium ſpiritum fieri oportet, actus enim omnis eſt in fluxu, ſiue manenti, ſiue egredienti.

Videmus etiam hominem ſpiritu viuere, & diuerſos in homine ſpiritus eſſe, alium alio maiorem, atq; vnum alteri præeſſe: quare ad verum ſupremum ſpiritum, qui diuinus eſt, peruenire oportet, vt in omnibus magnis ad aliquod maximũ quod ſit infinitum, & in omnibus durabilibus, ad aliquod æternum. In ipſis ergo ſpiritibus, etiam quos ſubordinatos in homine videmus, ad vnum ſummum & immenſum ſpiritum, à quo fluxus omnium deriuatur, peruenire oportet.

Sic etiam in aliis viuentibus conſiderare licet, ſive perfecta ſiue imperfecta ſint, imaginatiua aut ſenſitiua: nam ſine ſpiritu neq; viuunt neq; mouentur.

Vegetabilia etiam ipſa quod extenduntur & creſcunt, & ſuo modo viuunt, ſpiritu quodam hoc aguntur, per humores deſcendente.

Elementa etiam ipſa, quamuis inter ſe ſeparata ſunt, & aliud terra ſit, aliud aqua, &c. ſic tamen ipſis ſpiritus immixtus eſt, vt ſine illo eſſe non poſſunt.

Sequitur itaq; Deum habere ſpiritum ſibi intimum quo ſe moueat ſine mutatione, operetur ſine paſſione: quo mediante etiam fieri id intrinſecũ ſpiritus habet in Deo quo agat, faciat, regat ſpiritus omne opus ſuum, & quicquid in vniuerſo ſuo opere adminiſtrat. Manifeſtum eſt ergo ſpiritum eſſe diuinum, vbi tot alij ſpiritus ſpirituumq; operationes comperiuntur.

Satis nunc oſtenſum eſt, ſpiritum ipſum eſſe: ſed quid ſit hic ſpiritus, modo videndum eſt. ſed priuſquam ad eius diffinitionem accedamus, diuiſione vti oportebit, quoniam diuerſimode hoc nomen ſpiritus in ſacris literis poſitum reperitur.

Eſt itaq; ex ſpiritibus creatis, ſpiritus angelicus corpori non coniunctus, qui quoniam non materialis, non corporeus eſt, ſuum eſſe nullo vocabulo aptius explicari poteſt quam quod dicatur ſpiritus: hinc apud prophetam legimus, Qui facit angelos ſuos ſpiritus, & inter hos ſpiritus multæ varietates ſunt, tũ ordinis & officiorum, tum morum & qualitatum, quæ hoc loco prætereunda ſunt.

Eſt alius ſpiritus humanus, & ille eſt corpori coniunctus non tamen corporeus: immortalis, incorruptibilis, immaterialis, quoniam forma eſt homini, cui corpus materia eſt: & hunc ſpiritum, animam appellamus, qui eſt principium vitæ, ſenſus motus, intellectus, in homine imaginem diuinam maxima ſollicitudine præ ſe ferens, non ductus de potentia materiæ, vt cæteræ formæ, ſed in ipſa incorruptibilis, inextinguibilis, ſeparabilis, tamen, & aliquando etiam corpus ſuum quod deſeruit reaſſumpturus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pturus. Et de hoc ſpiritu inquit apoſtolus, Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus, & alibi: Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. & Jacobus: Corpus ſine ſpiritu mortuum eſt. & Geneſis legitur Fecit Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ.

Et præterea ſpiritus animalis, qui omni animali poſt hominem ineſt, etiam ipſi homini, & in hoc ſpiritu conſeruantur virtutes corporis, atq; à ſuis fontibus per totum corpus manant, ſiue ſint animales, qui ſenſum & modum miniſtrant, quibus à cerebro dicitur eſſe principium: ſiue vitales ſint, quibus à corde prima ſedes: ſiue naturales, quibus nutritio, digeſtio & generatio deriuantur, inter quem ſpiritum & animam quid interſit, per Auguſtinum de ſpiritu & anima pluribus diſputatur.

Eſt præterea ſpiritus ille, quem ore, naribus trahimus, quãuis eo carere non poſſumus, refocillatur enim cor, neq; tamen eſt ſpiritus naturalis, quamdiu conuerſus non eſt per nutritionem, de hoc ſpiritu legimus apud Job: Spiritus meus attenuabitur, & Sapientiæ ſic, Caue tibi ab homine cum ſpiritus eſt in naribus eius.

Eſt præterea alius ſpiritus elementalis, vt eſt aër, maxime ſi moueatur, vt apud prophetã, flabit ſpiritus eius & fluent aquæ.

Omnes quidem hi ſpiritus diuini ſunt, ſed ille maxime ſpiritus domini eſt, qui eſt diuinus, & ipſe Deus, & de hoc nunc ſermo eſt, cuius deſcriptio niſi relatiue dari non poteſt, ſpiritus enim refertur ad ſpirantem, & eius quidem duplex reſpectus, vnus principalis, & ille intrinſecus in ſpirantem; alius accidentalis & ſecundarius, qui progreditur in exterius. Spiritus igitur domini duplex eſt, alius intrinſecus alius extrinſecus. Intrinſecus eſt ille, qui ipſi diuinæ ſubſtantiæ & naturæ conſors, idem ipſe Deus, diuina intuitiueq; inſpiratione in Deo eſt, & in Deo ſpiratur, & quoniam ille ſpiritus eſt Deus, & ſpiritus Dei dicitur: ſpiratur enim à Deo & tamen à Deo non egreditur neque exit, ſed in ipſo manet.

Extrinſecus vero ſpiritus eſt, non diuerſus quidem à priori per eſſentiam, ſed ſolum ſecundum rationem, & de hoc ſpiritu præſens ſermo eſt, quando dicitur, ſpiritus domini repleuit orbem terrarum & alibi de eodem dicitur: verbo domini cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis ornatus eorum, agit enim Deus per eſſentiam ſuam & agere ſuum eſt ſuum eſſe & poſſe, quod in nulla alia re inueniri poteſt, neq; enim quum loquitur Deus, ita loquitur, quod ſuum loqui non etiam Deus ſit, quamuis hoc ipſum quod ſermone efficitur ex intrinſecis operationibus, non ſit Deus, ergo ille idem ſpiritus extrinſecus diuinus eſt, qui eſt intrinſecus, ſed diuerſo reſpectu.

Eſt

(c) 2008 Ministerio de Cultura

Est igitur spiritus Dei intrinsecus, ignis amorque ex mente verboque diuino procedens, ipsam mentem diuinam cum est spiritus domini, & spiritus sanctus: nihil enim est in Deo, quod non idem Deus sit: nullum in eo accidens, nisi prædicationis, realis autem inhæsionis nullum, quia est forma simplex & actus purus.

Sed spiritus domini secundum relationem extrinsecam est diuina operatio, immediatè ex diuina essentia & virtute procedens, ad producendum aliquid ideatum; neque enim vllo modo est medium inter Deum & spiritum suum essentialem, neq; inter spiritum Dei & proprias operationes diuinas medium intercedit, quoniam in Deo est virtus dispositiua, operatiua & omnia illa quæ ad perfectionem operationis requiruntur. Nam quum actio fit à maiori ad passionem sibi proportionatam, & Deus ipse omnibus rebus maior est, & omnis res minor Deo, non potest aliqua res esse resistens operationi diuinæ, aut non capax operationis eius, ergo neq; aliena dispositione vel administratione vtitur in actibus suis.

De hoc itaque spiritu, eo modo spirato, misso, replente & operante, diuersis in locis sacrarum litterarum legimus, vt illud: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. & alibi: Spiritus domini ferebatur super aquas, & alibi: Ingressus est Iesus spiritu sancto in desertum, & alibi: effundam de spiritu meo super omnem carnem: & de Antichristo legitur in Apocalypsi: Quoniam interficiet illum Deus spiritu oris sui: quæ omnia loca ostendunt, spiritum ita vere describi posse, vt descriptus est intrinsece & extrinsece. Vnde illud Iohannis de spiritu intrinseco. Tres sunt qui dant testimonium in cœlo, pater, verbum & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt: de spiritu extrinseco sic: Et tres sunt qui dant testimonium in terra, spiritus, aqua & sanguis: & hi tres vnum sunt.

Sed vt apertius quid iste diuinus spiritus sit intelligamus, quia totus & plane explicari neq; vere diffiniri potest, multiplici circuitione naturam ipsius ambiamus

Est itaq; spiritus Dei, prima diuinæ bonitatis enarratio, communicata cum essentia diuina & operatione. Est spiritus Dei magnitudo amplitudinis diuinæ, per quem neque spirando magnificatur Deus, neque ex seipso producendo diminuitur, quoniam non est illa immensitas diminutionis capax, aut vnitas multitudinis, aut sublimitas inæqualitatis, cuius virtus in Deo fixa est, quę in spiritu ipsa inspiratione ostenditur vt idem sit spiritus cum Deo, atq; eidem Deo æqualis, atq; illius etiam vnitatis & æqualitatis nexus, perpetua firmitate eos coniungens. Est itaq; hic spiritus diuinæ bonitatis exemplum & actus ipse quo

diuina

(c) 2006 Ministerio de Cultura

diuina poteſtas oſtenditur, actus videlicet extrinſecæ operationis. Ergo ſpiritus ſanctus ſicut actus eſt diuinæ poteſtatis, ita eſt immemoratio diuinæ ſapientiæ, dilectio diuinæ voluntatis, diuinæ virtutis operatio, exemplar veritatis, quies gloriæ, pulchritudo diſtinctionis, concordantia vnionis ſine oppoſitione, medium coniunctionis, inter principium paternitatis & finem filiationis, ſummaq; æqualitas omni maioritate & minoritate remota: & ita fit, cum ſit maioritas Deo ad creaturam, minoritas vero creaturæ ad Deum, æqualitas quædam inueniatur non extra, ſed intra Deum, & ea eſt Spiritus ſanctus.

Eſt itaque Spiritus ſanctus, portio quædam diuinæ ſubſtantiæ & naturæ, non partita neque diuiſa à Deo, ſed ſola relatione diſtincta, procedens interius, miſſa & replens exterius, operata interius, operans exterius, in omne id quod operatum eſt: & hic ſpiritus replet orbem terrarum, repletione operatiua & conſeruatiua.

Satis nunc de ſpiritu loquuti ſumus, quamuis adhuc plura dici poſſent. Sed reſiduum nobis eſt, vt quomodo hic ſpiritus repleuerit orbem terrarum, videamus. Priuſquam vero id aggrediamur, quid per orbem terrarum ſignificetur oſtendemus; Eſſe namque orbem terrarum, primum oſtendit bonitas operantis, qui non ſolum aliquid facit intrinſecum, ſed & extrinſecum: & quoniam id extrinſecum ideo magnum quidem fecit, ſed non infinitum: ita etiam durabile, ſed non æternum: ita etiam agens, influens & operatiuum, vt ſuæ poteſtatis vim oſtenderet: ita cum aliquid fecit ex nihilo ſuæ ſapientiæ conſideration em, ita dilectionem ſuam in tantæ tam confuſæ machinæ conſeruatione, virtutem in agendo, veritatem in exiſtendo, gloriam in quieſcendo demonſtraus. Nihil enim aliud orbis terrarum hoc loco nobis inſinuat, quam aliquod materiale, cõfuſum, vacuum formis, chaos Nam quum manifeſte videmus, eſſe aliquod commune materiale poſſibile, in hoc orbe terrarum per diuerſas ſpecies communicatum, facile ex hoc intelligimus, communem quandam & confuſam materiam fuiſſe principio, quæ poſtea formarum diuerſitate, diſtincta eſt: Nam cœlum & cætera omnia quæ ſub cœlo ſunt, omnia habent aliquod corporale ſenſibile, mobile, mutabile, quibuſdam tamen gradibus: hæc autem omnia ſecundum materiam, non ſecundum formam proueniunt. Apparet itaque materiam aliquam his omnibus ineſſe communem, quæ eſſet aliqua bonitate bonificanda, magnitudine magnificanda, diſtinctione diſtinguẽda replenda formis, quæ omnia ſuapte natura eſſe, nec fieri poſſunt, ſed per ſpiritum domini fieri neceſſe eſt: nihil enim ſuapte natura confuſum, per ſe diſtingui poteſt: impugnat enim ſe mutuo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mutuo distinctio & confusio, nec vnum alteri principium esse possit: confusio enim materiam habet proxime, distinctio vero formam seu efficientem. posita itaq; est in orbe terrarum, scilicet opere creato & partium suarum distinctio, quæ separet cõpositum à simplici, materiale à puro formali, commixtum à commixto, similiter omnium illorum inter se vnio, videlicet materiæ & formæ, atq; concordantia in contrarietate. Sic etiam ipsa terra vt pura materia, principium habet ad formam ratione aptitudinis, quæ mediũ est, qua peruenitur ad perfectionem & finem operis. atq; per hunc modum adhuc in confuso terrarum orbe est æqualitas confusorum & mi torũ maioritate & minoritate secundum distinctionem dispositа, pro nobilitate formarum, quibus orbis terrarum repletur, per spiritum domini, repletione videlicet operatiua & conseruatiua.

Ipse enim spiritus diuinus simplex forma est, orbis vero terrarum informis materia: recte itaque considerare possumus, in spiritu, diuinam bonitatem diffusam: in orbe vero terrarum, malitiam indigentum: in spiritu, magnitudinem infinitam: in terris corruptibilitatem & mutationem: in spiritu, potestatem agendi: in terris, possibilitatem patiendi: in spiritu, potentiam rectricem: in terris, imperfectionem errantem: in spiritu libertatem: in terris, necessitatem: in spiritu virtutem: in terris, vitium: in spiritu veritatem immutabilem: in terris figmentum corruptibile. Spiritus in se orbem terrarum & in ipso existens semper vnus atq; idem manet, operans in orbe terrarum, ab illo nunquã immutatus, sed illum immutans, faciens illum ex malo bonum, ex paruo magnum, ex mutabili durabilem, ex confuso distinctum. Hoc est suum replere, quo recte dicimus spiritus domini repleuit orbem terrarum.

Vnde euenit vt sicut diuinum quendam spiritum esse oportet, qui vt procedit intrinsecus, ita operatur extrinsecus. Sic & orbem terrarum esse dicimus, vt in illum operetur, illum repleat, vt scilicet ipsum orbem terræ qui de se bonus est, sua repletione bonificet, immensitate sua extendat ac multiplicet, æternitate confirmet potestate cõtineat, sapientia regat, amore diligat, virtute operandi vim tribuat, veritate certa lege cõscribat, gloria in fine suo conquiescere faciat, distinctione quæ confusa sunt separet, concordia distincta oppositaq; connectet, principiũ sit influens, medium perfluens, finis affluens & refluens: quam repletionem si ab orbe terrarum sustuleris: maioritas ipsius tendet ad minoritatem, omni æqualitate semota.

Iam vero diuinum esse spiritum, orbemque terrarum, tota mundi series ab ipso suo ducta principio apertissime monstrat, & eundem spiritum ipsum orbem terrarum replere, cõsequitur vt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vt ipſum bonificet: omne enim bonum natura ſua diffuſiuum eſt, ſuum enim & eſſe & poſſe natura participāt: & quo plus habet de eſſentia boni, eo amplius habet de poteſtate bonificandi. Cum itaque ſpiritus domini bonus ſit, opus ſuum eſt bonitatem communicare. Itaque ſpiritus Domini bonus, ab ipſo bono, itaque ſpiritus Domini bonus ſit, opus ſuum eſt bonitatem communicare. Itaque ſpiritus Domini bonus, ab ipſo bono participatus, atque eidem ſemper coniunctus principians in orbē terrarum bonitatem, potenter ac ſapienter replet illum: niſi enim ita eſſet, tota ipſarum terrarum potentia & eſſentia tenderet ad corruptionem. Et quanquam ſpiritus iſte diſtinctus ſit à terris, tanquam infinitus à finitis, æternus à mutabilibus, perfectus ab imperfectis, mira tamen continuitate ipſi orbi terrarum intimus eſt, penetrans ſua bonitate omnes punctos eſſendi, in toto illo orbe transfuſus, penetrans omnia, & tamen non comprehenſus.

Sed opponet forte aliquis, ſpiritum æternum eſſe, orbem verò terrarum non ex tempore, ſed in tempore creatum: ſic ſpiritus æternam bonitatem eſſe, temporalem verò eam quæ eſt orbis terrarum: item ſpiritum ipſum otioſum dici non poſſe, quoniam neque Deus ipſe otioſus eſt cuius eſt ipſe ſpiritus, terram autem repleri non potuiſſe, quando orbis terrarum nec dum erat. Porro etiam, quum opus illud diſtinctionis & ſeparationis in orbe terrarum operatus eſt ſpiritus, neque habet quod amplius agat, nunquid ad otium redijſſe dicetur ſpiritus, præſertim qui actus & forma eſt, qui eſt bonitas ſemper bonificans, magnitudo ſemper magnificans, poteſtas ſemper agens, ſapientia ſemper regens, voluntas ſemper diligens, & tamen legimus deinde, ſpiritus domini repleuit orbem terrarum, ſcilicet æternaliter.

Sed vt hanc oppoſitionem euitemus, diſtinctione opus eſt, conſiderandaque varietas reſpectuum, ipſius ſpiritus ad orbem terrarum, qui quidem reſpectus alius eſt idealis, alius operatiuus: & ille quidem alius creationis, alius ſanctificationis, alius conſeruationis, alius conformitatis, de quibus ſingulis tractare pro nunc nimis longum eſſet. Ergo dicamus, quoniam ſecundū idealem reſpectum, ſpiritus deinde repleuit orbem terrarum æternaliter, in ipſa mente diuina, in ipſo vnico ſpiritu qui à mente illa effluit: ſic enim æternum eſt orbis terrarum exemplar, ad cuius ſimilitudinem exterior orbis terrarum formatus eſt, non per ſimilitudinem imperfectionum, ſed perfectionum: non cōuerſionis, non malitiæ, non defectus eius qui in exteriori eſt, exemplar aliquod in Deo eſt, atq; hunc ab æterno repleuit ſpiritus Domini: ſed quicquid perfectionis in eo eſt, quod exterius productum eſt, perpetua idea in Deo ſeruatur & manet. Et hoc

eſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſt quod propheta commemorat dicens: Meæ ſunt omnes feræ ſyluarum, & pulchritudo agri mecum eſt. Et ſic Spiritus domini repleuit orbem terrarum ab æterno, interius in ipſa mente diuina. Repleuit autem tunc exterius, cum nouum aliquod faceret, vt in creatione, in diſtinctione, in conſeruatione, in quibus replet quotidie orbem terrarum, qui in ipſo eſt, & ipſe in illo nunquam otioſus, & cum illo intimus illi, ſecundum eſſe, agere, ſubſiſtere, &c. ſimilia. Replet autem non occupatiue, quia non corporeus, nec impulſiue vt aër, neque ſucceſſiue per motum, neque vt Spiritus angelicus, qui licet immaterialis, & incircumſcriptibilis ſit, diuerſis tamen locis ſimul eſſe non poteſt: ſed pro immenſitate ſua, & cum illa idem ipſe omnia replens: & ſic oportet intelligere: Spiritus domini repleuit orbem terrarum. Hinc propheta Pſalmo quinquageſimo, triplici nobiliſſima denominatione Spiritum ipſum qualificat & deſcribit vocans eum rectum, ſanctum & principalem: Rectum, quia nulla commixtione incuruatur à naturæ ſuæ dignitate: Sanctum, quia abſolutus ab omni compoſitione: Principalem, quia omnis bonitatis, virtutis, perfectionis principium eſt. Sed vt ad nos ipſos ſermonem nunc trahamus, quoniam orbis terrarum nobis gentes ac populum, atque ipſum hominem qui minor mundus dicitur, ac ipſam animam lapſam ac peccatis confuſam ſignificat: idcirco Spiritum implorantes diuinum, oſtendendo terrarum noſtrarum tenebras, infirmitates, defectus, deformitates, ſupplices poſtulemus, ab ipſo Spiritu repleri gratia & miſericordia, vt noſtra mala bonificet, depreſſa exaltet, mutata ſtabiliat, debilia confirmet, dirigat errata, ligataque reſoluat.

FINIS.

ORNATIS-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ORNATISSIMO VIRO, LL. DOCTORI ADOLPHO ROBOREO AGRIPPINENSI CANONICO ad Gradus Mariæ Virginis, Henricus Cornelius Agrippa S. P. D.

SCRIPSI olim commentaria in artem breuem Raymundi Lullij, doctor eximie, hæc tandem in tabulam quandam tanquam fasciculum, contraxi, quæ memoratu facilis, cuncta commentaria subinde animo reduceret. Hanc tabulã tuæ humanitati dedicatam, pro xeniolo offerendam decreui, ratus exiguum hoc munusculum, non ex suo valore, sed ex mittentis animo sis æstimaturus. Quin & collata hac tabula, cum ipsis commentariis, videbis te pari æstimatione habitum, quo is cui ipsa nostra commentariola olim dedicauimus, quæ vnà cum hac tabula etiam ad te mittimus.

Vale.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

TABVLA ABBREVIATA COMmentariorum artis inuentiuæ Henrici Cornelij Agrippæ.

I.

Omnis cognitio elocutio; consistit in inuentione.

Rerum, de qua hic nihil pertractatur

2. Orationis seu verborum cui inseruit

I. Inuentio Terminorum

1. Singularū per quas acquiritur termi-norum

1. Inuentio per 4. fig. extra quas nihil in tellectū cadit.

I. Subiecta per fig. S. II.

2. Prædicata

1. Absoluta per fig. A. III.

2. Respectiua per figuram T.

3. Quæstiones per fig. Q.

2. Terminorū

V.

1. Internorum multiplicatio.

2. Externorum adinuentio.

2. Complurium inter se facta mixtio seu combinatio.

1. Simplicium generaliumque

II. Pars principalis

2. Complexorum seu propositionum.

III. Pars principalis.

2. Artis dispositio & applicatio.

2. Subiecta

B Deus
C Angelus
D Cœlum
E Homo
F Imaginatiua
G Sensitiua
H Vegetatiua
I Elementatiua
K Instrumentativa

2. Deus

Pater
Filius
Spiritus sanctus

} non conuertuntur

C Angelus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

C. Angelus { Bonus / Malus

D. Cœlum { Immobile empyreum agens per attractum / Mobile agens per influxum

E. Homo { Animara tionalis / Corpus humanum } habet { Esse / Viuere / Sentire / Intelligere

F. Imaginatiuū habens { Esse / Viuere / Sentire intrinsecum & extrinsecum

G. Sensitiuū habens { Esse / Viuere / Sentire extrinsecum

H. Vegetatiuū habens { Esse / Viuere

I. Elementariuum { Simplex / Cōpositū } habens solum esse substantiale

K. Instrumētariuū siue accidens, { Naturale L / Morale M } habens esse in alio.

E. Accidens naturale { Quantitas N / Qualitas O / Relatio P / Actio Q / Passio R / Habitus S / Situs T / Tempus V / Locus X

N. Quātitas { Discreta / Continua } secundum { Magnitudinem / Multitudinem / Diuturnitatem / Operationem

(c) 2006 Ministerio de Cultura

O. Qualitas
- Habitus & disposition.
- Naturalis potentia vel impotentia.
- Passio vel passibilis qualitas.
- Forma & circa eam constans figura.
- Contraria & contrarietates.

P. Relatio secundum
- Superlationem, Suppositionem — Ex natura verbi.
- Æquiparantiam, Applicationem — Ex natura rei.

Q. R. Actio & passio.
- Intrinseca. — Intensa. / Extensa.
- Extrinseca. — Remissa.

V. Tempus.
X. Locu
T. Situs.
- Variantur quantitate.

S. Habitus
- Intrinsecus.
- Extrinsecus.

M. Accidens morale
- Virtutes.
- Vitia.

II. Prædicata absoluta
- B Bonitas.
- C Magnitudo.
- D Duratio.
- E Potestas.
- F Sapientia.
- G Appetitus.
- H Virtus.
- I Veritas.
- K Gloria.

B. Bonitas.
- Permanens.
- Fluens.

C. Magnitudo
- Virtutis.
- Molis.
- Actionis.

D. Dura-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

D. Duratio
- Aeterna.
- Aeuiterna.
- Temporalis.

E. Poteſtas
- Eſſendi & exiſtendi — Naturalis.
- Agendi & patiendi — Voluntaria.

F. Sapientia ſeu Cognitio.
- Intellectualis.
- Rationalis
  - Sapientia.
  - Scientia.
  - Ars.
  - Fides.
  - Opinio.
- Senſitiua.
- Inſtinctus.
- Natura.

G. Appetitus
- Rationalis ut voluntas — Concupiſcibilis
- Senſitiuus.
- Inſenſibilis. — Iraſcibilis.

Passiones animæ.

H. Virtus.
- Intellectualis ut ſapientia, ſcientia, prudentia.
- Moralis ut iuſtitia, fortitudo, temperantia.
- Theologica ut fides, ſpes, charitas, gratiæ dona quinque.
- Animalis ut ſenſitiua, motiua, vitalis, vegetalis
- Elementalis quæ naturalis dicitur.
- Cœleſtis quæ vocatur occulta.
- Operationum & potentiarum ſecundum actionem & paſſionem.

I. Veritas
- Orationis.
- Rei
  - Secundum actum ſiue vſum.
  - Secundum habitum.

K. Gloria
- Conſummationis.
- Quietis in fine.

3. Principia generaliſſima.
- 1. Eſſentia.
- 2. Vnitas
  - Rei
    - Simplex.
    - Cõpoſita
      - Subſtantialis.
      - Continuitatis.
      - Accidentalis.
  - Rationis.
  - Identitatis
    - Nominis.
    - Conuerſionis.
- 3. Perfectio
  - Simplex.
  - Secundum modum eſſendi.
  - Secundum menſurã conditionis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

III. Respect⁹
- B Differentia
- C Concordantia
- D Oppositio
- E Principium
- F Medium
- G Finis
- H Maioritas
- I Æqualitas
- K Minoritas

B. Differētia
- Ex primis intentionibus
  - Essentialis
  - Realis
  - Accidentalis
- Ex secundis intentionib.
  - Genere
  - Specie
  - Numero

C. Per similem modum collige concordantia.

Complexi A.
- Diuisio
- Incomplexi
- Nominis in
  - Significata
    - Proprie vt ę quiuoca
      - A consilio
      - A casu
      - Secundū assimilationē
    - Comparatiue dicendi secundum visum
    - Translate per
      - Analogicam
      - Similitudinem
      - Oppositionem
  - Modum significandi
    - Varias suppositiones
    - Varia accidentia grāmaticalia.
- Rei
  1. Totum essentiale, integrale, accidentale in partes secundum esse & modum essendi.
  2. Genus in species.
  3. Superius in inferiora.
  4. Genus in differentias oppositas vel subiectas.
  5. Totum secundum partes in tempore, modo, quantitate.
  6. Causa in effectus & econtra.
  7. Subiectum in accidentia & ècontra.
  8. Virtus in operationes.
  9. Substantia in suas potentias.
  10. Absoluta in comparata.
  11. Per variam attributionem.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

G. Finis

B. Complexi ſi ve orationis
- Subiectum & prædicatum.
- Patientem & agentem.
- Vltra patientem
- Modum ſubiecti & prædicati.
- Modum actionis & paſſionis.
- Secundum variam attributionem, expoſitionẽ & variam applicaitonem.

Simili modo accipe collectionem.

C. Concordantia.
- Vnionis collectorum.
- Partium in toto.
- Mixtorum in mixto.
- Continuorum in continuo.
- Diſcretorum in diſcreto
- Materiæ & formæ in vno ſuppoſitò.
- Aliquorum in vno tertio.
- In medio iungenti, participanti vel diuidenti.
- In termino concurrenti.
- Æqualium inter ſe.
- Proportionum inter ſe.
- Effectuum, in cauſa & è contra ſecundum omne genus cauſarum.
- Similitudinis & exempli.
- Coniunctionis & contingentiæ.
- Cognatione & agnatione vel affinitate.
- Vt forma cum ſubiecto.
- Vt ars vel inſtrumentum cum ſubiecta materia
- Vt alicuius eſſentia vel de eſſentia eius.

Ex his ſimiliter quære differentias ſuo modo.

D. Oppoſitio
- Contrarietas
  - Mediata.
  - Immediata.
- Contradictio, ſecundum, idem, ad idem, ſimiliter, in eodem tempore.
- Priuatiua.
- Localis.
- Relatiua, vt ſuperius de accidente relationis.

Verſatur præcedens triangulus inter intellectuale & ſenſuale.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

E. Principium aliud est

- Vniuersale
  - Genus
    - Generalissimum.
    - Subalternum.
  - Species
    - Subalternata.
    - Specialissima.
- Causale
  - Per se.
    - Intrinsecũ seu causa intrinseca
      - Formalis
        - Essentialis Essentiale.
        - Accidentalis.
        - Exẽplaris Coëssentiale vel idealis.
      - Materialis
        - Propinqua, Obiectiua
        - Remota, Subjectiua.
    - Extrinsecũ ut causa
      - Efficiẽs &
        - 1. Antecedens.
        - 1. Coniuncta.
        - 2. Aut Substantialis. Principalis.
        - 2. Aut Accidentalis. Instrumẽtalis.
      - Finalis seu finis
        - Vltimus.
        - Subordinatus.
        - Impulsiuus.
  - Per accidens.
    - Occasio.
    - Fortuna.
    - Casus.
- Accidentale siue instrumentale
  - Mensuræ.
  - Determinationis.
  - Coniunctionis.
  - Formæ.
  - Materiæ.
  - Doctrinę.
  - Figuræ.
  - Motus.
  - Continentis.
- Motus. C.
- Ordinale. D.
- Originale. E.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

C Motus
- Generationis
- Corruptionis.
- Augmentationis.
- Diminutionis.
- Alterationis.
- Localis.

D Ordinale
- Natura.
- Tempore.
- Definitione.
- Cognatione.

E Originale
- Positiuum.
- Priuatiuum.

F. Medium
- Conjunctionis
  - Natura
  - Situ
  - Loco.
- Mensurationis
  - Substantiale.
  - Accidentale.
- Extremitatum.
- Operationis
- Instrumentale
- Adhæsionis
- Participationis
- Comprehensionis
- Vnionis
- Negationis
- Transitionis
  - Secundum locum
  - Secundum speciem
  - Secundum quietem.
- Positiuum
- Priuatiuum
- Destructiuum
- Constructiuum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- G. Finis
  - Extremitatum.
    - Substantialis
    - Accidentalis
    - Secundum essentiam
    - Secundū tempus siue ante siue post
    - Secundum locum
    - Qualitatem
    - Quantitatem.
  - Corruptionis
  - Defectionis
  - Desitionis { Esse, operari, Pati } Secundum varias circumstantias.
  - Perfectionis quam superius distinximus.
  - Priuationis { Naturaliter, Moraliter, Artificialiter }

- H. Maioritas
- I. Æqualitas
- K Minoritas

Variantur secundum genera quantitatis & magnitudinis, de quibus supra, & iste triangulus versatur inter substantiam & accidens.

- IV. Quæstiones
  - Essentiales
    - B Vtrum
    - C Quid
    - D De quo
    - E Quare
  - Accidētales
    - F Quantum
    - G Quale
    - H Quando
    - I Vbi
    - K Quomodo & cum quo.

- B Vtrum
  - Possibile { Necesse, Contingens }
  - Impossibile
  - Entitas { Primæ intentionis, Secūdæ intētionis } vt si est.
  - Essentiale, vt quid est in se, quid est in alio. C Quid

(c) 2006 Ministerio de Cultura

C. Quid
- Quid rei
- Quid nominis
  - } Qualitercunque explicans.
- Quid persõale vt quis per omnes casus.
- Quid contentivum, vt qui habet in se siue
  - Essentialiter.
  - Accidentaliter
  - Pars in toto & è contra.
  - Inferius in superiori & è cont.
  - Forma quæuis in materia.
  - Potentia in virtute.
  - Locatum in loco.
  - Causa in effectu & è contra, & huiusmodi plura.
- Operatiuum
  - } Acti
  - } Passi
  - } uè

D. De quo
- Primitiuum ut à quo
- Materiale
- Conuersiue
- Effectiue
- Constitutiue
- Compositiue
- Deriuatiue
- Possessiue vt cuius
- Originaliter

E. Quare
- Formaliter
- Finaliter vel propter quid
- Positiue
- Illatiue seu consequutiue

F. Quantum
- Magnitudinis
- Multitudinis vt quot
- Ordinis, vt quotus
- Multiplicitatis, vt quotuplex
- Distributionis, vt quotiens
- Rei
- Propositionis
- Accidentis cuiusq; intẽsi, extensi vel remissi
- Continuum
- Discretum

G. Quale

(c) 2006 Ministerio de Cultura

G. Quale. { Essentialiter, Coessentialiter, Accidentaliter. Conuertibiliter, Proprie, Appropriate.

H. Quando multiplicatur per regulas. { C. D. K.

I. Vbi { Repletiuum, Diffinitiuum, Occupatiuum, Contẽtiuum vt in quo. Quærens principium motus, vt vnde. } Multiplicatur per regulas. { C. D. K.

K { Quomodo { Essendi, Operandi, Attributionis { Essentialiter, Accidentaliter { Primariè. Secundariè.

K { Cum quo { Instrumentale, Medij vt per quid, Conuenientiæ vt cui.

K. Quomodo & cum quo { Est pars in se per modum { Differentiæ, Proprij. Est pars & in parte per modum { Actionis, Passionis. Sunt partes in toto & è contra & hoc { Constitutiuè, Compositiuè. Totum transmittit similitudinem suam & suarum partium extra se secundum modum. { Perfectionis, Finis.

V. Termini extranei inveniuntur. { Multiplicatione. Collectione. Similitudine. Vicinitate. Oppositione. Ex propriis communibusq; principiis rerum.

VI. Mul-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

VI. Multiplicantur subiecta prædicata & respect⁹ artis, etiam termini extranei per

- Diuisiones
- Essentialia
- Substantialia
- Accidentalia
- Genera
- Species
- Differentias
- Propria
- Accidentia
- Proprias passiones
- Actus
- Operationes
- Passiones
- Virtutes
- Potentias
- Partes
- Principia
- Causas
- Effectus
- Similia
- Conuenientia
- Oppositа
- Priora
- Posteriora
- Exempla
- Respectus
- Extranea
- Complexione varia
- Varia prædicatione
- Varia separatione & coniunctione.

Considerando hæc omnia diuersimode.

- Secundum se.
- Respectiuè.
- Comparatiuè.
- Secundum inesse vel non inesse.
- Secundum sic vel aliter se habere.

VII. Mixtio figurarum.

- A parte subiecti.
- A parte prædicati.
- A parte modi aut cuiuscunq; horum mixtim.
- Terminorum artis inter se.
- Terminorum artis cum extraneis.
- Terminorum extrancorum inter se.
- In vna figura.
- In diuersis & pluribus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- II. Pars omnis prædicatio est aut
  - Ex natura prædicati
    - Vniuoca
    - Communis
    - Denominatiua
  - Secũdũ attributionem
    - Naturalis siue necessaria.
      - Simpliciter
      - Ex hypothe
      - Genus (ĥ
      - Species
      - Differentia
      - Proprium
    - Contingens sive accidentalis
    - Remota siue impossibilis
  - Secundũ rationem prędicationis
    - Directa
    - Indirecta
    - Æqualis
    - Mediata
    - Absoluta
    - Comparatiua
  - Secundũ modum prædicationis
    - Prædicationis
      - Affirmatiua
      - Negatiua
    - Secundũ qualitatẽ
      - Conuenientiæ orationis cum re
        - Vera
        - Falsa
    - Secundũ quantitatem
      - Vniuersal.
      - Particular.
      - Indefinit.
    - Secundum modum terminorum
      - Secundum ineſſe
        - Reduplicatiue
        - Exceptiue
        - Separatiue
        - Comparatiue
        - Varie exponibiles
      - Secundum modum propositionis, cuius tot sunt genera, quot de tota quapiam dicto efferri diciue possunt.

Diffi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- 2. Diffinitio
  - Ex genere & differentia — Proprie proprium
  - Ex genere ꝓprio siue sit — Accidens proprium
  - Ex partibus.
  - A causa secundū quod libet genus cause
  - Per effectum & operationes — Actuales; Aptituninales; Potentiales
  - Per potentiam vel obiectum
  - Per potentiam & actum
  - Per esse & essentiam & è contrario
  - Per respectum & relationem
  - Ex fine rei
  - Per distantiam extremorum
  - Per abnegationem oppositi
  - Per species reliquas figuræ Q. ex — C D E F G H I K

- 3. Argumentum vel est
  - Syllogismus
    - Enthymema
    - Inductio
    - Argumentatio perfecta
- 3. Medium argumenti vel est
  - Antecedens
  - Consequens
  - Extraneum

4. Loca

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- 4. Loca essẽtialia ad pbandum & improbandum
  - Intrinseca A.
    - Diuisione & partitione.
    - Diffinitione & interpretatione.
    - Coniugatis
    - Genere
    - Specie
    - Similitudine
    - Differentibus
    - Contrariis
    - Coniunctis
      - Anterem
      - Cum re.
      - Post rem.
    - Repugnãtibus
    - Antecedẽtibus & consequentibus.
    - Causa efficiente
    - Effectu
    - Maiori
    - Minori
    - Paribus
  - Extrinseca
    - Attributa personæ
      - Nomen
      - Natura
      - Fortuna
      - Studium
      - Victum
      - Habitus
      - Casus
      - Affectus

      Et huiusmodi
    - Oracula
    - Autoritates
    - Confessata
    - Vulgi opinio
    - Sectæ
    - Pacta
    - Sententiæ
    - Iudicium
    - Usus
    - Leges
    - Attributa negotiorum
      - Quidnam
      - Cur
      - Quibus auxiliis
      - Vbi
      - Quomodo
      - Quando

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Loci accidẽtales
  - Ad exordiendum & mouẽdum animos vtiles
    - Autoritate
    - Relatione
    - Facilitate
    - Dissimilitudine
    - Consilio
    - Exaggerando
    - Nonvulgari
    - Comparatione
    - Consequentia
    - Demõstratione
    - Conuersione
    - Vi fortunæ
    - Tolerantia
    - Deploratione
    - Conuertentia
    - Humanitate
    - Cõmendatione
    - Vtilitate
    - Confessione
    - Exclamatione
    - Admiratione
  - Ad confutandũ seruenires
    - Aggressione
    - Intermissione
    - Promissione
    - Attenuatione
    - Admonitione
    - Retorsione
    - Illusione
    - Contemptione
    - Suspicione

Et eiusmodi

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- 5. Solutio quæstionis per modos
  - 6. Agrippæ
    - 14. Raymũdi de cuius sententia applicatio quæstionis ad inueniendũ veritatem solutionis consistit in his
      - Argumentando per varia media & diversa loca.
        - 1. Prima figura
        - 2. Secunda figura
        - 3. Tertia figura
        - 4. Quarta figura
        - 5. Tabula magna
        - 6 Evacuatio 3 fig.
        - 7. Multiplicatio quartæ figuræ
        - 8. Mixtio principiorum & regularum
        - 9. Diffinitiones principiorum
        - 10. Species triangulorum.
        - 11. Regulæ quęstionum
        - 12. Species regularum
        - 13. Nouem subiecta
        - 14. Termini extranei
    - 1. Figura A. — Directè
    - 2. Figura T. — Directè
    - 3. Figura duplex — Directè
    - 4. Figura multiplex — Indirectè
    - 5. Subiecta — Indirectè
    - 6. Regulæ — Indirectè

Dissolutio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Dissolutio argumentorum fit

I. Solvendo fallacias & ostendendo falsitatem

Verborum

Sententiarū

Per defectum in

Forma
Materia
Distinctione
Comparatione
Constructione
Coniunctione

Et huiusmodi

2. Ostendendo diuersitatem

Subiectorum
Principiorum
Mediorum
Causarum
Secundū aliter inesse
Secundum aliter referri.

Et huiusmodi

3. Improbatione argumēti & destructione loci vt quia

Falsus
Malè dictus
Negatione antoris
Negatiõe autoritatis
Destructione rationis
Per potiorem aliam rationem
Per rationem & autoritatem oppositā
Per sequelam inconuenientis
Per sequelam magis conuenientis
Excipiendo aliquod spirituale
Ratione differentiæ
Similitudinis
Causationis
Effectionis
Respectu, Separatiõe
Cohærentia
Contraria applicatione & huiusmodi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Initium
  - Fit auditores
    - III. Pars Directo per exordium manifestū facitq; idipsū
      - Attentos quia fit de rebus
        - Magnis
        - Nouis
        - Inusitatis
        - Cohortatione
      - Benevolos
        - A nostra
        - Ab auditorū
        - Ab aduersarij
        - A re ipsa
        - } persona
      - Dociles
        - Comprehensione
        - Divisione
        - } Brevi
    - Obliquè & occultè per insinuationem.
  - Esse debet non
    - Vulgare
    - Commune
    - Nimis prolixum
    - Superfluum
    - Affectatum
- 2. Narratio sive rei sive negotij laudatur si sit
  - Breuis
    - Nullo cursu
    - Nullis ambagibus
    - Sine repetitione
    - Sine reduplicatione
    - Solis necessarijs
  - Clara
    - Proprijs & vsitatis verbis
    - Debita & accōmodata pronūtiatione
  - Credibilis
    - Verisimilis
    - Debitis circumstantijs
- 3. Diuisio sive enūeratio
  - Absoluta
  - Pauca
  - Subdistribuenda
  - Ordinata
- 4. Deductio
  - Sermocinatiua
  - Argumentativa
    - Confirmatio
    - Confutatio
    - Plane
    - Diffusiveper extraneum
- 5. Conclusio
  - Potissima aliqua ratione
  - Enumeratione breui
  - Amplificatione ad diuersos fines.

Commentariorum Henrici Cornelii Agrippæ, in artem breuem Raymundi Lullii Finis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ARTI-

ARTICULI FIDEI SACROSANCTÆ AC SALUTIFERÆ LEgis Christianę cum eorundem perpulchra introductione: quos illuminatus Doctor Magister Raymundus Lullius rationibus necessariis demonstratiue probat.

INTRODUCTIO.

ALIQUI Christiani & magni in scientia nominati, quod pudendum & plorandum est: dicunt quod fides sancta Catholica est magis improbabilis quam probabilis: vnde sequitur infamia magna apud infideles, qui ex hoc credunt fidem nostram esse nullam, & forte aliqui Christiani contra dictam fidem sinistre suspicantur. Vlterius aliqui dicunt & asserunt, quod fides est vera: sed secundum modum intelligendi videtur non esse vera. vnde adiuvante Sancto spiritu conabimur quantum poterimus ad * probandū quod dicta fides sit vera & probabilis. Dicunt etiam quod fides non habet meritum cui humana ratio prębet experimētum, & ideo dicunt, quod non est bonum probare fidem vt non amittatur meritum. Asserentes autem ista & dogmatizantes quanquam magnos se reputent: & quod peius est ab alijs reputentur; ostendunt se manifestissime ignorantes. Quia aut intendunt dicere quod ipsa fides in se sit magis improbabilis quam probabilis, & etiam quātum ad Deum: videlicet quod magis sit improbabile ipsam esse à Deo, quam non * sit à Deo. Et in hoc casu nullus debet tali fidei quæ in se, & quantum ad hoc quod sit à Deo est magis improbabilis quā probabilis adhærere, nec non adhærendo potest à iusto iudice condemnari: immo adhærendo stultus est: eo quod facit contra rationem improbabilitati adhærendo, & probabilitatem deserendo. Aut intendunt dicere quod ipsa fides in se est magis improbabilis quam probabilis; sed probabile quod sit à Deo: Et in hoc casu si probabile est, quod sit à Deo: sequitur, quod ipsa est probabilis: & si est verum quod sit à Deo: ipsa est vera & necessaria. Cū enim Deus sit summa veritas, & summa sapientia, quę non fallit nec fallitur ipse, dicit illa esse, ergo est verissimum. Si enim cuilibet experto in sua scientia credendum est, ergo multo plus experientissimo, & sapientissimo in omnibus. Nec tertium possunt dicere, vtpote quod ipsa est probabilis, sed quod sit à Deo hoc est magis improbabile quā probabile. Cum enim fides Catholica iubeat Deum diligi super omnia, & perfectiones diuinas

1. *Error quarundam.*

2. *Error aliorum.*

* *probare*

3. *Error.*

Refutatio.

1. *Intellectus.*

* *esse.*

2. *Intellectus*

3. *Intellectus*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ponat in ſuperlatiuo gradu perfectionis, & extirpet vitia, inſerẽdo virtutes in altiori gradu perfectionis qui dari poſſit: & per conſequens ſit bona & optima: & omne bonum ſit à Deo tanquam à ſummo bono; ſequitur neceſſario, quod ipſa ſit à Deo; ergo eſt neceſſaria. Si autem detur quartum membrum, ſcilicet quod vtroq; modo ſit magis probabilis: tunc magis apertus eſt error eorum. Et cum zelus noſter noſtraq; totalis intentio ſit omnino circa defenſionem fidei: idcirco

4. Intellectus

Nos magiſter Raymundus Lull. hanc ſchedulam legamus religioſis & ſecularibus ſapientibus & diſcretis; vt videant ac diligentiſſime perſcrutentur prædicta ac etiam ſi infra ſcripta conſequentia de neceſſitate contineat veritatẽ: videlicet quod aliqui magiſtri in Theologia aſſerunt ſeu teſtantur; quod quæcunq; obiectio propoſita contra fidem Catholicam S. Sanctam, poteſt ſolui per neceſſarias rationes ſcilicet intelligendo ipſarum rationum conſequentias. Manifeſte ſequitur ergo quod ſancta fides Catholica poſſit iuxta eorum teſtimonium per rationes neceſſarias approbari: & hoc per modum intelligendi, nõ tantummodo per modum credendi. Si quis autem dixerit huiuſmodi conſequentiam quam facimus non attingere veritatem, cogitur dicere quod prædicta magiſtrorum ratio ſit inanis & quod principium ſit primum per ſe conſequens, & poſterius per ſe antecedens: & quod in argumento minor propoſitio ſit antecedens & maior conſequens: quod eſt impoſſibile & extra naturam intellectus. Rogat etiam Raymundus religioſos & ſeculares ſapiẽtes vt videant, ſi rationes quas ipſe facit contra Saracenos approbando fidem Catholicam habeãt veritatem, quia ſi forte aliquis ſolueret rationes quæ per Saracenos contra fidẽ Catholicam opponuntur, cum tamen ipſæ rationes quæ fiunt pro eadem ſoluere non valerent, fortificari Saraceni valde literati & ſapientes ſe facerent Chriſtianos. Si quis autem dixerit quod obiectiones quæ poſſunt fieri contra fidem, poſſunt ſolui per rationes neceſſarias: & probationes quę poſſũt fieri pro fide poſſunt frangi per rationes neceſſarias. Dicimus quod implicat contradictionem, quæ ſtare non poteſt. Quia duæ concluſiones circa idem contrariæ ſtare non poſſunt. Et de hoc ſubiungimus hoc exemplum. Vbicunq; eſt generatio, eſt & corruptio, Sed in Deo eſt generatio; ergo in Deo eſt corruptio. Qui autem intendit improbare per neceſſarias rationes quod corruptio non eſt in Deo: & ipſum oportet tenere quod generatio eſt in Deo, oportet etiam de neceſſitate quod ſciant generationẽ eſſe in Deo. hoc idem dici poteſt de iſtis maximis. vbicunq; eſt principium eſt rempus, vbicunq; eſt productio eſt ſuæ * ceſſio. Omne agens agit cum motu: de nihilo nihil fit. Nullum

Teſtimonia quorundam magiſtrorum

Vtilitas huius.

Obiectio facta.

Solutio.

Ratio.

Exemplum

*ſucceſſio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

infinitum

infinitū poteſt eſſe finitum. Qui non intelligit particularia non poteſt intelligere ſeipſum. Nulla virgo poteſt parere; nullum agens agit ſine inſtrumento; nullum nouum eſt perpetuale; vbicunq; eſt prioritas, eſt poſteritas; nullum ens exiſtens actus purus eſt multiplicabile; nullum ens poteſt perficere perfectum; nullum intelligibile eſt intellectum. vbicunq; ſunt plura, eſt compoſitio; nullus homo mortuus poteſt idem numero idem actu reſurgere; nullum corpus poteſt eſſe in pluribus locis in eodem tempore; nullum agens poteſt eſſe ſine ſubiecto. Nulla operatio poteſt eſſe infinita. In nulla æternitate eſt æternabile. Multas alias maximas poſſumus inuenire, ſed iſtas ponimus, quia qui ipſas poteſt ſoluere per rationes neceſſarias, oportet quod ſciat principia primitiua cum quibus ſoluat prædictas maximas, vt ſupra ſignificatum. Sed prædicta aſſerentes oſtendunt ſe ignorare Deum eſſe, & quum eſt Deus, Deum aũt eſſe eſt neceſſarium, & demonſtrabile magis neceſſaria demonſtratione quam ſit aliqua demonſtratio Mathematica: licet enim non dicant demonſtrationē potiſſimã eſſe, niſi illam in qua probatur paſſio de proprio ſubiecto, tamen certum eſt, quod etiam in tali demonſtratione præmiſſæ ſunt magis neceſſariæ veræ & notæ quam concluſio. Alias ex eis non probaretur, notificaretur aut neceſſitaretur concluſio: ergo ratio quæ per propoſitiones neceſſarias & ſubſtantiales concludet vnam concluſionem ſubſtantialem in qua prędicetur aliquid ſubſtantiale de ſubiecto vt ſubſtantia de homine, quæ quidem cõcluſio habeat ita neceſſariò aliquẽ modum dicendi per ſe, ſicut vna præmiſſarum demonſtrationis concludentis paſſionem de proprio ſubiecto erit magis neceſſaria quam illa quæ concludet paſſionem de ſubiecto, vt iſta; omne illud quod per ſe ſtat & ſubſtat accidentibus eſt ſubſtantia. Homo ſtat per ſe & ſubſtat accidentibus: Ergo homo eſt ſubſtantia. Iſta ratio vel ſyllogiſmus eſt magis neceſſarius, quam ille, in quo concluditur omnis homo eſt riſibilis: & iſta, omnis figura trilatera eſt figura, triangulus eſt figura trilatera: ergo triangulus eſt figura: iſta eſt magis neceſſaria ratio quam illa in quo concluditur; quod triangulus habet tres, &c, cuius ratio eſt quia ſubſtantialia quæ conſtituunt ſubiectum, ſunt magis de neceſſitate ſubiecti, quam accidentia. Sicut quartus modus dicendi per ſe & primus ſunt magis neceſſarij & euidentes quam ſecundus. Vlterius admirandum eſt, cum dicant quod demonſtratio propter quid, eſt quando concluditur paſſio de ſubiecto: quare hoc dicentes non conſiderauerunt quod cum cuilibet ſubiecto conueniat propria actio ſicut propria paſſio, & propria actio ha-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

beat ita neceſſarias cauſas & euidentes ſicut propria paſſio & multo plus ſi quis bene conſideret, quod actio eſt nobilior paſſione: & quare non dixerunt demonſtrationem potiſſimam quando probatur propria actio de proprio ſubiecto, ſicut quando probatur propria paſſio de proprio ſubiecto. Hoc dictum eſt contra illos qui tantum arctant & male vocabulum demonſtrationis reſumẽtes, ergo vnde ſermo fuit prius, dicimus quod prædicta dogmatizantes oſtendunt ſe ignorare Deum eſſe & quid eſt Deus. Nam manifeſtato & probato quod Deus ſit & quid ſit, hoc eſt quæ ſunt eius perfectiones & dignitates, ſequitur articulos fidei Chriſtianæ non ſolum eſſe plus probabiles quã improbabiles: immo eos eſſe veros & neceſſarios: quod in pluribus libris noſtris probamus.

DEUS IN VIRTUTE TUA ſperantes, & de tua gratia confidentes, intendimus probare articulos fidei per neceſſarias rationes.

AD probationem articulorum fidei accedentes: antequam probemus vnum Deum eſſe, intendimus probare Deum eſſe. Ad probandum autem Deum eſſe, oportet præcognoſcere, quid eſt quod dicitur per hoc nomen Deus. Et dicimus quod tam ſcientes quam minus ſcientes (quaſi pro regula, & vt naturaliter notum) tenent quod hoc nomen Deus, ſignificat ens, quod eſt ſumme & infinite bonum & bonitas, magnum & magnitudo, æternum & æternitas, potens & poteſtas, ſapiens & ſapientia, volens & voluntas, virtuoſum & virtus, verum & veritas, glorioſum & gloria: habens in ſe omnem perfectionem infinitam in ſummo abſq; aliqua imperfectione.

In hoc enim omnes intelligentes conueniunt, ſicut in vno principio communi & per ſe noto, quod Deo attribuunt quicquid altius, nobilius & perfectius poteſt cogitari. Si tamen negaretur nobis, quod hoc nomen Deus non ſignificat hoc quod diximus, nobis ſufficiat probare quod ſit dare tale ens quale deſcripſimus, & de nomine contendere non intendimus & quod ſit tale ens per quinq; rationes probare intendimus omittendo multas alias cauſa breuitatis huius operis.

Et primo probamus quod ſit dare ens ſummũ in bonitate & ſumme bonum.

PRIMO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

PRIMO QVOD ENS SVMmè bonum sit.

SI summum bonum est: summum malum non est: & si summum malum est: summum bonũ nõ est: quia duo & maximè quæ sunt contraria, non possunt esse summa simpliciter. Eo enim quod ponuntur esse duo summa, sequitur quod neutrum duorum est summum simpliciter. Si etiam ponatur summum bonum non esse, sequitur quod sua priuatio est summè mala. Quia sicut positio summi boni est summè bona, sic priuatio summi boni est summè mala. His prçmissis ostensiuè syllogisamus sic. Omne illud cuius præsentia est summè bona, & sua absentia est summè mala, omne tale est necessarium. Cum bonum & esse conueniant, & malum & non esse. Aliàs non esse & priuatio, essent actualiora, meliora, & perfectiora esse & actu, quod est contradictio: & per consequens summum bonum & summum esse, & summum malum & summum non esse. Alias quodcunque bonum non summum, esset melius summo bono, vel saltem æquale. Sed præsentia summi boni, est summum bonum, cum ponat summum bonum, & priuet summum malum. Sua enim absentia est summè mala, cum dicat priuationem summi boni, & affirmet summum malum, vt probatum est: ergo summum bonum esse est necessarium. Imo si ratio subtiliter consideretur, sequitur, quod solum summum bonũ esse, est necessarium: cum solum summum bonum, & summũ esse, conueniant & solum summum bonum sit simpliciter, & vnicè necessarium. Aliàs non esset summum, nec aliquod esse, est summum nisi sit necessarium, Tale autem summum bonum dicimus Deum, ergo Deum esse est necessarium.

SECVNDO QVOD SIT DARE ens infinitè magnum.

OMnis res, quanto magis accedit ad esse, & magis participat enitatis, tanto maior & melior est: Sed si nullum ens est infinitè magnum, omne ens est finitè magnum. Ens finitè magnũ nobilius est, quia est, quàm ens infinitè magnum, quod non est. Et sic sequitur quod quãto res erit magis finita, tanto magis accedet ad esse, & maior & melior erit. Cum ergo pars sit magis finita suo toto, erit maior & melior suo toto, ergo pars non erit pars, immo totũ nec totũ erit totũ, imo pars: Sed hoc est falsũ & impossibile, quia cõtradictio, ergo id ex quo sequitur est falsum & impossibile. Sequitur autem ex hoc quod ponitur ens infinitè magnum non esse, ergo ens infinitè ma-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnum non esse, ergo ens infinitè magnum non esse, est impossibile: ergo ens infinite magnum esse, est necessarium Ostensiue syllogizamus sic.

Omne ens quanto maius est, tanto de necessitate plus participat entitatis.

Sed ens infinite magnum, maius est de necessitate ente finite magno: ergo de necessitate plus participat entitatis.

Cum ergo ens finite magnum sit: ens infinite magnum esse est necessarium.

Tale autem ens dicemus Deum qui est infinitas: ergo Deum esse est necessarium.

TERTIO QVOD ENS *æternum sit.*

OMNE ens est æternum vel non est æternũ, sed ens quod nõ est æternum, est principiatũ, ens autem principiatum, non potuit principiare seipsum, quia fuisset antequã esset: ergo (cum experiamur multa entia esse principiata) oportet ens æternum esse, à quo sunt omnia principiata: aliàs non esset ens ęternũ nec principiatũ: & sic nihil esset. Sed nihil esse est impossibile: ergo id ex quo sequitur: sequitur autẽ ex hoc quod ponitur ens æternum esse: quod ens æternum non esse est impossibile: ergo ens æternum esse est necessarium. Ostẽsiue syllogisamus sic: Omnis existentia entis principiati, prę supponit de necessitate ens æternum esse, vt probatum est: sed ens principiatũ est: ergo de necessitate ens æternum est, tale autẽ ens dicimus esse Deum; ergo esse est necessarium. Si vero dicatur quod illud ens æternum potest esse mundus vel aliquid aliud à Deo: istud dissoluemus infra: vbi probabimus quod nihil potest esse æternum nisi solus Deus.

QVARTO QVOD ENS INFI- *nitum in potestate sit.*

SI non est dare ens infinitum & summum in potestate, omne ens finitum in potestate: & si sit, nihil est æternum. Quia quod est æternum: est infinitum in duratione, quod autem est infinitum in duratione, habuit, & habet, & habebit potestate ad durandum in infinitum. Talis autẽ potestas potuit in infinita prętcrita: quia inquãtum potestas fuit infinita potuit in infinita: ergo vel est dare ens potestate in infinitum: vel oportet quod non sit ens ętternum asserere. Sed si non est ens æternum: non est ens non æternum: non est ens nõ æternum vt supra probatum est, & si: nihil est: sed nihil esse est falsum & impossibile

ergo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ergo id ex quo ſequitur. Sequitur autem ex hoc quod ponitur ens infinitum in poteſtate non eſſe: ergo ens infinitum in poteſtate non impoſſe ergo ens infinitum in poteſtate eſt neceſſarium. Tale autem ens dicimus eſſe Deum, ergo Deum eſſe eſt neceſſarium.

QVINTO QVOD ENS SVMmum in virtute ſit.

OMNE ens quanto magis habet virtutis: tanto magis appropinquat ad immenſitatem & ſummitatem virtutis: ſed quanto magis appropinquat ad immenſitatem & ſummitatē virtutis, tanto magis appropinquat ad nihil. Si non eſt dare ens immenſum & ſummum in virtute, quanto autē magis appropinquat ad nihil, tanto minus eſt. ergo à primo ad vltimum quanto ens magis habet virtutis, tanto minus habet, ſed hoc eſt falſum & impoſſibile, quia ſequitur contradictio ergo id ex quo ſequitur. Sequitur autem ex hoc quod ponitur ens ſummum in virtute non eſſe, ergo ens ſummum in virtute non eſſe eſt impoſſibile, ergo ipſum eſſe eſt neceſſarium: tale autē ens dicimus Deum, ergo Deum eſſe eſt neceſſarium. Ex præmiſſis colligitur quod ens, quod eſt ſummum in bonitate, infinitum in magnitudine, æternum duratione, immenſum, poteſtate & virtute, eſt ſummè ſapiens & ſumma veritas, aliàs nō eſſet ſumme bonum, caret etiam principio & fine aliàs nō eſſet eſſentialiter æternum. & ſummum ſimpliciter, quia ſi eſſet in eo compoſitio, eſſet naturaliter diuiſibile, & per conſequens mutabile, & ſic nō eſſet æternum nec ſimpliciter primum. Eſt etiam infinitum in virtute & omni perfectione perfectum & principium omnium, aliàs non eſſet ſumme potens & omnipotens Eſt finis omnium, aliàs ſi omnia ad ſe non ordinaſſet, non eſſet ſumme ſapiens nec ſumme bonum. Eſt etiam purus actus, quia ſi eſſet in eo aliquid potentialitatis, eſſet in eo compoſitio & naturæ diverſitas Patet enim quod omnes iſtę rationes bonitas, magnitudo, æternitas, poteſtas ſapientia, voluntas, virtus, veritas & ſimilia, ſunt in eo realiter, alias non eſſet verum & perfectū. bonum magnum, &c. Et quod iſte rationes in eo ſunt vnum & idē vna eſſentia & natura. Si enim differunt, non eſſet tale ens totū bonum, totum magnum, & ſic de aliis rationib. Sua etiam potentia eſt ſua eſſentia, aliàs eſſet in Deo differentia. Et eſt ab ipſo omne eſſe & omne poſſe, alias eſſet ſumma eſſentia ſumma potentia Et ſi ab ipſo eſt omne eſſe & omne poſſe quicquid habet quicquid poteſt habet & poteſt à ſe ipſo. Probavimus ergo de neceſſitate eſſe tale ens quale deſcripſimus, & per conſequens Deum eſſe de neceſſitate.

SEXTO

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SEXTO QVOD SIT VNVS Deus tantùm.

PROBATO quòd ſit de neceſſitate tale ens, quale deſcripſimus, quod quidem dicimus Deum eſſe: probamus quod non ſit Deus niſi vnus. Illud ens eſt ſummè bonũ quod eſt ſupra omne bonum: ſed ſupra probauimus quod de neceſſitate eſt dare ens ſummè bonum, ergo ipſum eſt ſupra omne bonum ſummum: non eſſet autem ſupra omne bonum, ſi eſſent duo vel plura ſumma bona: cum ſummo non ſit maius: ergo eſt tantum vnum ſummum bonum: ergo eſt tantum vnus Deus. Si ſunt plures dii, ſunt plura entia infinita, cũ probatũ ſit quod Deꝰ eſt ens infinitũ, ſed plura entia infinita eſſe eſt impoſſibile, quia ſi eſſent plura infinita vnũ eſſet extra aliud, & cum infinitũ dicatur, quod nulla menſura menſurari poſſit: menſura vnius non comprehendetur à menſura alterius, & ſic vna menſura alia ſupergrederetur, & ita neutrũ eſſet infinitum, cum extra infinitum nihil ſit, ergo impoſſibile eſt plures Deos eſſe, & ſic eſt vnus Deus tantum, In Deo ſunt idem ſua bonitas, ſua magnitudo. ſua æternitas, ſua poteſtas, & ſic de alijs. Eſt inter iſta & ſumma cõcordantia, ſumma vnitas, ſiue identitas, vt probatum eſt: ſed bonitas diuina ratione ſuę nobilitatis & ſummitatis nõ compatitur eſſe aliquid bonum aliud à ſe æquale ſibi in bonitate ergo nec æternitas diuina compatietur aliquod ens aliud à ſe eſſe ſibi æquale in duratione & æternitate. Sed ſi ſunt plures dij, ſunt plura entia æterna, ergo impoſſibile eſt plures Deos eſſe. Si ſunt plures dij, ſunt plures omnipotentes: ſed plures omnipotẽtes eſſe eſt impoſſibile, ergo plures Deos eſſe eſt impoſſibile: ergo vnum Deum eſſe eſt neceſſariũ. Iterum quod impoſſibile ſit eſſe plures omnipotentes patet: quia aut potentia vnius, eſt potentia alterius, & ſi ſic nõ ſunt eſſentialiter plures omnipotẽtes, ſed vnus: aut potentia vnius, nõ eſt potentia alterius, ſed ſunt potentiæ diuerſæ, & ſic nullus eſt omnipotẽs, ex quo quod poteſt vnus, non poteſt alius. Impoſſibile eſt eſſe plura entia, omni perfectione perfecta, ſed ſi ſunt plures dij, ſunt plura entia omni perfectione perfecta. Cum ita ſit quod intelligamus Deũ omni perfectione perfectum, ergo impoſſibile eſt plures Deos eſſe, ergo tantum vnum Deum eſſe neceſſariũ. Et quod impoſſibile ſit eſſe plura entia omni perfectiõe perfecta. Cũ ita ſit quod intelligamus Deum omni perfectione perfectum, ergo impoſſibile eſt plures Deos eſſe, ergo tantum vnum Deum eſſe eſt neceſſarium. Et quod impoſſibile ſit eſſe plura entia omni perfectione perfecta patet: quia ſi in quolibet eſſet omnis perfectio, quic-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

q̃uicquid perfectionis eſſet in vno eſſet in alio, ergo in omnibus eſſet vna & eadem perfectio. Non ergo ſunt plura in perfectione nec plura perfecta ſed vnum. Si autem dicatur quod perfectio quę eſt in vno non eſt in alio, in nullo erit omnis perfectio: immocuilibet deficiet omnis perfectio ex quo in quolibet ponitur omnis perfectio.

SEPTIMO QVOD IN DEO ſit perſonarum pluralitas, & poſt quod ſint duæ perſonæ.

NOn minoris, actualitatis, poteſtatis & nobilitatis, eſt bonitas infinita quam bonitas finita: Sed bonitas finita eſt ratio bono finito quod producat naturaliter & de ſe bonũ finitum: ergo bonitas infinita erit ratio bono infinito, quod producat naturaliter & ex ſe bonũ infinitũ: ergo cum in Deo ſit bonitas infinita producet bonum infinitum. Nihil autem aliud à Deo poteſt eſſe infinitum, ſed ſolus Deus, vt probatum eſt: ergo Deus cum ſit bonum infinitum producet bonum infinitum, & per conſequens idem & æquale ſibi in bonitate eſſentia & natura. Cum ſuperius ſit probatum quod non poſſint eſſe duo vel plura infinita per eſſentiam differentia. Cum ergo omnis actio ſit ſuppoſitorum, ſcilicet ſuppoſiti vt producentis & ſuppoſiti vt producti. Inter producens & productum oportet eſſe diſtinctionem ſuppoſitorum: cum idem non poſſit ſeipſum producere. In diuinis erit ſuppoſitum producẽs & ſuppoſitum productum, & vtrumq; dicimus perſonam, cum perſona dicatur rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia: & verius & proprius dicetur in diuinis perſona quam in creatis: eo quod in diuinis eſt perſona naturæ diuinæ incommunicabilis eſſentia: ſequitur ergo perſonarum pluralitas.

Omne id quod eſt purus actus, æternus & infinitus agit æterne & infinite, & æternum & infinitum: aliàs non eſſet purus actus æternus & infinitus: ſed Deus eſt purus actus æternus & infinitus: ergo agit ęternaliter & infinite & æternum & infinitum: ſed omne tale eſt Deus: ergo Deus producit Deum. Sicut enim proprius & naturalius eſt creaturæ cum ſit finita operari parua magis quam magna, eo quod magis participant cum creatura, quia magis accedunt ad finitatem, ſicut miles qui facilius dat vnum equum quã vnum caſtrum, & rex vnum caſtrũ quã ciuitatẽ, ſic & multo plus & proprius & naturalius Deo cum ſit infinit⁹ operari ea quę ſunt magna ſimpliciter quã ea quę ſunt parua: Aliàs non operaretur ſecundum modum & virtutẽ naturæ ſuæ. nihil autem eſt ſimpliciter magnum niſi ſolus Deus, ergo Deus produxit Deũ. ſequitur ergo perſonarum pluralitas.

Im

(c) 2006 Ministerio de Cultura

In Deo ſunt idē ſuū exiſtere & ſuum agere. Cū ipſe ſit purus a. & ſed Deus eſt Deus in exiſtēdo, ergo erit Deus in agēdo, ergo De producet Deum alias Deus eſſet Deus in exiſtēdo & nō eſſed Deus in agendo, ſequitur ergo perſonarū pluralitas. Impoſſibile eſt vnam & eadem & ſimplicē eſſentiam diſtare à nihilo in infinitū & non diſtare à nihilo, quia implicatur contradictio ſed diuina eſſentia eſt eadem cum ſua potentia quia ſimplex eſt, & cum ipſa eſſentia ſit infinita diſtat à nihilo in infinitum: ſed ſi de ſe & naturaliter nihil poteſt producere ſua potentia non diſtat à nihilo in infinitum, imo habet ſecum annexum nihil: ex quo nihil poteſt producere, ergo diuina eſſentia diſtat à nihilo in infinitum, & diuina potentia quę eſt idem cum diuina eſſentia non diſtat à nihilo ſed hoc eſt impoſſibile, ergo diuina potentia poteſt aliquid de ſe & ex ſe producere, non finitum: quia diuiſibilis non eſt, cū ſit ſimplex, ergo producet de ſe & ex ſe infinitū, ſequitur ergo perſonarum pluralitas. Nobilius eſt illud ens quod bonum eſt & bonum facit, infinitū eſt & infinitum facit, æternum eſt & ęternum facit perfectum eſt & perfectū facit, quàm illud quod non facit, aliàs potentia & priuatio eſſent nobiliora quam ſit actus, ſed Deus non ſolum eſt ens nobilius omni ente, ſed etiam ſimpliciter nobiliſſimum: ergo ipſe cū ſit ſumme bonus infinitus & perfectus (vt ſupra probatū eſt) producet bonum infinitum ęternum & perfectum, quia producendo bonum finitum nō coæquaret actum ſuum quantum ad terminum ad quem: cum ſit finitus ſibi ipſi qui eſt infinitus, nec in tali actu ſuā eſſentiam cōmunicaret. Nihil autem poteſt eſſe bonum infinitum æternum & perfectum niſi ſolus Deus: ergo Deus producet Deum æqualem ſibi in omnibus. Probauimus ergo in diuinis eſſe duas perſonas, vnam producentem & aliam productam: perſonam producentem appellamus patrem, & perſonam productam filium appellamus.

OCTAVO QVARE PERSONA producens dicatur pater & producta filius.

OMNE illud quod producitur de eſſentia alicuius ſecundū naturæ operationem, & ſecundum principalem procedēdi modum & ordinem, & eſt in eadē eſſentia & natura cū producente: dicitur & eſt filius producentis, & producens dicitur pater cum ſint relatiua. Sicut videmus & dicimus quod homo generatus ab alio homine dicitur eius filius à quo eſt immediate generatus, quia eſt de eſſentia generantis & educitur in eſſe ab eo per naturalem generationem, & participat cum eo ſecundum ſpeciem eandem eſſentiam & naturam, & procedit ab

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ab eo ſecundum principalem procedendi modum & ordinem, quia procedit ab eo per generationem & immediate. Et ſi homo generatus haberet à patre animam per quã eſt homo, verior & perfectiori modo eſſet filius eius. Et ſi eſſet à parte ſecundum totam ſubſtantiam abſq; adiutorio matris: adhuc eſſet vẽriori & perfectiori modo filius eius. Et ſi eandem eſſentiam haberet, cum eo, & ab eo, adhuc veriori modo eſſet filius eius, & per conſequens pater eſſet veriori & perfectiori modo pater. Cum ergo Deus rationæ ſuæ ſummæ nobilitatis, actualitatis & fecunditatis producat de ſe toto æqualem ſibi per omnia & naturaliter, quia probatum eſt quod Deus in agendo ſicut in exiſtendo: ſic etiam iſta productio, ſecundum principalem procedendi ordinem, quia ſicut dualitas prior eſt trinitate, ſic proceſſio vnius de vno per modum generationis prior prioritate originis proceſſione: Quæ vero eſt per modum generationis, nec vnus de vno ſed vnius de duobus. Veriſſime ergo in diuinis in productione qua vnus producitur ab vno *prouectus dicitur filius & producens pater & tanto veriori modo quã in rebus creatis quando veriori modo omnia prędicta inueniuntur in diuina generatione.

* *productus.*

NONO IN DIVINIS SIT dare tertiam perſonam.

PROBATO quod ſit in Deo perſona patris & filij, reſtat probare tertiam perſonam ſcilicet S. ſanctum. Probatum eſt ſuperius quod pater producit filium per modũ naturæ qui eſt idem patri in ſubſtantia & æqualis per omnia, ſicut ergo naturale eſt patri filium generare ita naturale eſt ei filium amare cũ ſit infinitę bonus: & ſicut naturale eſt filio generari à patre, ita naturale eſt ſibi patrem amare. Inde arguimus ſic. Omnis amor verus actualis & perfectus fuerit de neceſſitate amantem amatum & amare: ſed in Deo amor verus actualis & perfectus, & eſt ibi amans pater eſt perſona, amatus filius qui eſt perſona vt probatum eſt: ergo eſt amor procedens à patre in filium & è conuerſo erit perſona. Aliàs amor diuinus non eſſet tantæ actualitatis, bonitatis, magnitudinis, &c. quantæ amans & amatus. Impoſſibile eſt in diuinis eſſe aliquod accidens, cum eſſentia diuina, vt probatum eſt, ſit ſimpliciſſima & nobiliſſima, ſed ſi amor patris & filii, non eſſet perſona, eſſet amor accidentalis, ergo neceſſe eſt illum amorem eſſe perſonam. Tantæ actualitatis & fecunditatis eſt amare in Deo ſicut generare, ſed per generare exit perſona de perſona ſicut filius de patre: ergo de amore patris & filii exit perſona. Maior unitas quæ poteſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poteſt eſſie ſalua diſtinctione ſuppoſitorum, docet eſſe inter patrem & filium (cum inter eos ſit concordantia) Sed vnitas eſſentiæ & operationis eſt maior vnitate eſſentiæ tantum: ergo pater & filius vnientur non ſolum in eſſentia, ſed in operatione naturali infinita & eſſentiali, quæ ſit eis ęqualis per omnia. Hoc autem non eſſet niſi illud productum eſſet perſona in cuius productione pater & filius ęqualiter cõcordarent, quãtum ad omnes rationes & dignitates. Omnis operatio ſicut eſt ſuppoſiti, vel ſuppoſitorum, vt termini à quo: ita oportet, quod ſit ſuppoſiti, vt termini ad quem. Cum ergo omnes dignitates quæ ſunt in patre & filio ſint actiuæ: ſicut pater eſt perſona, & filius eſt perſona, ſic eorũ operatio ſiue productio intrinſeca erit perſona. Patet ergo quod ſi ponatur in divinis prędicta perſonarum pluralitas quam probavimus, quod omnes dignitates divinæ habent actus ſuos intrinſecos & perfectos, ſecundum omnes rationes, ſicut bonitas bonificatiuum, bonificabile & bonificare: magnitudo magnificatiuum magnificabile & magnificare: & ſic de omnibus alijs dignitatibus. Si autem non ponatur in diuinis prædicta perſonarum pluralitas, nulla dignitas diuina habebit actum naturalem & intrinſecum: imo erunt omnes otioſæ & intrinſecæ: & carentes naturali perfectione & fecunditate: nec habebit Deus, cui ſummum & infinitum amorem impendat, nec à quo ſumme & infinite diligatur. Poterit etiam operari de nihilo aliquid, ſicut creaturas, de ſe autem nihil poterit operari: & ſic Deus non erit ens nobiliſſimum actualiſſimũ & perfectiſſimum eo quod non erit actiuus de ſe: & naturaliter nec habebit perfectas rationes: quod eſt impoſſibile.

QVARE PERSONA PROCEDENS à patre & filio dicatur Spiritus Sanctus.

PROBAVIMUS ſuperius quod ex amore patris ad filium & econuerſo procedit tertia perſona, quam appellamus Spiritum ſanctum. Eo quod ſicut quãdo duo homines mutuo & intime diligunt ſe: fit ſpirituũ eorum communicatio: & quidam intimus & æſtuans eorum amoris impulſus, propter quod & illi dicuntur habere vnum ſpiritum, qui idem amant, & idem affectant: cum amicitiæ ſit idem velle. ſic quia pater amãdo filium intima & ſumma dilectione, cũ ſit ſumme bonus, & filius amãdo patrẽ intima & ſumma dilectione ad inuicẽ in iſto amore cõmunicant perſonam procedentẽ per modum mutui amoris & intimi dicitur ſpiritꝰ. Quia ſicut ſpiritus vitalis eſt nexus & vnio corporis & animę: ſic imo nobiliori modo eſt S, ſanctus nexus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nexus patris & filij,& non dicitur filius,quia alius fit. Eſt enim modus in diuinis quo vnus procedit ab vno, per modum generationis, & alius quo vnus procedit ab illis duobus per modum amoris. Dicitur etiam & appellatur ſanctus:quia eſt opus ſanctificationis,& ex ſanctificatione procedens. Quia pater diligendo filium ſummo & intimo & æterno amore eſt filio innocens, & filius diligendo patrem ſummo & intimo & æterno amore eſt patri innocens,& quia ex iſto mutuo amore quo pater eſt innocens filio & econuerſo procedit & dicitur ſanctus. Quia ſicut eſt ex natura ſpiratiua amborum ſic eſt ex natura amborum ſanctificatiua. Dicitur etiam ſanctus : quia innocens eo quod adeo perficit,& complet diuinarum numerum perſonarum:quod nõ poſſunt eſſe plures, quam tres nec pauciores, ſicut ex ſequentibus declarare intendimus & probare.

VNDECIMO QVOD IN DIVINIS ſint tantum tres perſonæ.

IN ſuperioribus probatum eſt quod in diuinis ſint tres perſonæ quarum vnam appellamus patrem,aliam filium qui à patre procedit,aliam ſpiritum ſanctum,qui à patre procedit & filio. Prima perſona eſt quæ à nullo procedit , ſed ab ipſo ſolo procedit quæ prima eſt pater, Secunda perſona eſt quæ procedit ab alia & ab ipſa procedit alia,quæ ſecunda eſt filius. Tertia perſona eſt quæ procedit à duabus , & ab ipſa nulla procedit : quæ tertia eſt ſpirituſſanctus. Probabimus ergo primò generaliter quod non poſſunt eſſe niſi tres perſonæ. Secundo probabimus in ſpeciali, conſiderando perſonarum ipſarum nomina & proprietates. Omnes dignitates, & rationes prædictæ ſunt in Deo perfectiſſimè,& completiſſimè,cum ſint idem ut Deus,ſed ipſæ non poſſunt ſignificari,diſtingui,& determinari, niſi ſub numero & in numero trinario: ergo neque perſonę , alias inter dignitates diuinas & perſonas erit realis diuerſitas , & ſi ſic dignitates diuinæ non erunt Deo ratio producendi, ſuppoſita ſeu perſonas quod eſt impoſſibile. Et quod rationes & dignitates ſint , in numero trinario tantùm,patet. Omne *enim quod eſt bonum, vel eſt bonificans,vel bonificatum, vel bonificare,& omne quod eſt magnum,vel eſt magnificans,vel magnificatum,vel magnificare,& ſic de alijs. Cum ergo nõ poſſit ratio cõpleta dignitatũ inueniri,in minori numero,quã in trinario,nec inueniatur in maiori:erũt pſonę dictę in numero trinario. Ille numer⁹ qui ẽ om-

* *Hinc conſimilibuſque ex locis videtur quidem colligere Lull. tres diuinitatis perſonas eſſentia quoque diſcretas ſtatuere. Cum ta-*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

men inde ab initio ad cap. 6. & eo ipso potißimum nil egerit aliud, quam vt vnitatem essentiæ diuinæ assereret. Hic autem consimileſque loci ita possent accipi, vti & ab S. Hilario distinguitur inter sapientiam gignentem & genitam non, essentia sed hypostaseſi discretas. Ita enim & Lullius procul dubio accepit bonitatem bonificantem & bonitatem bonificatam, & ipsam actionem qua fit illa bonificatio, non essentia, sed personis differentes. Caterum si quis alius alia deprehenderit à nobis nec dum visa loca, in quibus aliud statuit Lullius: eorum defensionem in nos non recipimus: sed ipsimet lectoribus autores sumus, vt fugiant quæcunque aut apud hunc aut apud alium autorem falsa deprehenderint. In arte certe magna aperte ait: Deum in quantum consideret vnitatem sua essentia, non considerare plures rationes: sed in quantum consideret quod non possit omne sine pluribus rationibus, numerare ipsas realiter, &c. Et in arte parua ait correlatiua diuina conuenire infinitè & æternè in vna essentia & natura, &c. Et in arte Cabal. tract. 3. cap. 3. aperte hanc obiectionem soluit. Nec sequitur per hoc quod in Deo sint plures bonitates, & plures essentiæ &c. Et paulò post. Idem est tamen alijs per essentiam, &c. Et cap. 7. Et si dicatur; Ergo in Deo nulla est pluralitas? cui respondendum est; quod est verum, considerando suam essentiam purißimam. &c. Et ad summam, neminem tam rigidum lectorem futurum arbitramur, qui à veterum librorum editoribus postulaturus sit, vt ea tueantur ipsi, quæ non vt sua, sed aliena communem in lectorum edunt vtilitatem, suum cuique liberum relinquentes iudicium.

nibus aliis nobilior, & necessarior debet poni in diuinis, ex quo probatum est, quod est ibi pluralitas, sed numerus trinarius est aliis nobilior & necessarior, cum nullus actus possit esse sine numero trinario, sicut patet quod in omni actu oportet dare terminum à quo & ad quem, & actum medium nexum vtriusque termini: ergo in diuinis erit numerus trinarius. Ille numerus cuius partes magis conformiter regulatę & ordinatæ se habent: ponēdus est in diuinis: cum sit ibi summus ordo non temporis: sed processionis seu originis. Sed numerus trinarius, vt ponitur in diuinis habet partes conformes regulatas, & ordinatas: quia quæcunq; diuina persona consideretur: duæ aliæ eam æqualiter respiciunt & æqualiter respiciuntur ab ea, imo quoq; mirabile est, & singulare in diuinis considerata quamuis vna persona, tanquam, pro vna parte numeri trinarij, & aliis duabus eam aliqualiter respicientibus fit triangulus, vt si consideres personam patris, persona filij & spiritus sancti, eam æqualiter respiciunt & respiciuntur ab ea æqualiter. Si considerres personam filij: æqualiter immediatè respiciunt eam pater & spiritus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& ſpiritus ſanctus, & reſpiciuntur ab ea. Si conſideres perſonam ſpiritus ſancti: æqualiter reſpiciunt eam pater & filius, & reſpiciuntur ab ea. Et ita ſemper fit triangulus, & quia hoc fit conſiderata qualibet perſona, fit ibi circulus: & ita numerus trinarius triangulatur, & triangulus circulatur, & circulus triangulatur. In nullo autem numero alio poteſt inueniri iſta harmonia iſta pulchritudo niſi in numero trinario. Et non in quocunque numero trinario: quia in numero trinario directè producto licet primum æqualiter ſe habeat, ad ſecundum, ſicut ſecundum ad primū, & ſecundū ad tertium & econuerſo: non tamen primum ęqualiter ſe habet ad tertiū, & ſecundum: nec tertiū ad primū & ſecundum; ſed hoc invenitur in trinario ordinato, eo modo quo ponitur numerus trinarius in diuinis: ergo patet quod in diuinis ſunt tantū tres perſonæ & etiā quod ſic ſūt ordinatæ & diſtinctæ ſicut diximus. Secundo probamus quod in diuinis non ſunt niſi tres perſonæ attēdendo nōina perſonarū & proprietas earū. Omnia illa quæ ſunt in diuinis ſunt perfectiſſima & in ſumo eſſe: ſed ſi eſſēt plures patres, vel plures filij, vel plures ſpiritus ſancti: aut eſt neceſſariū eſſe plures patres, vel plures filios, vel plures ſpiritus ſanctos aut non: ſi non ſit neceſſarium eos eſſe plures non ſunt: quia quicquid in diuinis eſt, neceſſariū eſt, & non contigens. Si neceſſarium eos eſſe plures: ergo in nullo reperitur perfectio completa & coæqualis ratio paternitatis, filiationis, & ſpirationis, ergo nullus eſt perfectus pater: nullus perfectus filius, nullus perfectus ſpiritus ſanctus. Ex quo non ſufficit vnus pater, nec vnus filius nec vnus Spiritus Sanctus ergo nullus perfectè bonus: nullus perfectè producit, nullus perfectè producitur: nullus perfectè dat nec recipit, ſed hoc eſt impoſſibile. Non ergo eſt dare quartam vel vlteriorem perſonā quæ ſit pater, vel filius, vel ſpiritus ſanctus. Si autē dicatur quod ſit quarta perſona, vel vltra non eſt pater, nec filius nec ſpiritus ſanctus, non erit talis perſona producta à patre & filio, & ſpiritu ſancto, inquantum pater & filius, & ſpiritus ſanctus, ex quo perſona producta non erit pater, nec filius, nec ſpiritus ſanctus. Cum tamen omnis actio ſit ſuppoſitorum. Si autem dicatur quod non producitur à tribus perſonis, ſed ab vna vel à duabus. Sequitur idem inconueniens quod prius: & vltra hoc, quod perſona producta immediatius & maiori amore & germanitate adhærebit illi vel illis à qua producetur, quam à qua nō producetur. Omnis ratio principij actiuè & paſſiuè ſumpta ſi perfectè & ſecundum totalem ſuam rationem ſumatur de neceſſitate requirit tres terminos: ſecundum principium principians & non principiatum vt nihil eum præcedat; aliàs eſſet proceſſus in infinitum à parte ante: principiatum & non principians, alias

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eſſet proceſſus in infinitum, ex parte poſt: principiatum & principians quod eſt medium inter ea & ſapit naturam vtriuſque, * nec * non poteſt pluribus quàm iſtis tribus modis dici principium ſeu eſſe: nec ſine iſtis tribus poteſt tota & perfecta ratio principij reperiri: ſed in Deo eſt totalis perfectiſſima ratio principij: ergo erit in diuinis principium principians, & nõ principiatum. Et iſtud principium dicimus patrem & principium non principians & principiatum, & iſtud dicimus ſpiritum ſanctum: & principiatum principians: & iſtud dicimus filium qui eſt principiatus à patre & principiat ſpiritum ſanctum: ergo ſunt tantum tres perſonæ & non plures: & ſic probauimus primum, ſecundum, tertium, & quartum articulos.

DVODECIMO DE CREATIONE.

QVINTVS articulus eſt quod Deus ſit creator mundi: & hoc probamus ſic. Bonitas diuina, magnitudo diuina, æternitas, poteſtas & cæterę dignitates diuinæ ſunt in Deo vnum & idem. Sed poteſtas diuina non poteſt aliquid quod non ſit de natura ſua coæquare ſibi in magnitudine bonitate, nec in poteſtate: ergo nec in æternitate, cum ergo mundus nec aliquid aliud à Deo ſit de eſſentia Dei: non ſolum ſequitur quod non ſit æternus, imo & quod non poteſt eſſe ęternus, & hoc idem ſequitur de quacunque re alia à Deo. Probatum eſt quod Deus eſt omnipotens, & quod non eſt omnipotens niſi vnus & ſic omnia quę ſunt, ſunt ab ipſo producta: aliàs non eſſet omnipotens. Inde arguimus ſic. Si Deus produxit mundum, aut produxit eum de ente æterno, aut de ente non æterno, aut de nihilo, non de ente æterno, quia cum nihil ſit æternum eſſentialiter niſi Deus ut probatum eſt, eſſet mundus de ſubſtantia Dei imo eſſet Deus, cum ſubſtantia Dei eo quod eſt ſimpliciſſima non poſſet communicari niſi tota. Nec de ente non æterno potuit cum producere ab æterno, quia eſt contradictio nec de nihilo: potuit eum producere ab æterno, quia quod ex nihilo eſſe accepit, fuit verum dicere aliquando quod non fuit, aliàs ex nihilo creari non potuit, nomen enim & ratio creationis qua dicitur creatio de nihilo factio, manifeſtè declaratur quod omne creatum, cœpit eſſe ex quo de nihilo factum eſt. Quod autem cœpit eſſe, non eſt æternum: nullum ergo creatum poteſt eſſe ęternum, æternum enim non poteſt eſſe niſi de æterno. Omne illud quod plus participat & accedit ad naturam æternitatis, plus participat naturã entitatis & nobilius eſt eo quod minus participat: ſed ſi mũdus eſt ęternus, corruptio eſt ęterna ſecũdum ſpeciem, & ſecundum numerum, cum omne quod generatur corrumpatur, generatio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

neratio autem eſt æterna,ſecundum ſpeciem, & non ſecundum numerum,cum nullum ſuppoſitum, ex quo corruptum eſt redeat idem numero,ergo corruptio nobilior eſt generatione:ſed hoc eſt impoſſibile: ergo,&c. Corruptio etiam non erit prior generatione,nec econuerſo:eo quod æternum non eſt prius æterno,cum tamen generatio præſupponat corruptionem, & generatio id de quo fit & corruptio id à quo fit: & ſic neutrum eſt æternum quod eſt contradictio. Nulla poteſtas,plus poteſt ſub ratione aliena,quam ſub ratione propria, quia plus poſſet in alieno,quàm in ſeipſa,ſicut nec bonitas poteſt dici magis bona ſub ratione poteſtatis,quàm ſub ratione bonitatis, ſed poteſtas diuina non poteſt alicui quod non ſit de eſſentia ſua dare poteſtatem,quæ ſit infinita ſub ratione poteſtatis & inquantum poteſtas,quia ſi poſſet illud cui daret talem poteſtatem quæ eſſet infinita,inquantum poteſtas poſſet in infinita & ininfinitum, & ſic eſſet Deus, ergo nec poteſtas diuina poteſt alicui communicare durationem infinitam. Omne illud per quod eſſentia diuina transcendit in omnibus omnia alia à ſe eſt neceſſarium,aliàs eſſentia diuina non eſſet nobiliſſima,actualiſſima, ſingulariſſima, & vnicè vnita,ſed ſi aliquid aliquod à Deo eſſet,vel poſſet eſſe æternum, eſſentia diuina non tranſcenderet illud in æternitate, ergo nihil aliud à Deo eſt æternum nec poteſt eſſe æternum. Nõ enim Deus eſſet omnipotens,niſi omnia quæ ſunt principiaſſet, nec eſſet ſimpliciter poſt,niſi omnia alia à ſe præcederet & principiaſſet, quare patet quod quicquid eſt aliud à Deo,eſt creatũ, & per conſequens non eſt æternum, cum omne creatum ſit de non eſſe ad eſſe deductum.

TREDECIMO DE CREATIONE.

SEXTVS articulus eſt creatio,ad probãdum autem recreationem oportet quatuor probare. Primum quod primi parentes peccauerunt. Secundum quod peccatum eorum eſt omnibus hominibus generale corporaliter. Tertium quod eſt generale ſpiritualiter,hoc eſt quantum ad animam. Quartum quod eſt neceſſaria recreatio.

ET PRIMO QVOD PRIMI PArentes peccauerunt, oſtenditur.

DEVS qui creauit mundum ut probatum eſt, creauit ſeu fecit hominem qui eſt pars mundi, quem cum ſit naturæ rationalis,fecit talem ut diſcerneret inter bonum & malum, & diligeret bonum, & odiret malum, aliàs fruſtra feciſſet

(c) 2006 Ministerio de Cultura

eum naturę rationalis, & vt maius bonum magis diligeret & ſummũ bonum ſummè & liberè diligeret. Tantæ enim nobilitatis eſt ſummũ bonum quod libere vult & decet diligi, ſecundum hoc, ergo homo factus eſt à Deo bonus, & ad bonum ordinatus factus eſt etiam iuſtus, quia & iuſtitia eſt bonum diligere, & ſumma iuſtitia ſummũ bonum ſummè diligere. Et cum ſit factus ad diligendum ſummũ bonum libere meretur, & oportet quod aſſequatur illud, alias fruſtra factus eſſet ad illud, & ſi illud aſſequitur & meretur beatitudinem. Alias ſummum bonum non eſſet ſummum bonum ſi non eſſet beatitudo aſſequentibus ipſum: factus eſt etiam homo ad viuendum ſecundum ſui inſtitutionem non ad moriendum. Cum mors non ſit beatitudo: ſed miſeria, vt ſi ſeruaret ordinem ſibi à Deo inditũ meretur beatitudinem, vitam æternam & gloriam: ſi autem non ſeruaret ſed mutaret illum ordinem puniretur morte, infelicitate & ignominia. His præmiſſis arguimus ſic, omnis natura in rectitudine à Deo inſtituta, & ad ſummum bonũ, & ad beatitudinem ordinata, ſic ſecundum ordinem à Deo ſibi inditum operetur bene & bona & magna opera operatur, & non parua. Si autem operatur mala & parua opera ſemper aut magis quã bona & magna non ſequitur ordinem ſibi à Deo inditum, ſed mutat illum, & per conſequens peccat: quia non ſtat in obedientia Dei & non tendit ad finem ad quem facta erat. Et ſi talis mutatio inueniatur in quolibet indiuiduo illius naturæ, oportet quod iſta mutatio inceperit in illo vel ab illis, à quibus omnia illius naturæ indiuidua proceſſerunt. Aliàs non inueniretur in omnibus: ſed natura humana eſt à Deo in rectitudine inſtituta: & ad ſummum bonum & beatitudinem ordinata, vt probatum eſt: ergo cum non operetur bona & magna opera vt plurimum: quia videmus quod in hominibus eſt multum de malo & parum de bono: nec in aliquo homine eſt tantum de bono quantum deberet eſſe. Sequitur quod hominum conditio in contrarium eſt mutata non à Deo, quia iſta mutatio eſt mala & contraria ordinationi Dei: nec ab alio qui poſſet hominem mutare contra voluntatem ſuam: quia ſic non haberet culpam, & per conſequens nec pœnam: ergo iſta mutatio eſt ab ipſo homine in eo quod habuit naturam operandi bonum cum libertate & ſeruandi rectitudinem quam non ſeruauit, quia ſi ſine libertate huiuſmodi naturam habuiſſet, non haberet meritum nec poſſet flecti ad contrarium: ſicut ignis qui non cum libertate ſed cum naturæ ſuæ neceſſitate calefacit non meretur nec poteſt flecti ad frigefaciendum. Et cum iſta mutatio inueniatur in omnibus hominibus, oportet quod inceperit in primis parẽtibus à quibus omnes homines proceſſerũt. Sequitur ergo quod primi parentes peccauerunt. Si primi parentes non pec-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

c affent, tam ipſi quàm omnes deuiati ab eis eſſent virtuoſi vir-
tutibus pollicitis naturaliter, & habitus virtutum pollicitarum
eſſent eis naturales: eo quod natura humana in ſui inſtitutione
ordinata eſt ad virtutes vt ſupra proximè declaratum eſt, & ſic
virtuoſos homines generaret. Videmus autem contrarium
quod omnes homines qui volunt eſſe virtuoſi prædictis virtu-
tibus habent eas per acquiſitionem & non per naturam. Cum
ergo iſta contrarietas & mutatio reperiatur eſſe in omnibus
hominibus, oportet quod inceperit eſſe in primis parentibus
aliàs non eſſet generalis ad omnes homines, ergo primi paren-
tes peccauerunt: Omne compoſitum conſtans ex duobus prin-
cipiis quorum vnum actualius & nobilius eſt alio, magis inclina
tur & inclinari debet ad perfectiones nobilioris & actualioris,
quàm minus nobilis & minus actualis, ſed homo componitur
ex anima & corpore, & anima nobilior eſt corpore, ergo homo
magis inclinabitur ad animæ perfectiones quam corporis, ſed
contrarium videmus in omnibus hominibus, ergo iſta contra-
rietas & deordinatio incepit in primis parentibus à quibus o-
mnes alij proceſſerunt, aliàs non eſſet generalis, ergo primi par
entes peccauerunt. Omnes homines cum difficultate & labore
operantur virtuosè & cum facilitate & leuitate vitia, hoc au-
tem non poteſt ineſſe hominibus à natura inſtituta, quia malè
& ad malum eſſet inſtituta, cuius contrarium ſupra probatum
eſt: cum ergo hoc inſit omnibus hominibus inerit eis à natura
corrupta & cum inſit omnibus hominibus oportet quod ince-
perit iſta corruptio in primis parentibus, aliás non eſſet genera-
lis, ergo primi parentes peccauerunt. Omnis natura ſuſcipiens
augmentum & decrementum vehementius operatur ſuas o-
perationes naturales in ſtatu augmẽti, quam in ſtatu decremẽ-
ti & magis reſiſtit ſuo cõtrario, ſecundũ hoc ergo natura huma-
na, quę eſt creata ad diligendum bonum, & odiendum malũ de-
beret eſſe magis praua & inclinata ad bonum & virtutes, & for-
tis contra malum & vitia in ſtatu augmenti & iuuentutis quam
in ſtatu decrementi & ſenectutis: ſed contrarium videmus in o-
mnib. hominibus, quia magis ſunt proni ad peccata in ſtatu iu-
ventutis quàm ſenectutis, & cum hoc non inſit hominib. à natu-
ræ inſtitutione, quia in rectitudine eſt inſtituta, oportet quod
inſit à natura corrupta & peruerſa, & cum hoc inſit omni-
bus hominibus, oportet quod inceperit iſta corru-
ptio & peruerſio in primis parentibus aliàs
non eſſet generalis, ergo primi parentes
peccauerunt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

QUARTODECIMO QVOD PECCATUM primorum parentum ſit generale omnibus hominibus corporaliter.

NATVRA humana plus habet naturaliter & à creatione perfectionis & nobilitatis: cum ſit creata ad diligendum ſummum bonum, quàm natura brutalis & irrationalis. Inde ſic arguimus. Omnis natura quanto nobilior eſt creata, tãto naturaliter magis debet eſſe ab omni imperfectione & neceſſitate elongata: ſed natura humana nobilior eſt omni natura irrationali: ergo magis debet eſſe elongata ab imperfectione & neceſſitate quàm natura irrationalis. Videmus autem contrarium, quia puer quando natus eſt ſi non adminiſtraretur ei moreretur: & indiget plurib⁹ quàm animalia irrationalia quorum multa mouentur de loco ad locum immediate cum ſint nata, & breuiter pluribus periculis & neceſſitatibus & imperfectionibus eſt expoſitus homo à ſui natiuitate quàm aliquod aliud animal. Cum ergo in nobiliori ſubjecto iſta imperfectio inueniatur, & hoc non poſſit ineſſe naturæ humanæ à ſui inſtitutione, & hoc ſit in omni homine, oportet quod hæc ſint ratione peccati originalis & infectionis, quæ à primis parentibus deciſa in omnes homines eſt extenſa. Nulla pœna imponitur à iuſto iudice ſine culpa, ſed omnes homines tam iniuſti quàm iuſti iuſticia morali ſubijciuntur à ſui natiuitate multis pœnis, tribulationibus, doloribus, & ærumnis, ergo ratione alicuius culpæ: quę eſt in vtriſque: ſed in iuſtis iuſticia morali non eſt peccatum nec culpa peccati actualis: oportet ergo tam in iniuſtis quàm in iuſtis eſſe aliquod peccatum commune ratione cuius omnes puniantur: aliàs Deus eſſet iniuſtus. Nullum autem peccatum poteſt eſſe peccatum commune omnibus hominibus iuſtis iuſticia morali, & iniuſticia, niſi peccatum originale, ergo ipſum eſt generale corporaliter.

Deus fecit hominem ad viuendum non ad moriendum, ſed omnes homines naturaliter moriũtur, oportet ergo quod mors aduenerit per peccatum, nõ enim poteſt veniſſe per vitam cum ſit contraria morti, nec per ſeipſam, quia nihil educit ſeipſum in eſſe, nec aliquo bono.

Cum mors ſit mala & priuatio, ergo venit per peccatum, & malum ita generale ſicut mortalitas eſt generalis, ſed mors eſt omnibus generalis corporaliter, ergo & peccatum eſt omnibus generale corporaliter.

Omnis natura quæ magis & melius eſt ordinata ad vitã paucioribus indiget in viuendo quàm illa quæ minus & non ita bene eſt ordinata ad vitam, ſed natura humana magis & meli⁹ eſt ordinata

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ordinata ad vitam quam aliqua alia natura corporalis animata vt probatum eſt, ergo paucioribus indiget in viuendo quam aliquod aliud animal: ſed nos videmus contrarium, quia aues à natiuitate habent plumas pro tunica, & ſua cibaria ſunt ſemina, & mulones & ſimilia animalia habent lanam pro tunica: & herbam pro cibo: & ſtramen pro lecto. Homo autem indiget tunica, camera, olla, boue; aratro, furno, medico: & multis quæ longum eſſet narrare: ergo cum neceſſitas multorum importet defectum, defectus autem non proueniat niſi ex culpa & peccato: & iſta neceſſitas inſit & ſit communis omnibus hominibus oportet vt peccatum & culpa iſtius neceſſitas ſit generalis omnibus hominibus corporaliter. Omnis actus creaturæ rationalis quia eſt cũ libertate, eſt virtuoſus vel vitioſus: ſed per actũ virtuoſum nõ potuit deuiare humana natura à fine indito ſibi à Deo: quia virtus eſſet cauſa deuiationis & mali, quod eſt impoſſibile. Cũ ergo tota natura humana ſit deuiata à fine ſibi indito à Deo vt manifeſte apparet, oportet vt quod talis deuiatio ſit facta per actũ vitioſum ita generalẽ ſicut deviatio, ſed deuiatio hominum eſt generalis corporaliter, cum omnia corpora hominum corrumpantur & moriãtur: ergo & vitium & peccatum erit generale omnibus hominibus corporaliter.

Iſtud autem peccatum dicimus originale; quia ab illo deſcendit in ſingulos à quibus habent omnes homines originem. Et quia cum origine vniuſcuiuſq; perſonæ trahitur: & quia ſicut omnes homines à primis parentibus traxerunt ſibi originẽ, ſic omnia peccata à primo parentum peccato ſunt originalia, natura enim humana quæ tota erat in primis parentibus per peccatum primorum parentum fuit tota effecta peccatrix infecta & corrupta: & ideo non potuit propagare niſi peccatores infectos & corrupta ratione cuius corruptionis inclinata eſt natura humana ad alia peccata.

DECIMO QVARTO QVOD peccatum primorum parentum ſit generale omnibus hominibus quantum ad animam.

SI anima per quam homo eſt homo eſſet à generãte ex præmiſſis eſſet manifeſtum quod peccatum primorum parentum eſſet generale omnibus hominibus quo ad animam: ſed quia non eſt à generante ſed à creante, inducimus ad hoc ſpeciales rationes. Quandocunq; aliqua principia ordinantur ad conſtitutionem ſubſtantialem alicuius eſſe ſpecifici & non ſunt propter aliud facta, niſi vt conſtituant illud eſſe ſpecificũ,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

neceſſe eſt illa principia ſequi motum, modum, actum, conditionem & ordinem illius eſſe ſpecifici quod cõſtituunt, aliàs nõ inclinarentur ad illud conſtituẽdum ſubſtantialiter, nec eſſent illa principia ad inuicem naturaliter & ſubſtantialiter vnita: ſed anima & corpus ſunt ordinata ad conſtitutionem ſubſtantialem eſſe ſpecifici hominis nec ſunt propter aliquid aliud, niſi vt ſit homo: ergo anima & corpus de neceſſitate ſequuntur motum, modum, actum, conditionem & ordinem eſſe ſpecifici hominis: ſed ſpecies & natura humana quæ tota erat in primis parentibus & extra eos nihil, fuit tota infecta peccato, quantum ad corpus & quantum ad animam & plus anima quam corpus, peccatum enim incepit in anima, quia in voluntate, eò quod primi parentes noluerunt ſeruare rectitudinem & iuſticiam in qua creati erant cum tamen poſſent ſeruare ſi voluiſſent. Ergo omnes homines cum ſint propagati à primis parentibus erunt infecti peccato, non ſolum quantum ad corpus: ſed & quantum ad animam, eo quod anima non eſt ob aliud niſi vt ſit homo. Cum ergo tota ſpecies humana ſit corrupta & infecta peccato & inimica Dei immediatè: cum anima adueniens corpori conſtituit hominem quàm citò, verum eſt dicere quod eſt homo tam cito quantum eſt homo, & inimicus Dei & ſic eſt peccatum quantum ad corpus & ad animam, vnde qui vult intelligere quomodo peccatum eſt in anima, conſideret quomodo tota ſpecies humana eſt infecta & corrupta peccato & quod anima non eſt niſi vt ſit homo, & conſideret quod Deus mutare ordinem non debet & iuſticiam in toto ratione partis: cum totum non ſit propter partem: ſed pars propter totum. Et ſicut in primis parentibus tota ſpecies humana fuit exaltata ſuper omnes ſpecies corporales per gratiam, in tantum quod ſi ſeruaſſent rectitudinem, acquiſiuiſſent per ſe & poſteritate ſua beatitudinem; propagaſſent enim filios iuſtos quales ipſi erant & habuiſſent per naturam quod primi parentes habuerunt per gratiam, ſic ratione peccati & culpæ primorum parentum tota ſpecies humana quantum ad primos parentes & eorum poſteritatem eſt ſubiugata infectioni & pœnæ & habet primorum parẽtum poſteritas per naturam quod primi parentes habuerunt per culpam. Aliàs Deus plus dediſſet homini ſine aliquo merito per gratiam quam puniret propter culpã, & ſic iuſticia ſua eſſet defectiua, quod eſt impoſſibile. Oportet ergo quod iuſticia Dei totum puniat in homine propter culpam quantum dedit per gratiam Hæc eſt enim pœna criminis læſæ maieſtatis, hoc etiam habet cõditio ſeruituris quod omnes qui de ſeruis naſcuntur ſint ſervi à natiuitate. Omnis anima rationalis quæ mouet corpus ſuum ad vtendum his quorũ vſu

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vſu corpus non eſt dignum peccar,& per conſequens eſt ſubiecta peccato,ſed anima immediate cũ eſt infuſa corpori mouet corpus aliàs non eſſet forma corporis, nec per conſequens pars ſubſtantialis hominis,nec homo eſſet homo per animã rationalem ad corporis neceſſitates, vt ad augmentũ vel ad ſumendum victũ,vt cibum vel potum & ad vtendum rebus quibus viuit quę ſunt creaturæ Dei,quorũ vſu non eſt dignum corpus alicuius hominis cum ſit corruptũ & infectũ eò quod primi parentes è quibus omnes homines habuerunt corpora ſua fuerũt contra Deum creatorẽ ſuum,ergo anima ex hoc habet culpam generalem,& ſic ſequitur quod peccatum eſt generale in omnibus hominib. quantum ad animam.Impoſſibile eſt vnũ hominem habere ſimul duos habitus cõtrarios:ſed ſi anima hominis non inficitur à corpore nec inclinatur ad operationes corporis homo qui conſtat ſubſtantialiter ex corpore & anima habet habitũ operandi bonũ & virtutes ratione animæ quæ munda & immaculata à Deo infuſa eſt corpori,& habet habitũ operandi malum & vitia ratione corporis quod eſt infectũ,homo ergo in eodem tempore & ſemper habebit inclinationem ad bonum & malum,aliàs non operaretur in virtute & natura principiorum ipſum conſtituentium& ita homo poterit eſſe ſimul temperatus & ebrius : imo quod plus eſt, ſi anima non inclinatur ad aliquem actum corporalem nullus actus hominis erit vitioſus eo quod nullus actus factus ſine voluntate eſt vitioſus. Videmus autem in hominibus multos actus vitioſos, ergo oportet quod anima inclinetur ad illos, cum etiam omnes actus ſint ſuppoſiti : oportet dare quod ad omnes actus ſuppoſiti principia inclinentur ipſum ſubſtantialiter continentia:& ita ad omnem actum hominis inclinabitur anima:ſi autem dicatur quod anima iuſti hominis non inclinatur ad aliquem actum corporis eo quod omnis actus corporis, eo quia eſt infectus,& malus:ſequitur quod anima non eſt forma corporis & quod nullius actus corporalis hominis iuſti eſt actus hominis ſed tantum corporis: propter quæ omnia cum ſint impoſſibilia oportet dare quod anima inclinetur ad actus corporis: & per conſequens inficiatur à corpore. Ex quibus ſequitur quod peccatum originale eſt generale quantum ad animam. Omnis pars naturaliter inclinat ſuum totum prius ad operationes ſuas quam ad operationes alias: Sed anima eſt pars naturalis hominis, ergo plus inclinabit hominem ad operationes animæ quam ad operationes corporis. Videmus autem contrarium in omnibus hominib. quia omnes homines aut ſunt plus corporales quã ſpirituales aut ſaltem omnes homines prius incipiunt à corporalibus actibus quam à ſpiritualibus. Talis ergo cõtrarietas & per-

uerſio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

uersio animæ non poteſt eſſe ſine aliqua infectione ad hoc animam contra naturam ſuam inclinante, talem autem infectionem dicimus peccatum: eo quod per eam inclinatur ad peccatum, ergo peccatum eſt generale quo ad animam. Omnis natura ſequitur naturaliter curſum & ordinem ad quem creata eſt, niſi ſuperueniat impediens: ſed anima creata eſt ad intelligendum & non ad ignorandum, ad recolendum & non ad obliuiſcendum, ad diligendum bonum & non ad odiendum, ad gloriam & non ad pœnam, vt ſupra probauimus. Nulla autem anima coniuncta corpori tot intelligit quot ignorat, tot recolit & memoratur quot obliuiſcitur, diligit tantum bonum quãtum debet diligere, habet tantum de gloria & quiete quantum de pœna & labore. Ergo iſta deordinatio & diminutio quæ eſt in anima cuiuslibet hominis eſt per aliquod ſuperueniens, animam impediens & à ſuo fine deuians à quo fine non poſſet deuiare anima niſi eſſet infecta, ſi enim non inficeretur à corpore nõ impediretur à corpore in ſuis naturalibus operibus exercẽdis, probatum eſt ergo quod peccatum primorũ parentum eſt generale omnibus hominibus quo ad animam.

DECIMO QVINTO QVOD ſit recreatio.

IMPOSSIBILE eſt aliquod ens creatum deuiare & fruſtrare Deum ab intentione ſua & fine per ipſum rei creatæ indito, cum ipſe ſit ſummè potens & ſummè ſapiens: ſed Deus creavit hominem principaliter ad diligendum Deum recolendum & intelligendum.

Cum iſte finis nobilior ſit & magis naturalis qui poſſit & debear dari creaturæ rationali, eo quod ipſa eſt de memoria & intellectu & voluntare & per conſequens ad beatitudinem, ſed per peccatum eſt deuiata natura humana à dicto fine, & per conſeqvens à beatitudine ei tendit in nihilum, Ergo ſi non eſſet recreatio non aſſequeretur Deus in natura humana finem ad quem ipſum creauit & ſic ſapientia ſua eſſet fine defectiua in creando naturam humanam ad finem quem præuidit ipſam non eſſe aſſequuturam: ſed hoc eſt impoſſibile. Oportet ergo recreationem eſſe per quam natura humana quæ ratione peccati tendit in nihilum reducatur ad finem debitum. Probatum eſt ſupra quod natura humana tota ſit infecta peccato corporaliter & ſpiritualiter; & ſic per conſequens eſt priuata beatitudine & gloria & tendit ad pœnam æternam quia offendit Deum qui eſt æternus. Si ergo non eſſet recreatio per quam fieret ſatisfactio generalis: ſicut peccatum & offenſa fuit generalis omnes homines tam iuſtitia morali quam iniuſti damnarentur

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rentur æternaliter quod eſt impoſſibile, quia iuſtitia Dei non diſcerneret inter iuſtum & inuſtum: quia haberet ſubiectum confuſum & non diſtinctum, neque miſericordia Dei haberet ſubiectum in quo poſſet habere actum ſuum nec poſſet ſaluare aliquem hominem ſine recreatione, per quam fiat ſatisfactio de peccato. Oportet ergo recreationem eſſe. Si non eſſet recreatio non poſſet Deus iudicare peccatores ad pœnam æternam pro peccato actuali quod maius eſt in illo qui peccat peccato actuali, quam ſit peccatum originale, quia iudicatus eſt ſemel ad pœnam æternam, non poteſt iteratò ad pœnam æternam, iudicari: ſed omnes homines tam iuſti iuſticia morali quam iuſti ſunt iudicati ad pœnam æternam ratione peccati originalis. Ergo peccatores qui ſunt in peccato actuali non poterunt iudicari ad pœnam æternam, nec ad priuationem beatitudinis cum iam ſint iudicati: & ſic Dei iuſtitia eſt defectiua in non iudicando peccatum actuale quod maius eſt & in iudicando peccatum originale quod minus eſt, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo oportet recreationem eſſe. Virtus & vitium ſunt contraria immediate: ſed per virtutes nullus homo quantum iuſtus poſſet peruenire ad beatitudinem, ſi non eſſet recreatio, per quam fieret de peccato originali ſatisfactio. Ergo nec per vitium ſeu per peccatum actuale aliquis quantumcunq; peccator habebit pœnam æternam & ſic virtus non poteſt eſſe cauſa gloriæ nec vitium cauſa pœnæ, ſed hoc eſt impoſſibile, ergo oportet recreationem eſſe. Impoſſibile & irrationale eſt Deum aliquid conſeruare & facere durare in eſſe abſq; aliquo fine & vtilitate: ſed Deus gubernat mundū & conſeruat in eſſe à tempore peccati primorum parentum vſque nunc, ergo hoc facit propter aliquem finem & vtilitatem: ſed ſi non eſſet recreatio per quā fieret ſatisfactio de peccato quo natura humana priuatur à ſuo fine, multiplicatio & generatio ſeu eſſe hominum & eorū quæ ſunt propter hominē, ad nihil eſſet vtilis nec peruenire ad aliquē finem, ergo non debuit nec debet facere durare multiplicationem hominum. Si autem dicatur, quod facit durare multiplicationē hominum vt iuſtitia puniat homines pro peccato originali, ergo faciet durare generationem ſemp, vt ſemper puniat, ſi ſemper facit durare nunquam veniet ad complementum ſuæ iuſtitia & ſua punitio, & non faciat durare multiplicationem hominem propter aliquem finem ex quo non habebit finem quod eſt contradictio, ergo oportet recreationem eſſe. Impoſſibile eſt creaturam aliquam plus poſſe deſtruere quam Deus poſſet reparare vel conſtruere, quia plus poſſet creatura quam Deus, & ſic Deus non eſſet omnipotens: ſed homo per peccatum deuiauit ſe à fine ſibi indito & naturali, ergo Deus poteſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum

eum ad priſtinum finem reducere: talem autem reductionem dicimus recreationem: ergo Deus poteſt hominem recreare, & ſi poteſt recreare, recreabit, quia ſicut in creatione hominis: quia voluit creare hominem potuit: & ſic poteſtas diuina fuit concomitans voluntatem, ſic in recreatione ſicut poteſtas diuina poteſt recreare, debet voluntas diuina concomitare poteſtatem, vt quod poteſtas poteſt, voluntas velit: cum inter poteſtatem diuinam & voluntatem diuinam non ſit differentia. Et ſi obijciatur quod multa poteſt Deus facere, dicendū quod ſi omnia quęcunq; poteſt Deus facere, nō faciat: quod ſequitur inconueniens cum ſuum poſſe & ſuum velle coincidant. Et ſic ſi non eſſet recreatio, ſequeretur quod Deus non aſſequeretur in natura humana finem ad quem creauit eam, & quod Deus nō haberet pietatem nec miſericordiam erga naturam humanam quod eſt inconueniens. Oportet ergo quod hoc faciat ne ſequatur aliquod inconueniens de prędmiſſis & etiam plura alia, ergo oportet recreationem eſſe.

DECIMO SEPTIMO QVOD Deus ſit glorificator: quod eſt ſeptimus articulus.

PROBAVIMUS quod natura humana à ſui creatione & inſtitutione eſt à Deo ad æternam beatitudinem & gloriam ordinata, ſed per peccatum primorum parentum eſt à ſuo fine deuiata & per conſequens æterna gloria & beatitudine priuata & ſic æternæ miſeriæ ſubiecta, inde arguitur ſic. Omnis natura ad beatitudinem ordinata & ad æternā gloriam & ab ipſa beatitudine deuiata ſi reparetur & reducatur ad ſtatum proprium & finem ſibi inditum, eſt ad eandem æternam gloriā & beatitudinem reſtituenda, ſed per recreationem quam probauimus Deum facere debere, reſtituetur, & recuperabitur natura humana ad finem priſtinum & ad terminum ſibi à Deo inditum, aliàs recreatio non eſſet recreatio. Ergo ſicut Deus naturam humanam inſtituit & ordinavit ad æternam beatitudinē & gloriam, ſic naturam humanam per peccatum lapſam reſtitutam & recreatā reſtaurabit ad æternam beatitudinem & gloriā aliàs non ſufficienter recreaſſet: ergo hominum recreatorum iuſtorum erit Deus iuſtificator. Manifeſta experientia probamus quod homines quanto ſunt iuſtiores in hoc mundo plus habent laboris corporaliter & ſpiritualiter, corporaliter quia plus dant ſe ieiunijs, lachrymis & orationibus: ſpiritualiter quia plus dolent de offenſa Dei ratione peccatorum quæ multiplicantur in hoc mundo. Si ergo Deus non daret eis aliam gloriam quam iſtam quæ eſt in iſto mundo, iuſticia Dei eſſet defe-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ctiua in hoc quod daret hominibus minus iuſtis & peccatoribus multo pius de gloria quam magis iuſtis. Si autem dicatur quod Deus non dat gloriam quæ eſt in hoc mundo, ſequitur ſi non eſſet alia gloria quam gloria iſtius mundi, quod Deus nullam gloriã dabit iuſtis, ergo eſt Jeſus iuſticia defectiua: ſed hoc eſt impoſſibile, ergo eſt alia gloria quã Deus dabit iuſtis. Deus creauit hominem ad diligendum, recolendum & intelligendum Deum, ſed ſi non eſt alia gloria vel vita, quam gloria & vita huius mundi homo finito tempore diligit, intelligit & recolit Deum & infinito tempore ſtat in priuatione diligendi, recolendi & intelligẽdi Deum, quod eſt contra iuſtitiam Dei, quod ipſe permit at amorem ſuum ſtare in finito tempore in priuatione, cum Deus eo quod eſt ſumme bonus ſit continue & ſemper diligendus. Ergo oportet dare aliam gloriam & vitam in qua Deus æternabiliter ab omnibus diligatur. Natura humana quæ conſtat ex anima & corpore creata eſt ad aliquem finem & terminum perfectum, ſed in hac vita non poteſt ad finem perfectum venire. cum non maneat in hac vita coniunctio animæ & corporis, imo ſtat reparatio. Ergo oportet dare aliam vitam in qua vnione corporis & animæ iterate natura humana perueniat ad ſuum finem & terminum: aliàs non creaſſet eam Deus ad aliquem finem: ſed hoc eſt impoſſibile: ergo oportet dare aliam vitam, quam vitam dicimus gloriam. Natura humana creata eſt ad amandum ſummum bonum: & per conſequens ad beatitudinem vt ſupra probauimus: ſed in hac vita non poteſt natura humana habere beatitudinem perfectam: vt manifeſte videmus: ergo oportet quod Deus det naturæ humanæ aliam gloriam vel vitam in qua aſſequetur beatitudinẽ: aliàs Deus fruſtra ordinaſſet naturam humanam ad beatitudinem ſummum & perfectum bonum, ſi non eſſet gloria & beatitudo aſſequentibus ipſum: erit ergo Deus glorificator & dator gloriæ ipſi naturæ humanæ.

DECIMOOCTAVO DE INCARnatione Dei: quod eſt Octauus articulus Fidei.

ARticulos ſeptem probauimus qui pertinent ad diuinitatem, modo probare intẽdimus alios ſeptem qui ad humanitatẽ pertinent & quia primi ſex articuli qui pertinẽt ad humanitatẽ: ſcilicet articulus incarnatiõis, natiuitatis, mortis, adſcenſionis, reſurectionis & aſcenſionis: affirmant iſta eſſe facta. Nos primo probabimus iſta fieri debere. Secundo facta feciſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fuiſſe ſicut ſancta eccleſia confitetur, & ſic in articulis qui pertinent ad diuinitatem proceſſimus per rationes ſumptas ex dignitatibus diuinis quas in Deo eſſe probauimus in principio huius tractatus: ſic & in iſtis procedere intendimus. Et primo probauimus quod Deus debeat incarnari. Secundo quæ perſona in diuinis debeat incarnari, & quod debeat concipi de ſpiritu Sancto, quæ omnia pertinent ad octauum articulum. Quando Deus creauit mundum, dignitates eius poſuerunt ſuas ſimilitudines in mundo: ſicut bonitas diuina in creando mundũ poſuit ſimilitudinem ſuam in eo quod fecit eum bonum, & magnitudo in eo quod fecit eum magnum, & æternitas in eo quod fecit mundum durabilem, & ſic de alijs eſt: Inde arguimus ſic. Omne illud per quod dignitates diuinæ melius & perfectius oſtendunt perfectiones ſuas & ſimilitudines & quietantur in mundo Deum facere eſt neceſſarium: cum iſte ſit nobilior finis propter quem mundus vt aliqua creatura poſſet creari. Ad hoc enim Deus creauit mundum vt in eo oſtenderet ſeipſum & operationem ſuam intrinſecam, ſed ſi humana natura eſt aſſumpta à diuina in vnione ſuppoſiti & perſonæ quæ quidem perſona ſit verus Deus & verus homo. Omnes dignitates diuinæ habent perfectè ſimilitudines ſuas in hoc opere: quia bonitas diuina non poteſt melius opus facere de creatura: nec magnitudo maius: nec æternitas magis durabile & ſic de aliis dignitatibus diuinis. Si autem natura humana non eſt aſſumpta à diuina: nulla dignitas diuina habet perfectionem nec quietem in productione mundi: quia poteſtas diuina ſemper poteſt facere maius opus in mundo & melius quocunq; opere facto alio ab iſto opere: ergo oportet incarnationem eſſe: vt dignitates diuinę oſtendant perfectè ſimilitudines ſuas in creatura & quietentur in ea. Cum in nullo alio opere intrinſeco poſſint quietari niſi in iſto: in iſto autem quietentur omnes dignitates diuinæ & operatio totalis mundi tanquam in opere ſummo & nobiliſſimo. Omne id propter quod natura humana quæ creata eſt ad Deum diligendum, magis fieri poteſt & mouere & moueri debet ad Deum diligendum, Deum facere eſt neceſſarium: aliâs ſi Deus non faceret in natura humana id per quod ipſe Deus magis poſſet diligi à natura humana: nollet ſe intime & totaliter ab ea diligi quod eſt impoſſibile, cum ipſe ſit ſummum bonum: & per conſequens ſumme diligibile: vt vellet Deus ſe diligi ſumme & totaliter ab humana natura ipſo non facente in ſe totum id per quod plus debet eum diligere, & ſic requireret ab ea quod non debet exhibere, & vellet relationẽ amoris verius fundari in ea quam in ſeipſo quod eſt impoſſibile ſed id per quod natura humana magis ferri poteſt & moueri

(c) 2006 Ministerio de Cultura

debet

debet esse ad diligendum Deum si natura humana est assumpta à diuina: & quod Deus sit homo, & homo Deus in vnione suppositi & personæ: ergo oportet incarnationem esse. Omne id per quod omnes creaturæ nobiliorem & perfectiorē finem habent in Deo est necessarium: cum ipse sit nobilior & perfectior finis qui possit esse: & cum ipse sit principium omnis creaturæ & omnia ad se ordinauerit vt supra probatū est: oportet quod sit finis & terminus & quies omnis creaturæ: sed si Deus assumpsit naturam humanam omnis creatura habet suum finem in Deo & participat cum Deo inquantum natura humana, cum qua sola participat omnis creatura, est vnica Deo: si autem natura humana non est assumpta à domino, nulla creatura participat cum Deo in vnitate suppositi: ergo oportet incatnationem esse per quam omnis creatura assequatur suum finem in Deo & non solum quencunque finem: imò nobilissimum immediatum & intimum. Probauimus recreationē esse debere: per quam natuza humana per peccatum primorum parentum à suo fine deuiata restituatur ad finem & statum pristinum. Inde arguimus sic, In omni reparatione, reconciliatione, & recreatione creaturæ subiectę peccato & offensæ debitæ & iustæ faciendæ requiritur & quod fiat satisfactio de offensa illi contra quem est facta & quod ille qui satisfacit possit & debeat satisfacere: sed homo peccauit: ergo homo debet satisfacere pro peccato primorum parentum sed homo solus nec aliqua pura creatura potest satisfacere: quia peccatum primorum parentum est generale vt probatū est & infinitum quia contra Deum qui est infinitus. Omnis autem creatura particularis est finita: ergo huiusmodi satisfactio solum potest fieri per Deum qui est supra omnem creaturam, non autem debet fieri nisi per hominē, quia homo peccauit, ergo oportet quod ille qui satisfacit si est sufficiens & iustus ac debitus satisfactor & reparator, sit Deus & homo, vt in quantum Deus possit satisfacere, inquantū autem homo debeat satisfacere: sequitur ergo incarnatio. Sapientia diuina cum sit perfectissima scit & comprehendit illum maiorem amorem quem Deus potest habere ad humanam naturam: oportet ergo quod voluntas diuina diligat actum illius maioris amoris quem sapientia scit vt inter voluntatem diuinam & sapientiam sit concordantia: sed maior gradus amoris quem sapientia diuina scit se posse habere ad naturā humanam, est quod vniat naturam humanam sibi in vnione suppositi: ergo voluntas diligit illum gradum: & si diligit faciet, ergo erit incarnatio. Et si obijciatur quod sapientia diuina scit quod potuit assumere naturam angelicam, vel aliam naturam: ergo v oluntas eius debuit velle, respondemus, quod assumendo natur am an-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gelicam, vel aliam non participaret cum omni creatura: & si Deus feciſſet recreationem vel liberationem naturæ humanæ per Angelum vel per aliam creaturam, non eſſet natura humana reſtituta, vel reſtaurata ſufficienter: eo quod non eſſet in illa nobilitate in qua erat ante peccatum quia ante peccatū non erat natura humana ſubiecta & obligata niſi ſoli Deo: ſi autē per aliam creaturam eſſet reparata, natura humana eſſet obligata & ſubiecta illi creaturæ: & ad iſtam obiectionem & aliás parati ſumus latius reſpondere ſuo loco: nunc verò dimittimus gratia breuitatis,

DECIMONONO DE INCARNATIONE filij Dei, & ſua conceptione.

PROBAVIMVS quod Deus debeat incarnari, & aſſumere naturam humanam, modo probare intendimus quæ perſona de diuinis debuit incarnari. Et primò quod perſona filij Dei debuit incarnari. Secundò probabimus quod eius conceptio debuit fieri per Spiritū Sanctū. Illa perſona quæ ſecundū proprietatē perſonalem melius eſt appropriata & cōgruentius ordinata ad participandum cum natura humana quam probauimus debere aſſumi à diuina in vnitate ſuppoſiti & perſonæ, & per conſequens incarnari: illam dico perſonam incarnari eſſe neceſſarium: ordo enim non poteſt tolli ab operibus quæ Deus fecit: ſed perſona filij eſt melius appropriata & congruentius ordinata ſecundum proprietatem perſonalem, ad participādum cum natura humana, & econuerſo in opere incarnationis quam perſona patris vel Spiritus Sancti: ergo perſonam filij Dei incarnari eſt neceſſarium. Quod autem perſona filij Dei ſecūdum proprietatem perſonalem ſit magis appropriata ad participandum cum natura humana, patet, quia natura humana eſt filia Dei. Magis ergo participat natura humana cum ſit filia Dei cum perſona filij Dei quam cum perſona patris vel Spiritus Sancti, quarum neutra eſt filia Dei: cum etiam perſona, quæ debeat incarnari & aſſumere naturam humanam debeat naſci vt probabitur in ſequentibus & natiuitas melius ac prius conueniat filio: quàm patri vel Spiritui ſancto. Similiter & incarnatio melius & proprius conuenit filio quàm patri, vel Spiritui ſancto. Omne id per quod perſonæ diuinæ ſunt magis diſtinctæ in proprietatibus ſuis eſt neceſſarium: cum in diuinis ſit ſingularis proprietatum diſtinctio & in perfectiori eſſe diſtinctionis quod poſſit eſſe, vel intelligi: ſed ſi perſona patris, vel Spiritus ſancti fuiſſet incarnata, fuiſſet filia naturæ humanæ à qua generaretur pater: ergo eſſet filius, vel ſpiritus ſanctus eſſet filius,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

filiusnō ergo eſſet in patre ſingularis proprietas paternitatis eo quod eſſet pater & filiꝰ: nec in ſpiritu ſancto eſſet ſingularis proprietas ſpirationis: quia eſſet S. ſanctus & filius: nec eſſet in filio filiatio ſingularis proprietas eo quod inueniretur in patre, vel S. ſancto ratio filiationis: oportet ergo quod filius ſit incarnatus: vt in perſonis diuinis ratione humanitatis aſſumptæ proprietates diuinæ non ſint confuſæ, ſed maneant ſinguläriter diſtinctę & vt in filio ſit omnis ratio filiationis.

VIGESIMO QVOD EIVS CONCEPTIO fieri debuit per ſpiritum ſanctum.

SECVNDO probabimus quòd eius conceptio debuit fieri per ſpiritum ſanctum. Impoſſibile eſt opus ſupernaturale fieri per generationē naturalem, ſiue per agens naturale creatum, quia nulla operatio, nec vllum agens tranſcendit limites ſuæ naturæ: ſed incarnatio quam probauimus per quam Deus eſt homo, & homo eſt Deus in vnitate ſuppoſiti & perſonæ, eſt opus ſupernaturale: ergo non potuit per generationem naturalem ſiue per agens naturale creatum fieri, ergo non potuit fieri per hominem, debuit ergo fieri per Deū & ſpecialiter per ſpiritum ſanctū, quod probamus ſic. In omni opere diuino extrinſeco operatur tota trinitas: aut ſecundum vnam rationem communem, aut ſecundum proprietates perſonales, ſed in huiuſmodi incarnatione pater mittit filium vt generetur, vt ſicut generat eum natura diuina: ita ſuo modo generet eum in natura humana, vt in patre ſit totalitas ratio paternitatis, quam generationē appellamus miſſionem, filius autem eſt qui generatur: cum ergo in huiuſmodi incarnatione non ſint niſi tria: ſcilicet miſſio, generatio paſſiua & conceptio, cum patri attribuatur miſſio, generatio paſſiua filio, & ſpiritui ſancto attribuatur cōceptio, nō enim debuit cōceptio filij Dei fieri per hominē quia actus qui fuiſſet medius inter hominem & matrem Deum concipientē non fuiſſet purus & mundus, & ſic ineptus & indecens ad uniendū naturam diuinam & humanam. In tali etiam conceptione haberet ſe homo per modū agentis cum ſit finitus & natura diuina quæ eſt infinita per modum patientis quod eſt abſurdum.

Haberet & filius Dei duos patres: vnum Deum & aliū hominem: & ſic humanitas aſſumpta eſſet cauſa confuſionis ratione paternitatis in Deo patre qui non eſſet ſingularis pater filio ſuo quod eſt inconueniens. Omnis operatio quæ eſt ſupernaturalis & fit ex ſummo amore oportet quod fiat per illum qui eſt ſumus amor: ſed cōceptio prædicta eſt opus ſupernaturale

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& procedit ex ſummo amore quem Deus oſtendit & habet ad naturam humanam, ergo fiet per ſpiritum ſanctũ qui eſt amor ſummus & intimus patris ad filiũ & econuerſo, qui imprimat ſuã ſimilitudinem in matre concipiente, vt prius concipiat filiũ mente quam corpore, aliàs non eſſet digna ad concipiendum; non enim debuit huius conceptio fieri per hominem, quia non fuiſſet talis cõneptio pura ſed corrupta, eo quod fœmina cõcipiens nõ fuiſſet virgo: ſed corrupta per hominẽ, & ſic perſona filij Dei non aſſumpſiſſet carnẽ virginem ſed corruptã, & ſic nõ eſſet ſufficiens recreator & reparator eo quod nõ reſtituiſſet naturam humanam ad illam nobilitatem in qua erat ante peccatum: quia natura humana in primis parentibus ante peccatum erat virgo integra & incorrupta, nec filius Dei fuiſſet perfectus ſatisfactor peccati nec deſtructor, niſi fuiſſet deſtructor & purgator corruptionis & infectionis ſecutę ex peccato, ſi autem aſſumpſiſſet ſibi carnẽ ex muliere corrupta perpetuaſſet naturam corruptam, & exaltaſſet naturam corruptã ſupra naturam virgineam puram & integram, non fuiſſet etiam quantum ad carnem ita nobilis homo ſicut primi parentes, propter quæ omnia cum ſint impoſſibilia, oportet dicere quod non ſit conceptus per hominem, ſed per ſpiritum ſanctum, & etiam quod aſſumpſit carnem de virgine, & quod in conceptione mater eius permanſerit virgo Omnis nexus ſupernaturalis oportet quod fiat per illum cui eſt proprium quod ſit nexus, ſed nexus & vnio naturæ humanæ ſubſtantificatæ in diuina perſona filij, eſt nexus & vnio ſupernaturalis, ergo fiet per ſpiritum ſanctum qui eſt nexus patris & filij vt ſpiritus ſanctus qui eſt vnio paſſiuè ſumpta patris & filij, ſic vnitiuus naturæ diuinæ & humanæ vt completa ratio vnionis: ſic in ſpiritu ſancto proprietas ſingularis & in eo ſingulariter reperta: non enim debuit concipi per hominem, quia fuiſſet in conceptione hominis patris & fœminæ matris: ita homo ſicut alius homo & nõ poſſet eſſe incarnatio quã probauimus eſſe oportere de neceſſitate, eo quod eſſet homo humanificatus & ſubſtantificatus, in humanitate & non diuinitate. Et ſi inquantum homo eſſet perſona & non poſſet aſſumi à natura diuina in vnitate ſuppoſiti ſeu perſonæ, quia duæ perſonæ non poſſunt eſſe vna perſona, quia ergo incarnatio eſt neceſſaria, oportet dare quod huiuſmodi conceptio non fuerit facta per hominẽ, ſed per ſpiritum ſanctum, ita quod natura humana ſit ſubſtantificata & aſſũmpta à diuina vnitate perſonæ, & quod natura humana ſit ſubſtantificata in diuina in qua habet tantò verius & perfectius eſſe quàm ſi eſſet ſubſtãtificata in ſeipſa quanto ſubſiſtentia diuina eſſe in omnibus omnem creatam ſubſiſtentiam antecedit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

VIGESIMO PRIMO QVOD DEbuerit nasci de virgine.

ARTICVLVS IX.

PROBAVIMVS quod persona filij Dei debuit incarnari? & quod huiusmodi incarnatio siue conceptio debuit fieri de spiritu sancto, siue per spiritum sanctum, nunc intendimus probare quod debuerit nasci ex virgine, & primo probabimus quod debuerit nasci, secundò quod ex fœmina, & tertio quod ex fœmina virgine. Nulla causa infallibiliter & propter finem operans operatur frustra: sed Deus est causa infallibiliter & propter finem operans & ordinauit quod persona filij assumat naturã humanã & quod huiusmodi conceptio fiat per spiritum sanctum vt supra probatum est, ergo oportet quod ad istam conceptionem sequatur natiuitas, aliàs conceptio huiusmodi esset frustra. Si persona filij Dei quam probauimus debere assumere nauram humanã, non nasceretur homo, non deberet facere opera recreationis propter quam recreationem debuit assumere naturam humanam, & esse verus homo, debuit ergo nasci & esse verus homo, vt natus faceret opera recreationis. Secundò probamus, quod debuerit nasci ex fœmina. Omnis vera hominis natiuitas est ex fœmina, fœminæ enim est concipere, & conceptum fouere, & nutrire, & nutritũ parturire, hoc autẽ non est de natura hominis, sed persona filij Dei debuit concipi homo verus & nasci homo verus, ergo debuit nasci ex fœmina, non enim debuit nasci ex homine ne sua natiuitas esset contra aliorum hominum natiuitates, quia si nascererur ex hõine homo ille, ex quo nasceretur esset eius mater, si enim diceretur quod esset pater eius, non esset in Deo patre singularis ratio paternitatis, eo quod non esset singularis pater filio suo, quia filius Dei haberet duos patres, vnum Deum, & alium hominem. Tertiò probamus quod debuerit nasci ex fœmina virgine. Omnis proles supernaturalis & nobilissima supernaturaliter & nobilissimè cõcepta requirit ortũ supernaturalem & nobilissimum & matrẽ supernaturaliter parientẽ & supernaturalissimã nobilissimam, aliàs quanto plus proles ad esse perfectũ accederet, accederet ad ignobilitatẽ, sed iste quẽ probauimus debere cõcipi de spiritu sancto est proles nobilissima & supernaturalis. Quia Deus & homo, & supernaturaliter & nobilissimè concepta, quia per spiritum sanctum, ergo ortus eius & natiuitas debuit esse nobilissima, nulla autem natiuitas est nobilissima nisi sit sine corruptione, nec supernaturalis, nisi sit ex virgine, nec mater pariat supernaturaliter, nec est nobilissima, nisi pari-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

at & ſit ſine corruptione, ergo talis conceptus, vt diximus debuit naſci de virgine, & ſine corruptione, vt puritati & ſingularitati filij reſponderit puritas & ſingularitas matris in ſublimiori gradu puritatis, qui in fœmina potuit inueniri, alias relatio inter nobiliſſimum filium & matrem eius claudicaret, cum tamen oportet eam eſſe veriorem relationem omni alia relatione quæ in creaturis valeat reperiri. Impoſſibile eſt ex puritate ſequi vel cauſari corruptionem vel impuritatem, cum vnum contrarium non ſit cauſa effectiua alterius, ſed conceptio filij Dei fuit puriſſima quia per ſpiritum ſanctum facta: ergo cum fœmina concipiens Deum & hominem debuit eſſe virgo, vt probatum eſt: ex tali conceptu non debuit ſequi aliqua ignobilitas ſeu coruptio in natiuitate, aliàs non correſponderet natiuitas conceptioni, nec eſſet huiuſmodi conceptio ordinata ad talem natiuitatem, eo quod nulla nobilitas ordinari debet ad ignobilitatem: non eſſet etiam humanitas filij Dei in plena obedientia & poteſtate diuinitatis, nec ſubſtantificata in natura diuina, ſed natura diuina non operaretur ex ea in virtute diuinæ naturæ cuius eſt operari ſine corruptione: ſequitur ergo quod ſit natus & ex fœmina virgine, talem autem ſic conceptũ & natum, dicimus debere appellari Jeſum ſecundum rem & effectum, eo quod per ipſum genus humanum quod perierat, ad ſalutem, ſicut probauimus, reſtauretur.

VIGESIMO SECUNDO QVOD Dominus Jeſus Chriſtus mori debuit.

ARTICULUS X.

PROBAVIMUS incarnationem filij, & per conſequens naturam humanam exaltatam à Deo, quanto plus exaltari potuit. Inde arguimus ſic. Omnis creatura quanto plus exaltatur à Deo, tãto Deo debet eſſe humilior, ſubiectior & ad ſibi obediendum promptior, ſed natura humana aſſumpta eſt magis exaltata à Deo in domino Jeſu, quam exaltari poſſet, ergo humana natura in domino Jeſu debet ſe totaliter dare & humiliare, ac exponere ad ſeruiendum Deo, & ad omnia quæ poteſt pro Deo ſuſtinere in ſummo gradu laboris, humilitatis afflictionis, & obedientiæ, laboris, & afflictionis vt eſt mors. Ergo natura humana in domino Jeſu debuit ſuſtinere mortem & quoſcunq: labores pro Deo, vt ſummæ exaltationi factæ humanitati à diuinitate in domino Jeſu reſponderet ſumma humilitas & obedientia exhibita diuinitati ab humanitate in ipſo domino Jeſu. Contrariorum contrariæ ſunt cauſæ, ſed peccatũ primorum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

primorũ parentum fuit cum delectatione, ergo dominus Jesus qui solus potest & debet satisfacere pro dicto peccato quia est Deus & homo, debet satisfacere pro dicto peccato cum passione, quæ sit in altissimo & summo gradu passionis, vt transcendat delectationẽ peccati vt peccatum deleat via satisfactionis, nulla autẽ passio est in tam summo gradu passionis sicut mors, ergo dominus Jesus debuit mori, vt sua morte satisfaceret pro peccato originali. Primi parentes per peccatum originale inobedientes fuerunt, & deuiarunt se à Deo totaliter, quia & quãtum ad voluntatem & quantum ad corpus, ergo dominus Jesus qui debet facere satisfactionem, debet se dare Deo totaliter & quantum ad voluntatem & quantum ad corpus, non potuit autem totaliter se dare Deo, nisi vellet mori pro Deo, & moreretur, ergo dominus Jesus inquantum homo debuit mori pro Deo & voluit mori. Impossibile est creatorem naturæ, & reparatorem sufficientem ad satisfaciendum, imo sufficientissimũ & nobilissimum transcendi, & superexcelli in obedientia, vel in aliquo opere recreationis, reparationis, satisfactionis ab aliquo qui non est recreator & reparator, sed si dominus Jesus quem probauimus fore creatorem & reparatorem sufficientissimum & nobilissimum, quia est Deus & homo, non fuisset mortuus quantum ad passionem mortis, & meritum posset superari ab aliquo qui posset mori pro Deo, ergo oportuit eum mori pro Deo inquantum homo vt nullus homo transcendere cum possit in obedientia, passione & merito.

Omne id per quod Dominus Jesus quem recreatorem probauimus magis potest eleuare & animare homines ad honorandum Deum, & per consequens ad obediendum Deo, est necessarium, eo quod natura humana debet Deo reuerentiam & obedientiam totaliter & in summo: istud creari est nobilius opus quàm creatura Deo posset impendere, sed dominus Jesus non potest per aliquem tantum eleuare & animare homines ad honorandum Deum, & sustinendum pro Deo multas tribulationes (& etiam si oportet mortem) & per consequens ad totaliter obediẽdum Deo, sicut si ipse dominus Jesus verus Deus & verus homo, mortuus est propter hominem, ergo oportuit eum mori vt suo exemplo, omnes homines ad totalem Dei dilectionem & completam obedientiam & reuerentiam animaret.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

VICESIMOTERTIO. QVOD *Deus descendit ad inferos, qui est articulus vndecimus.*

QVIA probauimus peccatum originale esse generale ad omnes homines corporaliter & spiritualiter. Et per consequens omnes homines priuari beatitudine & visione, seu fruitione summi boni, quæ quidem fruitio est summa beatitudo: aliàs ipse Deus non esset summum bonum, & per consequens ex quo omnes homines ratione peccati originalis recedunt à summo bono moriuntur corporaliter, & animæ eorum post mortem corporis, ratione eiusdem peccati, descendunt ad infernũ, eo quod, ratione peccati & offensę Dei, debent poni subtus omnem creaturam, cum ratione inobedientiæ sint viliores omni alia creatura, sicut si non fuisset peccatum originale, ascenderet ad summum. Arguimus sic. Omnis reparator iustus, & perfectus debet facere omnia reparatoris & recreatoris sed dominus Jesus fuit iustus recreator & reparator naturę humanæ, vt probatum est, ergo facta reparatione & recreatione per satisfactionem de peccato originali debuit descendere ad inferos, vt educeret de infimis & inferis eos qui ratione peccati originalis apud inferos tenebantur, vt sicut voluit mori pro reparandis & recreandis, sic descendere voluerit, ad liberandum recreandos qui in infimis & inferis tenebantur.

Nihil naturalius quam id eo modo dissolui quo & ligatum est, sed primi parentes per peccatũ originale, & per actum proprium deiecerunt se & totam posteritatem suam ad inferos, ergo dominus Jesus, qui satisfecit de dicto peccato debuit eos extrahere ab inferis, & reducere ad superos, vt sicut præuaricator fuit captiuans & ligans, satisfactor sit dissoluens & liberans, alias immediatior causa fuisset præuaricator captiuationis, quam satisfactor liberationis, & licet natura diuina sit vbicunq; debuit facere quod natura humana quãtum ad animam rationalem descenderit ad animas eorum, quę ratione peccati originalis detinebantur apud inferos, vt sicut tota natura humana domini Jesu fuit præsens in passione per quam recreauit humanum genus in sui totalitate quantum ad animam & corpus: sic anima eius fuerit præsens in creatarum animarum ab inferis liberatione, vt totum toti correspondeat & pars parti. Impossibile est Deum cum sit iustus iniuste operari, sed in eodem instanti indiuisibili in quo fuit facta satisfactio de peccato debuit fieri ab inferis liberatio illorum, qui in inferis detinebãtur, ratione peccati originalis, alias iniustæ detinerentur, ergo oportuit dominum Jesum, quantum ad animam, quæ coniun-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cta erat diuinitati ad inferos descendere, nam si aliquam aliam creaturam misisset ad inferos, esset successio inter satisfactionem, & detentorum liberationem ratione ordinationis missionis alterius, si etiam natura humana liberasset eos absq; descensu humanæ naturæ, esset etiam ibi successio eo quod in eodem instanti, quo facta esset satisfactio, non esset detentis nota liberatio, eo quod non possent in eodem dicto instanti comprehendere, quod per naturam humanam fuerit facta satisfactio, ex quo non esset præsens natura humana, quantum ad animam. Omnis plena & perfecta peccati satisfactio debet fieri per actus contrarios peccato vel offensæ, ex quo sequitur damnatio, sed propter peccatum primorum parentum, qui ad vitam creati erant, mors ascendit ad vitam, & deuicit eam: eo quod viuentes sibi subiugauit, & animas eorum deiecit ad locum mortis, & ad inferos, ergo recreator & reparator post satisfactionẽ factam de dicto peccato debuit accedere & descendere vsque ad mortem & inferos vt deuicta & calcata morte eos, quos mors propter peccatum originale deiecerat ad inferos, reduceret ad vitam superos, aliàs mors fuisset magis contraria vitæ, quam vita morti, quod est impossibile. Debuit ergo anima Domini Jesu, iuxt coniuncta fuit semper diuinitati, descendere ad inferos.

Omnis plena & perfecta totalis satisfactio, requirit de necessitate id per quod fit dictæ satisfactionis, plenior & perfectior manifestatio, sed si anima Christi coniuncta diuinitati descendit ad inferos, vbi detinebantur mortui, propter peccatum originale fuit manifestatio satisfactionis dicti peccati, tam liberandis qui erant liberandi ab inferis quam non liberandis, etiã manifestatur ipsius liberatoris & reparatoris victoria & dominium ac ad liberandos maior pietas dominium & humilitas, ergo debuit Deus descendere ad inferos ad liberandum illos qui fidem in eius aduentu habuerunt.

VIGESIMO QVARTO QVOD Dominus Jesus Christus debuit resurgere à mortuis.

ARTICULUS XII.

PROBAVIMUS quod dominus noster Jesus Christus mori debuit in quantum homo, & per eius mortem mundum fuisse recreatum. Inde arguimus sic, quandocunq; aliqua duo naturaliter & substantialiter vniuntur, si propter aliquod faciendum vel habendum separentur, isto facto vel habito propter quod separabuntur, debent iteratò substantialiter vniri, aliàs non separabuntur propter illud tantum, sed anima & cor-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pus domini fuerunt ſubſtantialiter vnita; alias non fuiſſet verus homo, & mors eius in qua fuit ſeparatio animæ & corporis fuit vt per mortem ſuam fieret de peccato originali ſatisfactio & humani generis reparatio, ergo facta ſatisfactione & reparatione debuit anima eius vniri corpori, aliàs non fuiſſet mortuus propter peccati ſatisfactionem; & generis humani reparationem; ſed propter aliquid aliud quod non eſſet iam factum: ſed hoc eſt falſum, vt patet ex præmiſſis, ergo oportet quod anima eius ſit iterato corpori vnita, ſequitur ergo quod reſurrexit. Et ſi dicatur contra nos quod ſecundum iſtam rationem videtur probari quod immediatè poſt mortem debuit reſurgere. Dicendum quod non eſt verum, quia ſi cito vel quaſi ſtatim poſt mortem reſurgeret, poſſit dubitari de morte eius, & credi quod non fuiſſet verè mortuus, ſed fortè in extaſi poſitus, quare mors eius debuit declarari per mortis & reſurrectionis congruum interuallum. Pro bono opere non debet irrogari alicui iniuria, ſed potius honor & reuerentia, ſed opus ſatisfactionis & recreationis, quod dominus Jeſus operatus eſt per mortem ſuam fuit opus non ſolum bonum, imo optimum, ergo ex illo non debet domino Jeſu irrogari iniuria, ſed potius honor & reuerentia, ſed ſi facta recreatione non reſurrexit, remanet corpus eius iniuriatum, eo quod non eſt vnitum animæ per quam vniebat, & ad quam habet naturalem inclinationem, remanet etiam inhonoratum quia mortuum, cum corpus viuũ ſit nobilius corpore mortuo, ergo oportet dicere quod reſurrexit. Deus cum ſit iuſtus non permittit vt creaturæ ordinatæ ad vitam dominetur mors ſine culpa, ſed dominus Jeſus qui eſt verus Deus & verus homo mori debuit & voluit vt ſupra probauimus, non pro ſua culpa, quia nullam culpam habuit, ſi enim culpam habuiſſet, non potuiſſet ſatisfeciſſe de peccato originali, nec fuiſſet idoneus recreator & reparator, ſed mori voluit pro ſatisfactione peccati & culpæ originalis primorum parentum & reparatione humani generis, ergo facta ſatisfactione & reparatione non debuit domino Jeſu dominari mors, nec pro culpa ſua, quam nunquam habuit, nec pro aliena quam iam deleuit, ergo reſurrexit. Impoſſibile eſt inter diuinam naturam & humanam in domino Jeſu eſſe contrarietatem. Cum inter vtramque naturam in domino Jeſu ſit ſumma vnio, & per conſequens ſummus amor & intimus, ſed anima domini Jeſu naturaliter appetit ſuum corpus & maxime, eo quod eſt facta recreatio & reparatio, ergo natura diuina volet animæ reſtituere ſuum corpus, alias non eſſet inter vtramq; naturam diuinam & humanam in domino Jeſu, quantum ad voluntatem cõtrarietas, & ſi debet velle & poteſt facere cum ſit omnipotens faciet,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

faciet, resurrexit ergo dominus Jesus à mortuis. Quãto aliquid intimius vnitur aliquibus tanto si fiat inter ea separatio vehementius appetit vnionem illorum, sed natura humana in domino Iesu intimius vniuit sibi naturam humanam quam eius anima fuerit vnita suo corpori, eo quod natura humana erat substantificata in diuina, cum ergo anima eius appetat vniri suo corpori recreatione facta, à qua fuit separata propter recreationem faciendam natura diuina facta recteatione fortius appetit vnionem corporis & animæ domini Iesu: sequitur ergo quod dominus Iesus resurrexit.

VIGESIMO QVINTO QVOD *Dominus Iesus ad cœlos ascenderit.*

Articulus XIII.

PROBAVIMUS quod dominus Iesus resurrexit à mortuis: nunc probare intendimus quod ad cœlos ascenderit. Nobilissimæ naturæ corporali debetur locus nobilissim⁹, vt inter locatum & locans sit proportio, sed natura humana est nobilior omni alia creatura corporali & inter omnes homines dominus Iesus est nobilior homo qui fuerit vel esse possit: ergo sibi debetur locus nobilissimus, sed locus quanto sublimior, tanto nobilior, ergo ad cœlos vt ad locum nobiliorem & debitum sibi ac proportionatum ascendere debuit. Illa creatura per quam omnia creata sunt & reparata & ad finem debitum restituta, est super omnia creata collocanda, & omnia creata debent ei esse submissa & reuerẽtiam exhibere, sed per dominum Iesum omnia creata sunt reparata, & ad finem debitum restitura, natura enim corporalis est ad finem debitum restituta per eum, eo quod natura humana propter quam omnia corporalia sunt creata, est per eum restituta & reparata, natura etiam spiritualis eo quod participat cum natura humana, quantum ad animã quæ est substantia spiritualis, & quia ad dominum Iesum ordinata eo quod ipse est nobilior omni creatura, ergo super omnẽ creaturam collocari & ascendere debuit, & in eius ascensu omnis creatura eidem famulatũ & reuerentiam debuit exhibere, aliàs staret contra naturã suam & omnium creatorũ, sicut enim si oleum esset in centro aquæ staret ibi contra naturã suam cuius est ascendere supra aquam, staret etiam cõtra naturã aquæ, eo quod occuparet locum aquæ, & nisi impediretur ascenderet supra aquã naturaliter: quinimo & aquæ eidem cederet naturaliter & se vt gradũ vel scalã in eius ascensu exhiberet, sic imo multo fortius domin⁹ Iesus debuit ad cœlos ascẽdere, alias si staret citra, staret violẽter, & cõtra naturã suã & omniũ creatorũ,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quam

quam violentiam non poteſt aliquid creatum neq; potuit inferre vt patet ex præmiſſis niſi Deus qui ſemper cum iuſtitia operatur, Omni naturę ad beatitudinẽ ordinatæ debetur locus qui melius eſt ad beatitudinem depoſitus, ſed Dominus Jeſus inquantũ homo, eſt ad beatitudinem ſumme diſpoſitus, talis autem eſt locus cœleſtis, ergo debuit ad cœlos aſcendere. Omni naturæ ſanctæ & incorruptibili debetur locus purus non terrenus nec corruptioni deditus, ſed elongatus à corruptione, ſed dominus Jeſus eſt naturæ ſanctiſſimæ, puriſſimæ, & incorruptibilis, ergo debetur ſibi locus non terrenus nec corruptioni deditus ſed puriſſimus & à corruptione elongatiſſimus, locus autem cœleſtis eſt talis, ergo ſibi debetur locus cœleſtis, ergo debuit ad cœlos aſcendere. Omne id per quod gloria & pœna (cum ſint contraria) & beati & damnati magis diſtant ab inuicem, eſt neceſſarium, ſed damnatis debetur locus infimus quia centrum, ergo beatis & ſanctis debetur locus ſummus, talis autem eſt locus cœleſtis. Cum ergo dominus Jeſus ſit beatior & ſanctior omnibus alijs beatis, debet eſſe in altiori loco quam cæteri beati & ſancti, debuit ergo ad cœlos aſcendere.

VIGESIMO SEXTO QVOD ARticuli VI. qui pertinent ad humanitatem, quos probauimus debere fieri, ſunt iam facti.

PROBAVIMUS quod Deus debuit aſſumere naturam humanam, & per conſequens quod fuit verus homo, & quod debuit naſci, mori deſcendere ad inferos, reſurgere à mortuis, aſcendere ad cœlos. Et quia fides Catholica credit & aſſerit iſta iam eſſe facta, ſicut S. Sancta eccleſia confitetur, & licet videatur quod ad probandum, ſcilicet quod iſta ſint iam facta non poſſint haberi rationes cum ſit quo facti ad quod probandum non poſſunt induci, niſi teſtes vel inſtrumenta in aliqua ſecta, vel ſcientia. Quis enim probabit Moyſen legem Iudeorum à Deo accepiſſe, & ipſum Moyſen eam Iudæis tradidiſſe, niſi credatur ſcriptis Iudæorum? Quis probabit Machometum ſectam Sarracenorum inſtituiſſe niſi credatur libris & ſcriptis eorum? Quis probabit imperatorem Iuſtinianum legalem ſcientiam, vt hodie traditur inſtituiſſe ſi nõ creditur libris legalibus? Quis probabit Romulum condidiſſe Romam ſi non creditur libris & geſtis Romanorum; & ſic diſcurrendo per omnes ſcientias & facta præterita inuenietur quod non poſſunt probari quæ ab illis qui dicuntur factores & inuentores ſint facta vel inuenta ſi non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

non creditur testibus, si extant, vel attestationibus testium si illi non extant vel alijs scripturis, & si de attestationibus testiū & per scripturas fides sumatur, & probatio, nulla secta ita est vallata roborata attestationibus testium scripturis & instrumentis sicut fides Christiana quam sacro sancta ecclesia confitetur. Quæ est etiam secta tot habens testes quot fides Christiana pro qua confirenda & testificanda milia milium hominum sunt martirizata, imo quod singulare & mirabile est nulla secta moriēdo fundata est nec multiplicata nec lætatur de morientibus nisi sola fides Christiana. Quæ secta tot scripturas tam altas tam multiplices omnes ad vnam fidei Christianæ veritatem concurrentes habet, sicut fides Christiana, imo si scripta aliarum sectarum liberentur & comparentur ad scripturas fidei Christianæ non videntur scripturæ: sed potius quædam rudimenta & deliramenta, quinimmò fides Christiana tam euidentibus signis & miraculis est probata, & per dominum nostrū Jesum Christum & eum sequentes tam euidenter tradita ac etiam declarata quod dicta signa & miracula non potuerunt fieri nisi à Deo, neq; per ipsum Dominum Jesum Christum potuissent talia fieri qualia fecit, nec tam euidenter tradi & declarari quæ nobis tradidit nisi ipse esset verus Deus, & per consequens vera omnia quæ facere nos docuit & faciendo firmauit, & licet ex quo Christiani habent substātiam veritatis debere eis credi de antecedentibus, vtpote de actore & tempore sicut creditur Judæis de Moyse, Sarracenis de Machometo, Romanis de Romulo, Legistis de Justiniano, eo quod ipsi habent factorum per eos substantiam, nos tamen ad abundantiam nostri tractatus & laudem fidei Christianæ ad probandum veniſſe illum quem fides Christiana confitetur verum Jesum Christum esse, & per consequens vera esse quę fecit & docuit speciales intendimus inducere rationes & probato quod fides Christiana confitetur sit verus JESUS, probatum erit quod est incarnatus, natus, mortuus, & sic de alijs articulis,

PROBATIO QVALITER CHRIstus fuit verax, & per consequens vera docuit.

PROBAVIMUS maiorem veritatem, quę sit vel potest esse quantum ad articulos fidei Christianæ, quos nos esse probauimus. Inde arguimus sic. Impossibile est optimam & altissimā veritatem inueniri & doceri à peiore & infimiori homine, & ab illo qui fuerit falsior homo & maior inimicus Dei, qui fuerit vel esse possit, quia sequeretur quod peior homo de mundo & falsior

(c) 2006 Ministerio de Cultura

falſior ſuperaſſet omnes bonos homines in inuentione & doctrina, & ſic vnus & idem homo, fuiſſet peior homo & melior totius mundi, ſed ſi ille Ieſus Chriſtus in quem Chriſtiani credunt, vel quicunq; alius qui ſe Chriſtum dixit & hanc docuit veritatẽ articulorũ quos probauimus non fuit verus Ieſus Chriſtus: ipſe fuit peior homo qui fuerit vel eſſe poſſit & maior inimicus Dei: quia docuit ſe Deum eſſe & fecit ſe Deum cum non eſſet & fedauit & corrupit maiorem veritatem quæ eſſe poſſet, ergo iſtã ſummam veritatẽ inuenire & docere non potuit. Cũ ergo iſta ſumma veritas quam probauimus ad Chriſtianos peruenerit oportet illam à quo iſta ſumma veritas ad Chriſtianos peruenerit veracem fuiſſe & ex conſequenti vera docuiſſe. Secunda probatio, Deus cum ſit ſumme ſapiens & ſumme bonus ſic debet diſponere operationes ſuas quod in eis non ſit confuſio & falſitas : ſed ſi dominus Ieſus nondum venit Chriſtiani qui fuerunt & ſunt, ſunt in errore quantum ad hoc quod nondum venit quem dicunt veniſſe, cum ergo probauerimus quod venire debeat ſi nondum venit quando veniet non credent in eum Chriſtiani, quia tam credunt eum veniſſe nec Iudæi nec Sarraceni : nec aliqui alij à Chriſtianis credent in eum: quia nulli credũt eum eſſe debere talem qualẽ nos eum eſſe debere probauimus: ergo quando veniet aduentus eius erit ignotus & inutilis: eo quod non crederetur ei ab aliquo: & illi qui non credent in eum habebunt ſufficientem excuſationem de incredulitate eorũ, eo quod ille qui veniet ſi verus Chriſtus eſt docebit eandem veritatem quam Chriſtiani tenent. quam nos veram eſſe probauimus & poterunt rationabiliter dicere quod nõ credunt in eum: eo quod ita poſſent in eo decipi ſicut Chriſtiani qui eandẽ credunt veritatem, fuerunt decepti in eo qui ſe dixit Chriſtum cum Chriſtus non eſſet, & maxime quia ille qui veniet cum debeat eſſe, vt probauimus, verus Deus & verus homo non poſſit illum in quem Chriſtiani credunt qui non fuerit verus Deus nec verus homo, tranſcendere in doctrina.

Probatio qualiter ille qui veritatem manifeſtauit fuit verus Chriſtus. Omnis veritas magis dependet ab illo qui eam primo inuenit & docuit quam ab illo qui eam non inuenit, ſed veritas articulorum fidei Chriſtianæ quos veros eſſe probauimus inuenta eſt & incepta quantum ad eiusdem veritatis manifeſtationem & doctrinam ab illo à quo Chriſtiani habuerunt eam: ergo magis dependet ab eo quã ab aliquo alio qui poſt eum eã docuit vel docebit & non inuenit: ſed ille à quo Chriſtiani habuerunt iſtam veritatem non fuit verus Chriſtus: ſed eſt adhuc venturus, verius dependet veritas prædicta ab illo qui non fuit Chriſtus: qui primo inuenit eam & docuit, quã ab illo qui erit

(c) 2006 Ministerio de Cultura

verus

verus Christus : sed hoc est impossibile: oportet ergo dicere quod ille qui dictam veritatem manifestauit Christianis, fuit verus Christus & talis qualem se existere docuit: ne nobilissima veritas à falsitate incipiat.

PROBATIO VERITATIS articulorum.

IMPOSSIBILE est altissimam & infinitam veritatem inueniri in sublimi gradu eius ab aliqua creatura per se naturaliter sine lumine supernaturali & adiutorio Dei : sed veritas articulorū quos probauimus, est altissima & infinita veritas quantum ad articulos qui pertinent ad diuinitatem, & est maior veritas quæ esse possit in aliqua re creata, quantum ad articulos qui pertinent ad humanitatem: & in tantum est ista veritas altissima infinita & magna: quod etiam hodie postquã dicta veritas est manifestata Christianis : asseritur à multis Christianis quod ad istam veritatem non potest homo venire per rationem sed solũ per fidẽ: ergo nulla creatura per se & sine adiutorio Dei inuenire potuit & si dicatur quod à Deo est manifestata, sequitur ex præmissis quod Deus cum sit iustus & sapiens non debuit eam manifestare homini falso & in falsitate persistenti ante dictam manifestationem & post nec debuit eam manifestare cum falsitate temporis & personæ : ne summam veritatem principiaret in falso subiecto: quia Deus hoc faciendo faceret altissimæ veritati maiorem iniuriam quæ altissimæ veritati posset fieri: imo quod ipse Deus cum sit summe bonus non debet sustinere quod summa & nobilissima veritas habeat falsum principiũ: sed ille quem credunt Christiani venisse nondũ venit, omnes Christiani sunt in falsitate: & omnes alij à Christianis sunt etiam in falsitate: quia non credunt eum esse debere talem qualẽ eum esse debere probauimus : ergo oportet cum veritas dictorum articulorum peruenerit ad Christianos quod à Deo peruenerit vt in vero homine fuerit substẽtata & principiata & per consequens talis veritas est vera non solũ quantum ad eius substantiã, sed etiam quantũ ad personã & ad tempus & alia accidentia. Probatio quod dominus Iesus in quem credunt Christiani sit verus Deus & per consequens sua doctrina sit vera &c.

Si dominus Iesus Christus in quem Christiani credunt & cuius doctrinam amplectuntur non venit: Christiani, Iudæi, Sarraceni, & quæcunq; alia secta est in errore & falsitate, Christiani enim licet credant articulos fidei Christianæ quos veros esse probauimus : & quantum ad hoc sint in veritate, tamen si ille

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ille quem credunt venisse nondum venit sunt quantum ad hoc in errore & falsitate Judæi etiam Sarraceni & quęcunq; sint aliæ sectæ sunt in falsitate, quia nulla secta alia à Christianis creditur eum debere esse talem qualem esse debere probauimus, sequitur ergo quod omnes homines qui sunt & fuerunt, sunt in errore. Nec aliquis homo habet noticiam de Deo, nec aliquis homo est amicus Dei neq; Deus habet populum, nec Deus dilegit veritatem: eo quod non est sibi cura de manifestatione veritatis nec Deus compatitur hominibus cum omnes permittat in falsitate persistere & errore, quæ omnia sunt satis & euidenter irrationabilia. Sequitur etiam vlterius si dicta ratio diligenter consideretur quod nec à modo venire poterit. eo quod nulla secta credat illum qui venturus est esse talem qualem esse eũ debere probauimus: & sic in nulla secta inuenietur aliqua fœmina quæ sit idonea ad eum concipiendum: ex quo non credet in eum, nec aliquis populus erit dispositus ad eum recipiendũ ex quo non habent fidem in eo. Et sic non erit incarnatio nec recreatio, quæ necessaria esse supra probauimus: oportet ergo quod dominus Jesus in quem credunt Christiani sit verus Jesus & per consequens sua doctrina sit vera & saluberrima: ex quo vlterius sequitur quod sex articuli qui pertinent ad humanitatem Christi non solum debeant esse veri sed & sunt verificati & facti sicut S. sancta ecclesia confitetur.

VLTIMO QVOD DOMINUS *Jesus Christus debeat iudicare vivos & mortuos*

ARTICULUS XIIII.

AD probandum quod omnes debeat iudicare dominus Jesus tàm viuos quàm mortuos, volumus primo probare quod generatio hominum habebit finem. Secundo quod omnes homines resurgent cum corporibus suis. Tertio, quod dominus Jesus eos debeat iudicare. Primo quod generatio hominum habebit finem.

Probauimus superius quod homo totus videlicet cum corpore & anima à sui institutione est ordinatus ad beatitudinem sed per peccatum est à beatitudine deuiatus. Per passionem, crucem & mortem domini Jesu est totus, scilicet cum corpore & anima ad beatitudinem recreatus & restauratus, aliàs non esset sufficienter recreatus. Inde arguimus sic. Impossibile est materiam finitam sufficere ad corpora infinita: sed si generatio hominum nunquam haberet finem, corpora hominum essent infinita

(c) 2006 Ministerio de Cultura

infinita, ergo aut deficiet materia cuncta de qua fiant corpora hominum cum sint infinita, aut oportet ponere circolationem in corporibus hominum: sed circulatio in corporibus hominū poni non potest, cum totus homo scilicet cum anima & corpore sit ad beatitudinem ordinatus: si iustus est: vel totus cum anima & corpore ad pœnam, si iniustus, ergo oportet quod generatio hominum habeat finem. Si generatio hominum nunquam habet finem scientiā Dei vel sapientia non nouit numerum hominum generandorum, cum generatio hominum & multiplicatio duret in infinitum & per consequens numerus sit innumerabilis ex quo infinitus est & sic potestas diuina dedit naturæ potestatem multiplicandi homines in infinitum quo sapientia non nouit. Et esset differentia inter sapientiam diuinam & potestatem: sed hoc est impossibile: ergo oportet quod generatio hominum habeat finem.

Deus qui creauit mundum vt suprà probatum est ordinauit generationem & multiplicationem hominum; aut ergo ordinauit eam ad aliquid seu propter aliquid, aut non ad aliquid & sic frustra ordinauit, imo sequitur quod non ordinavit quod est impossibile, si autem ordinauit eam ad aliquid, assequetur illud, alias non esset ordinata ad illud, & si illud assequitur quiescet & terminabitur in illo, quia omne quod mouetur naturaliter ad aliquid illo habito naturaliter quiescit in illo. Sequitur ergo quod aut generatio hominum habebit finem aut quod non est propter aliquid facta neq; ad aliquid ordinata: sed hoc est multipliciter impossibile, ergo oportet quod generatio hominum habeat finem, sequitur etiam quod si generatio non est propter aliquid neq; ad aliquid ordinata, quod generatio non est ab agente proposita neq; à natura seu à casu vel à fortuna, & sic non est naturalis, nihil autem quod est à casu vel à fortuna potest esse perpetuum neque ex parte ante nec ex parte post, ergo oportet quod generatio hominum habeat finem. Si generatio hominum non habet finem, cum hominum quidam sint boni quidam mali, aut homines boni erunt infiniti & homines mali infiniti, aut boni erunt infiniti & mali finiti aut mali infiniti & boni finiti. Non enim est dare quartum membrum diuisionis scilicet, quod boni & mali sint finiti, quia nullum infinitum potest constare ex finitis, si autem boni sint infiniti non erit dare materiam pro corporibus malorum, quia corpora bonorum quæ sunt infinita, indigent tota materia & non sufficit eis, nullus ergo malus damnabitur ex quo corpus suum nō poterit reassumere. Si etiam mali sint infiniti non erit dare materiam pro corporibus iustorum, cum tota materia sit necessaria pro corporibus malorum. Nec sufficiet cum sint iusiniti, ergo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

oportet dicere quod aut boni ſalventur & mali damnentur: aut quod mali damnentur & boni non ſalventur, ſi autem boni & mali ſint infiniti, nec omnes boni nec omnes mali poſſunt peruenire ad beatitudinem vel pœnam, tum quia generatio hominum quæ ponitur durare in infinitum indigebit materia pro corporibus generandorum, tum quia materia cum ſit finita non ſufficiet ad corpora infinita & ita plures erunt non beati quia infiniti quam beati quia finiti, plures non damnati quia infiniti quam damnati quia finiti, aut nullus beatificabitur, nec aliquis damnabitur: ſequitur etiam quod ſi boni ſunt infiniti & mali infiniti, cum nihil maius ſit infinito quod mali infiniti, & boni infiniti nõ erunt in numero plures quam boni tantũ cum ſint infiniti, vel quam mali tantũ cum ſint infiniti. Sed omnia ſupradicta ſunt manifeſte impoſſibilia, ergo oportet quod generatio hominum habeat finem. Si generatio hominum non habeat finem motus eſt infinitus, quia non habet finem & tempus ſimiliter: ſed ſi tempus eſt infinitum non habet partem finitam cum infinitũ non conſtet ex finitis. Ergo hominum qui generantur & corrumpuntur quorũ eſſe duratio & exiſtere eſt finitũ eorum exiſtentia quæ eſt in tempore nõ menſurabitur tempore, aut ſi menſuretur tempore menſurabitur tempore infinito, cum ſit finita: quorum vtrunq; eſt impoſſibile, ergo oportet quod generatio hominum habeat finem. Secũdo quod omnes homines cum corporibus ſuis reſurgent,

Homo vt ſupra dictum eſt à ſui inſtitutione eſt ad beatitudinem ordinatus & per conſequens ad vitam, ſed per peccatum eſt à dicta beatitudine deuiatus. Inde arguimus ſic. Natura humana eſt recreata, & ad ſuum finem reſtituta per mortem domini Ieſu vt ſupra probauimus, ſed ſi homo non peccaſſet tota natura humana ſcilicet cum corpore & anima, erat ad beatitudinem aſſumenda, ergo cum ſufficienter ſit recreata tota, ſcilicet cum corpoe & anima ad beatitudinem aſſumenda quantũ ad iuſtos aut toca ſcilicet cum corpore & anima, quãtum ad iniuſtos eſt ad æternam miſeriam deducẽda, oportet ergo hominũ eſſe reſurrectionem. Omnis operatio meritoria, vel demeritoria, procedens ab homine principalius & verius attribuitur, cõpoſitio & ſuppoſitio quam partib. eius vt operari bonum, vel malum verius attribuitur homini quam animæ, vel corpori, cũ actus ſint principaliter ſuppoſitorũ: cum ergo homo ſit ille qui operatur bonum, vel malum, & anima non ſit homo, nec corpus etiam ſit homo, oportet eſſe hominum reſurrectionem vt qui totus ſcilicet cum corpore & anima bene egit, totus ſcilicet cum corpore & anima remuneretur. Et qui totus male egit, pro malo totus ſcil. cum corpore & anima puniatur, erit ergo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hom

hominum resurrectio, si non resurgerent homines cum corporibus suis, non participet dominus Iesus quem surrexisse probavimus in beatitudine & vita ęterna cum hominibus, sed cum animabus eorum corpus etiam domini Iesu non videretur corporaliter, nec verbum suum audiretur, nec ipse daret gloriam alicui naturæ corporali & corpus suum solum staret in gloria quæ omnia sunt irrationabilia & impossibilia.

Oportet ergo esse hominum resurrectionem, Impossibile est Deum cum sit iustus aliquid dimittere impunitum, vel irremuneratum, sed experientia certa videmus quod multi homines boni in hoc mundo sustinent multas iniurias, aduersitates, tribulationes, & labores corporales, & faciunt multa bona & meritoria opera corporalia, & quasi quãdiu sunt in hoc mundo sunt in afflictione corporis continua, Multi homines mali sunt qui habẽt malas & inordinatas delectationes corporales & quasi continuas & committunt multa enormia de quibus nõ portant pœnam in hoc mundo. Ergo oportet resurrectionem esse hominum vt Deus retribuat nobis in corporib. eorum pro bono quę fecerũt in illis corporibus, & malis det pœnam pro malis quæ fecerunt in illis corporibus, alias Deus non iuste procederet. Si non resurgerent homines cum corporibus suis, nulla anima haberet beatitudinem perfectam nec completam gloriam: quia cum anima naturaliter inclinetur ad suum corpus, eò quod anima ideò creata est vt cum corpore constituat hominem, si non haberet suum corpus, priuaretur suo desiderio naturali, & ita non haberet gloriam perfectam, eò quod non assequeretur suum desiderium naturale, sed hoc est impossibile, ergò oportet esse hominum resurrectionem. sequitur etiam, si non resurgunt homines cum corporibus suis quod aut anima quæ est pars, sit nobilior suo toto, eo quod anima erit beata, homo autem non: aut quod nec homo perueniat ad beatitudinẽ: cuius contrarium multipliciter superius est probatum. Tertio quod Dominus IESUS CHRISTUS debeat omnes homines iudicare.

AD PROBANDUM QVOD Dominus Iesus debeat omnes homines iudicare.

PRIMO quod debeat esse omnium hominum iudicium generale & quod Deus debeat esse iudex illius iudicij. Secundo quod dominus Iesus Christus qui est verus Deus & verus homo debet esse iudex illi⁹ iudicij. Manifestũ est quod omniũ hominũ conditio in duas partes diuisa est: quia quidã corũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sunt boni quidam mali. Inde arguimus sic. Nullus iudex iustus debet bonos & malos ad eundem locum admittere, neque ad eos vniformiter se habere: sed debet inter eos discernere & secundum quod diuersimode operati sunt retribuere, & per consequens inter eos iudicare & pro bono retribuere bonis secundum quod plus vel minus boni fecerunt, malis autem supplicium & pœnam, secundum quod plus vel minus mali fecerunt. Cum iusticia sit ius suum vnicuiq; tribuere sed Deus est iudex iustus, imo nullus alius est iustus iudex nisi ipse, quod enim ipse sit iustus satis patet ex superioribus, quod autem ipse solus debeat esse iudex, patet cò quod ipse solus est dominus omnium quia omnia fecit. Et ad ipsum pertinet primò & immediate omnis operatio creaturæ siue bona siue mala, ipse etiam solus est qui potest retribuere & puniri. Cum ipse sit omnipotens, ipse etiam solus qui omnium hominum nouit merita & demerita, quantum ad facta & etiam cogitata non solum quantum ad numerum: sed etiam quantum intensa sunt & remissa,, cum enim sit solus & summe sapiens, solus omnia etiam præterita, vt præsentia contemplatur, ergo Deus debet inter bonos & malos discernere & diuersimode retribuere & punire & per consequens inter eos iudicare, ergo oportet esse iudicium omnium hominum generale.

Omnia iudicia particularia & inferiora debent per iudicem generalem & superiorem examinari & examinata ratificando, vel infirmande iudicari & regulari, alias esset error in iudicijs: eo quod in eis homines possint falli & non esset ordo in iudicijs iusticia enim Dei esset defectiua, si non se extenderet ad omnia iudicia regulanda, sed omnes actus hominum tam exteriores quam interiores, sunt quædã iudicia: quia cum libertate fiunt. Ergo omnia debent per superiorem iudicem examinari & ratificari, vel infirmari: sed solus Deus est superior ad omnes homines: ergo omnium actuum hominum debet esse ipse iudex qui solus nouit omnia & solus potest omnia facta vno instante omnibus declarare, debet etiam istud iudicium esse vnum & generale in quo omnes homines debet adesse, & post resurrectionem hominum, alias non esset omnibus manifestum. Finaliter quod dominus Iesus debet esse iudex illius iudicij. Secundo probamus quod dominus Iesus debet esse iudex illius iudicij. Nullus iudex tam idoneus sicut ille qui participat, cũ vtraq; partium inter quas debet esse iudicium & qui novit merita vtriusq; partis non solum secundum scientiam, sed & secũdum experientiam: sed natura humana debet iudicari pro his quæ fecit secundũm voluntatem Dei, vel contra voluntatem Dei, ergo nullus tam conueniens iudex, sicut ille qui participat

cum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

cum Deo & cum homine. Talis autem dominus Ieſus eſt qui eſt verus Deus & verus homo, vt ſupra probauimus, ergo ipſe debet eſſe iudex omnium hominum generalis. Omne iudiciũ rite ordinatum requirit quod ſit manifeſtum & notum omnibus qui iudicandi ſunt: ſed omnes homines conſtant ex corpore & anima, ergo iudicium debet eſſe notum non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam corporaliter: ſed ſi Deus ſolus iudicaret, perſona ſua non videretur oculo corporali: nec ſua ſententia audiretur, nec perciperetur aliquo ſenſu corporali: Ergo oportet quod ille qui iudicat ſit talis quod ſuum iudicium poſſit perfecte & complete, ſcil. ſpiritualiter & corporaliter manifeſtare. Talis autem eſt dominus Ieſus ſolus, cum ſit verus Deus & verus homo, ergo ipſe debet eſſe iudex. Nullus autem tã idoneus iudex ſicut ille in quo reperitur & concordant iuſticia, manſuetudo & miſericordia: ſed in domino Ieſu eſt iuſticia ſumma cum ſit verus Deus, & manſuetudo & miſericordia. Cum ſit verus homo per quam naturam inclinatur ad miſerendum hominibus qui cum eo participant: ergo ipſe debet iudicare, vt in iudicio adſit diuinitas quæ excitet eum ad iuſticiam, & humanitas quæ inclinet eum ad miſericordiam,

CAUSA FINALIS HUius tractatus.

TRACTATUM iſtum hac intentione fecimus, vt fideles & deuoti Chriſtiani attendant, quod cum nulla ſecta alia à fide Chriſtiana poſſit probari eſſe vera, nec defendi à ſequentibus defendentibus eam, nec poſſet fidem Chriſtianam rationabiliter impugnare, eo quod omnes ſunt innixæ falſo & friuolo fundamendo, fides autem Chriſtiana non ſolum poſſit defendi contra omnes impugnantes eam, ſed etiam probari. Et quancunq; aliam ſectam infringere per neceſſarias rationes, ſicut patet ex rationibus ſupraſcriptis. Ob zelum fidei animati ardenti deſiderio meditentur quod cum nihil poſſit reſiſtere veritati, eo quod ſit ſuper omnia fortior per viam & fortitudinem rationum: cum Dei adiutorio & virtute poterunt infideles reducere ad ſemitam veritatis, ſic quod nomen domini Ieſu laũde digniſſimum, quod in plerisq; mundi partibus, & à quàm plurimis ignoratur, manifeſtabitur & habebitur in reuerentia & honore & hæc via ad conuertnndum infideles eſt facilior aliis omnib. Durum enim & periculoſum videtur infidelib. credulitatem ſuam pro aliena credulitate ſeu fide dimittere: ſed falſum & impoſſibile pro vero & neceſſario non deſerere quis eorum poterit ſuſtinere? Et ſi dicatur quod in hoc tractatu poſ-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sunt nobis fieri aliquæ obiectiones ad quas non respondimus. Dicimus quod in hoc tractatu hoc tantum in intẽtione habuimus, vt ostenderemus qnod fides Christiana probari poterat per necessarias rationes. Et licet si totus tractatus memoriter teneatur: credamus solutiones obiectionum cum diligẽter intelligentibus apparere. Nos aliqua dimisimus causa breuitatis. Offerimus nos tamen sine præsumptione in virtute fidei Christianæ ad omnes obiectiones infidelium respondere & eis tales contra eorum sectas & pro fide Christiana positiones facere & probare quod ad eas nullatenus poterunt respondere. Et si dicatur quod velle rationibus initi deroget fidei, vt fidelium merito, dicimus quod fideles qui non quærunt intelligere vt credant, sed credentes: quod si non crediderint non intellignt. Fidem simpliciter & constantissime amplectentes ad tantam possunt in virtute eiusdem fidei sublimitatem intelligentiæ eleuari, quod ipsa fides quę voluntatis firmiter eam credentium erat pabulum & fomentum, sua fundamenta quibus innititur, necessarias scilicet rationes ministrabit eisdem, vt sint eorum pabulum intellectus: ipsa enim fides ad instar supernatantis olei in sublime consurgens tanto ad altiorem gradum in eisdẽ credentibus eleuatur quanto intellectus multiplicatis necessarijs rationibus altiorem sibi scalam erexit, eo quod ipsa fides intellectum in seipsa fundans eumq; inuestigando continuè concomitans & confortans supra intellectus vires & potentiam excãdescit, quia fatigari nesciens semper nititur intensius & altius ad credendum, propter quod fides in altius erigitur & meritũ credentium ampliatur. Verum si dicatur nobis quod aliquæ vel multæ de rationib. supradictis alibi sunt insertę, dicimus quod nos inuenimus eas secundum modum & artem cuiusdem tabulæ quam edidimus generalis, tamen si alibi & ab aliis sunt repertæ quanro in pluribus libris & à pluribus sunt dictæ, tanto amplius exultamus, nos enim ad aliud non intendimus nisi ad ostendendum quod fides Christiana vel fideles per eam possint quancunq; aliam sectam per rationes conuincere infidelesque convertere. Et nomen Dei per cuncta mundi climata celebre & solenne omnibus declarare,

EXHORTATIO.

PROPTER quod flexis genibus cum humilitate & reuerentia quãta possumus supplicamus, vt omnes dictam viam amplectentur. Cum inter omnes vias ad conuertendum infideles & recuperationem terræ sanctæ ista sit leuior & amicabilior & magis consona charitati. Tantoque omnibus alijs vijs fortior

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quanto

quanto arma ſpiritualia ſunt corporalibus fortiora. Hæc enim armatos ſuos non onerant nec moleſtant, non hebetantur ictibus, nec franguntur, non rubiginantur algoribus, nec caloribus diſſoluuntur, ſed quanto plus in virtute eorum agitur tanto ſubtilius acuuntur, multiplicantur, quia multiplicius armatoſque ſuos agiliores, fortiores, armatiores & audaciores faciunt pluſquam in principio in medio & in fine, præter multa alia enarrare dimittimus, ne ſecularib. poteſtatibus videamur in aliquo derogare. Licet ipſi poſſint & debeant rationabiliter dicere & cogitare quod arma clericorum ſunt armis eorum nobiliora & etiam fortiora: factus fuit iſte tractatus Romæ anno Domini M. c c. nonageſimo ſexto & completus ibidem in vigilia Beati Iohannis Baptiſtæ præcurſoris Domini Ieſu Chriſti, qui fuit pręco lucis & luminis, & ipſum qui vera lux eſt digito demonſtrauit ſuoque tempore fuit gratia inchoata: ſic placet Domino Ieſu Chriſto, nouam lucem mundi infundere, ad cuius lumen ambulantes infideles conuerſi nobiſcum ſecure occurrant eidem Domino Ieſu Chriſto, cui eſt honor & gloria. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

VALERII DE VALERIIS PATRICII VENETI.

OPUS AUREUM IN QUO OMNIA breuiter explicantur, quæ Scientiarum omnium parens RAYMUNDUS LULLUS tam in scientiarum Arbore quàm arte generali tradit.

PRAEFATIO

AD ILLUSTRISSIMUM ET GENEROSUM BARONEM, DOMINUM ANTONIUM FUGGERUM, Dominum Kirchbergæ & VVeissenhorni, &c.

ILLUSTRIS & *Generose vir, Mecœnas perpetuo honore colende; quod tempus transegi Augustæ, liberalioribus exercitationibus dandum existimaui: quod putarẽ esse turpissimũ; si, quæ dabatur commendãdi occasio; à me negligeretur. Ergo Raymundi Lulli traditiones adhuc Scholiis breuib. illustraui; ratus quippe, quod res, dignissimam esse eiuscemodi scientiam quæ hominum studiis sine intermissione expoliatur. Est enim ars illa; cuius inuentionem Iudæi nostrates Solomoni magno Regi Philosopho adscribunt: & nõ nisi diuino suggestu ad Lullium Iure quasi postliminij rediisse colligunt sapientes. Aristoteles certè, vt nec Plato Præceptor, hoc tàm egregium philosophema intactum reliquit; qui si hoc scisset; quàm maxmum fuit toto philosophandi negotio, maximo maior & hic profecto euasisset. Et hanc, vir magne, scientiarum Reginam tibi dedico consecroq; : cum enim confirmem illorum sententiam, qui ingenium natura sagacissimum tuum vario studiorum liberaliorum genere perpolitum, profitentur: quod me vel edocere potuit salutatio tua, quam non minore eruditione, quàm humanitate refertam, animaduerti. Elegi te, qui huius meæ lucubrationis fores & æstimator & Patronus: quem si alij facient tanti, quanti te fieri, est æquum: ist hæc scriptio augusto tuo nomine emissa, duplo & attentiorem*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pientiorem lectorem benigniorem q; experietur. Itaq; caput quod est, te, illustris ac generose Mecœnas, qua possum animi subiectione oro; vt quemadmodum hasce meditationes ingenuo pectore tibi offero; consueta benignitate accipias, boni consulas, & me humilem clientem tibi fidelissimè commendatum habeas. Quo beneficio si me affeceris, afficies autem vt spero; facies efficies q; 3; vt, quoad vixero, gratam de te sim habiturus memoriam. Datum 5. Maij, Anno reparatæ salutis 1589.

Illustri Dominationis vestræ.

Addictiss.

Valerius de Valerijs Patricius Venetus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

INTENTIO AUTORIS EXPLICATUR.

Raymundus Lullus quo tempore vixerit, & qualis fuerit.

VIXIT annis abhinc circiter trecentis insignis quidam Vir summæ eruditionis ac sapientiæ, nec minoris (forsan) sanctitatis, nomine Raymundus Lullus, qui maximam difficultatem in scientijs quibuscunq; constitutam admirans, ac earundem inter se varietatem contemplans, hominis miseriam deplorauit, quod longo temporis spatio per deuia scientiarum errando, vix tandem ob immensum laborem, non minus confusam quam exiguam rerum cognitionem assequeretur: Cupiensq; literarum cultores ab hoc seruitutis iugo liberare, ac breui temporis curriculo in summam omnium scientiarum noticiam deducere: *nescio quo diuino afflatus furore, inter cætera * duos libros ad omnes scientias assequendas conscripsit: quorum vnum breuem artem, alterum verò generalem appellat, ex quo posteriori priorem collegit. Verum ob longam experientiam deinde cognoscens paucos ad illarum cognitionem deuenire, tùm propter singulare ac admirabile artificium, quod continent; tùm etiam ob præceptorum paucitatem, quibus immensum scientiarum chaos implicatur, voluit * clarius sententiam suam explicare; tali tamen modo ne sacra à prophanis contaminari possent, & non nisi summa ingenia arcanorum penetralia degustarent. Ad quod peragendum librum edidit, quem nominare voluit * Arborem scientiarum, nec immerito: quoniam ea omnia, quæ ab omnibus scientijs vnà possunt comprehendi, Liber ille quatuordecim tantum arborib. distinctus miro modo considerat. Qui cum ad manus nostras deuenerit, curauimus maiori, quam fieri poterat, facilitate, eius libri sensum aperire, & circa hoc vnum tota nostra intentio versatur. Quædam enim inutilia subtraximus; aliqua verò valdè necessaria addidimus; sicuti sparsim in toto opere cerni potest, & potissimum in * prima & quarta parte, in quarum prima, præter animaduersiones in toto Lulli artificio summè necessarias fabricauimus nouem Categorias, vel, vt vulgus intelligit prædicamẽta quæ entibus omnibus conuenire possunt, quæcumque sint illa siue realia, siue ab intellectu fabricata, siue creata. * Adiecimus in super in secunda parte arbori vnicuique proprias formas, ea omnia breuiter explicando, quæ ad arborem quamcunque reduci poterant. In tertia verò parte & quarta proprio Marte multa desumpsimus, vt ingenioli cognoscere poterunt: Nec sine maximis incommoditatibus & multis vigilijs id perfecimus, vt Philosophiæ imbuti

** Duos libros Lullus scripsit, ad omnes scientias cõparandas.*

Quare pauci ad noticiam artium generalis & breuis deueniant.

** Per arborẽ scientiarum clarius Lulli sententia explicatur.*

** Arbor scientiarum nõ immerito talis dicitur.*

Intentio Autoris circa quod versetur.

Quæ præcipue in prima & 4ta parte ab Aut: sint addita.

Quib. categoria nostræ conueniant.

** De his quæ sunt in secun*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

imbuti valeant ſe aliquando ab infinitis ambagibus liberare, & Viri in ſcientijs conſumati poſt infinitos labores peractos poſſint ſub felici harum arborum vmbra perpetuò & ſecure quieſcere. Non reprehendant nos Eloquentiæ cultores ſi rudi Minerua in ſcribendo vſi ſumus, quoniam ſatis erit (vt arbitramur) ſi ſub rudi cortice Docti Eloquentes ſua Eloquentia Neſtareos fructus cognouerint & guſtare poterint. Hæc dicere voluimus de noſtra intentione, ſed ad operis diuiſionem accedamus.

da parte adextra.

& vere hoc opus ſit: edere voluerunt.

Eloquentes nõ reprehendat ſermonis ſimplicitatẽ.

DE TOTIUS OPERIS DIuiſione.

VT ordo in huius operis proceſſu obſeruetur, in quatuor partes totum opus partiendum eſt; in quarum prima de his tractabitur quorum præcognitio neceſſaria eſt ad conſequendam arborum cognitionem. In ſecunda parte quatuordecim arborum naturam declarabimus, ex quarum notitia tota entium cognitio deqendet. In tertia exemplis illuſtrabimus quæ tam in prima quam in ſecunda parte traduntur. In quarta verò & vltima modum oſtendemus, quo tota generalis ars Raymundi ad hoc opus ſit reducenda; docendo vlterius multiplicare fermè in infinitum conceptus, argumenta vel cuiuscunque alterius generis complexa tàm pro parte vera quàm falſa, miſcendo radices cum radicibus, radices cum formis, arbores cum arboribus & regulas cum his omnibus, & alijs multis modis.

In quatuor partes totum opus diuiditur.

In prima parte quid fiat.

In ſecunda.

In tertia.

In quarta, quæ doceantur egregia.

DE PRIMAE PARTIS diuiſione.

PRIMA pars in quinque partes ſubdiuiditur, in quarum prima radicum natura arboris cuiuſcunque oſtenditur. In ſecunda arborum folia numerantur, ac declarantur. In tertia formarum eſſentia explicatur. In quarta quæſtionum vel regularum quidditas ac numerus docetur. In quinta verò & vltima animaduerſiones quatuor præcedentium partium ponuntur, quarum noticia ad Lulli omnia ſecretiora intelligenda eſt neceſſaria.

Principalior pars in quinque partes ſubdiſtinguitur.

In 5ta parte animaduerſiones ponuntur ad ſecreta Lulli inueſtigarda.

DE RADICIBUS IN COMmuni.

LOQUUTURI de principijs illis vniuerſalibus quæ quodlibet entis genus circundant atque inſenſibiliter penetrant, nempe

Enumerantur principia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Vel radices arborum omnium.

nempe de Bonitate, Magnitudine, Duratione, Poteſtate, Sapientia vel cognitione, Voluntate vel appetitu, Virtute, Varietate, Gloria, Differentia, Concordantia, Contrarietate, Principio, Medio, Fine, Maioritate, Æqualitate & Minoritate, quæ Lullus in eo libro qui Arbor ſcientiarum intitulatur ſub radicum nomine (radices etenim dicuntur eo quòd varia influentiarum genera, quæ à centum formis præcipue emanant, per eas ad quascunque omnium arborum partes deducantur) conſiderat: viſum eſt prius differentiam quandam, quæ inter priores nouē & poſteriores totidē reperitur manifeſtare, ac ordinem in illis conſtituere, antequam de vnaquaq; illarum peculiaris ſermo fiat: cuius rei cognitio non parum proderit ad inueſtigandam earum entium naturā, quæ ſub Arboribus ſunt compræhenſa.

Radices quæ dicantur.

Diſcrimē inter radices.

Diſcrimen igitur eſt, quia primæ radices arboribus & partibus ſuis abſolutum eſſe tribuunt ac completum inchoando ab eſſentia vſq; ad rei finem vel complementū, quod clarius ſtatim patebit vbi ordinem harum radicum oſtenderimus. Poſteriores autem reſpectiuum eſſe tantum largiuntur, quod eſſe ſecundarium haud impropriè nominari poteſt, cum illud præſupponat quod priores arborum radices conferunt. Nec eſt illorum opinio vera cenſenda qui priores radices radices exiſtimant abſolutas, in quantum à reſpectiuis diſtinguuntur: quoniam Differentia, Concordantia & cæteræ radices prædicationem priorum recipiunt, quæ abſolutæ ſunt: quod impoſſibile eſſet, ſi ſententia illa veritatem aliquam haberet, quia oppoſitum vnum de alio prædicari nequit, & potiſſimum quando talia ſunt quæ aliquod tertium condiuidunt, quemadmodum abſolutum & reſpectiuum ſecundum dictam ſententiam conſiderata: Sunt ergo priores abſolutæ, quia completum eſſe vel (quaſi) intrinſecum donant; aliæ verò ſunt reſpectiuæ, quoniam eſſe quod communicant extrinſecum & incompletum eſt. Ordo inter has radices eſt admirabilis, quem vellemus temeraria ignorantium & ſciolorum ſchola optimè conſideraret, ſi ad hoc, ſuis inuectiuis in Lulli barbariem (quod ad ſermonem) idonea facta ſit, vt altiſſimos ſenſus ſub impuro ſermone velatos queat contemplari. Diuinus ille Lullus poſtquam ſumma mentis indagine totam entium multitudinem ad nouem capita reduxit, quæ tam in generali quam in breui ſua arte vocat ſubiecta, vel ad quatuordecim arbores, quas miro artificio deſcripſit, quæ tamen de facili ad illa ſubiecta reduci poſſunt & è contra: volens deinde totam cuiuſcunq; entis naturam explicare, tam in ſe & abſolute, quam extrinſecè vel in ordine ad aliud; octodecim generaliſſima prædicata conſtituit, omnia omnibus ferè entibus conuenientia: quarum priora nouem rei natu-

Opinionis cuiuſdam refutatio.

Cur abſoluta quædam radices ſint & quædam reſpectiua.

Ad quæ capita entia omnia reducantur.

Ad quid ſint inuēta octo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mituram, & quæ neceſſario eandem conſequuntur, eſſentiam declarant : reliqua verò extrinſeca & reſpectiua oſtendunt. Quæ licet communiſſima ſint & conſequenter rei ſubſtantiam in vniuerſali patefaciant : ab his tameu vniuerſalioribus ad particularia vſque datur deſcenſus ; & per communiſſimorũ cognitionem notitia particularis haberi poteſt cum hæc in illis contineantur. Et hunc deſcenſum cognouit ac docuit Lullus quando ex nouem ſubiectis quatuordecim arbores conſtruxit à generaliſſimo Trunco deſcendendo ad minus generalia, ſcilicet ad Branchas, & ab his ad Ramos, à Ramis ad Flores & denique à Floribus ad fructus vſque, qui ſpecies ſpecialiſſimæ ſunt, in quibus iubet Plato quieſcere. Non erit igitur impoſſibile per horum generaliſſimorum principiorum vel radicum ſcientiam, intimam cuiuslibet ſpeciei diſciplinam habere ; quod Lulli contemptores impoſſibile fore putant, cum nequeant (Miſeri) oculis à Noctua mutuatis ad tantam ſublimitatem conſcendere. Sed eò redeuntes vnde digreſſi ſumus atque ordinem inter principia vel radices conſtituentes dicimus inter primas nouem talem eſſe ordinem, quod tres priores rei eſſentiam eiuſdem eſſentiæ perfectionem, ac exiſtentiam vel ſubſiſtentiam reſpiciunt. Bonitas enim non ea tantùm ratione, qua cum eſſentia vel ente conuertitur & ob ſui ſimplicitatem maximam, ei magis intima, eſſentiæ reſpondet, ſed principalius eam indicat ratione ſuæ proprietatis, videlicet eſſe ſui ipſius diffuſiuam quam mutuatur ab ipſa eſſentia, cui eſſentiale eſt ſeipſam communicare. Magnitudo verò quæ eſt ſecunda radix non fortuitò primã ſequitur ſed maximo naturæ conſilio, quia eſſentiæ nihil eſt intimius perfectione ipſa vel quantitate perfectionali, quæ per Magnitudinem ſignificatur de qua D. Auguſt. inquit : In his quæ mole magna non ſunt, idem eſt maius quod melius. Duratio autem quæ exiſtentiam vel ſubſiſtentiam concernit, optimo ordine illis duabus poſtponitur, tanquam illud quod prius eſſentiæ ad ſingularitatem contractæ occurrit. Tres immediatæ ſequentes radices cum potentiam operandi ac modum duplicem oſtendant, optime requirunt rei exiſtentiam, quam Duratio (vt dictum eſt) concernit : nec vlla res operationem aliquam tranſeuntem producere poteſt, niſi exiſtat vel ſit ſingularis teſte Ariſt. in Proemio Metaph. Poteſtas tamen prior eſt Cognitione & Appetitu quia Poteſtas cum præcipue ſignificet potentiam actiuam operandi, præcedit modos operandi, qui per Cognitionem & Appetitum intelliguntur. Similiter Cognitio Appetitum præcedit, veluti dirigens id quod dirigitur. Vltimæ radices vtputa Virtus, Veritas, & Gloria, quia conſummationem & rei complementum denum-

decim illæ principia.

Docuit Lullus deſcẽſum ab vniuerſalioribus ad particularia

Ordo inter nouem radices abſolutas

D. Aug. in 6. de Tri. ca. 7.

Ariſtot.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

denunciant, valdè appositè vltimo loco constituuntur. Virtus tamen vltimas duas præcedit, quia priores cum his vltimis vnit, vt inde sequatur huius vnionis Veritas, ac veritatem radicum omnium demonstrat. Et tandem Gloria vel delectatio omnibus postponitur, cum in ea tanquam in summo complemento quiescant. Inter respectiuas autem radices talis ordo consurgit, (sed suo modo) qualem in absolutis assignauimus, ita vt triangulus primus de Differentia, Concordantia ac Contrarietate, cum tribus primis radicibus absolutis concordet: quia sicuti Bonitas notat essentiam, Magnitudo perfectionem rei essentialem, & Duratio eiusdem rei existentiam vel subsistentiam, sic per Concordantiam & Differentiam habetur determinans & determinabile ex quibus vnà coniunctis rei existentia pendet, ac perfectio. Contrarietas verò Durationi respõdet, quoniam res extra causam suam existentes varijs passionibus efficiuntur, quarum ratione varijs quoq; oppositionibus sunt subiectæ. Secundus triangulus qui est de Principio, Medio ac Fine cum tribus posterioribus radicibus optimè conuenit, quia posse operari quod Potestati adscribitur, Principium requirit, quod est author operationis. Cum Medio symbolum habet maximum Sapientia vel cognitio, & è conuerso, quia veluti Medium inter duos limites constitutum est, ita & Sapientia, inter potentiam cognoscentem & cognitum obiectum mediat. Finis verò apprimè Appetitui vel Voluntati proportionatur, quia nihil desideratur nisi ob aliquem finem. Tertius & vltimus triangulus de Maioritate, Æqualitate & Minoritate optimam habet Symmetriam, cum vltimis tribus radicibus prioris ordinis, quam sic ostendimus: Cum Virtute Maioritas maximè conuenire dicitur, quia Virtus est fons & origo multarum operationum, quæ duo maioritatem quandam insinuant: Veritati Æqualitas est iuncta, cum Veritas sit adæquatio quædam vel æqualitas essentiæ ad suam ideam. Et denique Gloria vel delectatio cum ab omnibus non æqualiter sit participata, sed à quibusdam in maiori gradu (si fas est sic loqui) & ab alijs in minori, ab aliquibus propriè & à quibusdam impropriè, à creaturis rationalibus immediatè, & ab irrationalibus mediatè, ideo connexam habet sibi minoritatem non ratione suæ essentiæ, sed respectu eorum, quorum est summa quies. Et sic ordo inter has radices constitutus satis manifestus est per ea quæ dicta sunt; quem si optimè studiosi cognouerint, ac obseruauerint, non exiguam inde capient vtilitatem, quia huius rei cognitio ad hoc potissimum valet, vt in construendis definitionibus varijs sciat Lullista connenientia prædicata sumere & extranea omittere, cognoscendo quænam prædicata prædica-

Ordo inter respectiuas radices.

Ad quid valeat cognitio ordinis inter radices.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

prædicatum aliud præsupponat, vel quæ ad illud consequantur: valet quoque ad soluendum argumenta, vt sciat respondens inuenire aptas distinctiones ad distinguendum essentiam ab essentia, essentiam à modo, modum ab operatione ac varijs operandi modis, & ab his quæ extrinsecè essentiam vel rei operationem sequuntur. Complura alia circa hanc materiam essent dicenda, de quibus aliàs loquemur. Sed quid de vnaquaque istarum radicum Lullus sentiat videamus.

DE BONITATE.

Bonitatis descriptio.

BONITAS sic à Lullo describitur. Bonitas est ens ratione cuius bonum agit bonum, & sic bonum est esse, & malum est non esse. Non ignorauit Illuminatus Raymundus, plura esse definitionum vel descriptionum genera, & ferè innumerabilia vt ostendit quoque doctissimus Agrippa: tamen Bonitatem & reliquas radices per actum & operationem describere voluit, vt ostenderet hæc principia vel radices non esse propter seipsa ac magis propter vniuersam entium classem, quam suis operationibus modò valdè vniuersaliter, aliquando minus vniuersaliter, quandoque specialiter, & demum specialius admirabiliter ornant. Hac etiam de causa tales tradidit de suis principijs descriptiones, vt indicaret mediantibus suis principijs vnamquamque rem commodè posse definiri, quod scioli quidam fieri haud posse affirmant: contra quos in expositione nostra in artem breuem disputabimus (Deo concedente) ostendendo veriores esse tales descriptiones vel definitiones illis, quas per circumlocutas differentias Peripatetici tradunt. Si enim secundum Aristotelem, Asinus definiatur per genus, differentiam & proprium, sic dicere oportet. Asinus est animal irrationale rudibile. Hæc sanè definitio ratione differentiæ manca est, cum irrationalitas non sit Asini specifica differentia: & ratione rudibilitatis, quæ vt proprium ei attribuitur, valdè dubia est: quia cum ignoretur propria specifica differentia, proprium quoque ignorari necesse est, cum ab ipsa pullulet. Si autem definiatur sic Asinus, secundum Lulli nostri præcepta: Asinus est animal cui conuenit Asinum producere. Hæc definito certior est quia actus naturalis vnius speciei, alteri nequaquam conuenire potest. Nec hoc in loco accepimus actum pro actuali operatione, quia definitio non esset essentialis, at potius accidentalis: sed accipitur pro virtute illa quæ inest Asino à natura vt sibi similem generare possit. Insuper notandum est, quod quando in definitione Bonitatis dicitur. Bonitas est ens, ratione cuius bonum agit bonum: Sic verba hæc intelliguntur. Cum bonitas nõ

Quare definiantur radices per actum.

Alia ratio ad idem.

Ostenditur veriores esse Lulli definitiones quam Aristot.

Quomodo accipiatur actus in definitione Asini secundum Lullum.

Explicantur verba in

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Bonitatis definitione posita.

tantum de his prædicetur, quæ inferiora sunt, ad ens transcendentissimum, sed etiam de Magnitudine, Duratione, & alijs principijs tàm absolutis quam respectiuis, sicuti & viciſſim illa de bonitate (imò quodlibet de quolibet & de omnibus prædicari dicitur) ideo est illis ratio cur bona vocentur & quatenus talia bonum producere possint. Omnes igitur arbores ac earū partes quæcunque à Bonitate generali bonæ dicuntur, & sicuti bonitas generalis est sui ipsius plena, & cæterarum partium: sic Bonitas particularis datur, quæ sui ipsius est plena, & aliarum partium. Tunc generalis Bonitas est sui ipsius plena, prout concernit bonificatiuum, bonificare, & bonificabile. Tunc verò aliarum partium plena exiſtit, quando per Magnitudinem est magna, per Durationem durans, atque per cæteras radices talis. Idem dicatur de Bonitate in particulari. s. Trunci, Brancharum vel aliarum arborum partium. Consimiliter quoque de vnaquaque radice dicendum est. Tunc enim sui ipsius plena erit, quando potentiam proximam agendi, actum ac correlatiuum connotabit, sed cæterarū partium, quando ab alijs earum similitudinem susciperet. Essent ipsius Bonitatis quamplurime proprietates describendæ, quas Pythagoras, Aristo. Numenius Platonicus, Mercurius Trimegistus, Platonius & Plato enumerant, inter quas Mercu. Trim. ad Tatium loquens, nouem assignat, quoniam talium proprietatum notio plurimum prodest pro exornandis conceptibus ac medijs argumentorum inueniendis, de quibus aliàs verba faciemus. Varias verò Bonitatis diuisiones tu ipse colligito ex diuersa arborum distinctione: idq; poteris obseruare de alijs radicibus.

Bonitas quomodo sit plena sui ipsius.

Bonitas quãdo aliarum partium sit plena.

Dialo. 10.

DE MAGNITUDINE.

Quid sit Magnitudo.

MAGNITUDO est ens ratione cuius omnes radices sunt magnæ ac cætera entia. Cuius definitionis partes consimili modo sunt explicandæ, sicuti in Bonitatis definitione explicatę sunt. Restat tantum ostendere plures magnitudinis acceptiones, quæ tres sunt nempe, virtutis, molis, & operationum, quas Lullus optimè cognouit dum inquit. Magnitudo est ambiens omnes extremitates essendi, per quæ verba innuit triplex esse. s. essentiæ & spirituale, cui conuenit primum magnitudinis genus de quo abundè dicetur in Categoria Quantitatis: aliud est esse corporeum, cui magnitudo molis ac virtutis competit. Tertium est esse in actu per operationem, cui respondet operationum magnitudo. Et hæc vltima magnitudo multis modis variatur, sicuti & variæ sunt operationum species, reales, intentionales; immanentes, transeuntes: naturales, accidentales: propriæ, appropriatæ: rectæ, reflexæ: spirituales, corporales: necessa-

Varia magnitudinis acceptiones.

Varia operationũ species.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

neceſſariæ contingentes: inſtantaneæ, & in tempore factæ; & multæ aliæ quę Philoſophis & Theologis ſunt notæ.

DE DURATIONE.

DVRATIO eſt ens, per quod radices omnes ac reliqua entia durant: & multiplex eſt. Quædam enim vocatur tempus continuum: qua res ſucceſſiue dimenſurantur, vt motus omnes. Alia vocatur Æuum, qua ſpirituales ſubſtantiæ finitæ necnon corporeæ, abſq; variatione ſucceſſiua conſideratę menſurantur. Vltima vero Æternitas appellatur, quæ ſoli Deo cõpetit, nec ſucceſſionẽ aliquam vel mutationem ſignificat. Nec eſt cenſendum Deum menſurari duratione aliqua, cum menſura menſurato ſit prior dignitate vel natura: atq; finitis ſolum conueniens vt inquit Capreolus. Et licet dicatur, æternitatem Dei eſſe menſuram, ſic dicitur, quia Deus à nobis apprehendi nequit niſi in ordine ad menſuram, quia per æternitatem certi ſumus de Dei duratione quod eſt menſurę proprium.

Duratio quid ſit.

Multiplex duratio.

l. li. ſentẽt. q. dist. Quomodo Æternitas Dei mẽſura.

DE POTESTATE.

POTESTAS eſt id, per quod omnes radices: imo omnia entia poſſunt eſſe, vel exiſtere, vel ſubſiſtere. Non fruſtra ſub diſiunctione aſſignauimus triplex eſſe: quia nõ minus res illæ, quę tantum eſſentiam habent, & quibus ſimplex eſſe conuenit, per poteſtatem ſunt, quam illæ quæ exiſtunt vel ſubſiſtunt. Illud exiſtere dicitur: quod extra cauſam ſuam habet eſſe, ſiue ſit ſubſtantia ſiue accidens. Illud vero ſubſiſtit, quod eſt ſubſtantia & habet eſſe extra cauſam ſuam, vt omnia completa indiuidua in prædicamento ſubſtantiæ. Ex quibus patet exiſtentiam latiorem eſſe ipſa ſubſiſtentia, quia exiſtentia & accidentibus conuenit & ſubſtantiis, at ſubſiſtentia tantum ſubſtantiis. Nec per poteſtatem tãtum res ſunt, ſed etiã per eadem operari poſſunt, ideo ſi aliquod ens operatur hoc habet à poteſtate. Si bonitas bonificat, magnitudo magnificat & ita de aliis: hoc per poteſtatem obtinent. Suo modo entibus ab intellectu formatis poteſtas non repugnat, quatenus ſunt, & poſſunt aliquam habere operationem. Multæ ſunt poteſtatis ſpecies: (loquendo de poteſtate ad operationem ordinata) ad has tamen quatuor, omnes poſſunt reduci. ſ. ad potentiam naturalem & voluntariã & ad potentiam productiuam & conſeruatiuam. Si ad potentiam paſſiuam (quam Scotus ſubiectiuam vocat) poteſtatem volueris accommodare, poteris de hac duas habere diſtinctiones quas de poteſtate in operando deſcripſimus, dando ſua ſuis,

Definitio poteſtatis.

Exiſtere quid

Subſiſtere quid

Exiſtẽtia latior eſt ſubſiſtentia.

Entia ſi operantur hoc à poteſtate habent.

Species 4 poteſtatis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SAPIENTIA VEL Cognitione.

Quid ſit ſapientia

SAPIENTIA eſt id, per quod radices omnes & omnia entia cognoſcuntur. Non eſt in dubium reuocandum: An entia omnia verè cognoſcant? quoniam eſt ſole clarius, hæc tantùm tria verè cognoſcere Deum ſcilicet, Angelum & Rationalem animam. Sed ſi de quacunque cognitione fiat quæſtio, pars affirmatiua procul dubio debet defendi, quia entibus omnibus aliquæ operationes non repugnant, quæ ſemper cognitionem præſupponunt aliquam. Nec aliquod ens poteſt inueniri, quod omni careat appetitu, cum ſaltem finis appetitum habeat, & appetitus cognitionem præſupponat. Omnia igitur entia cognitionem quandam habent, quæ aptè naturalis vocatur, verum quod quædam ſunt entia, quæ præter hanc habent aliam quam ſenſitiuam nominamus, & hac Bruta cognoſcunt, quę ſibi vtilia vel nociua ſunt. Intellectiua vero, quæ Deo Angelis, & Animabus rationalibus conuenit, verior eſt & propria. Quæ reſpectu animæ rationalis, multiplex eſt, videlicet Intuitiua, Abſtractiua, Actualis, Virtualis. Si Abſtractiua; vel per propriam ſpeciem, vel per alienam. Recta, Collatiua, Reflexa: Si Reflexa, vel erit quatenus reflectitur ſuper potentiam cognoſcentem, vel ſuper actum cognoſcendi, vel ſuper obiectum cognitum. Vera, Falſa, Adæquata, Inadæquata, ſimplex, Compoſita; Si Compoſita, vel Compoſitiua, vel Reſolutiua, Affirmatiua Negatiua. Et ad iſtas quas numerauimus omnis alia intellectualis cognitio reducitur. Si tanta cognitionum multitudo tibi nauſeam (adde & ignorantiam) comparabit, tibi ipſi poteris perſuadere triplicem ſolum eſſe, nempe Veram, Falſam & Dubiam, vel quintuplicem quia & tot ſunt habitus tellectuales.

Tria ſunt entium genera quæ verè cognoſcunt.

Quæ cognitione omnia cognoſcant.

Enumerãtur 22. ſpecies cognitionis intellectualis.

Ad 3. ſpecies illæ 22 ſpecies reduci poſſũt

DE VOLUNTATE VEL Appetitu.

Quid voluntas vel appetitus:

VOLUNTAS vel appetitus eſt id per quod omnes radices ſunt amabiles, qui appetitus in omnibus entibus reperitur. Videtur ex hac definitione, quod Raymũdus Lullus intelligat de paſſiuo appetitu, quo res ad potentiam appetitum in ratione obiecti inclinantur: & non de actiuo, quo res in ſuum finem tendunt, vel in id, quod quandam finis ſpeciem habet. Mea tamen eſt ſententia, quod de actiuo appetitu intelligenda ſint eius verba, quia appetitus paſſiuus, tantum eſt in rebus, quatenus voluntatem reſpiciunt; nec cognitionem ſequitur, ſed

De quo appetitu loquatur.

Sentẽtia autoris vera.

Appetitꝰ paſſiuꝰ quomodo

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sed præcedit, quia talis appetitus est essentialis, cum in rebus sit ratione materiæ vel potentiæ, & per consequens, non optime Lullus radices has ordinasset, id prętermittendo quod sequi deberet. Huius sententiæ est quoque Agrippa, qui appetitum distinguit in rationalem, qui homini conuenit: in sensitiuum, brutis competentem: & in naturalem, omnibus rebus inditum. Quæ diuisio non potest dari de passiuo, quia in omnibus entibus est idem. Imo Lullus ipse dando exemplum de appetitu naturali & sensitiuo inquit: Sicut ignis, qui habet appetitum ad calefaciendum aërem, vt det ei suum similitudinem. Et sicut Leo qui habet appetitum ad Leænam pro specie sua conseruanda. Ex quibus verbis paret eum intelligere de actiuo: quem omnia entia habent, quia in aliquem finem tendunt. Et naturalis est, quia naturalem præsupponit cognitionem, quæ longè melius Dirigentis cognitio potest nominari Dei sc. benedicti omnia in suos fines producentis. Sic homo, in suum finem tendens, naturalem habet appetitum. Idem de brutis dicas, licet ad vtilia prosequenda, & nociua vitanda in homine & bruto alius appetitus vigeat dictusque sensualis. Alius cum his, qui Voluntas dicitur est in eodem homine, quo tunc pessimè ac insciè vtitur cum fruitur vtendis & vtitur fruendis.

sit in rebus.

Agrippæ sententia.

In lib. de sent. ent. ad Lullum

Ostend. quæ de appet. actiuo intelligatur.

Cognitio Dirigentis.

In homine tres appetitus.

DE VIRTVTE.

VIRTVS est origo vnionis radicum omnium. Et oritur virtus hæc à rei vnitate, quatenus actum proprium res eadem virtuosè producit. Et vt probe intelligas. Nihil aliud est virtus (quam intelligimus) quam facultas illa innata rei, qua eliciuntur operationes conformes. Et distinguitur à potestate operationum, de qua supra loquuti sumus, quia Potestas tantum dicit non repugnantiam ad operandum: Virtus verò tollit vtique repugnantiam, & præterea connotat in operante habilitatem vel proprietatem quandam secundum quam consimilis operatio producitur. Nimis prolixus essem si multas virtutis species describerem. Tu ipse discurre per arbores omnes ac per omnium arborum partes, & sic varias distinctiones, ac infinitum numerum proprietatum harum, vel virtutum inuenies. Discrimen tamen facito inter innatas virtutes acquisitas, & infusas.

Quid Virtus & Vnde oriatur.

Virtus à potestate distinguitur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE VERITATE.

Quid veritas

VERITAS, est id quod verum est de radicibus, & de omnibus entibus. Quæ veritas vel respicit rei existentiam, vel eiusdē essentiam. Si existentiam, tunc habetur veritas contingens: & isto modo propositiones de secundo adiacente sunt veræ & etiam de tertio adiacente in contingenti materia, si id notat propositio quod à parte rei fuit vel est. Si autem essentiam veritas respicit, tunc necessaria est, cum essentia ea notet, quæ taliter sunt vnita, quod vnum sine alio esse non possit, & vnum est de essentia alterius & ambo vnum tertium constituunt.

Veritas quā existentiam respicit.

Propositiones de secundo & tertio veræ.

DE GLORIA VEL DELECTATIONE.

Quid sit gloria

GLORIA est ipsa delectatio, in qua radices omnes & cætera entia quiescunt. Notare oportet, quod de ratione gloriæ duo sunt, scilicet quod quiescat, & delectationem prębeat, quorum alterum si remouebis gloriam non cognosces. Nam Lapis sursum detentus quiescit certe, sed non delectatur. Hinc est, quod non est glorioſus. Homines quoq; mundanis delectantur, quia tamen eorum appetitus non est satur, ideo glorioſi non sunt. Gloria hoc in loco improprie consideratur, scilicet pro quacunq; completa delectatione, rei conueniente, sed cū quiete, qua omnia fruuntur. Propria autem Gloria duplex est, quędam increata, qua Deus beatus est fruendo seipso; altera veto creata dicitur, quatenus in creatura recipitur, ab increato tamen Deo, principaliter in voluntatem producta, & consequenter in totam animæ essentiam rationalis creaturæ. Et sic habes nouem absolutas radices, quarum primæ tres arboribus & earum partibus tribuunt essentiam, perfectionem essentiæ, & durationem vel existentiam. Tres vero has imediate sequentes, potentiam operandi, duplici operandi modo qualificatam significant, videlicet naturali, qui per cognitionem intelligitur & Libero, qui per appetitum explicatur. Per vltimas autem, Gloriam, s. & quę eam præcedunt, intellige finem. Sed ad respectiuas radices est deueniendum, quæ arboribus extrinsecū esse largiuntur, & multum faciunt ad cognoscendam naturam cuiuscunq; rei.

Duo sunt de ratione gloria cōsideranda.

Gloria impropriè consideratur hic.

Gloria propria duplex est.

Epilogus eorū quæ dicta sunt.

DE DIFFERENTIA.

Quid differentia.

EXPLICATIS ac declaratis absolutis radicibus, restat vt ad respectiuarum declarationem deueniamus. Prius tamen quædam præmittere volumus quæ summè studioſi obseruare debent. Inter omnia hoc præcipuum est, nè radices istæ sumā-

Nota.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sur pro absoluto earum esse, aliàs maxima statim oriretur confusio, inter priores & has radices, quę confusio causaretur, quod neq; rei natura explicari posset, nec minus in probando, docendo, vel confutando iuuenis suum consequeretur propositum. Consideretur igitur Differentia non pro absoluto illo, quo absoluta res ab alia differt, siue hoc spectet ad differentiam communem, propriam, & specificam; sed pro relatione illa, quæ in his fundatur, & idem intelligatur de Concordantia, Contrarietate ac aliis. Ex quibus statim error manifestus apparet Henrici Cornelij Agrippæ, qui radices illas vel principia, sub absoluto esse considerat. Vir iste doctissimus, quãdo de magnitudine loquitur, quæ ab eo pariter nominatur absolutum principium, illam distinguit, in virtualem, in corpoream; quæ dicitur Magnitudo molis, & in illam quæ in operationibus reperitur. Virtualis Magnitudo (ex D. Augustini sententia à nobis in cap. de Magnitudine allegata) nihil aliud est, quam perfectio essentiæ, qua perfectione aliquod vnum ab alio essentialiter differt, quæ alio nomine specifica vel Differentia magis propria vocatur, quam idemmet Agrippa in cap. de Differentia sub ratione eadem quoq; considerat, dum diuidit differentiam in communem, propriam, & magis propriam: quod superfluum est & vitium, cum prædicata hæc & priora habeant oppositam naturam, & consequenter oppositum considerandi modum. Et hoc etiam contra intentionem Lulli omnino videtur, qui dum definit Differentiam, inquit. Differentia est id, ratione cuius Bonitas, Magnitudo, &c. sunt rationes inconfusæ. Si intelligeret ipse non de relatione, sed de re absoluta, nõ diceret: Differentia est id, ratione cuius Bonitas &c. sunt rationes inconfusæ. Animaduertendus quoq; est ordo supra assignatus, cuius cognitio non parum est vtilis ad soluendum argumenta. Nec minus principia hæc, omnibus & quibuscunq; entibus conueniunt, quam absoluta. Hæc cum digna scitu ac necessaria esse arbitraremur, omittere noluimus, ne ignorantiæ vel negligentiæ nota recta ratione nos studiosi criminari possent. Modo explicemus Differentiam. Differentia est id, ratione cuius radices omnes & cætera entia sunt inconfusa & distincta. Quia radix ista est summæ vtilitatis inter entia omnia, à qua omnis ornatus ac pulchritudo maxima dependet: non pigebit eius latissimam naturam ostendere, vt discrimen omne vel diuersitatem inter res omnes clarè & perspicuè cognoscatur. Tota Differentiæ natura ad hæc capita reducitur .s. ad Diuisionem, Distinctionem & Nominationem. Et ista tria sic ad inuicem sunt ordinata [illegible] secundum est superius ad primum, & tertium ad d[illegible]ntia.

Qualiter differẽtia sit cõsideranda.

Error Agrippa.

lib. 8. de Trí. cap. 7.

Sententia Agripp. est contra Lull.

Animaduersio.

Differentiæ quid?

Differentiæ tria cap. Ord.

Diuisio Obs

Diuisio propriè sumpta (si impropriè

(c) 2006 Ministerio de Cultura

reperierepe-riatur.

Generaliſſima genera, ad ſubalterna, & ad ſpecies, quatenus in ſua inferiora diuiduntur) tãtum inter partes materiales reperitur, ſiue partes illæ quantitatem habeant, ſiue non: diſtinctio autem inter has partes ſic diuiſas ſanè inuenitur, & præterea in omnibus alijs rebus, ſiue creatis, ſiue increatis. Pater in diuinis eſt diſtinctus ab aliis duabus perſonis, & tamen non eſt diuiſus ab illis; quia diuiſio ſemper & in quocunque reperiatur, notat imperfectionem, ac etiam in corporeis tantum inuenitur cuiuſmodi non eſt Deus, diſtinctio vero ſi perfectionem aliquam non ſignificat neque imperfectionm. Nonidentitas verò, eſt ad diſtinctionem ſuperior, quia quæ ſunt inter ſe diſtincta, pariter ſunt, non eadem: non tamen ſequitur: ea quæ ſunt non eadem, eſſe diſtincta, quoniam Nonidentitas reperitur non ſolum inter poſitiua, vel affirmatiua, aut vera entia, ſed etiam habet locum inter entia, quorum vnum eſt affirmatiuum & aliud negatiuum, vt inter eſſe & non eſſe: vnum poſitiuum & aliud priuatiuum, veluti inter viſum & cœcitatem; vnum verum & aliud fictitiuum, ſicuti inter Petrum & Chimæram; & etiam inter ea, quorum vnum actualiter exiſtit, alterum vero nequaquam, quemadmodum inter Petrum, qui nunc eſt & Antichriſtum creandum, ſed diſtinctio in his reperitur, quorum quodlibet poſitiuum eſt, vt puta inter Petrum & Paulum. Et licet pro negotio noſtro, tam diuiſio quam diſtinctio, & nonidentitas ſint neceſſaria: attamen diſtinctio maiorem exhibet commoditatem, quia de raro entia negatiua, impoſſibilia ad exiſtere, & priuatiua veniunt conſideranda, quæ per nonidentitatem poſſunt ſeiungi, ideo de Diſtinctione & eius ſpeciebus loquamur. Si tamen aliis partibus vti erit opus, earum natura ac eſſentia ex his quæ dicta ſunt manifeſta relinquitur. Octo diſtinctionum genera, & totidem identitatum, à Theologorũ omnium Principe ſubtiliſſimo Scoto ſunt excogitata: quorum vſus in ſcientiis quibuscunq; eſt valde neceſſarius, pro veritate indaganda & falſitate cognoſcenda. De diſtinctionib ſtatim erit ſermo, ſed de identitatibus, in ſequentibus, vbi tractabitur de Concordantia. Primum diſtinctionis genus vocatur diſtinctio rationis, quæ à rationali potentia originem ducit, in quantum eandem rem ab illamet diſtinguit, ſecundũ alium & alium conſiderandi modum. Certum eſt, quod homo in propoſitione aliqua cõſideratus vt ſubiicitur, & vt prædicatur, à ſeipſo diſtinguitur, quemadmodũ & prædicatũ à ſubiecto, nõ reali diſtinctione, quia idem à ſeipſo realiter dividi non poteſt; igitur rationali, quoniã talis diſtinctio ſolũ rationis beneficio eſt inuenta. Secũdum genus eſt, diſtinctio ex natura rei: quæ inter illa inuenitur, de quib. contradictoria prædicat vere

Quare diuiſio non ſit in omnibus?

Non idẽtitatis natura & quibus inueniatur.

Diſtinctio vbi ſit.

Octo diſtinctionũ genera.

Primũ genus

Secundum genus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

prædi-

prædicantur, vel nata sunt prædicari, nullo intellectu concurrente, ob eorum talem naturam, sicuti potest dici (inquiunt Scotistæ & bene) de Intellectu Dei, & Voluntate. Intellectus enim Dei cum essentia diuina ad Filij generationem concurrit, & non voluntas: & concurrere, & non concurrere sunt contradictoria: inter intellectum igitur & voluntatem, distinctio ex natura rei consurgit. Idem dicunt de Essentia diuina & relationibus personalibus; quia diuina essentia tribus diuinis personis communis existit, non autem relationes personales, ergo ex rei natura illa ab his distinguitur. Nec desunt in creatis infinita exempla, quæ breuitatis gratia omittimus. Tertium genus est, distinctio formalis: & inter illa est, quorum vnum aliud non includit in primo modo dicendi per se, & hoc modo superius quodlibet ab inferiori est distinctum, & non è contra; vel illa, quæ habent diuersas definitiones, descriptiones, vel varios conceptus à parte rei, hac distinctione sunt distincta, sicuti homo & sua risibilitas. Quartum genus est, distinctio modalis, quæ oritur inter essentiam rei alicuius, & suum modum intrinsecum: quæ de facili potest inueniri inter albedinis essentiam & gradus eiusdem perfectionales: vel inter essentiam caliditatis, & suos gradus: vel inter Dei essentiam & infinitatem (hoc verum præsupponendo, quod infinitas sit modus intrinsecus in Deo, vt omnes ferè Scotistæ pari consensu affirmant) vel inter vnum modum intrinsecum & alium, vti inuenitur inter gradus albedinis & eius existentiam. Quintum genus est distinctio realis, quæ consurgit ex re & re. Res in proposito accipitur pro eo omni, quod potest corrumpi & destrui alio remanente & è contra, vt albedo, quæ potest destrui subiecto remanente, realiter à subiecto distinguitur, idem dicatur de nigredine & alijs accidentibus, & de omnibus substantijs primis. Illa quoque res nominantur, quorum vnum est generans, & aliud genitū, & hoc modo intellexit D. Aug. quando inquit. Nulla res seipsam gignit. Et secundum hanc loquendi formulā in diuinis tres res inueniuntur, Pater scilicet, Filius & Spiritus sanctus: quæ tres personales res abinuicem realiter distinguuntur. Sextum genus est distinctio essentialis, quæ in diuinis nullo pacto inueniri potest, sed in creatis solum: & à reali distinctione (quasi) pendet, quia ea omnia, quæ realiter sunt distincta, (in creatis) etiam essentialiter: fundatur tamen inter varias essentias, quemadmodum potest intelligi de albedine, nigredine, & alijs accidentibus, substantijsq; particularibus: quæ omnia aliam & aliam essentiā habent. Relationes quoq; à suis subiectis essentialiter distinguuntur, & è contra; excepta creatione passiua, quæ realiter & fortè essentialiter est idem creaturæ.

Intellectus Dei & Voluntatis distinctio.

Essentiæ Dei & relationū distinctio.

Tertium genus.

Quartum genus.

Quintum genus.

Lib. primo de Tri.

Sextum genus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Septimum genus.

Septimum genus est distinctio, quæ se totis subiectiuè à Scotistis nominatur, reperiturq; inter ea, quæ habent aliã & aliam existentiam vel subsistentiam, vt duo individua eiusdem speciei, hac distinctione sunt distincta: Et licet videatur idem esse cum reali distinctione, multum tamen differunt, quia realis non requirit extrema, inter quæ fundatur, actualiter existere propria existentia, quod in hac distinctione debet inueniri.

Octauum genus.

Octauum & vltimum nominatur distinctio se totis obiectiuè, & inter illa sedem habet, quæ in nulla quidditatiua ratione, vel essentia, aut conceptu quidditatiuo conueniunt, vti sunt vltimæ differentiæ, de quibus aliquid non prædicatur essentialiter. In hoc genere entium sunt etiã repositæ entis passiones. s. Vnum Bonum, Verum, Res, & Aliquid, & modi intrinseci: vt existentia, Finitas, Infinitas & similia. Per vltimas differentias (quas Scotus vocat æceitates) intellige id esse, per quod speciei specialissimæ natura ad diuersa particularia contrahitur, quodque nomen sumit à nomine illo, quo tale particulare vocatur, sed in abstracto, vt Differentia vltima Petri, est Petreitas. Et istæ distinctiones omne genus entis circundant, omnesq; præter penultimam conueniunt (suo modo) entibus à ratione fabricatis.

Tres differẽtias species à Lullo assignatæ.

Raymundus verò tantum tres differentiæ species constituit, quarum prior reperitur inter sensuale & sensuale, quemadmodum inter Hominem & Asinum. Secundam constituit inter sensuale & intellectuale, vt inter Asinum & Angelum. Tertia inuenitur intellectuale & intellectuale: vt inter Deum & Angelum, Angelum & Animam rationalem. Dicitque Lullus, quod per has tres differentias res omnes sunt differentes, quod

Explicatur Lullii sententia.

verissimum est, quoniam res omnis aut sensibilis & intelligibilis est, quemadmodum sunt entia illa, quæ mouent intellectũ ac eius actum terminant, vel intelligibilis tantum existit, sicuti sunt spiritualia omnia, & ea quæ tàm per intellectus virtutem abstractiuam, quam collatiuam suum habent esse: quæ nominant logici vniuersalia, secundas intentiones vel entia rationis. Sub hoc quoque rerum genere cadunt relationes omnes, ac illa omnia quæ propriam speciem in virtutem intellectiuam non producunt, sed per alienam intelliguntur. Per sensuale igitur

Per sensuale quid.

Raymundus intelligit, quæ sensu possunt percipi & per sensum

Per intellectuale quid.

ab intellectu cognoscuntur, sed per intellectuale, quæ sola virtute intellectiua vel rationali appetitiua, apprehendi queunt. Nec dari potest aliquod ens, quin sensuale vel intellectuale sit, hoc modo intelligendo. Et istæ tres differentiæ ad Lullii mentem assignatæ generalissimæ sunt, sub quibus priores à nobis explicatæ continentur, quæ admodum sunt necessariæ, vt intellectus in conceptibus vniuersalissimis constitutus, valeat ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

particularia vsque descendere. Agrippa multas assignat diuisiones, quas ex prædicamentis ac Topicis sumpsit, quæ licet bonæ sint; non satis tamen ad propositum faciunt. Nec deerunt diuisiones, si arborum distinctiones, ac earundem in partes diuisiones studiosi considerauerint.

Diuisionum multiplicatio.

DE CONCORDANTIA.

EX his quæ de Differentia dicta sunt; non parum Concordantiæ natura euidens erit, cum ea sit oppositorum conditio: quod vno cognito in alterius cognitionem deducat. Nec minorem Concordantiæ notitia affert vtilitatem quàm Differentiæ, quia sicuti per hanc verum à falso secernitur, & cauillosæ probationes diluuntur; sic per illam intentum probatur, & media ad argumentandum necessaria, inueniuntur. Operæpretium est igitur Concordantiæ essentiam explicare, quod satis commodè fiet, si dixerimus: Concordantia est id, per quod omnia entia in vno vel in pluribus concordant. Definitionis huius partes quia explicatione non egent, cum per se notæ existant, non examinabimus, sed magis multos Concordantiæ gradus assignabimus: vt ad libitum, vnusquisque entia inter se concordare possit. Et Concordantia hoc in loco auditur pro conuenientia quacunq; siue sit per identitatẽ, siue per mixtionem: vel vnionẽ, vel compositionem; vel demũ per connexionem aut continuam aliquorum inter se cohærentiam: quæ omnia licet idem significare videantur; multum tamen differunt, si propriè considerentur. Identitas etenim inter quæcunque entia potest inueniri, vt magis manifestum erit, cum eius species hic inferius enumerauerimus: Mixtio autem si vera est, tantum inter quatuor elementa reperitur, quatenus alterata & vnà mixta vnum compositum constituunt, in quo illæ virtutes remanent: si verò est impropria; quæ mixtio per iuxta positionem appellatur, inter elementata inuenitur, & hac mixtione aqua & terra miscentur ad lutum constituendum. Vnio verò latior est mixtione & compositione; quia hæc sine illa esse non possunt: ipsa tamen sine his inuenitur, vt patet de Natura humana Verbo diuino hypostaticè vnita, sine mixtione & compositione. Compositio in illis locum habet vbi vnum rationem habet actus, & aliud potentiæ. Connexa autẽ vel continua, quę duo nunc pro eodem considerabimus, illa sunt, quorũ vltima sunt vnum. Multa sunt talia quæ Concordantiam referunt, quæ per identitatis naturam de facili possunt inuestigari: ideo nè extra propositum prolixi simus tantũ identitatis species aliquot, & magis necessarias assignabimus. Octo enim cum sint distinctionum species vel genera, tot & Identitatum debe-

Concordantia quid.

Concordantia qualiter hic accipiatur.

Nota.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

rant esse: quia tot modis dicitur vnum oppositorum; quot modis reliquum, tamen principaliores solum assignabimus: ne ob nimiam distinctionem vnius identitatis ab alia mens iuniorum confundatur. Identitas prima est rationis, qua illa sunt idem quæ ab intellectu solitariè considerantur, & sic indiuiduũ quodlibet vel aliud ens in se consideratũ, quatenus nullam habet relationem vel respectum nec realem nec ratione fabricatum ad aliquid aliud, hac identitate sibi ipsi idem est. Et hæc identitas distinctioni rationis aduersatur. Identitas formalis quæ secundæ distinctioni superius declaratæ opponitur; inter illa reperitur quorum vnum sine alio esse nequit, & sic superius omne idem formaliter est cum suo inferiori, siue prædicatum sit simplex vel complexum, quemadmodum respectu definiti definitio est. Et hęc est subtilissimi Scoti sententia, sicut in multis locis videri potest, & præcipuè in lib. 4. sententiarum dist. 12. q. 1. Illa etiã hac identitate sunt eadem: quorum vnum concipi non potest sine alio, & hoc modo inferius omne identificatur suo superiori: quod manifestare videtur Scotus, quando inquit. Voco autem identitatem formalem, vbi illud quòd dicitur sic idem, includit illud; cui sic est idẽ in ratione sua formali, & per se primo modo. De reali identitate pauca dicturi; Illa sic eadem esse dicimus, quorum vnum non potest sine alio esse, nec ab illo separari absq; contradictione maxima, dum modo vnũ non habeat rationem generantis, & aliud geniti, quod animaduertere voluimus; ne aliquis existimaret: nos inter diuinas personas identitatem realem ponere. Se totis subiectiuè aliqua sunt eadem, quæ in aliquo communi conueniunt, quod ad illa determinatur per differentias formales: & hoc modo species omnes sub eodem genere contentæ, siue genus illud sit propinquum, siue remotum, sunt eædem. Quia verò parua extat differentia inter identitatem formalem, modalem, & ex natura rei; & inter essentialem, se totis subiectiuè, & se totis obiectiuè, ideo de omnibus mentio non est facta. Qui vult harum differentias cognoscere, Scotistas consulat. Raymundus verò, tres tantum identitates vel concordantias, inter entia reperiri putat: prima quarum est inter sensuale & sensuale, qua concordantia ignis & aer in caliditate concordant: & aqua ac terra in frigiditate. Inter sensuale etiam ac intellectuale est concordantia, quemadmodum cognoscere possumus multis exemplis, sed hoc vnico præcipuè; quo anima rationalis & corpus corruptioni obnoxiũ, concordant ad vnum hominẽ constituendum. Optima tamen est inter intellectuale & intellectuale concordantia, veluti de intellectu & voluntate potest cognosci, quę ob eorum spiritualem naturam non tantum in essentia conueniunt, sed etiam in opera-

Identitas rationis quid.

Identitas formalis quid?

Scotus.

Lib. 2. sen. dist. 2 q. 4. Vera realis quid?

Identitas sese totis subiectiuè quid?

Ray. tres Cõcordantiæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

operationibus, quia quod voluntas acceptat vel refutat, idem intellectus cognouit. Hoc semper animaduertendo: quod sensuale accipitur pro illa re, quæ sensu prius cognoscitur, & intellectu posterius: sed per intellectuale id tantũ considerat̃ur: quòd ab intellectu quocunq; modo cognoscitur. Ad has concordantias vel secundum Lullum assignatas, vel secundum Scotistarum subtilitates, concordantiæ omnes proculdubio reducuntur: verum si numerũ infinitum harum identitatum tibi comparare volueris poteris hoc vti medio: discurrẽdo videlicet per quinq; prædicabilia, per decem prædicamenta, per octodecim prædicata vel radices Lulli. & demum per formas: idem obseruare poteris ad multiplicandum quodcunq; prædicatum, tàm absolutum quàm respectiuum, recurrendo etiam ad nouem subiecta & regulas vel quæstiones.

Modus fabrè candi infinitas identitates.

DE CONTRARIETATE VEL *Oppositione.*

NON est opus multa expendere in declarando quid sit oppositio, cum à Differentia vel Distinctione, de qua supra locuti sumus, non multum sit diuersa: nonnulla tamen adducemus vt huius radicis natura magis atque magis nota fiat. Contrarietas sic definitur. Contrarietas est quorundam mutua resistentia. Pro cuius definitionis explicatione scire oportet: hic nõ loqui nos de cõtrarietate illa propria, quæ inter quatuor primas qualitates inuenitur: quoniam in omnibus entibus, nempe rationalibus ac realibus locum habere non potest, neq; de ea intelligendũ est, de qua Antonius Andreas loquitur: cui sex proprietas conuenire testatur, quamquẽ strictam oppositionem vel contrarietatem vocat. Sed hic Contrarietas considerand̃a est pro quacunque oppositione, quatenus vnum alteri opponitur; siue mediatè vel immediatè: complexè vel incomplexè. Nec imaginari debes eandem esse rem cum Differentia: quia Differentiam considerabamus, vt per eam entia inconfusa remaneant: Oppositionem autem vt non solum res distinguantur, sed etiam inter se quandam pugnam habeant. Secus etenim rationalis considerat̃ur; pro vt ab irrationalitate distinguitur; & quatenus irrationalitati opponitur, quia oppositio repugnantiam dicit, & negat, id posse fieri, quod eadem res secundum idem & simul oppositra in se habeat; distinctio verò in eodem ac simul inueniri potest. Insuper oppositio vera inter ea esse dicitur, quæ imperfecta aliquo modo sunt; distinctio autem etiam in summè perfectis est, quemadmodum dicere id possumus de Deo, in quo distinctionum genera quam-

Contrarietas quid?

De qua contrarietate intelligatur. Lib. 10. Metaph. q. 6.

Distinctio contrarietatis à differentia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Oppositionis species.

quam plurima repetiuntur, vt patet optimè speculanti. Oppositionis species tres à Lullo assignantur, videlicet inter sensuale & sensuale: sicuti inter ignem & aquam, ratione qualitatum primarum: inter sensuale & intellectuale; sicut inter corpus & animam rationalem: quoniam anima spiritualis est, non autem Corpus: & inter intellectuale & intellectuale, quemadmodum de Angelo bono ac malo dicere possumus. Ex sententia tamen Logicorum duæ sunt oppositionis species: vna, quæ inter complexa reperitur; & altera quæ incomplexis accommodari potest: prior quadruplex est: quia & quatuor sunt propositionum genera oppositionem admittentia: quorum primum contrariarũ est: Secundum contradictoriarum: Tertium subcontrariarum & subalternarum: quartum, quæ omnia hæc duo præsupponunt. s. quod propositiones aliquo istorum modorum pugnantes prædicatum idem ac subiectum participent & secundum ordinem eundem. Incomplexorum oppositio quoque quadruplex est nempe Relatiua, Contraria, Priuatiua & Contradictoria, & differentia est maxima inter Relatiuã & Contrariam oppositionem ex vna; & Priuatiuam ac Contradictoriam ex altera; quia priores duæ vtraque extrema positiua requirunt; posteriores verò alterum tantum positiuum: veruntamen multoties oppositiones istæ confunduntur, & earum propriam naturam rei non retinent, & sic oppositio Contraria aliquando pro priuatiua consideratur & è contra. Contradictoria quoque interdum in duobus fundatur: quod propria oppositio Contradictoria minimè potest pati. In infinitum poteris oppositiones multiplicare, si accipiendo extrema Distinctionis, Alietatis, Diuersitatis, Nonidentitatis ac differentiæ ea considerabis per aliquod proprium, vel qualitatem, aut simile tale ad inuicem pugnare.

Oppositio duplex secundũ Logicos.

Oppositio cõplexorum.

Oppositio Incomplexorũ.

Confunduntur aliquando.

Multiplicatio oppositionum.

DE PRINCIPIO.

NON paruus esset labor noster, cum exigua vtilitate coniunctus, si multas principij acceptiones recensere vellemus, ex sententia Aristotelis & Auerrois in primo & secundo Physi. ac quinto & duodecimo Metaphys. quæ considerandæ relinquimus curioso Lectori. Satis erit Lulli intentum explicare, qui definiendo Principium inquit. Principium est id, quod se habet ad omnia in ratione alicuius prioritatis; & enumerando eius acceptiones dicit. Principium generale duobus modis intelligimus, substantiale scilicet & accidentale; per substantiale efficientem causam, materialem, formalem, ac finalem intelligit: & per accidentale nouem accidentis prædicamenta. Non

Aristot. & Auerr.

Principium quid.

Principium duplex.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hac

fuit Lulli intentio, quod hæc tantum nominata, rationem principij haberent, aliter ad omnia entia Principium non esset vniuersale, cum in Deo accidentia non sint, nec aliquis effectus reperiatur dependens à causis memoratis, quia effectus natura saltem est sua causa posterior, & ab ea essentialiter distinctus, quod in diuinis reperiri non potest: ibi tamen principium est Pater, nempe respectu Filij, & Pater ac Filius respectu Spiritus sancti. Dicere igitur oportet Lullum Principium considerasse, quatenus est ratio alicuius originis realis vel intentionalis: duę vltimæ particulæ in hac nostra de principio consideratione superfluæ non sunt existimandæ; quoniam per priorem Principium illud habetur quo principatū omne, realiter suam essentiam ab alio habet, vel in naturæ identitate, aut in distinctione. Per posteriorem verò, vt puta (vel intentionalis) Principium omne habetur cognoscendi, quemadmodum vniuersalia vel transcendentia esse dicuntur, quæ in suis inferioribus inueniuntur. Accidentia quoque communia, non vt informant subiectum, sed in quantum ex eorum cognitione rei essentia cognoscitur principia intentionalia possunt dici; de quibus Arist. inquit. Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. Quæ verba secundum Scotum sic intelliguntur. Ex multorum accidentium communium cognitione, virtute intellectus discurrentis, deuenitur in cognitionem alicuius proprij, quodq; in suæ causæ notitiam ducit, differentiæ videlicet essentialis, à qua originem trahit. Et hoc modo principium considerando, ens quodlibet potest taliter nominari, respectu ad minus suæ operationis. Opinari forsan aliquis posset, hanc radicem à Potestate & Virtute non esse distinctam, quæ tamen multum ab illis differt, quia Principium relatio est quædam, Potestas verò ac Virtus absoluta sunt. Et quia de causis supra facta est mentio, breuiter quid illarum quælibet sit, explicabimus. Efficiens causa illa est, quæ actione sua efficit effectum. Materialis est, quæ seipsa in ratione receptiui effectum producit. Formalis verò illa dicitur, quæ se ipsa ponit in esse effectum, in ratione informantis. Finis verò, (qui & causa finalis potest aliquo modo vocari) est, qui mouet agentem vel efficientem metaphoricè. De his causis multa essent dicenda, quæ Diuinus Scotus solito suo more subtiliter trutinat, tàm in secundo quàm tertio lib. & quinto Metaphysicorum quibus in locis Arist. naturam causarum inuestigauit, quemadmodum & in secundo Physicorum.

Quomodo Lullus Principium acceperit.

In lib. 1 de Anima. In vlt. q. lib. 2. Poste.

Causarum definitiones.

Diuinus Scotus.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE MEDIO.

Medij definitio.

MEDIVM sic definitur. Medium, est ratio, qua extrema aliqua inter se, modo aliquo sunt connexa, quod potest inter sensuale & sensuale inueniri: inter sensuale & intellectuale: & inter intellectuale ac intellectuale. In definitione posuimus (modo aliquo) quia non requiritur vt medij coniunctio sit semper realis & actualis, sed quandoque intentionalis ac potentialis vel aptitudinalis: Et sic dicimus intelligibilia à ratione fabricata, intellectu actualiter coniungi, mediante actu intelligendi actuali. Illa verò quæ potentia sunt intelligibilia, per hoc medium. s. per potentialem intellectionem intellectui coniunguntur potentialiter vel aptitudinaliter. Nec poterit aliquod ens inueniri, quin aliquo istorum duorum modorum alteri per medium vnum aut alterum coniungi possit; non tamen negamus, alia media dari, quia statim ostendemus secundum Lulli mentem, tria esse quæ inter entia reperiuntur. Sed vt dubia omnia tollerentur, placuit quædam manifestare, quæ si non omnibus vtilia erunt, ex intellectus imbecillitate eueniet. Medium secundum Lullum triplex est, s. coniunctionis, mensuræ, & extremitatum. Medium coniunctionis, est respectu illorum, quæ aliquo modo sunt coniuncta, siue ambo sint sensualia vel vnum tantum, vel ambo intellectualia. Iuxta primum sensum Quantitas, est medium, quo qualitas substantiæ vnitur. Secundo modo autem corporis humani organizatio, est medium, quo rationalis anima ei vnitur. Et mors est medium, quo rationalis anima ei vnitur. Et mors est medium, quo homo Deo vel Dæmoni coniungitur. Tertio verò modo actus spiritualis potentiæ, obiectum per intelligibilem speciem repræsentatum, cum eadem potentia connectit. Medium aliud dicitur mensuræ, de quo Raymund. hæc ponit exempla, inquiens: Sicut centrum, quod est in medio loco circuli; & calefacere, quod est in medio calefacientis & calefactibilis: intelligere medio intelligentis & intelligibilis: numerus binarius in medio vnius & trium: & actus in medio potentiæ & obiecti. Et nota, quod sicuti mensura ex intentione Aristot. in pluribus locis est notior ac certior mensurato: sic medium mensuræ tale dicitur: quia per eius cognitionem in extremorum noticiam deuenitur. Per actum etenim potentiæ alicuius, in eiusdem potentiæ ac obiecti cognitionem venire facilè est, cum ex potentia ac obiecto gignatur, & consequenter naturam vtrorumque participet. Tertia species medij (ait idem Lullus) est medium extremitatum, sicut linea, quæ est inter duo puncta; & amplum, inter longum & profundum. Alia quam plurima exempla inueniri possunt tàm de hac medij specie, quàm reliquis

Omne ens habere potest rationem medij.

Nota.

Medium triplex.

Quare medium mensuræ dicatur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

liquis assignatis, discurrendo per omnia subiecta, prædicata & formas.

DE FINE.

NONNULLI Principia respectiua, vel radices considerantes sub eorum esse absoluto & non relatiuo radicem hanc de Fine, ab illa quæ Gloria nominatur, distinguere non possunt, cum idem realiter penitus sint, sed nomine tantum diuersa: nos verò de facili inter has duas radices discrimen inuenire possumus: quia nouem vltimas sub respectiua ratione contemplamur. Differt igitur finis à Gloria: quia Gloria pro fine absoluto consideratur: Finis verò pro respectu, Gloriæ superaddito. Finis sic definiri potest: Finis est ratio, qua entia omnia terminantur vel finiuntur. Quoniam hæc definitio clara est, ad Finis species contemplandas deueniendum est. Plures sunt Finis species s. vltimatus & non vltimatus: Finis cuius gratia, & quo: Finis qui tantum finis est, & qui causa finalis nominatur: quidam per efficientem ad esse deducitur, quidam verò qui ab efficiente præsupponitur: aliquis absolutus & quidam respectiuus: & plures aliæ sunt species, quæ sparsim & vbique in Philosophorum ac Theologorum scriptis inueniuntur. Secundum Lullum tres tantum sunt, quarum prima dicitur, terminationis; & hoc fine entia omnia qualitercunque considerentur, videlicet vel essentialiter, vel accidentaliter, vel secundum operationes terminata sunt. Secunda species dicitur Finis negationis: quo illa quæ per corruptionem quomodocunque consideratam suum esse perdunt, finiuntur. Tertia & vltima nominatur, priuationis, quia priuatio sub ratione finis terminat. Et hoc modo ad cæcitatem visus terminatur, & ad surditatem auditus. Hisque tribus speciebus Finis, vel vna aut duabus, entia omnia terminantur, vt discurrenti per arbores omnes ac earum partes satis potest patere.

Differentia Gloriæ à fine.

Finis quid.

Plures species finis.

Finis secundum Lullum.

DE MAIORITATE.

QUAMVIS aliquod vnum ens alio maius dici possit, ratione aliquot prædicatorum absolutorũ, vel respectiuorum, aut formarum, vel denique vltimi subiecti, sub quo nouem accidentis prædicamenta continentur, tres tamen Maioritatis species assignare possumus, ad quas omnes aliæ reduci possunt. Maioritas quædam inuenitur inter substantiam ac substantiã, quæ attenditur penes maiorem & minorem essentiæ perfectionem: & sic Homo est Asino maior. Alia inter substantiam & accidens; quemadmodum est inter Hominem ac eius quan-

Tres Maioritatis species.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quantitatem. Et quædam alia inter accidens & accidens datur, ſicuti exemplificari poteſt de omni qualitate per comparationem ad quantitatem, & de omni accidente ſpirituali reſpectu corporei. Nec aliud eſt Maioritas, quàm ratio, qua aliquo dictorum modorum vnum eſt alio maius, vel pluribus. Et hoc in loco ſubſtantia accipitur non tantum pro corporea, ſed etiam ſpirituali ac infinita.

Maioritas quid.

DE ÆQUALITATE.

ÆQUALITAS in hoc loco accipitur, non vt eſt paſſio quantitatis prædicamentalis, ſed quatenus cum ente conuertitur tranſcendentiſſimo: & in hoc differt à Concordantia: quia Æqualitas eſt eius finis. Æqualitas inuenitur inter ſubſtantiam & ſubſtantiam; ſicuti inter individua ſubſtantialia eiusdem ſpeciei: inter ſubſtantiam & accidens, ſicut quantitas, quæ extenſiuè tàm magna eſt, qualiter eſt corporalis ſubſtantia ſub ea exiſtens: & inter accidens & accidens; vt inter caliditatem in quarto gradu, & frigiditatem tot graduum. Quibus præmiſſis, Æqualitatis natura manifeſta relinquitur. Eius tamen breuem definitionem aſſignabimus, quam procul dubio vnusquisque acceptabit: quia omni ex parte vera & clara eſt. Æqualitas ergo ratio eſt, qua entia ſunt inter ſe æqualia.

Æqualitas vbi inuenitur.

Æqualitas quid.

DE MINORITATE.

QUONIAM Minoritas & Maioritas relatiua ſunt: quorum vno cognito, alterum quoq; cognoſcitur, ob id non multa verba expendere licet. Tres itaq; Minoritatis ſpecies ſunt, inter ſubſtantiam. ſ. ac ſubſtantiam: inter ſubſtantiam & accidens: & inter accidens ac accidens. Et ſicuti Maioritas quandam immenſitatem ſignificare videtur, ſic ex oppoſito Minoritas propemodum nihilo eſt vicina. Quæ cum alijs reſpectiuis radicibus omnes entium ſpecies circuit. In diuinis tamen nec Maioritas neq; Minoritas locum habet, quia iſtorum vterque imperfectionem maximam ſignificat. Hæc de radicibus tàm abſolutis quàm reſpectiuis dicta ſint.

Tres Minoritatis ſpecies.

DE NOVEM CATEGORIIS
Tranſcendentibus.

DECLARATIS principijs abſolutis & reſpectiuis, quæ in vnaquaque arbore pro radicibus ſunt firmata, reſtat vt ſecundo loco de ſolijs, quæ omnibus arboribus pro fructuum conſeruatione, ac totius arboris ornamento ſunt communia, pertractemus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

mus. Et licet aliquantulũ à tramite Lulli declinaverimus in modo tradendo, quo tàm creatis quàm diuinis arboribus hæc omnia folia conuenire possint: quæ apud Peripateticos nouem accidentis prædicamenta vocantur: ignoscant tamen nobis Lulli amatores, quia id obseruare uoluimus, vt conceptuum & argumentorum longior series in quacunque materia haberetur. Hæc etenim transcendentissima considerare necesse est; vt non solum de reali quolibet Ente & rationali prædicari possint, quæ respectu Entis transcendentissimi inferiora sunt; sed de principiis quoque tàm absolutis quàm respectiuis, quæ cum Ente illo conuertuntur, & de quibus satis supra egimus. Quibus præmissis, ad vniuscuiusque contemplationem veniendum est.

Autor à Lullo declinat.

Quare autor à Lullo declinet.

Qualiter considerari debeant ista categoria.

DE QVANTITATE TRANSCENDENTISSIMA.

QVANTITAS est ratio, qua unum quodque quod est extra nihil, quantum est. In huius quantitatis descriptione non absque posuimus dictiones illas (extra nihil) vt descriptio hæc, entibus tàm reali quàm rationali transcendenter sumptis, conuenire commodè possit. Et ne per incognita procedatur, nosse oportet, quod sicut datur Ens quoddam transcendens & reale, illud nempe quod in DEVM & creaturam diuiditur: similiter ens transcendens & rationale debet dari, quod in ens illud rationis diuidatur, quod Deo conuenit & creaturæ. Certum est enim, & Theologis satis notum: Deum ad creaturam variis modis referri: videlicet, sub ratione creatoris, redemptoris, prædestinantis, reprobantis, & his similibus centum modis, quæ relationes in ipso non sunt reales, sed rationales: aliàs ad creaturæ variationem & Deus ipse mutaretur, quod impossibile est. Cum ergo rationales sint, nec sub reali ente contineantur; nec minus sub Relationis prædicamento, quia nihil quod Deo conuenit in prædicamento potest esse, tum etiam, quia tunc non rationales essent, sed reales: igitur diuisio illa Entis congruè posita est, de cuius membris & de omnibus quæ sub his continentur, non tantum quãtitas, sed qualitas, relatio &c dici possunt. *Et Quantitas hic auditur pro rei perfectione essentiali, quam non debes imaginari esse ipsam essentiam, sed gradus quosdam essentialis perfectionis, qui à differentiis formalibus vel modis intrinsecis pullulant; qua essentiali perfectione omnia entia participant, si non formaliter & secundum eorum essentiam, saltem per identitatem ad aliud: quod dicimus propter diuinas relationes personales, quæ secundum

Quantitatis definitio.

Duplex ens transcendens assignatur.

Variis modis Deus ad creaturã refertur.

Quare relationes Dei ad creaturas nõ sint reales.

Quid & quãtitatem intelligatur.

Origo graduum essentialium ostenditur.

Nõ omnia entia formalis-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ser perfecta sun.

Quare relationes personales nõ sint perfecta formaliter.

Modi intrinseci pariter nõ dicũt perfectionem.

Quantitas pl cõtinua ẽ discreta.

Continua quid sit.

Scotistarum verissimum dogma, nec perfectionem, neq; imperfectionem significant. Si enim in Patre diuino Paternitas perfectionem argueret, cum in filio & Spiritu sancto non reperiatur: Filius & Spiritus sanctus non æquè perfectione summa ac simplici fruerentur qua Pater: nec imperfectionem arguit, vt clarè patet; prout verò eæ relationes in diuinam transeunt essentiam, tantæ sunt perfectionis, quantæ Dei essentia; & proportionabiliter idem dici forte posset de modis intrinsecis, qui cum intelligi haud possint absq; his, quorum sunt modi, nec propriam habere perfectionem dicuntur. De his aliquid dicere putauimus necessarium esse, ne intellectus in applicatione ad singularia, errare possit. Sed ad principalem nostram de Quantitate contemplationem redeuntes, cum Lullo quas (quasi) species ponimus, quarum prima continua nominatur, altera discreta. Continua quidem est in quantum perfectio copulat vnà potentiam proximam, actum & correlatiuum; vt; si quis hominis essentialem perfectionem contempletur, de qua est præsens nostra consideratio, si statim ad actum reducatur, potentiam proximam vocamus, eadem verò proxima potentia in actum deducta, dum est in via ad hominis productionem, actus vocatur, & ipsum productum appellare debemus terminũ potentiæ, vel producentis correlatiuum. Quæ tria à Lullo accipiuntur mille in locis pro Ivo, Are & Bile; quorum primum respondet potentiæ proximæ, secundum actiui, & tertium correlatiuo. Discreta autem Quantitas nascitur à differentia, quæ est inter perfectionem vnius entis & alterius. Cuius rei dabimus exemplum, in his, quibus hæc quantitas repugnare videtur, vt Lulli studiosus tutò possit vnicuiq; enti applicare. Diuinus intellectus & voluntas talis sunt naturæ, quod si definiri possent, aliam formalem intellectus rationem haberet, & aliam voluntas: sed quia definitione nequeunt à nobis intelligi, eorum tamẽ actus necessarij illud satis declarant & manifestant; quorum vnus est filij generatio, qui intellectui conuenit; alter verò, Spiritus Sancti spiratio, qui diuinæ voluntati attribuitur: qui tamen actus sic propria determinantia principia cum essentia requirunt, vt unus nempè, generare, à voluntate, & alter scilicet spirare, ab intellectu non possit esse. Nec aliam rationem inuenire quis poterit, nisi quia diuini intellectus & voluntatis alia & alia est ratio: & in hac distinctione discreta quantitas consistit. Idem de tribus diuinis personis censeas, quæ licet in ea ratione, qua in essentia conueniunt, non sint discretæ: tamen in quantum per notionales proprietates distinguuntur, discreta quantitas eis competit: quæ non per continui diuisionem causatur, sicuti prædicamentalis, sed u-

Quid sẽt duum Are & Bile.

Discreta quãtitas quid sit.

Exemplũ de discreta quãtitate.

Quare intellectus Dei nõ sit principiũ spirandi & voluntas generandi.

Quantitas discreta in 3. personas diuinas reperitur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

numquodq;

numquodq; ens naturaliter sequitur. Et hæc est tantæ latitudinis, vt & quantitati ipsi prædicamentali conuenire dicatur: sed prædicamentalis, finitis tantum & limitatis rebus, de qua Aristot. vide in prædicamentis. *Latitudo quantitatis.*

DE QVALITATE.

POST Quantitatis considerationem sequitur Qualitatis contemplatio, quam sic describere placet. Qualitas est vnius-cuiusque entis secundaria perfectio, siue propria, siue appropriata. Et quia huius descriptionis partes declaratione egent, id facere non pigebit Dicitur perfectio secundaria, vt qualitatis & Quantitatis discrimen cognoscatur. Satis enim ex dictis in capite de Quantitate patet, ibi essentialem perfectionem considerari: hic autem illam, quæ ab hac originem trahit, quam aptè propriam nominare possumus: sicuti in Deo attributa, quæ ab immenso Deitatis pelago pullulari dicuntur: in quorum numero diuinus intellectus & voluntas nequaquam sunt ponenda, vt quidam autumant: cum de essentia Dei absque dubio sint, & verius, quam intellectus & voluntas creaturæ, de eiusdem creaturæ substantia: quia rationales creaturæ per participationem sunt tales; Deus autem per essentiam. Appropriatæ quoq; perfectiones in Deo reperiuntur, quæ licet natura sua sint communes tribus personis: tamen propter aliquid vni personæ conueniens, & non alteri, quædam appropriatæ fiunt. Sicuti de potentia dicimus, quæ Patri attribuitur cum sit principium totius trinitatis: Filio, sapientia appropriatur; quia per modum intellectus à Patre generatur, cuius intellectus sapientia est substans summaque perfectio: Spiritui verò Sancto, bonitas fit appropriata; qui à voluntate spiratur, quæ diuinam essentiam respicit tanquam summum bonum. Nec desunt in creatis exempla; in diuinis tamen, hæc esse vera; declarare voluimus: vt liquidò cognoscatur, hæc, de quibus loquuti sumus & loquuturi transcendentissima esse, atque cuilibet enti conuenire. Vniuscuiusq; rei Qualitas propria, quæ ab essentia eiusdem originatur, perfectio secundaria est, vt in homine risibilitas: in equo hinnibilitas: in igne caliditas: in aëre humiditas, & in aliis quibusuis propriæ passiones. Appropriatæ verò secundæ perfectiones sunt, quæ per aliud aliis competunt, vt: calor in aëre, qui ignis virtute inducitur: aquæ humiditas, quæ ab aëre causetur. Et similiter potest de talibus dici. Hinc sequitur, quod qualitates omnes tàm primæ quàm secundæ in elementatis corporibus appropriatæ sunt; & hoc ratione Elementorum, quæ in ipsis

Qualitatis descriptio.

Diuinus intellectus & Voluntas non sunt attributa.

Appropriatæ perfectæ sunt in Deo.

Notæ de appropriatis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Qualitatis cognitio necessaria.

virtualiter, (vt Scotum sequar) continentur. Huius qualitatis cognitio maximè necessaria est in Lulliana arte, vt quæ per definitionem cognoscere nequimus, per descriptionem saltem valeamus intelligere, eam constituendo per Quantitatem de qua diximus, & Qualitatem, de qua loquimur: applicando hęc omnia, pro vt decet, infinitè Deo, sed finitè creatis, arborum radicibus, vt radices sunt; truncis verò vt potētia sunt branchæ, rami, folia, flores & fructus. Sed ad Relationem sermonem dirigamus.

DE RELATIONE.

De relationū fundamento & termino.

RELATIONUM cognitio satis difficilis est: quia ob earum debilem essentiam fundamentum requirunt, à quo habent esse; & terminum, quo suum completum esse consequuntur. qui terminus in substantiis & absolutis non est correlatiuum, sed absolutum, in quo correlatiui relatio fundatur: quæ de facili non cognoscuntur, & ipsam relationem quasi obscurant.

Relationis definitio.

Sed ita Relatio ad quascunque relationes communis definitur. Relatio est ratio, qua vnum ad aliud refertur, vt de paternitate & filiatione ostenditur: hę etenim duæ relationes faciunt, quod suppositum vel persona vna aliam respiciat. Vt absolutum patris illud filij per paternitatem, & filij absolutum rectè patris absolutum intuetur per filiationem: quæ Relatio si diuidatur per realem & rationalem, sub reali infinitæ Relationes primò comprehenduntur, siue mutuæ sint siue non; mutuæ vt identitas, æqualitas & similitudo, quæ in Dei essentia, eiusque summa perfectione, & attributis fundantur: siue non mutuæ, sicuti paternitas & generatio actiua, filiatio & spiratio passiua, actiua spiratio Patri & Filio in esse cōstitutis (quasi) adueniens, & spiratio passiua qua Spiritus sanctus in esse personali cōstituitur, sustinendo cum D. Thoma Franc. May. & Scoto, personas diuinas relatiua & non absolura proprietate in esse personali constitui.

Diuisio relationis.

Quæ mutuæ sunt.

Quæ non mutuæ.

Sub reali relatione quæ contineatur. In 5. metaph: ca. de Ad aliquid.

Sub reali quoque relatione considerantur relationes illæ, quas logici considerant atq; distinguunt in relationes æquiparantiæ suprapositionis & suppositionis, quæ reducuntur ad illas quas Arist. enumerat. Si verò aliud membrum primæ diuisionis accipiatur, quædam pariter in Deo reperiuntur, de quibus supra mentionem fecimus, in capite de Quantitate; quæ ideo non dicuntur Relationes rationis, quia ab intellectu fabricantur: sed quia non omnes conditiones eis conueniunt, quæ ad realē sunt requisitæ. De qua materia, si cupis arcana cognoscere, Scotistas consule. Quædam verò sunt creatæ, quæ ab intellectus actu dependent, vt identitas eiusdem ad seipsum; & distinctio eiusdem à seipso, prout idem in propositione à parte subiecti & prædicati

Quare relationes rationis in Deo sint tales.

Relationes creatæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

prędicati concipitur atq; prædicatum à ſubiecto eſt diſtinctum. Et harum relationum cognitio eſt valde neceſſaria, quia mediante Relatione & habitudine, (quam radices cuiuſcunq; arboris habent ad truncum, & trunci ad branchas, & branchæ ad ramos; & ſic de omnibus arborum partibus) earundem eſſentia cognoſcitur.

Relationum cognitio neceſſaria.

DE ACTIONE.

VT ad diuinas & humanas operationes, immanentes vel transeuntes conſcendere poſſis: hanc breuem ipſius actionis notato deſcriptionem. Actio eſt reſpectus operantis ad operatum: non dicimus agentis ad paſſum, ne latiſſimus actionis fons in riuulum euadat. Agens enim cum paſſum reſpiciat, & in Deo nullum ſit paſſum, cum imperfectionem arguat, nec agentis ad paſſum reſpectus eſſe poteſt: & tamen ſunt ibi operationes ad productiones: operationes quidem, prout Deus eſſentiam intelligit, & tandem ſummè amat: productiones verò in quantum idem Deus, vt ſuppoſitum notat, tales operationes producit: quæ ſic productæ, altera vocatur filius, & altera Spiritus Sanctus. Producit quoque Deus ab æterno creaturas in eſſe cognito & volito, nec tamen paſſum poſſunt dici, cum idem ſint realiter quod Deus. Et vt latiorem diſſerendi campum habeas, non tantum reſpectiuè ipſam actionem conſiderare poteris: ſed etiam abſolutè, ſicuti & nos conſiderauimus, dum de productionibus & operationibus verba faceremus, diſtinguēdo de actione immanente & tranſeunte tàm in diuinis quam creatis: illo tamen ſublato in huiuſmodi actionibus, vt Deo attribuuntur, quod imperfectionem notat: dependentiam videlicet agentis ad actum & è contra; & ſi quid aliud eſt quod imperfectionem notet. Nec diuerſa actionum genera notabimus, vt logici, & phyſici pandunt: ſed tantum illud animaduertendū putauimus: nullum dari ens, cui actio aliqua non conueniat. Materiæ enim primę actio conuenit, & alijs hoc ente debilioribus, ſi non realis, ſaltem intentionalis, prout obiecti rationem habet. Et quantum profit huius transcendentis cognitio breuibus explicari poſſe haud puto, cum à latiſſimis illis radicib. de quibus ſupra actionis medio, per omnes partes cuiuſcunq; arboris diffuſę, inde admirabiles fructus, tàm creati, quàm increati, pullulent.

Actionis deſcriptio optima.

Deus ab æterno producit creaturas.

Nullū datur ens cui actio nō conueniat.

DE PASSIONE.

NON erit laborioſum, per ea, quæ de actione ſunt explicata, & naturam paſſionis manifeſtare: cum mutuo actio

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& passio se respiciant, de qua non multa dicturi, sic eam describimus. Passio est respectus operantis ad operatum; & passio hæc, si fas est, vt passio nominetur, diuinis non repugnat: quia productæ personæ producentem vel producentes respiciunt, vt satis notum est: sine tamen dependentia aliqua. Apud Lullum actio per ARE notatur, & passio per BILE, per bonificare, bonitatis actio habetur, & per bonificabile magnitudinis, durationis vel alicuius alterius radicis habetur magnitudinis & durationis passio. Nec minoris est vtilitatis passionis cognitio, quam actionis, cum per illam, res vario modo determinatas, vel quasi qualificatas cognoscere possimus: & inde multos conceptus fabricare. Quæ de actione dicta sunt & de passione proportione quadam possunt dici, sic ergo tot erunt species vel passionis genera, quot actionis.

Passionis descriptio.

Ioss o diuinis non repugnat.

Actio & passio apud Lul.

DE HABITV.

VELUTI reliqua prædicamenta ad omnia communissima considerauimus; ita & habitum considerare oportet. Habitus ergo non est habitus ad habituatum respectus, vt in Categoriis inquiunt Logici; sed vniuscuiusque rei proprietas, qua habituatum ordinatur ad opus. Hanc vltimam particulam ponere necessarium fuit, ne videretur habitus cum qualitate coincidere: conueniunt vtique in hoc, quod habitus proprietatem dicit. tàm propriam, quàm appropriatam; sed vltra hoc connotat habitus operationem, quæcunque illa sit, quam qualitas connotare non debet. Et ne exempla in diuinis & creatis relinquamus, quæ propositum nostrum firmant, & rem ipsam magis illustrant, hæc ponere voluimus. In Deo sapientia, bonitas, charitas, iusticia & similia attributa Deum habituant, omni remota imperfectione, quia secundum hæc, Deus vel ad intra vel ad extra operatur. Ad intra quidem Filium & Spiritum sanctum sapientia, bonitate & charitate producendo: ad extra vero, creaturis largiendo esse sapientia, bonitate & charitate eadem nec non misericordia & omnipotentia. Et hoc modo bonitas omnes arboris partes habituat, imò & cæteras radices, vt operantes bonum producant. Et ita de magnitudine, duratione & aliis intelligendum est per comparationem ad quodcunq;, quod considerari potest. Sic ignis sua calidate & siccitate habituatus operatur. Sic aër, terra, aqua & cætera vel ex his constituta vel non; propriis vel extraneis qualitatibus affecta operantur. Patet ergo nullum posse dari ens, quin habitibus quibusdam, saltem vniuersalioribus decoratum possit.

Habitꝰ quid? & quid praeter qualitatẽ significet.

Exempla.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SITV.

QUEMADMODUM positio vel situs in corporalibus partes inter se principaliter ordinat, sic situs, quem nos consideramus inter se ordinat essentiales perfectiones, secundarias, & habitus: ne id, quod præcedere debet, sequatur, & è contra. Optimus est situs inter essentialia, sicuti inter intellectum, voluntatem & memoriam, quæ Deo, angelo & homini conueniunt: quoniam voluntas in agendo intellectum præsupponit, quia nil volitum nisi cognitum, & memoria intellectum & voluntatem; intellectum, vt potentiã productiuam, sed voluntatem vt parentem cum prole copulare possit. In creatis quoque corporeis, materia formæ præsupponitur, quum natura saltem prius est perfectibile ipso perficiente, & in cæteris corpore expertibus: compositis tamen ex actu & potentia, vel ex genere & differentia, vel expositiuo & priuatiuo, situs & ordo reperitur: ne confusio, quam natura pati nequit, admittatur. Hinc Raymundo deuoti optimè animaduertant, ne cum confusione quadam, principia vel radices rebus applicent; quoniam, sicuti ab eo admirabili ordine sunt descripta, vt vltimum primum præsupponat, quamuis vnum cum alio aliquo modo conuertatur: ita & ipsi custodiant, ne quodlibet principium siue ad probandum siue ad improbandum, indifferenter assumant. Qualis autem sit inter principia illa ordo, ex his quæ de radicibus dicta sunt, satis constat, atque in commentarijs nostris in artem breuem latius declarabimus. Nec multos ordinis modos explicare modò oportet, quia in enumerandis formis, omnibus entibus communissimis, inter quas ordo numeratur, id fiet.

Situs qualiter consideretur.

Situs inter essentialia.

Situs in creatis.

Animaduersio.

DE TEMPORE.

NON potest sanè assignari tempus reale quibuscunque entibus conueniens, cum eorum tantum sit mensura, quæ continuè instabilitati sunt subiecta, ac corruptioni obnoxia: inter quæ nullo modo Deus annumerari verè potest, nisi diabolica mens, ipsissimo Diabolo nequior, id non minus impiè, quàm irrationabiliter ac stulte cogitaret, cum & creaturę quædam in entium ordine reperiantur, quæ temporaneæ mutationi minimè subiacent. Angeli videlicet ac rationales animæ à corporibus proprijs exutæ. Quomodo ergo assequi poterimus intentum nostrum, qui volumus omnibus entibus has nostras latissimas categorias conuenire? Dicimus, ipsa experientia nobis insinuante, secundum modum nostrum cognoscendi, dari tempus quoddã omnibus entibus indifferens. Et ne impossi-

Tempus Deo repugnat.

Tẽpus omnibus conuenit secundum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

modum nostrum considerandi.

bilia videamus asserere, de Deo differendo tempus nostrum conuenire sic ostendimus. Certum est differentes operationes ad intra esse & æternas, quas tamen si catholicus explicare contendit, sub ratione præteriti vel futuri, quæ partes sunt tẽporis, explicabit; inquiendo, Deus Deum genuit & generabit. Deus Antichristum ab æterno cognouit. Et vnde hoc? propter intellectus nostri imbecillitatẽ, qui modo suo res diuinas cognoscit, & non sicuti sunt. Tempus igitur quod secundum modum nostrum concipiendi res (quasi) mensurat: in numerum transcendentium ponimus.

DE LOCO.

NON est admodum difficile ostendere, non tantum creaturas corporeas in loco esse, verum etiã spirituales substantias tàm finitas, quàm infinitas, licet diuerso modo & valdè æquiuocè. Impossibile autem fore puto, aliquam loci descriptionem assignare, propter varios modos essendi IN: de quibus in 4. Phys. Arist. tractat, & propter oppositum modum essendi in loco, Deo & creaturæ conueniens; quum creatura sit in loco, vt continetur à loco. Deus autẽ vt locum continens, & conseruans. Sed sat erit cognoscere corpora esse in loco per se, vel dimensuraliter, circumscriptiuè, occupatiuè, & repletiuè; quæ omnia idem significant, partesq; eorum integrantes, & accidentia, per accidens: partes autem essentiales dum sunt, & potentia tantum sunt partes, dicuntur esse per se in loco. Et hoc dicitur ob animam intellectiuam partem hominis essentialem, quæ cum è corpore migrat, atque tantum potentialis pars efficitur, tunc in loco est, & eo modo quo Angeli, qui sunt in loco, definitiuè. Et esse in loco tali pacto est esse in loco, & non occupare locum, & in vno nunc, quod non in alio, nisi aliter diuina virtus dispensaret: nec locus semper comparatione ad Angelum pro superficie sumitur, cum & in puncto possit definitiuè existere. Deus verò immensiuè in omni loco est, atque omnem locum & locata conseruat. Sacratissimum autem Christi saluatoris nostri corpus est in hostia sacramentaliter, & sic habes diuersos modos essendi in loco, conuenientes existentibus vel subsistentibus. Ea verò quæ tantum esse essentiæ vel cognitum habent, propriè non sunt in loco: possunt tamen dici in loco, pro vt in anima conseruantur, si sunt species intelligibiles, actus intelligendi vel habitus: si verò vniuersalia intellectus operationem actu determinantia, dicas ea esse in intellectu obiectiuè, at in concauo orbis Lunæ ob eorum instabilitatem tanquam in loco, vbi & stultorum cogitationes quiescunt. Hæc sunt quæ de Categorijs, transcendentissimis proponere voluimus,

Quare locus describi non possit.

Corporea quomodo sint in loco.

Angeli sunt in loco definitiuè.

Deus quomodo sit in loco.

Christi corpus quomodo sit in loco.

Ea quæ habẽt esse essentiæ tantum, quomodo sint in loco.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

voluimus, vt aptior ſtudioſus fieret in applicatione cuiuſcunq; ad quodcunque: quæ ſi optimè contemplabitur, non exiguam vtilitatem conſequetur.

De entibus rationis tranſcendentibus non dedimus exempla, qualiter eis ex nouem Categoriæ conueniant, vt vitaremus prolixitatem, ſuo tamen modo quantitas perfectionis eis conuenit, quatenus vnum alio eſt perfectius, quod dignoſci poterit ex perfectione maiori fundamenti vnius, per comparationem ad fundamentum alterius. Qualitatem patitertàm propriam quàm appropriatam, in entibus rationis reperies, quam ob tenuiſſimam eorum entitatem niſi maxima cum difficultate cognoſcere poſſumus, tamen ea non carent. Si enim diſtinctionem rationis contempleris & identitatem, certum eſt diuerſas qualitates habere proprias, quoniã in diſtinctione eſt aptitudo ad diſtinguere, & in identitate ad identificare. Sed appropriata qualitas in iſtis reperitur, quatenus rationis identitas ratione ſui fundamenti diſtinctioni rationali hoc tribuit, vt poſſit intellectus operationem terminare. De Relatione nullus dubitabit, an entibus rationalibus tranſcendentibus conueniat? quaſi duo entia rationis, vel duæ ſecundæ intentiones accipiantur, in eis poteſt fundari diſtinctio, quæ nihil aliud eſt quàm relatio. Si etiam ſecundam intentionem conſidero, vt ad fundamentum refertur, in quo fundatur, vel ad intellectum à quo cauſatur & cognoſcitur, clariſſimè patet ipſam referri. Actioneque rationalibus entibus repugnat, vt actum intellectus terminant: nec etiam paſſio, in quantum poſſunt eſſe fundamenta ſecundarum intentionum. Situs verò iſtorum entium eſt eorum ordo, quicunque ſit ille. Habitus autem nomen conſequuntur, vt ſecundum proprias paſſiones operantur. Tempore quoque menſurantur, prout intellectio illa, qua intelliguntur; reſpicit tempus continuum vel diſcretum. In loco demum eſſe dicuntur, quia ab intellectu conſeruantur. Quibus oſtenſis ſatis veram hanc noſtram ſententiam credimus. Nec Ariſtotelis prædicamenta ſunt omittenda, quum limitatis rebus & in genere conſtitutis appoſitè poſſint attribui. De quibus in arte breui verba ſumus facturi, cum de nono ſubiecto erit ſermo, ſub quo Ariſtot. prædicamenta accidentium continentur.

Oſtenditur hæc omnia prædicamenta conuenire entibus rationis.

Quare Ariſt. prædicamenta non ſint omittenda.

DE FORMIS.

VALDÈ accommodatè Lullus hæc, quæ immediatè ſumus explicaturi, nominat formas, quoniam ad inſtar formarum, ea varijs modis exornant, quæ ſub vna quaque arbore continentur. Et niſi eſſent iſtæ formæ, quas omnes ferè Lulli

Quare formæ dicatur. Nul-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

lus Lullistæ de his loquutum est.

discipuli, ne quidem explicant, sed nec (quasi) nominant; certè tam singulare artificium, non nisi summo mentis acumine excogitatum, & mirum in modum necessarium, penè rueret. Ab istis etenim radices arborum suos habent humores, quos per spirituales quosdam canales insensibiliter ad omnes arborum partes demandant. Quomodo quæso essentia arboris, quam per bonitatem interpretamur, eiusdemque perfectio, quam sub magnitudinis nomine intelligimus, ac existentia, cui Duratio conuenire debet, essent vnæ, simplices vel compositæ, operatiuæ & productiuæ, nisi hoc esset à formis, quibus ad esse tale determinantur? Harum igitur formarum cognitionem necessariam esse arbitramur, vt melius in tertia parte huius operis apparebit. De formis igitur cum sit tractandum, de quibus Lullus in arbore elementali agit, monitos esse voluimus studiosos: nos eas tantum formas declarasse, quæ omnibus entibus conuenire possunt: nec inconsultò id obseruauimus, ne ea, quæ sua natura sunt transcendentissima, fierent minus generalia; quod factum fuisset, si arbori alicui tanquam propria attribuissemus. De alijs verò, quæ numerũ centesimum complent, in principio secundæ partis principalis pertractabitur. Hoc tantum vnum, nunc est obseruandum, vt cum sint formæ istæ transcendentissimæ, quibuscunque arborum partibus applicentur; & modo tali, ne vna aliam destruat, vt in quarta parte huius primæ partis fusius manifestabitur.

Necessitas formarum.

Quare Autor formas centum non explicet.

Vbi de alijs formis tractabitur.

I. *DE VNITATE.*

Vnitas quid.

INTER omnes formas à Lullo enumeratas Vnitas est prior, omnibus, & quibuscunque entibus non repugnans, quę ratio dicitur, qua aliquid est vnum; & hæc forma est diffusa per radices, truncum, ramos & reliquas cuiuscunq; arboris partes. Nec imagineris in capite omnium formarum casu hanc Lullum posuisse, sed optima contemplatione ductum; quia Vnitas est radix origo & fons omnium, vt in libro primo Pymandri, Mercurius Trismegistus ait: hinc est quod Parmenides Eleata Xenophanis auditor, vnum esse principiũ rerum omniũ statuit. Et ne ignores de qua Vnitate hic loquamur, dicimus non oportere intelligere, neque de vnitate cumuli vel aggregationis: neque de vnitate per se, quæ inter partes componentes reperitur: nec de vnitate per accidens; nec etiam de vnitate generis generalissimi, subalterni, speciei specialissimæ & numerali, quia hæ omnes vnitates limitatis solum competunt, ac semper imperfectionem habent annexam: sed intelligimus de Vnitate transcendenti, qua vnitate illa sunt talia, de quibus ipsum

Quare vnitas prima omnium ponatur. Excluditur quædã vnitates.

De vnitate transcenden-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ipſum ens prædicatur : & hæc vnitas Deo quoque conuenit, ſub ea ratione qua ſubſtantia , ſpiritus & ens eſt : non tamen ſub Deitatis ratione , quia ſub tali conceptu propria vnitate gaudet : quæ nominari poteſt identitatis vnitas , quia per ipſam attributa omnia , nec non & proprietates omnes in diuinam tranſeunt eſſentiam.

Vt hic loquitur.

Nota optimè de Dei vnitate.

2. DE PLVRALITATE.

EX his quæ dicta ſunt de vnitate facilè erit diiudicare de ipſa pluralitate : vnum tantum id obſeruare præcipimus , quod pluralitas tranſcendens in radicibus & partibus arborum eſt ſeminata , in quantum eſt ſui ipſius plena, ſcilicet, cum proxima potentia ad actum ſibi conuenientem , cum actu & ſuo correlatiuo : quæ nominantur plurificatiuum , plurificare & plurificabile. Quot enumerauimus vnitatis modos, tot ſunt pluralitatis. In Deo verò eſt pluralitas perſonarum, ac etiam attributorum , quæ ex natura rei ſunt diſtincta vt optimè deducunt Scotiſtæ.

Obſerua.

Quæ pluralitas in Deo ſit.

3. DE SIMPLICITATE.

PROVT quælibet arbor inuiſibilem ſubſtantiam à radicibus ſimplicibus recipit , ſimplex nominatur , & ſecundum ſe totam ac quamlibet ſui partem : nec loqui intendimus de ea ſimplicitate, quæ opponitur pluralitati, quia talem pluralitatem hic immediatè ſupra conceſſimus : ſed de illa quæ non patitur compoſitionem ex aliquo potentiali & actuali : aliter forma hæc arbori diuinali non conueniret, quæ nullam prorſus habet compoſitionem. Ex quo ſequitur , quòd compoſitio, quæ plurium tantum poſitionem notat , poteſt inter formas haſce locum habere. In alijs verò arboribus , quæ pro creatis rebus ſunt conſtitutæ , compoſitio ex actu & potentia etiam reperitur.

De qua ſimplicitate hic loquatur.

4. DE FORMA.

FORMA non vt perficiens, ſed vt in eſſe rem tantum conſtituit , in quacunque arbore poteſt inueniri , quia nec diuinæ eſſentiæ repugnat , quæ cum diſtinctis proprietatibus relatiuis, perſonas diſtinctas conſtituit. Materiam autem omnino remouemus , quia in arbore diuinali inueniri non poteſt , licet Henrico non videatur inconueniens , Eſſentiam diuinam eſſe quaſi materiam in diuinis productionibus, vt ſubtiliſſimus Scotus recitat in ſecunda quæſt, diſt. 5. primi ſententiarum.

Forma omnibus arboribus conueniens quæ ſit.

Materia à diuinis remouetur.

Subtiliſſimus Scotus.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

5. DE ABSTRACTO.

Radices sunt abstracta quadam.

IN qualibet arbore sunt abstracta, scil. radices : Verum cum ipsę substantiam suam tribuant quibuslibet arboris partibus, atque naturam illarum induant : nec amplius bonitas vel magnitudo simpliciter dicuntur, sed cum additione. Vt sunt in trunco, nominantur bonitas vel magnitudo trunci, & idem dicatur vt sunt in branchis, ramis, folijs, floribus & fructibus.

6. DE CONCRETO.

Cognoscitur concreta in omnibus arboribus per actum exercitum.

QUIA vt dictum est supra, dum de pluralitate agebamus, vnaquæque radix in quamcunque arboris partem descendit, vt est in proxima potentia ad actum, cum actu & suo correlatiuo, quorum primum & vltimum in concreto sumuntur. s. pro I V O & B I L E, ideo talia concreta per omnes arbores sunt dispersa ac seminata, quod cognoscitur, dum ad exercitum actum venimus, dicendo: Truncus est bonus, magnus &c: Branchæ sunt bonæ, magnæ &c: Fructus sunt boni, magni &c: sic de medijs arboris partibus discurrendo.

7. DE GENERATIONE.

Qualiter generatio consideretur. Suppositis tantum productio convenit.

GENERATIO seiuncta à mutatione hic consideratur, quæ radicibus omnibus attribuitur, vt vnà conueniant ad vnius, vel plurium productionem : eo modo, quo producere possunt; & hoc placuit dicere, quia tantum suppositis productio propriè conuenit : formæ autem vel quæ ad modum formarum se habent, in ratione solum principij formalis; ob hãc solam causam Theologi non affirmare audent, diuinam essentiam generare vel spirare, neque generari vel spirari, & quæ sint rationes, vide apud Scotum in 1. quæst. 5. dist. primi.

Nota de diuina essentia.

8. DE PLENITVDINE.

PLENITUDO, vt inquit Lullus, est generale principium in arbore quacunque seminatum, & deriuatur à radicibus, non tantum vt radix vna est seipsa plena, sed etiam ut similitudo aliarum radicũ participat; & de his plenitudinibus tota arbor est plena. Nec forma hęc est eadem cum pluralitate, quia essentiales partes pluralitas tantũ respicit vel integrantes : hæc verò & illas, & aliarũ omnium similitudinem, vel aliquarum.

Forma hæc à pluralitate distinguitur.

9. DE TOTALITATE.

TOTALITAS hic consideratur, in quantum arbores totam suam naturam à generali omnium radicum influxu consequuntur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quuntur, quam quidem totalitatem trunci branchis, branchæ ramis, & rami foliis, floribus & fructibus communicant. Huius rei exemplum in qualibet arbore de facili poteſt inueniri: de arbore tamen diuinali exemplificabimus, cui minus totalitas conuenire videtur. Radices in hac arbore ſunt bonitas, magnitudo &c. contrarietate excepta, & aliæ quæ imperfectionem arguunt, quæ in totam trunci naturam Dei ſcil. ſubſtantiam influunt, prout ſunt ſub infinita ratione ac perfectione conſiderata: non quod radices ſint ipſo trunco priores, ac aliquid in ratione principij in Dei eſſentiam influant, cum radices iſtæ, quæ in Deo ſunt perfectiones, à diuina pullulent eſſentia: ſed quia intellectus noſter cognoſcit Deum & creaturam conuenire in tranſcendenti, ratione bonitatis, magnitudinis, durationis, poteſtatis, & alijs tranſcendentibus, quæ conuenientia vel conformitas non poteſt eſſe ad aliquod inferius, quia ad inferiora eſt differentia; ergo in aliquo ſuperiori, & ſuperius ſemper influentiam habet aliquam ad inferiora: ſi eſt ſuperius in eſſendo, habet influentiam realem: ſi in prædicando, rationalem ſc. per modum prædicandi. Truncus verò branchis ſuam totalitatem communicat, & branchæ ramis, per identitatem ſaltem. Ex dictis patet non eſſe conſiderationem de totalitate, vt eſt ratio, qua aliquid propriè totum dicatur, ſed impropriè.

Exemplum de totalitate pro arbore diuinali.

Radices in Diuinã arborem quomodo influant, vel non.

Superius in eſſendo & in prædicando.

10. *DE PARTIALITATE.*

VALDÈ à propoſito noſtro eſſet alienum, ſi de partialitate conſiderantes vel integrantem vel eſſentialem conſideraremus, cum ſupremo enti omnino repugnent partes iſtæ. Impropriè igitur partialitas hic accipitur, prout, ſub bonitate, magnitudine, duratione, & alijs radicibus, bonitas, magnitudo, & duratio Trunci, Brancharum & aliarum arboris partium continentur, quæ partes ſubiectiuæ poſſunt nominari. Illud verò à quibus iſtæ emanare dicuntur, vniuerſales partes ſunt, quæ totalem quandam radicem conſtituunt: de qua totalitate hic immediatè ſupra intelligimus.

Impropriè accipitur partialitas.

11. *DE INTERIORITATE.*

CUM actus vniuscuiusque rei inter agendi potentiam ac terminum actionis mediet, atque ſub ea ratione qua mutuo ſe reſpicunt, relatiuum videlicet & correlatiuum vtriq; illorum ſit intrinſecus, ideo talis actus interioritas dicitur; bonificare itaq; vel magnificare, ſiue reſpiciant bonificatiuum & bonificabile, magnificatiuum & magnificabile generale, ſiue proprium, videlicet Trunci, Brancharum aut aliarum arborum partium, inte-

Actus, interioritas dicitur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

interiora sunt. Et interioritas in hoc proposito inter generales formas sedem occupat.

12. *DE EXTERIORITATE.*

Exterioritas qualiter hic accipiatur.

EXTERIORITAS verò hoc in loco consideratur, quatenus aliquid est extra aliud per differentiam aliquam, quę inter illa reperitur. Sic bonitas est extra magnitudinem & durationem, quia hæc respicit essentiam; magnitudo essentiæ perfectionem tantum: Duratio verò rei existentiam: sic arborum partes quædam extra reliquas sunt per differentiam, quæ inter illas consurgit. Quemadmodum verò ad particularia descendendo, per hanc formam cognoscuntur, quomodo varijs modis vna res sit extra aliam, siue hoc sit realiter, sicut equus extra asinum; continens extra contentum: siue per intellectus operationem, veluti quando homo absque risibilitate consideratur; ita per interioritatem cognoscere possumus, qualiter aliquid in alio contineatur, siue sit potestatiuè, siue virtualiter, vel per identitatem, aut identicè, vel actu, aut per aliquem modorum essendi IN, siue per omnes octo modos simul, vel per infinitos alios modos; qui per varia definitionum genera possunt inuestigari. Has duas formas præcipue nota, quia non parui sunt momenti.

Per interioritatem quid cognosci possit.

13. *DE STATIONE.*

Necessitas huius formæ ac vtilitas.

HÆc forma non minus est necessaria radicibus & partibus arboris cuiuslibet, quàm vtilis cognitu. Necessaria quidem est, vt res perpetuo maneant. In cognoscendo verò est admodum vtilis, quia per hanc cognoscimus bonitatem, magnitudinem, & cæteras radices, non tantum in se, verum etiam, vt in Trucis, Branchis & Fructibus arborum existunt, non amittere propriam rationem formalem & vnitatem; si enim propriam naturam amitterent, vt seipsas partibus arborum communicant, non diceretur Truncus bonus à bonitate, & magnus à magnitudine, at magis talis à seipso, quod fieri nequit, quia nulla res à se ipsa habet esse.

14. 15. 16. *DE LONGITVDINE, LATItudine, & Profunditate.*

Methaphorica consideratio.

NON hic considerantur tres istæ formæ, eo modo quo à Mathematicis, sed metaphoricè & similitudinariè. Inter radices est longitudo, quatenus vna est in alia, vt, Bonitas in magnitudine, hæc in duratione, duratio in potestate, potestas in cognitione,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gnitione, & cognitio in appetitu, ſic procedendo rectè vſque ad vltimam radicem; quam longitudinem partes quoque arborum retinent, quatenus bonitas talium partium eſt in magnitudine, & hæc in tertia radice, & tertia in quarta vſque ad finem. Latitudo verò inde cauſatur, vt tertia radix primæ aggregatur, quarta ſecundæ, quinta tertiæ, ſexta quartæ ſic aggregando: quæ latitudo, ſi ad omnes eſt generalis, non eſt ad aliquam arboris alicuius partem applicata: ſed ſi particularis, tunc vel trunco, vel branchis, vel alijs arborum partibus eſt annexa. Profunditas autem conſurgit, prout radix quælibet plena eſt ſui ipſius, atque omnes ſimul ad vnius profunditatis conſtitutionem concurrunt; ſi in generali, & generalem; ſi in particulari, & particularem conſtituunt profunditatem.

Longitudo quid.

Latitudo quid.

Profunditas quid.

17. *DE POTENTIA.*

POTENTIAM duplicem ſtatuit Lullus: vnum, quæ eſt ad actum diſpoſitio, quam Ariſt. in 9. Metaph. vocat potentiam paſſiuam: alteram, quæ actiua dicitur. De priori non eſt principalis noſtra intentio, cum arbori diuinali nequaquam conuenire poſſit: per accidens tamen poſſumus hic eam conſiderare, quatenus arboribus creatarum rerum eſt neceſſaria: quæ potentia eſt in radicibus, vt trunci arborum immediatè deducantur: in truncis verò brancharum potentia exiſtit: & ſic de qualibet arborum parte debet intelligi, prout vna eſt in alia. Potentia verò actiua eſt in radicibus, in quantum ſuum eſſe conferunt trunco & omnibus arborum partibus, quæ in bonitate dicitur bonificatiuitas: in magnitudine magnificatiuitas, & ſuo modo eſt dicendum de alijs radicibus.

Duplex potentia.

Potentia actiua in radicibus.

18. *DE OBIECTO.*

DUPLEX obiectum aſſignatur, vnum, quod intra eſſe dicitur; alterum quod extra: primum illud eſt, quod actiua potentia reſpicit tanquam correlatiuum eſſentiale, vt bonificatiuitas, quæ bonificabile eſſentialiter reſpicit. Obiectum verò extra dicitur, quod actiua potentia nõ reſpicit tanquam correlatiuum proprium, ſed extraneum, vt magnitudo, duratio &c. quæ à potentia actiua bonitatis tantum extrinſicè aſpiciuntur. Verum tamen eſt quod obiectum extra, fit obiectum ad intra, quando virtute potentiæ actiuæ illud in propriam ſui naturam conuertit agens, vt in motu generationis & augmenti manifeſtè apparet.

Duplex obiectum, intra videlicet & extra.

Obiectum extra fit intra.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

19. DE ACTV.

Actus duplex.

ACTVS duplici ratione consideratur: primo modo pro operatione quæ à potentia actiua procedit, qui in omnibus arboribus locum habet: sed alio modo pro actu, quo res prius in potentia existens, fit in actu, qui entibus illis conuenit tantum, quæ mutationi alicui subiacent. Per actum priorem radicum influxus, aliarumque arborum partium cognoscuntur: at per secundum formam rei vel essentiam in creatis intelligimus.

20. DE PRIORITATE.

Prioritas & posterioritas, sunt præcisa.

QVIA inter omnes formas Prioritas & Posterioritas sunt præcipuæ, cum ab ipsis totus rerum ordo pendeat, maiori egent inquisitione, ideo plures modos prioritatis assignabimus, vt probè cognoscant studiosi, quomodo in applicatione huius formę se debeant gubernare; ne impossibilia Deo aliquando attribuant, & quæ diuinis conueniunt, repugnare opinentur. Quinq; modos prioritatis Scotistæ in suis formalitatibus assignant, quorum prior est prioritas perfectionis, & sic in quolibet genere entium datur vnum primum, quod rationem mensuræ habet, intelligendo de mensura perfectionis. Vt in genere

Nota vsque ad finem. Quinq; modi prioritat. Prioritas.

Deus est mẽsura extrinseca substantiarum. Lucifer verò intrinseca.

substantiæ pro mensura extrinseca Deus assignatur: sed pro intrinseca conuenienter assignare possemus Luciferum, quo ad sua naturalia, quia in perfectione, quamcunque creaturam excedit; de quo verificatur illud Augustini dictum; Duo fecisti Domine, vnum propè te & aliud prope nihil; & hic prioritatis modus in diuinis nõ datur, comparando diuinum ad diuinum.

Secundus. Arist.

Secundus modus est generationis proprietas, de qua prioritate Aristot. in 9 Metaph. inquit. Priora generatione sunt posteriora perfectione: dummodo (sic à quibusdam Scotistis glossatur) prius extrinsecè ad esse posterioris concurrat, & vterque illorum sit in eodem genere. Neque modus iste in diuinis reperitur, quia ibi prius & posterius in perfectione esse nequeunt.

Tertius.

Tertius modus est Durationis prioritas, quæ Duratio triplex est, scil. Æternitas, Æuum & tempus, de qua supra egimus.

Quartus habet quinque gradus.

Quartus modus est naturæ, cuius prioritatis quinque sunt gradus. Primus ist, qui in vna fundatur natura, atque ad aliam terminatur; ita, quod inter naturas illas sit ordo producentis ad productum. Secundus est inter illa, quorum vnum est (quasi) originatũ ab alio, vt de propria passione dicere possumus, quæ à suo subiecto (quasi) originatur. Et secdum hos duos gradus, prioritas naturæ in diuinis nõ reperitur. Tertius prioritatis naturæ gradus in illis reperitur, quorum vnum ab alio non dependet, vt effectus vel mensuratum, vel conseruatum, vnum tamen aliud

1. 2. 3.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aliud præsupponit; & hic prioritatis gradus inter intellectum & voluntatem inuenitur, quia voluntas in operando intellectū præsupponit. Quartus gradus inter ea haud dubiè est, quæ sunt infinita, & vnum ab alio pullulat, & hic gradus inter Dei essentiam & attributa consistit: potest quoque esse inter eandem essentiam & relationes personales, licet non sint infinitæ formaliter. Quintus & vltimus est, quando inter aliqua duo, est tantum distinctio secundum proprietatem personalem, & vnum accipit totum suum esse ab alio, & hoc modo, Pater diuinus est prior Filio; hoc præsupposito, quod personę diuinę proprietatibus absolutis in esse personali constituantur, vt D. Bonauentura & Ioañes de Ripa sentiunt, quorum sententiam Theologorum omnium Princeps Scotus, & abstractionum Pater Franciscus Mayronus validissimis rationibus tuentur. Tres vltimi gradus prioritatis naturæ, Deo conueniunt, cum nullam importēt imperfectionem. Quintus & vltimus prioritatis modus, originis prioritas nuncupatur, quæ in diuinis esse conceditur, & præcipuè inter personam originantem & originatam; quamuis inter diuinam essentiam & personas quoque esse testetur D. Augustinus, vbi inquit: Si quis intuitiuè videret essentiam, videret eam priorem origine filio. Alij sunt huius quinti modi gradus, imò & prioritatis modi, de quibus in postprædicamentis fit mentio, quos brevitatis causa omittimus. Sat nobis sit de modis prioritatis dixisse, quorum cognitione ingenioſus Lector poterit de facili cogoscere, qua prioritate radices in se, Ramos, Branchas, & reliquas arborum partes præcedant, & pars vna aliam, imò & quælibet radix quamlibet, siue in se considerata, siue vt in arbore quacunque & in qualibet arboris parte contenta, discurrendo per omnes modos. Proportionabiliter de posteritate intellige, de qua Lullus agit sub ratione duarum immediatè sequentium formarum.

4. 5.

D. Bon. & Io. de Ripa, Scotus & May.

Quintus.

In lib. de triplici habitaculo.

DE SECUNDARIORITATE.

Secundarioritas quid?

HÆc forma est in arboribus quibuslibet, quatenus radices prius truncum respiciunt, & truncus branchas quàm ramos; & vniuersaliter est ratio, qua vnum quodque prius respici propinquius quàm remotum in operando per modum efficientis; quamuis per modum finis aliter sit. Perfectius enim tali casu prius ab operante intelligitur, licet sit valde remotum, quàm minus perfectum, sed propinquum: & hoc modo prius radices fructus appetunt, quàm truncum, ramos vel branchas.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

22. DE TERTIORITATE.

Forma hæc quare diuinis non repugnet.

HANC formam posuit Lullus, vt constituti naturam ostenderet, quod ex duobus ad minus resultat, quodq; tertium hac de causa nominatur. Nec repugnat diuinis, cum ibi sint constitutæ diuinæ videlicet personæ, qua essentia & proprietatibus relatiuis in esse personali constituuntur, licet propriè cõstitutum tertium aliquod non possit ibi dari, cum persona idẽ sit realiter & essentialiter quod essentia & proprietas relatiua. In creatis verò vbi constitutum est essentiale, verè tertiũ quoddam debet appellari, quia realiter à partibus suis distinguitur. Ex radicum igitur vnione quarum aliquæ per materiæ modum se habent, & quædam per modum formæ, tertioritas resultat. Hæc forma est vniuersalis ad omnes consimiles formas quæ in qualibet arbore sunt seminatæ: quæ forma quoq; resultare potest ex vnione partium essentialium radicis cuiuscunq;.

23. DE AVGMENTATIONE.

Augmentatio quomodo accipiatur.

HIC augmentatio accipitur, vt radix vna ab aliis similitudinem recipit, & quanto magis recipit, tanto magis augetur; sic augetur bonitas, quando per magnitudinem fit magna, & per durationẽ durans: augetur queq; quoad operationẽ, quando bonificat alias radices. Et hæc forma, sicuti & aliæ, in omnium arborum partes, est seminata.

24. DE DISPOSITIONE.

Dispositio à potentia differt.

PER formam dispositionis res aptè fiunt ad plura: vt patet de ferro, quod est ob sui duritiem dispositum, vt ex eo fiat malleus, & dispositio differt à potentia, quia dispositio est à natura: potentia verò agens extrinsecum respicit vltra naturam: differunt etiam, quia in aliqua re potest esse potentia, & non dispositio: vt in lapide est potentia ad esse sursum, non tamen dispositio vel aptitudo, quæ idem sunt.

25. DE PROPRIETATE.

Proprietas duplex.

PROPRIETAS quæ dispositionem supponit, duplex est scilicet propria & appropriata: Propria, vt bonificare bonitatis, & magnificare magnitudinis. Appropriata verò vt bonificare magnitudinis, quod à bonitate ei collatum est, & magnificare bonitatis.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

26. *DE PROPORTIONE.*

PROPORTIO eſt ratio, qua plura in vno tertio conueniunt, quæ tamen inter ſe ſunt æqualia, nec intelligendum eſt de *quidã* inæqualitate, qua eſt quantitatis prædicamentalis proprium, ſed tranſcendentiſſimè ſumptæ. Vnde dicimus, inter bonitatẽ, magnitudinem & durationem eſſe proportionem, quia ſicuti bonitas reſpicit eſſentiam, ita & magnitudo perfectionem eſſentiæ, & Durario exiſtentiam. Vel, vt clarius loquamur; quælibet concordantia vel conuenientia aliquorum ad vnum tertium, proportio eſt. Cuius proportionis effectus pulchritudo dici poteſt. *Proportio quid?*

27. *DE CONDITIONE.*

CONDITIO ratio quædam eſt, per quam res conditionatæ ſunt, ſicut bonitas & magnitudo, quoniam ſicuti bonitas ſuam ſimilitudinem communicat: vt conditio ſeruetur; ita & magnitudo bonitati proprium eſſe largitur. Quæ conditio requirit in eo, cui aliquid communicatur, vt aliquid pariter retribuat, quodcunq; ſit illud. Et ab his naturalibus conditionibus exeunt artificiales, quibus ementes & vendentes ac cæteri quotidiè vtuntur. *Cõditio quid?*

28. *DE INTENTIONE.*

INTENTIO ratio eſt, per quam res operantur ob finem aliquã. Ignis dando aëri ſuam caliditatem, hac intentione ducitur, vt bonus cognoſcatur, quia ſe ipſum diffundit. Volendo autem deſtruere aquam, quæ inter aërem & terram media, hoc ideò facit, vt maiorem cum terra habeat concordãtiam ad recipiendum ipſius ſiccitatem, quod non ſatis commodè fieri poteſt, propter aquę frigiditatem, impedientem Quæ intentio duplex eſt: prima .ſ. & ſecunda. Prima eſt finis vltimus rei: Secunda verò, eſt finis ſub fine. Et ex naturalibus intentionibus, artificiales oriuntur. *Intẽtio quid?* *Intentio duplex.*

29. *DE ORDINATIONE.*

PER ordinationem res ſunt inconfuſæ & diſtinctæ, quæ ordinatio non tantum requiritur inter arborum partes, ſed etiã inter radices, & non ſolum in eſſendo, ſed in operando quoque. Ex naturalibus ordinationibus homines acceperunt artificiales, quæ mores, operationes & talia ordinant. Plures ſunt modi ordinis, qui ſub nomine prioritatis ſupra ſunt explicati. *Per ordinationem quid fiat.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

30. *DE OPERATIONE.*

ENTIA cum non sint ociosa, naturales suas habent operationes, quibus varios producunt effectus. Nec alicui enti denegatur operatio aliqua, vel realis vel intentionalis.

31 *DE INFLUENTIA.*

PER influentiam res similitudinem suam rebus alijs communicant. Vnde radices in Truncum influunt, & Truncus in Branchas: sic inducendo vsque ad individua inclusiuè, quæ in alia influunt, vt directe serpia, vel indirecte conseruent,

32. *DE REFLUENTIA.*

Differentia huius formæ a conditione, Refluentia quid respiciat.

HÆc forma à Conditione differt. Per conditionem, vt diximus, aliquid suo communicanti, ille cui fit communicatio, reddit: siue illud sit idem cum eo, quod communicans tradidit siuè non: sed Refluentia respicit in correlatiuo suum relatiuū, secundum eam formam, quam correlatiuum à relatiuo accipit. Cuius rei exemplum tradere non est opus, cum hanc Refluentiam quotidiè in his perspicianus, qui malum pro malo reddunt. bonumque pro bono.

33. *DE PRODUCTIONE.*

QVIA per Operationem non requiritur, vt aliquod tertium resultet, vt patet de immanente, sed in productione requiritur, ideò inter se duæ istæ formæ sunt distinctæ, tanquam magis & minus communes. Differt quod hæc forma à generatione, de qua diximus, quia est opus naturæ. Productio autem est latior. Dicimus enim Spiritum sanctum produci, non tamen geenrari. Differentiam vnius formæ ab alia admodum notare oportet, nec vnà confundantur, & earum natura ignoretur. Ponit Ray: Lull: duas formas .s. Originem & Exitum, quæ cū possint de facili confusionem causare maximam in intellectu cuiuscunq;, ob conuenientiam quam habent cum his videlicet Generatione, Augmentatione, Conditione, Operatione, Influēa, Refluentia, Productione & alijs, ideò eas omittimus. Sed si subtilis voluerit has quoque cognoscere, hæc pauca, sibi sufficiant. Origo ponitur pro operatione illa, qua subiectum quodlibet propriam passionem producit Exitus vero activi accomodatur; qui ab actiua potentia est, non comparādo ipsum ad terminum, quia tunc esset vel generatio, vel productio, vel aliqua alia operatio.

Differētia inter productionem & generationem.

De origine & exitu.

Origo quid? Exitus quid?

(c) 2006 Ministerio de Cultura

34. DE SEPARABILITATE.

LICET videatur quod iſta forma ſit eadem cum exterioritate, valdè tamen differunt quia exterioritas eſt inter illa, quę aliquo modo inter ſe ſunt diſtincta, ſeparabilitas verò tantum in his reperitur quæ ſecundum exiſtentiam ſunt diſtiuncta, vt, Pater, Filius, Arbor & Fructus, qui non eſt in arbore. Et quia ſic hanc formam conſiderando non omnibus entibus poteſt conuenire, quia tali diſtinctione entia omnia non ſunt diſtincta, ideo poſſumus dicere, ea eſſe ſeparata, quorum vnum cognitum eſt, aliud non. In homine quidem eſt bonitas & magnitudo, quem ſi conſideramus vt bonus tantum, tunc in eo bonitas & magnitudo erunt ſeparata.

Differẽtiam notat. Hæc forma quomodo omnibus entibus conuenire poſſit.

35. DE INSEPARABILITATE.

PER ea, quæ de ſuperiori immediata forma dicta ſunt, huius ſatis erit nota eſſentia, oppoſitum meditando. Et velut eam duplici modo conſideramus, realiter ſcilicet & rationaliter: ita & hanc eadem modis contemplari debemus. Iſtę duæ formæ in homine ſunt idem realiter ſcilicet Bonitas & Magnitudo, quia non habent propriam exiſtentiam, nec habere poſſunt. Bonitas etiam à ſeipſa eſt inſeparabilis ratione, ſi actu intellectus ſimplici conſideretur; ſi actu verò complexo intelligatur, tunc poteſt à ſeipſa ſeparari.

36. DE POSSIBILITATE.

VT hæc forma omnibus conuenire poſſit, ac etiam Deo, non oportet poſſibilitatem intelligere, vt conuertitur cum contingentia, ſed vt impoſſibilitati opponitur, & in quantum non arguit repugnantiam ad eſſe. Sic filius Dei & Spiritus ſanctus ſunt poſſibiles, in quantum filio de patre eſſe, non repugnat, & Spiritui ſancto à Patre & Filio.

Quomodo poſſibilitas accipiatur.

37. DE IMPOSSIBILITATE.

IMPOSSIBILITAS cum poſſibilitati opponatur, oppoſitam habet naturam, quæ in nullo ente inuenitur, cum naturam deſtruat, præter quam in chymęra, quam imaginatio noſtra ex impoſſibilibus fabricat. Hæc omnia ſunt impoſſibilia, videlicet Bonitas non eſt magna: Bonitas non eſt in Deo: Bonitas non eſt in creatura. Et per omnes arbores eſt negatiuè diſperſa.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

38. *DE SIMILITVDINE.*

SECUNDUM Peripateticorum ſententiam, propriè ſimilitudo in qualitate fundatur, non eſt tamen inconueniens, vt largè ſimilitudinem accipiendo & in quantitate ac ſubſtantia ſit; quia & identitas vel diuerſitas, quæ in ſubſtantia propriè fundatur, inter entia quæcunque inuenitur, teſte Ariſtotele qui inquit: Omne ens omni enti comparatum, eſt idem vel diuerſum. Quatenus igitur bonitas ſuam ſimilitudinem magnitudini largitur, inter ſe ſimiles eæ duæ formæ ſunt. Differentia tantum ſpecie, in genere conuenientia ſunt ac ſimilia, & quæ numero differunt, in ſpecie aſſimilantur.

Lib. 10. metaph. tex. 12.

39. *DE DISSIMILITVDINE.*

RES omnes, quæ diſtinctas habent naturas, inter ſe diſſimiles nuncupantur. Et hæc diſſimilitudo attenditur penes quamcunque differentiam, quemadmodum & ſimilitudo penes omnem conuenientiam vel identitatem.

40. *DE NATVRA.*

NATURA in omni arbore eſt neceſſaria, propter varias generationes vel productiones in illis repertas, quæ fieri minimè poſſunt absq; naturæ beneficio, quia principium eſt alicuius formæ abſolutæ.

41. *DE PVNCTVALITATE.*

NON minus methaphoricè hoc in loco acceptatur punctualitas, quàm longitudo, latitudo & profunditas, de quibus ſupra dictum eſt. Hinc eſt, quod punctualitas eſt actus, ſub ratione indiuiſibilitatis conſideratus, qui mediat inter relatiuum aliquod & correlatiuum ſuum, veluti bonificare, quod mediare videmus inter bonificantem & bonificabile.

42. *DE INSTRVMENTALITATE.*

QVAMVIS hęc forma in vnaquaq; arbore locum habeat peculiarem, vt videbimus: tamen nec ſibi repugnat, vt etiam aliis arborum partibus ſe cõmunicet, quia nihil aliud eſt, quàm potentia ſub actu operandi accepta; quæ ad inſtar inſtrumenti artificialis propinquior eſt ſuo effectui, qualibet re ad effectum ordinata. Cuius rei ſi exemplum deſideras, ſume potentiam viſiuam ſub actu ſuo, quæ inſtrumentum appellatur viſionis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

43. DE NECESSITATE.

NOn esset hæc forma omnibus in rebus universalis, si pro conditionata necessitate vel simplici acciperetur, quia primo modo res quædam creatæ sunt necessariæ; secundo verò modo Deus solum. Necessitas igitur hoc in loco consideratur, quatenus res aliqua sine alia esse nequit. Sic animal est homini necessarium, correlativum suo relativo, calor igni, aëri humiditas, aquæ frigiditas, terræ siccitas, bonitati magnitudo & alia principia. Sic Deo est necessarium generare & spirare. Nec dicimus eodem modo divinis & creatis necessitatē huiusmodi convenire, quia in creatis aliquod unum esse absq; reliquo nequit, ob imperfectionem. In divinis autem, si Deus absque generare & spirare non potest verè intelligi, non est quod generare sit de Dei essentia, quemadmodum animal est de hominis essentia, & calor ignis vel essentiale. Sed quia Deus est summæ perfectionis; non tantum sub ea ratione formali, qua essentia est vel Deitas, sed etiam quatenus est intelligens & volens, sub qua ratione dicitur generare & spirare, non quod intelligere tantum Dei sit generare, & velle spirare, ut quidam asserunt, sed quoniam rationales actus necessariò essentiales præsupponunt.

Necessitas quotuplex sit accipienda.

44. DE PERFECTIONE.

SVo modo unaquæq; res perfecta existit, & hoc sensu generalis perfectionis, à qua, perfectiones omnes descendant. Quæ perfectio vel essentialis potest esse, sicuti hominis essentia in tanta perfectione constituta, vel hanc insequens, veluti sunt perfectiones omnium accidentium. In creatis unaquæq; reperitur. In divinis autem prior solum, quia secundæ perfectiones imperfectionem habent annexam. De his multa habes in capitibus de Quantitate & Qualitate.

45. DE VITA.

NOn est ignotum, & rudibus hominibus, vitam omnibus entibus non inesse, quia huius rei experientia est rectum magistra, nisi aliqui in eorum caderent sententiam, qui existimarunt Mundum animal esse maximum, cuius anima in quamlibet mundi partem vitam immittit, ad instar animalis, quod est mundi pars: nec hoc tamē sufficeret, quia licet existentibus esset vita communicata, non tamen his quæ tantum esse essentiæ habēt, & quę nullam mundi partē occupant, quemadmodū sunt Ideę vel universalia, quib⁹ volumus has omnes formas cōvenire. Aliā igitur vitā statuere necessariū est, q̄ vocan⁹

(c) 2006 Ministerio de Cultura

entibus conueniens.

virtutem, ſub actu conſideratam, qua res, multas operationes producere poteſt, veluti virtus illa, qua ignis calefacit & comburit. Et hæc forma differt à perfectione, quia perfectio non reſpicit operationem. Differt quoque à potentia actiua, quia hęc ab illa ſupponitur, nec eſt idem cum Virtute de qua ſupra loquutum eſt, quia ibi virtus in eſſe quieto conſideratur, hic autem ſub actu. Qua vita viuunt omnia, & nil reperitur, quod non habeat virtutem operandi aliquid.

46. DE ESSENTIA.

ESSENTIA rebus omnibus tribuit eſſe, quę in eſſe abſtracto conſiderata, naturam rei cum ſua perfectione ſignificat. Natura hominis in tanta perfectione conſiderata, quia quod alterius cuiuſcunque ſubſtantiæ corporeæ naturam perfectione ſuperat, eſſentia vocatur.

47. DE ENTE.

ENS concretum vel connotatiuum eſſentiæ dicitur, quod præter eſſentiam, quam principaliter ſignificat, connotat aliquid ſe habens vt determinans, nec in propria forma poteſt exemplum dari; quia tale determinans propter ſuam maximam vniuerſalitatem proprio nomine caret. Et hoc eſt omnibus entibus commune, ſicuti eſſentia.

DE QVESTIONIBVS VEL *Regulis.*

HUIUS principalis primæ partis, quarta pars de Quæſtionibus ſiue Regulis tractat, quibus totum Lullianum artificium optime regulatur, atque per harum optimam noticiam ſic hominis intellectus dirigitur ac illuminatur, quod abſque vlla difficultate ad omnia quæſita reſpondere valet, ac ignoti cuiuſcunque (præmiſſa ad arbores reductione) in definitiuum conceptum deuenire poteſt; quia definiendi ratio ac modus ab his ſumitur, vt ſtatim apparebit dum de iis tractatū erit. Quoniam verò huiuſmodi regulæ non ſemper coniunguntur propoſitionibus, de quibus dubitare contingat, ſed quandoque, imò frequenter, neceſſariis ac natura ſua manifeſtiſſimis, ideo germanam quæſtionum ſignificationem ſibi non vendicant. Nec de complexis ſemper quærunt (de quibus propriè mouentur quæſtiones) ſed etiam de incomplexis, vt manifeſtum eſt diſcurrenti per omnia principia vel radices, ſecundum omnia quæſtionum genera eorumque ſpecies. Fatendum igitur

Quare quæſtiones propriè vocari non poſſint.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

igitur est, eadem, quæstionis nomen sortiri, quatenus quæsitiua sunt signa. Regulæ quoque dicuntur, quia hominis intellectum dirigunt, vt appositè definire vel respondere possit, sicuti supra dictum est. Optimum ordinem harum regularum inter se possemus de facili ostendere, cuius rei cognitio cum non sit admodum necessaria, breuitatis gratia omittimus. Dicere tamen non recusamus hasce quæstiones esse admodum generales, quod nec dari genus aliquod quæstionis aut inueniri potest, quin sub his contineatur: imò ab latissimam illarum naturam vna aliis omnibus communis est, quemadmodum de radicibus supra diximus; quod Lulli artificium generale hoc expostulat.

Quare Regulæ dicantur.

Nota.

DE QVAESTIONE VTRVM.

PER hanc quæstionem de rei esse quæritur, secundũ omnes temporis differentias; & regulatur per possibilitatem. Eius species tres sunt, teste Lullo, in principio quartæ partis principalis Artis suæ generalis, videlicet dubitatio, Affirmatio & Negatio; quarum prior respectu eorum est, quæ ad vtrumlibet dicuntur, vel quæ contingentia sunt. Secunda verò de his quærit, quæ necessaria cognoscuntur. Tertia autem est de impossibilibus: ad quas respondendum est per affirmationem vel negationem, aut per possibilitatem, contingentiam, impossibilitatem vel necessitatem, sicuti magis expediens exit: id tamen obseruando, ne per responsionem principia destruantur, id eligendo quod ratio non dictat. Si enim fiat quæstio, Num Antichristus sit creandus? statim per principia vel radices tàm absolutas quàm respectiuas discurrere necessarium est, & id concedere quod magis Bonitati, Magnitudini, Differentiæ, Concordantiæ & alijs radicibus consonat. Poteris quoque arbores vel subiecta contemplari, quibus si non repugnabit, sub se id continere de quo mota est quæstio, tunc eligendum erit. Quia ergo non inconuenit Bonitati ac alijs radicibus ad hominem constituendum, vt vniantur simul, ideo Antichristus homo, creandus est. Diuinæ quoque Bonitati, Magnitudini & potestati nõ aduersatur Antichristum creare, vt satis patere potest. Neque Arbori humanali repugnat hunc fructum producere, cum natura sua bonus sit, licet praua voluntate scelestissimus: ob id aliquando erit. Si verò de Chimæra quæratur Num sit creanda? intellectus statim affirmabit nequaquam hoc posse fieri, quia nec aliqua reperitur arbor, cui similem fructum producere conueniat; nec radices vnà conuenire posse, vt ex illis constituatur, pugnantes inter se partes habens varias q; in specie; nec minus per regulas vel quæstiones discurrendo, aliqua

Hæc quæstio tres habet species.

Nota.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Quare per hanc regulã, aliquid definiri nõ possit.

possunt inueniri, per quæ Chimæræ definitio ostendatur. Per hanc regulam definitio indagari non potest, cum de rei esse quærat, quod in definitione quacunque supponitur.

DE QVAESTIONE QVID.

QVÆSTIO hæc, quæ per Quidditatem, Essentiam, Naturam ac Realitatem regulatur, quatuor habet species principales, sub quibus plures aliæ contineri possunt. Prima species est de definitione & definito, quomodocunque sumatur definitio, siue sit quidditatiua & per intrinseca, siue quietatiua & per extrinseca inuenta, dummodo cum suo definito conuertatur: & huiusmodi definitiones poteris multiplicare, recurrendo ad Topicam Aristot. Secundum hanc primam speciem sumuntur definitiones radicum, dum dicimus, Bonitas est ratio qua Magnitudo, Duratio ac cæteræ radices bonæ sunt, vel Bonitas est, cui competit bonificare: suo modo de quibuscunque entibus dicendum est. Nec definitiones istæ ineptæ sunt, vt inepti quidam opinantur, quia multa sunt, quæ genere & differentia carent, ex quibus definitio conflatur; veluti sunt transcendentia omnia ac generalissima genera, quæ si definire volueris, hac meliorem nunquam inuenies, quam Lullus docet.

Prima species.

Secunda species.

Secunda species est, quando de re aliqua quæritur, quid habeat in se naturaliter ac essentialiter: & respondendum est per ea, sine quibus res esse nõ potest, vt puta per IVVM, ARE, & BILE, & sic Bonitas & aliæ radices habent plura coessentialia vel connaturalia. Et modus iste definiendi est valde rutus, cum per intima rei assignetur, valetq; ad constructendas demonstrationes ac rationes necessarias. Intellige tamen per IVVM, ARE, & BILE, non quatenus aliquod particulare respiciunt, quia hoc est per accidens: sed vt hæc tria indifferenter se habent ad omnia, & hoc essentiale est. Pluribus alijs modis aliquid in se aliud habere dicitur, quos recitare non expedit, ac sigillatim illorum vnumquemque describere; hoc tantum tibi satis sit cognoscere, entia in se aliquid habere, aliquo istorum modorũ vel pluribus, videlicet eminenter, virtualiter in esse reali, virtualiter in esse cognito, potentialiter, actualiter, identicè, vnitiuè, immensiuè, per dominium, per influxum, per mixtionem, per modum loci tàm communis quàm proprij, vel per modum perficientis, siue substantialiter siue accidentaliter, vel alijs modis de quibus vbique Aristot. disserit, quosque de facili inuenire poteris, discurrendo per Radices, Arbores, partesque illarum. Per tertiam speciem quæritur, Quid sit res in alio? Et varijs modis ad hanc quæstionem respondendum est, quia & diuersimodè vna & eadem res potest esse in aliquo vel in pluribus.

Plures modi habendi.

Tertia species.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

bus. Bonitas enim vel Magnitudo dicuntur in aliquo esse, quatenus illud est habituatum, vt secundū Bonitatem vel Magnitudinem agat vel patiatur. Hanc speciem poteris multiplicare eo modo, quo secunda species multiplicata est, discurendo etiam per subiecta omnia, radices ac regulas. Qualiter verò definitiones sumendæ sint, vnico exemplo manifestabitur, cum de regulis omnibus tractatum erit. Quarta species est, qua quæritur, Quid res in alio habeat? cui respondendum est per ea, quæ actionem vel passionem significant; vt intellectus in obiecto est, illud intelligendo, atque in specie intelligibili, quia eam recipiendo patitur. Deus in creatis omnibus per sapientiam, potentiam & essentiam; creata verò in eo reperiuntur, quia conseruantur & diriguntur. *Quarta species.*

DE QVAESTIONE DE QVO.

HÆc quæstio, per materialem rationem in rebus implicatam regulatur quoniam de his quærit, quæ ad rem aliquam constituendam sunt necessaria, siue illa intranea sint vel extranea: & habet tres species. Prima petit vnde vel à quo, res originem suam ducat, cui responderi debet, secundum conuenientiam quæ penes subiectum attenditur, vel id de quo dubitatur. Si de Deo quæratur, Vnde sit, vel à quo? à nullo modo esse, sed à seipso, respondendum est; quoniam Deus est à se, ex se, per se, & in se. Si verò de creatis quæstio petat, non à seipsis, sed à Deo, tanquam ab vniuersalissimo agente, esse, fateri necessarium est: licet quibusdam, nempe corporalibus, non repugnet à pluribus agentibus particularibus, suam quoque habere essentiam. Per secundam, de constituentibus rem inquiritur; siue constituentia illa summæ sint actualitatis, vel vnum habeat ratio[n]em actus, alterum potentiæ, vel materiæ & formæ, aut vnum positiuum sit, alterum verò priuatiuum. Tertia species est de dominio vel possessione, secundum quam dicimus, intellectum esse Hominis, id est, ab homine possideri, & regnum Regis. Huius speciei quæstiones possunt multiplicari, discurrendo per omnia, quæ respectum aliquem notant.

Prima species.

2. species.

3. species.

Hæc quæstio quomodo multiplicari possit.

DE QVAESTIONE QVARE.

HÆc quæstio, interrogat de rei essentia, quatenus ad existere vel operari ordinatur: ideo huius quæsiti duæ sunt species. Per existere non intelligimus esse extra causam suam, aliter ad entia omnia quæstio hæc non esset vniuersalis, sed indifferenter accipitur pro quocunque esse, siue reali, siue cognito. Si per primam speciem de intellectu quæratur, quare existat? respondendum est, quia hoc à propria plenitudine habet,

Per existere quid intelligatur.

1. species.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habet, nempe ab intellectiuo, intelligere & intelligibili, tum quia per Bonitatem, Magnitudinem ac cæteras radices, suum esse consequutus est. Per operationem verò est, vt intelligat & cognoscat suum finem, aliorum q; entium naturam, & vt per eam, homines varios scientiarum habitus acquirant.

2. species.

DE QVÆSTIONE, CVIVS REgula est Quantitas.

Duæ species huius quæstionis.

SECVNDVM Lullum, huius quæstionis duæ sunt species generales, videlicet, simplex & composita; quarum prior respondet essentiæ vel existentiæ rei, in quantum illud esse res adipiscitur per influxum simplicium radicum; posterior verò rei iam constitutæ (quasi) aduenit, ob pluralitatem concretorum essentialium, videlicet IVVM, APE & BILE. Plures tamen huius quæstionis possent species assignari, sicuti & plures sunt quantitates: videlicet quantitas perfectionis, virtutis, & molis, quæ triplex est, scil longitudo, latitudo & profunditas; quibus ea quoque possunt addi, scil. quantitas continua successiua, & discreta; siue sumatur continuū & discretum propriè, siue transumptiuè: quemadmodum & transumptiuè considerauimus in capite de Quantitate. Simili quoque modo longitudinem, latitudinem, ac profunditatem etiam descripsimus, dum de formis erat sermo. Alia plura possunt colligi ad hanc quæstionem pertinentia, quæ in capite de Magnitudine, Fine ac Quantitate dicta sunt, ac explicata.

Plures species possunt assignari.

DE QVESTIONE, CVIVS REgula est Qualitas.

Duas continet species.

DVAS sub se continet generales species hæc quæstio, cuius signum quæsitiuum est QVALE, quæ cuilibet enti applicari possunt; vna quarum de propriis qualitatibus quærit, altera verò de appropriatis. Satis in capite de Qualitate explicatum est quid sint, tamen breuibus verbis earum quoque essentiam manifestabimus, vt illarum cognitio menti magis inhæreat, cum vbique de ijs mentio fiat. Qualitas propria est, quæ rei conuenit per se; appropriata verò quæ per aliud. Ingne caliditas, propria qualitas nuncupatur, cum per se, & secundum propriam naturam illam sibi vendicet, sed quia siccitatem ratione terræ possidet, hinc est quod appropriata dicitur. Per hanc quidem regulam Artista inquirit ea, quæ inter subiectum & prædicatum sunt superiora & inferiora, quia propriæ qualitates semper sunt superiores, sed appropriatæ inferiores. Plu-

Qualitas propria & appropriata quid.

In prædicamento de Qualitate,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

res

res sunt qualitatis species, de quibus Arist. agit, secundum quas quæsita multiplicari poterunt, vbi de creatis erit inquirendum. *& in 5. Meta. cap. de Quale.*

DE QVAESTIONE, CVIVS REgula est Temporalitas.

REGULA quæstionis quæ tempus quærit sub hac vocula QUANDO, non est tam ad literam considerandа vt verba sonare videntur, aliter de Deo & Spiritualibus substantijs, secundū hanc quærendi formulam, nequaquam quærere vel dubitare possemus: Consideretur ergo hic temporalitas, pro duratione quacunque, vel eo modo, quo à nobis in Categorijs declaratum est; & tot habet species, quot secunda, tertia, nona, & decima quæstiones habent. Sub ijs verò speciebus diuisiones sumere poteris, diuidendo durationes per signa vel instantia, si aliam diuisionem nequiuerint admittere, quemadmodum Æternitas & Æuum. Facile satis est, per aliarum quæstionum species, huius quæstionis species quoq; indagare: exemplum tamē dabimus quomodo sit pretendæ à secundo quæsito, vt promptior sit studiosus ad reliqua inquirēda. Si quęratur per primam speciem illius quæsiti. Quando est homo? tunc esse debemus fateri quando illius essentia subsistit. Per secundam speciem; tunc est homo quādo suas partes essentiales habet. Per tertiā, .s. quid sit in alio? Est in muliere vt bonificās, magnificans, potens &c. Per quartam verò & vltimam, homo habet in alio, scil. habitu, scientiam; situa, figuram; in tempore, mutationem; atque in loco, locatum esse.

Quomodo temporalitas hic considerari.

Exempla de speciebus.

DE QVAESTIONE VBI, CVIVS Regula est Localitas.

SUB hac quæstione quindecim species continentur (inquit Lullus) quæ ex secunda, tertia, nona & decima quæstionibus desumūtur. Et hæc quæstio, de existentia in aliquo loco vel situ quærit, qua sæpissimè vtuntur homines, dum scire cupiunt, Vbi Franciscus sit, vel tali tempore fuerit? Nec accipiendus est locus vel Vbi physicè, quia non tot eius essent species, quot assignauimus, sed indifferenter & omnibus illis modis, quibus res vna in alia potest esse, siue secundum determinatum quoddam genus vel speciem, aut secundum transcendens aliquod. Raymundus dat exempla, qualiter per species aliquot, intellectus sit in loco, vt loci essentia magis cognoscatur, quæ describere voluimus. Per primam speciem secundæ quęstionis, intellectus est in vbi siue loco, quia est in sua essentia. Per secundam est in seipso,

15 species sub hoc quæsito continentur.

Quomodo locus sit considerandus.

Exempla secundum varias species.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ſeipſo, ſicuti partes in ſuo toto. Per tertiam eſt in alio, quia in anima ſiuè homine. Per quartam eſt in illa virtute, ſecundum quam habet habitum ſciendi. Per primam ſpeciem tertiæ quæſtionis; ſicuti intellectus eſt primitiuus, non habens aliquid præiacens, ex quo ſit deriuatus materialiter, ſic locus primitiuus eſt, quatenus exiſtit pars vniuerſi atq; generalis; & quo ad hanc ſpeciem, non eſt locus ſenſibilis neque imaginabilis, ſed per intellectum cognoſcibilis ſolum. Per ſecundam, ſua figura viſibilis & imaginabilis eſt, non quo ad eſſentiam. Per tertiam locus eſt collocati poſſidentis locum, ſicut calefactum poſſidet caliditatem, ipſo habituato caliditate. Et ſubiungit Lullus, quod per has 3. ſpecies attingitur eſſentia loci per intelligere tãtum; ita quod locus particularis in ſubiecto ſuſtentato eſt diffuſus, & deriuatur à loco vniuerſali in ſubiecto vniuerſali ſuſtentato. Qui locus vniuerſalis locat omnia locata, ſicut omnia calida ſunt calida, per vniuerſalem caliditatem. Per primam ſpeciem nonæ quæſtionis, loci natura cognoſcitur; nam per hoc quod pars eſt in parte, ſicut ignis in aëre, vt patet in elementato, forma in materia & omnes partes in ſuo toto, & è conuerſo, ſic vnus locus eſt in alio per accidens & omnia loca particularia in loco vniuerſali. Locus vlterius cognoſcitur per ſecundam ſpeciem, quia eſt inſtrumentum ſubſtantiæ, quò locat partem in parte. Et hæc ſunt, quæ de Ubi tradit Lullus, in Arte ſua generali.

In 4. parte principali.

DE QVÆSTIONE QVOMODO, cuius regula eſt Modalitas.

Innumeræ huiusquæſtionis ſunt ſpecies.

ASSIGNANTUR quatuor ſpecies huic quæſtioni, innumeræ tamen poſſunt eſſe, quia radices omnes, ac prædicamenta omnia accidentalia cum ſuis generibus, ſpeciebus, ac proprietatibus conſiderata, vnamquamque rem ſaltem creatam poſſunt modificare. Et ex varietate modificationis, ſpecies huius quæſiti conſurgunt. Sed quæ ſint illæ quatuor ſpecies quas Ray: tradit, reſtat videre. Prima eſt, quando de re aliqua quæritur, Quomodo ſit in ſe? quæ ſi applicetur intellectui; tunc reſpondendum eſt. Intellectum in tali eſſe conſtitutum dici, quãdo remotus eſt ac ſegregatus ab omni alia eſſentia, vel ſaltem, quando taliter conſideratur. Secunda eſt, quando de intellectu quæritur, Quomodo ſit in alio, & illud idem in ipſo? cui hoc modo ſatisfaciendum eſt ſcil. intellectum in voluntate habere ſuum eſſe, ipſaque in eo exiſtere, quatenus cum memoria animam rationalem conſtituunt. Tertia petit, Quomodo intellectus eſt in partibus ſuis, partesq; in illo? ad quem reſpõdere

1. *Species.*

2.

3.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dere poteris, hoc ideo esse, quia per eandem met naturam qua ipse constat ex proprio intellectiuo, intelligibili, & intelligere, sic & hæc tria eius partes dicuntur. Quarta autem inquirit. 4. Quomodo intellectus suam similitudinem ad extra transmittere possit? Et huic dubitationi breuibus satisfacere quis poterit, si eundem intellectum aliquo habitu informatum considerauerit extranea intelligere.

DE QVAESTIONE CVM QVO, CVIVS Regula est Instrumentalitas.

HÆc quæstio quærit de instrumentis & medijs, quibus res in suis operationibus vtuntur, siue illa essentialia sint, quemadmodum anima rationalis instrumentum est, quo homo intelligit, vult & memoratur; siue passiones vel proprietates, sicuti in ferro est grauitas, & in igne leuitas; aut sint accidentia communia, secundum quæ substantiæ operantur, veluti sunt nouem accidentis prædicamenta; & denique quæstio hæc petit de omnibus accidentibus moralibus, sub quibus virtutes omnes ac vitia continentur, ac etiam de illis corporibus, quibus Mechanici in diuersis eorum artibus vtuntur. Raym. autem quatuor species illis haud absimiles, enumerat, quæ immediatè priori quæsito sunt applicatæ. Per primam quæritur. Cum quo intellectus est animæ pars? Et responderi debet, quod cum Bonitate, Differentia, Concordantia ac omnibus radicibus, contrarietate excepta. Per secundam. Cum quo intellectus alia à se intelligit? Dicatur, quod intellectione. Per tertiã. Cum quo intellectus est vniuersalis vel particularis? Respondeatur, quod ratione specierum, quæ si vniuersalium sunt, vniuersalis fit, si particularium, particularis. Per quartam. Cum quo intellectus extra se, suam mittit similitudinem? Potest responderi, quod cum proprio intellectiuo, intelligibili, ac intelligere, cum quibus facit species esse intellectas, & per memoriam recolibiles ac etiam per voluntatem amabiles. Et ex quæstiones omnes, inter se non sunt tam diuersæ ac disparatæ, quod vna de ijs, quæ ad omnes alias responsum est, quærere vel dubitare non possit; imò ob earum maximam generalitatem sunt tam connexæ, quod de vna quaque data responsione, secundum omnes, homo potest veritatem inuestigare.

Nota optimè.

1. species.

Nota.

MODVS SVMENDI DEFITIONES ex Quæstionibus.

PRomisimus exemplis ostendere, qualiter rei vniuscuiusque definitiones quã plurimæ, valeant fabricari ex quæstionibus,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Definitiones ex omnibus quæst. desumptæ.

nibus, quod statim obseruare curabimus, de Angelo id manifestando. Diximus, primam quæstionem non esse ad propositum huius negotij, quoniam ipsa de rei esse quærit, quod in definitionibus supponitur; per reliquas igitur intentum nostrum explicabimus: Per primam speciem secundæ quæstionis Angelus definiri potest. Angelus est illa creatura, quæ magis est Deo similis. Per secundam, Angelus est, qui habet partes suas essentiales, tanquam constituentes eius esse. Per tertiam, quo ad

Ex secunda.

actionem, Angelus est, qui id agit, quod sua voluntas vult, intellectus intelligit, ac memoria memoratur, & hoc sine successione & fantasmata adiuvante. Quo ad passionem Angelus bonus est, qui à Deo recipit immediate influentias. Angelus verò malus ille est, qui ab extra recipit passiones, quando nequit homines ad peccandum inducere, vel qui à Deo per gra-

Ex. 3.

tiam abest, suo fine frustratus. Per quartam, Bonus habet in Deo gloriam, & in inferioribus potestatem, Malus verò pœnam. Per primam speciem tertiæ quæst. Angelus est à Deo creatus, non de materia aliqua. Per secundam, est de omnibus radicibus vel principiis, in esse spirituali ac completo constitutus. Per tertiam, est Dei creatura cum benedictione & gloria, si bonus est; si malus est, utique Dei creatura dicitur, cum con-

Ex. 4.

tradictione, dolore ac pœna. Per primam speciem quartæ quæstionis, eodem modo debet definiri, sicuti definitus est in secunda specie tertiæ quæstionis. Per secundam verò ideo est, vt Deum intelligat ac diligat, præbendo obsequia hominibus.

Ex. 5.

Per quintam quæstionem. Angelus tantus est, quantæ sunt

Ex. 6.

eius partes essentiales, siuè discretæ sint, vel continuæ. Per sextam quæstionem, quo ad qualitates proprias. Angelus est, cuius intelligere & velle est efficacissimum, vel qui in tempore imperceptibili maximum transit spacium, vel qui non est natus vniri corpori. Secundum verò appropriatas qualitates, Angelus est secundum diuersos habitus in intellectu vel voluntate subiectatos, logicus, grammaticus, vel philosophus; aut sapiens, prudens, bonus, humilis, fidelis, mitis, patiens, & verax si bonus est, si verò malus, quo ad ea quæ ad voluntatem spectat,

Ex. 7.

oppositum considera. Per septimam quæstionem, quæ est de tempore, Angelus est, cuius esse in æuiternitate existit. Per

Ex. 8.

huius quæstionis species discurrere poteris. Per octauam quæstionem, Angelus est natura completa, in loco existens, non ta-

Ex. 9.

men locum occupans. Per primam speciem nonæ quæstionis, Angelus est substantia quædam spiritualis cuius esse est per se, & non cum aliqua re coniunctum. Per secundam, Angelus est in Cœlo, ut motor, cœlumque in eo ratione potestatis. Per tertiam, Angelus est in suis partibus essentialibus, per proprium naturam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

naturam vel eſſentiam, partesque in eo reperiuntur, eadem de cauſa. Per quartam, Angelus eſt, qui voluntate ſua ac potentia exequutiua, variis modis operatur. Per primam ſpeciem quæſtionis decimæ, Angelus eſt, qui cum Bonitate ac aliis radicibus exiſtit, contrarietate excluſa. Per ſecundam, Angelus eſt, cum ſuis principiis innatis & naturalibus. Aliæ ſunt huius queſtionis ſpecies, de quibus exempla non adducuntur, quę tamen quilibet inuenire de facili poterit, ſi optimè ſpeculabitur. Poſſunt quoque res definiri per radices omnes, ac variis aliis modis, quos aliquando enumerabimus (DEO concedente) ſed pro nunc contentus eſto. *Ex 10.*

ANIMADVERSIONES PRO Radicibus.

PRINCIPALIS primæ partis hæc pars quinta & vltima, pauca quidem continet, ſed admodum neceſſaria ſcitu, quoniã in hac explicantur quæ ab arte Lulli omnem ambiguitatem tollunt. A radicibus igitur auſpicaturi, hæc erit prima animadueꝛſio, non radicibus ſolum accommodanda, ſed etiam Categoriis ac Formis. Quod licet hæc omnia natura ſua ſint transcendentiſſima, tamen quando ſubſtantiis particularibus applicantur per prædicationem, vel accidentibus, tunc particularia fiunt; nec amplius eandem obtinent facultatem, qua tranſcendentiſſimè conſiderata, nata ſunt frui; nempe ut radix una uel aliquid tale, de altera in abſtracto prædicari poſſit. Vnde propoſitiones iſtæ falſæ ſunt, Bonitas Petri, eſt Magnitudo Petri. Magnitudo Petri eſt Duratio Petri; quia abſtractum de abſtracto nequaquam prædicari poteſt, niſi quando ambo ſunt infinita poſitiuè vel permiſſiuè, vel ſaltem alterum illorum; quod de prædicatis illis verificari non poteſt ad Petrum comparatis; ſecus erit ſi in concreto ſumantur. De hac materia plurima omitto, quæ poſſunt videri apud illuminatum May: Hæc tamen propoſitio vera eſt. Bonitas Petri, eſt Magnitudo, vel Magnitudo Petri eſt Duratio; quia prædicatum non ſumitur limitatè, ſed tranſcendentiſſimè; & ſecundum hunc modum optimè de limitato ſubiecto prædicari poteſt; quia licet poſitiuè & formaliter non infinitum ſit, tamen permiſſiuè, quoniam Deo poteſt applicari, qui formaliter eſt infinitus. Nec fruſtra hæc animaduerſio ponitur, vt cognoſcat intellectus, quomodo ſeipſum ligare poſſit, aut vincula euitare. *Animaduerſio 1.* *In 5. diſt. ſui Conflatus.* *2.*

Non eſt dubium, quin cùm radices quàm categoriæ, ratione maximæ generalitatis, aliter ad inuicem ſint connexa, quod ad vnius poſitionem, in bona conſequentia alterius vel omniũ

(c) 2006 Ministerio de Cultura

positio sequatur; sicuti ad positionem bonitatis, sequitur positio aliarum radicum, & ad positionem Quantitatis, reliquarum categoriarum, quoniam cum ente conuertuntur: tamen ratione præsuppositionis à posteriori ad prius, est formalior cõsequẽtia. Vnde optimè sequitur, Petrus est glorioſus, ergo de eo hoc est verum. Petro verò gloria ineſt, ergo ratione virtutis alicuius. Est virtuoſus, ergo est volens. Est volẽs, ergo cognoſcens, Est cognoſcens, igitur habet potentiam aliquam. Est potens, igitur exiſtit. Exiſtit igitur perfectionem habet Est perfectus, ergo esse essentiæ habet. Idem est iudicium de reſpectiuis radicibus ac categoriis. Posito .n. quod Petrus sit in tempore, sequitur ipsum quoq; Situatum esse, Locum occupare, Passione affici & Actione, Reſpectus habere, Qualitatibus esse ſubiectum, ac demum Quantitatem possidere. Hęc animaduerſio aurea sanè potest exiſtimari, quia p hãc via aperitur, ac modus explicatur, quo media ad argumẽtandũ, & in optima cõſequentia, sint deſumẽda.

Aurea animaduerſio.

Præterea ſumma diligentia est adhibenda in applicatione uniformi harum radicum ad ſubiecta, ne mõſtrum aliquod propter ineptam applicationem sequatur. Si enti rationis Magnitudo à ratione fabricata applicatur, reliqua quoq; applicanda eiuſdem naturæ debent eſſe. Nec difficile erit hoc obſeruare, ſi congruè quod primum est in ordine quodq; cætera prærequirunt, erit applicatum. Radices omnes primã præſupponunt Bonitatem .ſ. Et categoriæ omnes ſine quantitate exiſtere nequeunt: ideò ſi alicui enti Bonitas realis vel ab intellectu excogitata applicetur, & ſequẽtia talia erunt; idẽ intellige de categoriis

Scala naturæ est obſeruanda; & omne quod perfectionem ſine imperfectione notat in inferiori, ſuperiori debet attribui. Operatio lapidi attributa (qui lapis est in infimo gradu naturę cõſtitutus) attribuenda quoq; est Vegetantibus, quæ ſecundum ſcalę gradum obtinet. Senſitiuis exterioribus ſenſibus, quæ tertium. Senſitiuis interioribus ſenſibus, quę quartum. Intellectui coniuncto, qui quintum Intellectui ſeparato finito, qui ſextũ. & tandem Deo conuenire opinandum est, qui tanquam omniũ rerum ſumũm principium, in capite ſcalę ſedet. Quodverò imperfectionem habet annexam, ſi inferiori conuenit, non ſuperiori omni est attribuendum: hinc ſequitur, quod à Deo remouenda est contrarietas & minoritas, licet inferioribus conueniat. Scalam naturæ ordinauit diuinus Lullus per nouem ſubiecta, & longiorem per quatuordecim arbores; & gradus quilibet est generaliſſimus, ſub ſe continens ſubalterna genera; hæc verò ſpecies; ſpecies autẽ indiuidua. Qui in omni negotio multa cupit ſcire, hanc ſcalam ſibi formet, & per radices, categorias, quæſtiones ac formas diſcurrat, applicando ſecundum ſubiectorum conuenientiam.

Gradus ſcalæ naturalis.

Diuinus Lullus ordinauit Scalam naturæ.

Nota.

(c) 2006 Minist

Radices

Radices illæ, quæ rem in esse constituũt, quando applicantur subiectis, illorum naturam sortiuntur; vt patet de Bonitate, Magnitudine, Duratione ac reliquis; quæ Deo applicatæ, infinitę fiunt, creatis verò finitæ. 5.

Discrimen inter radices ac reliqua transcendentissima, est præ oculis semper habendũ, ne definitionum & proprietatum læsio causetur. Et discrimen ex iis poterit cognosci, quæ in capite de Differentia dicta sunt. 6.

Integra radicum natura est seruanda, quæ seruabitur, si radix vna oppositio suo non applicabitur, sub ea ratione qua oppositum est. Non est igitur Bonitas malitiæ adiungenda. Magnitudo paruitati, & Duratio non existenti. Plura possem tradere pro radicibus, quæ tamen ex dictis possunt deduci; ideo & diligens Lector ea inquirat. 7.

ANIMADVERSIONES PRO CATEGORIIS.

OMNES animaduersiones quas pro radicibus descripsimus, *Nota.*
satis commodè Categoriis possunt applicari, vt liquidò patet; hinc est, quod non multa de iis dicemus. Hoc explicare volumus, videlicet has categorias speciem tradere radicibus ac formis, secundum quas possunt tales nominari. Bonitas etenim Vnitas vel pluralitas, licet speciem quandam recipiant à subiectis illis quibus applicantur, adhuc tamen nescitur quid determinatè sint, nisi ad categorias recurratur. Scio quidem vnam & eandem rem plures habere rationes, secundum quas distinctè concipi potest; quam si considerauero bonam vel magnã, quatenus est homo vel lapis, nec adhuc optimam illius bonitatis vel magnitudinis noticiam habebo; prout bonitas conuenire adæquatè dicitur illi rei. Si verò rem eandem secundum categorias ordinauero, tunc per applicationem radicum vel formarum, in hanc deueniam cognitionem .s. aliam esse hominis vel lapidis essentialem bonitatem, aliam secũdum qualitatem propriam vel appropriatam, & aliam secũdum categorias reliquas diuidendo ac subdiuidendo omnibus modis possibilibus. Nec negamus hæc pariter à radicibus vel formis specificari, quia æquè sunt transcendentissima. Vicissim igitur specificantur, sed ab iis omnibus, arbores & subiecta. *Prima.*

Admirabilem vtilitatem consequeris, si hæc prædicamenta 2.
disposueris eo modo, quo radices disponuntur; ea aliquando considerando absolutè, aliquando respectiuè, & ex illis 4 figuras constituendo. *Admirabilis Vtilitas.* Primam, qua omnia hæc absolutè considerentur, & vnum de alio prædicetur, imò omnia de vno. Secundam, in qua Quantitas, Qualitas & habitus ordinentur pro primo triangulo. Actio, Relatio, & Passio pro secundo. Vbi quãdo *Nota.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& ſitus pro tertio,miſcendo vnum triangulum vel angulum cum alio,rectè,obliquè,&tranverſaliter. Tertia figura,vnà has duas figuras connectet, cameras triginta ſex conſtituendo; & ſecundum vnamquamq; cametam duodecim proppſitiones elicies ac 24. quæſtiones,vti Lullus hoc de radicibus poſſe fieri docuit. In quarta verò, poteris primã, ſecundam,& tertiam figuras coniungere,atq;maximam tabulam conſtruere,qua infinitas rationes vel argumenta conficies. Quæ omnia in 4. parte principali clariora fient,per ea quæ de quatuor figuris à Lullo inventis explicabuntur. Et ſic duplicatam habebis Lulli artem. Hæc pro Categoriis tibi ſufficiant.

ANIMADVERSIONES PRO Formis.

8. Animadverſio.

SOLITA ſua ingenij perſpicacitate Lullus formas inuenit, vt earum medio magis atq; magis in rei cognitionẽ intellectus deuenire poſſit;eæ etenim, cum nihil aliud ſint quàm rerũ proprietates, quæ à rei differentia vel modo intrinſeco emanant, ipſis cognitis,& rei eſſentia cognoſcitur;& hunc modũ cognoſcendi vbiq; monſtrat Ar; Quod autem hoc ſit verum, vnico exemplo videamus. Ar:in libris phyſic. ſubiecti totius naturalis philoſophiæ proprietates multas enumerat,atq; docet quid illarum quælibetſit,& hoc ea tãtum de cauſafacere opinor,vt illius natura magis cognoſcatur. Nõ etenim ſola cognitio, quod ex materia & forma componatur atq; efficientem & finalem cauſam habeat,ſufficit;ſed neceſſarium eſt ſcire motui eſſe ſubiectũ ac infinito in potentia,loco cõtineri,tempore menſurari, & ob motum continuũ primi mobilis;poſſe actualiter moueri: quæ omnia paſſiones ſunt quædã&affectiones. Quando igitur, rei alicuius ignotę voluerimus eſſentiam cognoſcere,ſtatim ad formas recurrendum erit,ſi alia ratione nequiuerit à nobis cognoſci. Obſeruandum tamen eſt,ne per affectiones cõmunes id inquiratur,aliter definitio non erit propria. Si per eſſe ſpirituale vellem Deum deſcribere,hæc vtiq; deſcriptio inanis eſſet, quia Angelo & animæ rationali ac ſpecieb. intelligibilibus cõpetere poteſt. Si verò dicam: Deus eſt neceſſarius omninò imõbilis ab omniq; compoſitione ſegregatus;hæc vtiq; deſcriptio bona exiſtimabitur. Dicet aliquis. Illa ſanè deſcriptio bona eſt,ſed vnde habeatur,neſcio. Nota optimè quæ ſequuntur,&ſcies. Quãdo alicuius rei ignorãtur paſſiones propriæ,ſtatim ad illius oppoſiti naturam recurrendum eſt;cuius paſſiones ſi cognoſci poterunt,& alterius oppoſiti cognoſcẽtur,ſin verò,tunc ad naturæ ſcalã confugere debes,& priorũ vel poſteriorum in tali ſcala indagare paſſiones,ex quarum cognitione,eius de quo cupis, per reſpectus varios,paſſiones cognoſces. Quãdo Deum deſcri-

In li: poſt Met. 7 8.9.10. & in li: omnibus phiſ.

Nota.

2.

9. Adhibenda noticiam paſſionum cuius cuuq; entis.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

psi,sicuti supra patet,creaturam contemplatus sum,quæ in ratione diuisionis entis Deo opponitur,cuius passiones præcipuę cum sint contingentia,mobilitas & compositio, oppositũ Deo conuenire considerauí;ideò optimè descripsi. Plura possem dicere, sed subtiles subtilia quærant.

ANIMADVERSIONES PRO QVAEstionibus.

EX iis quę de quęstionibus dicta sunt,satis earum animadversiones sunt notæ:nonnulla tamen manifestare non pigebit, at cum breuitate. Primum animaduertere debes, Quando de re aliqua quesitum erit;licet per propriam quæstionem responsio sufficiens elicietur,huic tamen cõiungere poteris responsionẽ, qua m illa quæstio expostulat,quæ ab hac originem ducit: mutuò enim se debent adiuvare,vt responsio clarior sit. Secundum est,vt caueas in definitionibus à quæstionibus sumendis,ne loco unius aliam accipias,ob nimiam similitudinem quam regularum species aliquando inter se habent. Quibus explicatis, cum Dei laude ac gloria,hæc prima pars finem adepta est. *1. Animadversio.* *2.*

SECVNDA PARS.

ABROLUTA prima parte,in qua eª omnia sunt explicata ac declarata,quę ad naturam cuiuscinq; subiecti cognoscendam sunt necessaria; remanet vt secundam partem aggrediamur,in qua subiecta omnia considerantur. Per subiecta hoc in loco intelligimus quæcunq; ab intellectu cognoscibilia, siuè hoc fiat propria virtute,vel luminis super naturalis. Et ne procedendi ordinem relinquamus,hanc partem in 3. partes diuidemus;in quarum prima, per sufficientem entis diuisionẽ arboribus applicatã,apertè manifestabimus,nullum posse dari ens,vel intellectu excogitari,quin sub arbore aliqua contineatur:in 2.cuiuslibet arborispartes,in vniuersali tamen, declinabimus: in 3. verò,singularum arborum naturam & partes, in particulari aperiemus.

PRO PRIMA PARTE SECVNde partis principalis.

NULLus inficiabitur,quin hæc inferius descripta entis diuisio,realis sit,realibusq; entibus conueniens, tamen dubitabit aliquis de rationalibus,An locum habeant in iis arboribus? quę dubitatio de facili è medio tolletur,inquiendo;quod in arbore humanali hominis intellectus considerator, qui horum entium præstantissimus est opifex.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DIVISIO ENTIS, PER QVAM oſtenditur, entia omnia ſub quatuordecim arboribus contineri.

OMNE ens vel eſt

- Creatum
  - Corporale
    - Corporale tãtum.
      - Corruptibile
        - Non cognoſcitiuum.
          - Habens tantum eſſe; & de hoc agit Arbor Elementalis.
          - Habens eſſe & vivere; de quo tractat Vegetalis Arbor.
        - Cognoſcitiuũ
          - Sẽſib. exterioribus; ſicuti ſunt illa quæ ſub arbore ſenſuali contineri dicuntur.
          - Senſibus interiorib. de quibus in arbore Imaginali traditur.
      - Incorruptibile; & de hoc pertractat Arbor cœleſtialis
    - Corporale & ſpirituale.
      - Quo ad eſſe; & habetur Arbor Humanalis.
      - Quo ad Regimẽ
        - Temporale; de quo Imperialis Arbor conſiderat.
        - Spirituale; & per hoc habetur Arbor Apoſtolicus.
      - Quo ad finem vel prẽmium bonarum vel malarum operationum; de iſtis in arbore Æuiternali optimè tractatur.
  - Spirituale
    - Accidens
      - In voluntate exiſtens, de quo tractat arbor Moralis.
      - Intellectuale.
        - Quod pẽdet ab intellectu in eſſe & in fieri; ſicuti ſunt omnia entia rationis: de quo in arbore humanali tractatur.
        - Quod ab intellectu pẽdere dicitur, quo ad eſſe partiale; ſicuti ſunt ſpecies omnes intelligibiles, vel habitus entium realiũ; de hoc quoq; in arbore humanali traditur.
- Increatum
  - Creato coniunctum
    - Ratione originis temporalis; & ſic habetur arbor Maternalis, vbi de glorioſiſſima Virgine Maria abundè diſſeritur.
    - Ratione hypoſtatici eſſe; de quo miro modo tractatur in arbore Chriſtianali ſcil. diuinali & humanali ſimul.
  - Increatum tantum; de quo arbor vltima diuinalis latè & diffusè manifeſtat.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Non

NON te conturbet amice Lector, si de accidentibus corporeis nullam mentionem fecimus, quoniam id obliuio non causauit, sed consultò hoc tacere voluimus, quia in omnibus ferè arboribus reperiuntur dispersa; veluti in prima parte ostendimus. Pro arbore sensuali hoc monere placuit, quod quamuis nullum possit reperiri animal omni interno sensu carens, animalia tamen sub arbore Imaginali considerare oportet, ac si exterioribus sensibus essent expertia; & sub sensuali sine internis sensibus. Et sic est finis primæ partis, secundæ principalis.

VT ea omnia statim cognoscere quis possit, quæ in hac secunda parte principali continentur, breuiter deliniare singulas arbores voluimus, & eo ordine, quo explicabuntur: quod satis vtile arbitramur futurum studiosis. Et in hoc, secunda pars huius principalis partis completur.

DE ARBORE ELEMETALI.

AD hanc arborem omnia elementa vel elementata reducuntur, quæcunque sunt illa. Ea quoq; quæ vita fruuntur, quatenus elementata, in hac arbore continentur. Affectiones etiam omnes, omniaq; accidentia vel operationes, elementis vel elementatis conuenientia hic considerantur, vt in sequenti arbore patet.

Arboris Elemẽtalis partes sunt

- Radices, scil. Bonitas, Magnitudo, Duratio & aliæ, quæ supra in prima parte sunt explicatæ.
- Truncus, qui constare dicitur ex omnibus corporibus sub Lunæ concauo contentis: suumque esse à radicibus habet, quatenus vnà aggregatæ in ratione materiæ & formæ, quoddam chaos constituunt.
- Branchæ, sunt quatuor elementa simplicia, videlicet Terra, Aqua, Aër & Ignis, quæ sua natura sunt à corruptione remota.
- Rami, sunt elementa composita, scil. Terra, Aqua, Aër & Ignis: per quæ sustentamur ac vivimus.
- Folia, sunt corruptibilia accidentia. scil. Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Positio, Habitus, Vbi & Quando.
- Flores, sunt rerum instrumenta, quibus vtuntur in suis operationibus; sicuti manus, pes &c. Operationes quoque ab illis manantes.
- Fructus, sunt elementa omnia, sive perfecta sint vel imperfecta: quæ generantur aut in aëre, vel in aqua, vel in terra.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ARBORE VEGETALI.

EA omnia quæ in hac arbore continentur, vel ad quam reducuntur, ſub duplici ratione veniunt conſideranda, videlicet quatenus eſſe habent, & ſimplex viuere. Hæc etenim eſt illorum perfectio, quæ in ſublimiori gradu naturæ ſunt conſtituta, vt inferiorum contineant (aliquo modo) perfectiones. Radices igitur & Truncus ac reliquæ huius arboris principales partes, imo & minus principales, elementales ſunt ac vegetantes.

Vegetantis arboris partes.

Radices, ſunt illa generalia principia; quæ & pro radicibus Elementalis ſunt ordinata.

Truncus, eſt vniuerſale chaos, in quo potentialiter vegetantia omnia continentur.

Branchæ quatuor ſunt, ſcil. potentia appetitiua, retentiua, digeſtiua & expulſiua.

Rami huius arboris, quia videri non poſſunt nec aliquo ſenſu exteriori apprehendi, nobis manifeſti fiunt per formas, de quibus in prima parte dictum eſt, ac etiam dicetur, cum elementalis arbor explicabitur, plures numerando; verius tamẽ per generationem, corruptionem, priuationem & renouationem, quam per reliquas formas.

Folia ſunt nouem accidentis prædicamenta.

Flores huius arboris ſunt inſtrumenta quædam, quæ ex tribus ſunt conſtituta, ſcil. ex potentia, obiecto & actu, vt fructum generationem vel eſſe genitum reſpiciunt.

Fructus ſunt vegetantia omnia particularia, quæ ad quatuor claſſes poſſunt reduci, ſicuti & quatuor ſunt elementa quæ in ipſis habent dominium, iuxta ſpecierum varietatem.

DE ARBORE SENSVALI.

QUÆCUNQUE in hac arbore conſiderantur, prius ea ratione qua ſenſualia ſunt, conſiderari debent, & deinde quatenus duarum præcedentium arborum naturam participant.

Arboris

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Arboris sensualis partes sunt.

- Radices, eædem penitus sunt, quæ in prioribus arboribus sunt constitutæ.
- Truncus, est vniuersale chaos, omnia sensualia continens.
- Branchæ, sunt sex sensus exteriores, scil. visus, auditus, tactus, gustus, odoratus & affatus.
- Rami, sunt sensualis membra interiora & exteriora; interiora, vt cor, epar, splen, & pulmo; exteriora verò, caput, pedes, crura &c.
- Folia, sunt eadem, de quibus in prioribus dictum est, sub triplici tamen ratione considerata.
- Flores, sunt operationes sensualis corporis, sicuti videre, audire, gustare &c.
- Fructus, sunt omnia animantia, quatenus sensualia, vegetantia, & elementata sunt.

DE ARBORE IMAGINALI.

IN hac arbore similitudines & idola eorum omnium quæ in arboribus sensuali, vegetali & elementali continentur, considerandа se offerunt. Et per imaginatiuam, non eam tantum potentiam accipere debemus, quæ sensus communis species conseruat, sed potentias omnes interiores; nempe sensum communem, imaginatiuam, æstimatiuam, vel cogitatiuam, phantasiam ac sensualem memoriam; quæ fortè, ratione diuersarum operationum distinguuntur, & non in essentia.

Arboris Imaginalis partes sunt.

- Radices, sunt eædem, quæ in tribus arboribus sunt consideratæ, pro vt potentiæ alicui interiori vel omnibus, per speciem repræsentantem sunt præsentes.
- Truncus, est similitudo trunci cuiuslibet arboris prioris, alicui potentiæ interiori oblata.
- Branchæ, sunt similitudines brancharum arborum priorum, quas potentia aliqua sensualis interior respicit.
- Rami, sunt similitudines ramorũ aliarum arborum.
- Folia, sunt similitudines foliorum arborum præcedentium.
- Flores, sunt quoq; ideæ vel simulacra florum, quæ in tribus prioribus arboribus considerantur.
- Fructus, aliorum fructuum sunt intraneæ sensuales similitudines.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ARBORE HVMANALI.

QVemadmodum homo duas habet naturas, corpoream, ſc. & ſpiritualem, ita & pars quælibet arboris huius, ſecundũ hanc duplicem nãturam conſideranda eſt; corporea autem quadruplici de ratione examinanda relinquitur, ſcil. quatenus eſt elementalis, vegetans, ſenſualis & imaginalis. Ex quibus colligitur, quamlibet huius arboris partem, quinque modis eſſe conſiderandum.

Arboris humanalis partes ſunt

- Radices illæmet ſunt, de quibus ſupra, quinque modis conſideratæ.
- Truncus, eſt ſpecies humana vel chaos, in quo homines omnes ſunt contenti.
- Branchæ huius arboris corporeæ ſunt illæ, quæ in quatuor arboribus ſunt conſideratæ, ſed ſpirituales tres eſſe dicuntur, ſcil. intellectus, memoria & voluntas.
- Rami, ſunt proprietates membrorum humanorum atque potentiarum animæ rationalis.
- Folia, ſunt accidentia in humana natura ſubiectata, ſecundum quintuplicem naturam.
- Fructus, ſunt indiuidua ſpeciei humanæ, quo ad eſſe & operari conſiderata.

DE ARBORE MORALI.

DUAS habet partes hæc arbor, in quarum vna de virtutibus omnibus agitur, in altera verò de vitijs virtutibus oppoſitis; hinc eſt, quod duas arbores ordinabimus, quarum prima virtuoſa erit, at ſecunda vitioſa.

Arbor Virtutum.

Arboris moralis virtuoſæ partes ſunt

- Radices huius arboris ſunt generalia principia, de quibus in prioribus arboribus dictum eſt.
- Truncus, ex radicum eſſentia conſtare dicitur; & nihil aliud eſt quàm mos confuſus & generalis, in quo particulares mores potentia continentur; quibus homines ſunt benè habituati.
- Branchæ, ſunt ſeptem virtutes, ſcil. Iuſtitia, Prudentia, Fortitudo, Tẽperantia, Spes & Charitas; quarum primæ quatuor, cardinales dicuntur, reliquæ verò theologicæ. Aliæ ſunt virtutes ab ijs diſcendentes; quas numerare placet, & ſunt iſtæ: Sanctitas, Patientia, Abſtinentia, Humilitas, Pietas, Caſtitas, Liberalitas, Fidelitas, Cõſtantia, Diligentia, Suauitas, Conſcientia, Timor, Contritio, Verecundia & Obedientia.
- Rami,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Rami, ſunt ſimilitudines ramorum arborum præcedentium,& præcipuè arboris Imaginalis.
Folia, ſunt nouem accidentia, ex quibus virtutes ſunt ornatæ.
Flores, ſunt virtutum merita, & multiplicantur ad virtutum multiplicationem.
Fructus, ſunt meritorum mercedes, & vt Deus honoretur virtuosè, ac ei ſeruiatur.

Arbor Vitiorum.

Arboris moralis vitioſæ partes ſunt

Radices in hac arbore, quædam ſunt principaliores, quædam verò minus principales; principaliores ſunt, Malitia, Stultitia, Falſitas & Priuatio finis; quibus eæ minus principales ſunt connexæ, videlicet Magnitudo, Duratio, Poteſtas, Voluntas, Delectatio, Differentia, Concordantia, Contrarietas, Principium, Medium, Maioritas, Æqualitas ac Minoritas.
Truncus, eſt confuſio generalis, in qua ſunt omnia particularia vitia contenta.
Branchæ aliæ ſunt principales, aliæ ab ijs originem ſuam trahentes; principales ſunt Gula, Auaritia, Luxuria, Superbia, Accidia, Inuidia & Ira; reliquæ autẽ ſunt Iuuuria, Indiſcretio, Debilitas cordis, Intemperantia, Infidelitas, Deſperatio, Crudelitas, Traditio, Homicidium, Latrocinium, Mendacium, Maledictio, Impatientia, Inconſtantia, Immundicia, Falſitas, Pigritia, Incurialitas & Inobedientia.
Rami à Branchis oriri dicuntur, & ſunt illa quibus vitiorum habitus generantur, & oppoſitæ virtutes reijciuntur.
Folia, ſunt accidentia nouem, quibus vitia ſunt qualificata.
Flores, ſunt culpæ à vitijs manantes.
Fructus, ſunt pœnæ, ob vitia peccatoribus inflictæ.

DE ARBORE IMPERIALI.

IN hac arbore ea omnia conſiderantur, quæ ad regimẽ vniverſale ſpectare dicuntur. quatenus tale regimen eſt temporale vel ſeculare. Nec hoc in loco, Imperatoria Maieſtas tantum eſt conſideranda, ſed etiã cuiusuis alterius perſonæ dominium, inquantum legibus imperatorijs fulcitur ac reſpectum habet

ad

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ad Imperatorem. Et hæc arbor in duas partes diuiditur, prima quarum respondet priori parti arboris moralis, & secunda secundæ; hinc est quod illarum duarum partium debet fieri in omnibus huic arbori applicatio, secundum virtuosum esse aut vitiosum, Imperatoris.

Arboris Imperialis partes sunt

- Radices, sunt illæ, quæ in prioribus arboribus sunt consideratæ.
- Truncus, est commune regimen sæculare, quod significat communem personam Imperatoris.
- Branchæ, sunt decem, scil. Barones, Milites, Burgenses, Consiliarij, Procuratores, Iudices, Aduocati, Nuncij, Confessarius & Inquisitores.
- Rami, sunt ijdem qui in morali arbore sunt considerati, & præter hos, septem quoq; assignantur, scil. Iustitia, Amor, Timor, Sapientia, Potestas, Honor ac Libertas.
- Folia, sunt nouem accidentia, de quibus supra.
- Flores, sunt Imperatoris iudicia ac suorũ ministrorũ.
- Fructus, est pax gentium, vt in pace Deum diligere possint.

DE ARBORE APOSTOLICALI.

EA omnia quæ hominem ad Deum ordinant, hac in arbore cõsiderantur, & versatur circa personas & res Ecclesiasticas. Quoad Truncum & Branchas, potest considerari omnibus modis quibus arbores præcedentes sunt consideratæ, præter Imperialem, quæ pariter priores omnes continet, saltem, quo ad Truncum & Branchas.

Arboris Apostolicalis partes sunt.

- Radices, sunt Virtutes Theologicæ & Cardinales, quatenus à radicibus vniuersalioribus sunt informatæ.
- Truncus, est persona generalis, quæ dicitur summus Pontifex, successor Petri, & Seruatoris nostri Iesu Christi Vicarius.
- Branchæ, sunt Cardinales, Patriarchę, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Priores, Ministri & aliæ personæ ad spirituale regimen deputatæ.
- Rami, sunt ijdẽ qui & in arbore Imperiali sunt constituti, quibus coniunguntur decẽ præcepta legis.
- Folia, sunt septem Sacramenta & canones, quæ à categorijs nostris possunt qualificari & ornari.
- Flores, sunt quatuordecim articuli Catholicæ fidei, quorum septem Christi Deitatem concernunt, & reliqui eiusdem sanctissimam humanitatem.
- Fructus, est saluatio gentium.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE ARBORE COELESTIALI.

QVęcunq; conueniunt cœlesti naturæ, siue ad essentiã pertinentia, vel hanc sequentia, aut quæ ab hominib. sunt excogitata, ob diuersitatem, aspectuum vel effectuum in ijs inferioribus apparentium, in arbore ista continentur; vbi singulari artificio illa explicantur, quæ Astrologus considerat.

Arboris cœlesti alis partes sunt

- Radices, sunt principia illa generalia, de quibus supra, excepta Contrarietate.
- Truncus, est corpus naturale vel chaos, natura sua incorruptibile atq; à qualitatibus segregatũ, animatum anima, illud mouente circulariter.
- Branchæ, sunt duodecim signa Zodiaci, quæ taliter sunt disposita, ꝙ tria sunt cum aëre symbolizantia in Vere, tria cum igne in Æstate, tria cum terra in Autumno, & tria cum aqua in Hyeme.
- Rami, sunt septem Planetæ, quorum varij ac varij apparent in inferioribus effectus.
- Folia, sunt nouem accidentia, de quibus supra.
- Flores, sunt actus & operationes cœlestes.
- Fructus, sunt res generatę vel corruptę in inferiorib.

DE ARBORE ANGELICALI.

QVÆ spectant ad naturam Angelorum vel ad illorum operationes, hoc in loco explicantur.

Arboris angelicalis partes sunt.

- Radices, sunt principia generalia, excepta Contrarietate.
- Truncus, est spiritualis substantia, quæ ad corpus nullam habet inclinationem, in ratione formæ informantis.
- Branchæ, sunt potentiæ illæ spirituales, de quibus in arbore humanali quoq; dictum est, sc. intellectus, memoria & voluntas.
- Rami, sunt dictarũ potentiarũ correlatiua, scil. intellectiuũ, intelligere & intelligibile, pro primo ramo; memoratiuũ memorari & memorabile, pro secundo; volitiuum, velle & volibile, pro tertio.
- Folia, sunt nouem accidentia, sed modo spirituali, considerata, quæ à Categorijs in prima parte explicatis possunt sumi.
- Flores, sunt actus & operationes Angelorum.
- Fructus, sunt duplices, quidam naturales, qui sunt complementa actuum potentiarum, vt respiciunt alia à Deo, quidã supernaturales, & sunt complementa actuum earundem potẽtiarum, quatenus Deus est obiectum.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ARBORE ÆVITERNALI.

OMNIA quæ ad æternam beatitudinem vel damnationem pertinent, in arbore ista explicantur; quæ ab Hominibus vel Angelis nata sunt acquiri.

Arboris æuiternalis partes sunt

- Radices, sunt merita vel demerita, quæ per generalia principia sunt acquisita; huius itaque arboris radices proximiores sunt merita vel demerita; remotiores verò principia generalia.
- Truncus, est duratio meritorum ac demeritorum.
- Branchæ, sunt Paradisus & infernus; ad quæ loca lymbus puerorum vel Patrum nec non & Purgatorium reducuntur.
- Rami, sunt duo, qui exeunt à duabus branchis; primus à prima exiens triplex est, scil. Iustitiæ, Gratiæ & Retributionis glorioſæ; sed secundus à secunda manans duplex est, videlicet Iustitiæ, & Passionum.
- Folia, sunt nouem accidentia.
- Flores, sunt actus glorioſi, vel condemnationis & supplicij.
- Fructus, sunt complementa vel consumationes finium.

DE ARBORE MATERNALI.

OMNIA quæ sunt de huius arboris consideratione, spectant ad GLORIOSISSIMAM & SANCTISSIMAM DEI HOMINISq; MATREM, VIRGINEM MARIAM, quæ Mundo peperit Mundi Saluatorem.

Arboris maternalis partes sunt

- Radices, sunt fines hominum recreatorum, quatenus à generalioribus principijs sunt informatæ ac ornatæ.
- Truncus, est habitus quidam generalis, ratione cuius VIRGO MARIA dicitur refugium esse peccatorum.
- Branchæ, sunt duæ naturæ, videlicet diuina & humana, quæ illud diuinum suppositum constituerunt, cuius VIRGO mater fuit, Virgine permanente.
- Rami, sunt Spes, Pietas, Aduocatio, Humilitas, & Virginitas.
- Flores, sunt actus dignitatum MATRIS DEI.
- Fructus, est JESUS CHRISTUS, cuius cruore, à morte liberati sumus.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ARBORE CHRISTIANALI.

IN iſta arbore ea conſiderari debent, quæ ad incarnatum diuinum Verbum ſpectant: cuius arboris duæ ſunt partes principaliores, ſcil. Diuina & humana, ſicuti & in Chriſto duæ ſunt naturæ; & ſecundum vtramq; eſt examinanda; ratione humanitatis, partes omnes arboris ſunt Elementales, Vegetantes, Senſitiuæ, Imaginatiuæ & Rationales; ratione verò Deitatis, partes proportione quadam ſunt ſumendæ.

Arboris Chriſtianalis partes ſunt

- Radices, ſunt generalia principia diuina & humana.
- Truncus, eſt Ieſus Chriſtus; qui truncus vnus eſt ratione hypoſtaſis, ſed duplex ratione naturarum.
- Brãchę, ſunt duę, videlicet natura diuina & humana
- Rami, ſunt reſpectus, quos iſtæ duæ naturæ habent, inquantum vna alteram reſpicit.
- Folia, ſunt accidentia generalia reſpectu humanitatis, ſed reſpectu Deitatis ſunt nouem categoriæ, de quibus in prima parte tractatum eſt.
- Flores, ſunt actus & operationes radicum.
- Fructus huius arboris, eſt Recreatio, Exaltatio, Manifeſtatio & Deificatio.

DE ARBORE DIVINALI.

HÆc vltima arbor illa omnia continet, quæ de Deo verificari poſſunt, ſiue eſſentialia ſint, vel notionalia,

Arboris Diuinalis partes ſunt

- Radices, ſunt Dei dignitates, ſcil. principia generalia, remota Contrarietate ac Minoritate.
- Truncus eſt Deus vel Diuina eſſentia, pelagus exiſtens diuinarum omnium perfectionum.
- Branchæ, ſunt perſonales proprietates in eſſe perſonas conſtituentes, videlicet paternitas, Filiatio & ſpiratio paſſiua.
- Rami, ſunt duo ſcil. Diuina generatio & ſpiratio.
- Folia ſunt accidentiũ negationes. Loco tamẽ foliorum, pro poſitiuis ſunt aſſignandæ nouẽ categoriæ, quæ poſſunt Deo conuenire, omni remota imperfectione.
- Flores, ſunt probationes à radicibus vel dignitabus deſumptæ, quib. diuinæ productiones probantur.
- Fructus, ſunt in duplici differentia, quoniam quidam interiores ſunt, quidã verò exteriores; fructus interiores illos appellamus, qui ex actib. diuinarum dignitatum naturaliter oriuntur; exteriores verò ſunt creaturæ, quas Deus ob Bonitatẽ, Magnitudinẽ, poteſtatẽ &c. producit liberè & cõtingẽter.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Explicatur ordo in hac tertia parte ſeruandus.

POST arborum omnium breuem deſcriptionem, reſtat vt fuſius earundem naturam quo ad ſingulas partes aperiamus; quod fiet in hac tertia parte huius principalioris partis, & hunc ordinem ſeruabimus. Primo cuiuslibet arboris partes explicabimus & ſecundo, formas arbori conuenientes numerabimus.

DE ARBORE ELEMENTALI.

Ordinem doctrinæ, Lullus ſeruauit.

ORDINEM doctrinæ Lullus ſeruauit, incipiendo ab arbore elementali, in tradendo doctrinam de arboribus. In hac etenim ea conſiderantur, quæ ſenſibus magis ſunt ſubiecta atque magis compoſita, & per conſequens, magis à nobis ſecundum hunc naturæ ſtatum cognoſcibilia: cum omnis noſtra cognitio ortum habeat à ſenſibus. Licet quoq; aliæ ſint arbores de ſenſibilibus tractantes, vt ſatis patet; ab ijs tamen quæ ſub elementali continentur eſt exordiendum, cum ſecundum ſe tota ſint ſenſibilia; quod de reliquis aliarum arborum nõ eſt admodum manifeſtum, quia ratione vitæ quam participant, ſpiritualiora ſunt.

DE RADICIBVS.

ARadicibus incœpturi, tanquam ab illis per quas arbores exiſtunt, non eſt opus multa expendere, cum ex ijs quæ in prima parte dicta ſunt, ſatis earũ natura ſit manifeſta.

Obſeruandũ. Radices à ſubiectis determinãtur.

Hoc ſolum eſt animaduertendum, quod ratione determinati ſubiecti, radices pariter quæ natura ſua ſunt tranſcendẽdiſſimæ, determinatæ fiunt, quando tali ſubiecto in ratione eſſendi vel cognoſcendi applicantur; hinc eſt, quod applicatæ iſtæ radices trunco arboris elementalis, elementales fiunt; & trunco vegetalis, vegetantes: idem intelligendo de truncis aliarũ arborum. Et hanc applicationem per truncos manifeſtauimus, quia potentialiter cæteras arborum partes continent. Nec ignorare id oportet, quod ſupra tetigimus; videlicet à formis etiam radices ſpecificari & determinari; ideo quando conſiderantur arboribus tradere eſſe, neceſſarium eſt illas conſiderare à formis prius vario modo informatas & perfectas: ex quarum perfectione arborum partibus ineſt quoq; perfectio. De radicibus pauca admodum in ſequentibus dicemus, quia prolixitatem & inutiles eiuſdem rei repetitiones vitare intendimus. *Hæc* igitur quæ de ijs diximus obſerua, & pura mente contemplare.

Determinãtur quoque à formis.

DE TRVNCO.

Nota omnia optimè.

TRUNCUS huius arboris eſt quoddam vniuerſale corpus, in quo potentialiter omnia corpora, quæ tantum habent eſſe

(c) 2006 Ministerio de Cultura

esse continentur. Huius corporis generalitas à radicibus generalibus causatur, quatenus ex ipsis, in actu & potentia consideratis, materia quædam & forma, tale corpus constituētes, resultant. Corpus hoc Lunæ concauum attingit, atq; omnem locum replet, ne vacuū quod natura maxime abhorret, inueniatur. Eius dimensiones poteris inuestigare per ea quæ in 14. 15. & 16. formis supra in prima parte sunt dicta. Neq; in hoc vniuersali corpore corpora tantum continentur, sed etiam accidētia corporalia, quibus proprię radices respondent: nam substantiarum, radices sunt substantiales, & accidentium, accidētales. Virtute primi Opificis elementa simplicia ac composita ab hoc corpore sunt segregata, ex quibus elementata omnia sunt constituta, sed potestate naturalium agentium quotidiè fiunt elementorum ac elementatorum transmutationes, vt experientia docet.

DE BRANCHIS.

BRANCHÆ huius arboris sunt quatuor elementa simplicia, ex quibus mixta omnia secundariò componuntur; & hæc sunt scil. Ignis, Aër, Aqua & terra, de quibus infra multa dicemus; & ideò sunt quatuor vt differentia concordantiaq; in eis optimè inueniatur, vt statim manifestabitur. Inquit Lullus. Hæc elementa principaliores figuras obtinere, quæ in elementatis apparent; sicuti est figura quadrangularis, circularis & triangularis. In ipsis vtiq; prior figura inuenitur, quatenus quatuor concordantiis vel conuenientiis constare dicuntur; quarū quælibet, linea nominatur; ex quibus vna coniunctis quadrangularis figura relultat. Est etenim linea recta prima de igne ad aërem, per caloris concordantiam; secunda de aëre exit, & ad aquam vsq; protenditur, ratione conformitatis in humiditate; terria incipit ab aqua & ad terram vsq; tendit; & nihil aliud est quàm conuenientia frigiditatis: quarta verò & vltima principiū suum à terra trahit, & ad ignem terminatur. quatenus hæc duo elementa in siccitate conueniunt. Circularis figura in istis quatuor elementis apparet quia ignis elementū, in aërē tendit, sed obliquè, cōmunicando ei nō totam suam caliditatē, sed aëri compossibilē; & aër in aqua, eodem modo inuenitur, quoniam cōpossibilem aquæ humiditatem aër largitur; aqua in terra, ratione obliquę frigiditatis; & demum terra in igne existit quatenus partem suę siccitatis ei donat. Triangularis figura in elemētis invenitur, propter symbolum quod habet elementū quodlibet ad duo, & repugnantiā quæ inter illa duo reperitur; ratione symboli vnius ad duo, duę oriuntur lineę & ratione oppositionis duorum inter se, altera linea habetur, quę cum duabus prio-

In elementis circularis figura quadrāgularis & triangularis inuenitur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Conueniētia & oppositio in elementis ostenditur.

sib. triangulū efficit, quæ omnia ad oculū sic esse manifestātur. Per A Ignē intelligē, per B Aërem, per C Aquā, & per D Terram A symbolizat caliditate cum B & siccitate cum D, sed D & B vtraque qualitate opponuntur.

B symbolizat caliditate cum A & humiditate cum C, sed C & A omninò repugnant.

C symbolizat humiditate cum B & frigiditate cum D, sed D & B sunt repugnantia.

D symbolizat frigiditate cum C, & siccitate cum A, sed A & C totaliter repugnant.

Ex dictis non obscurè patet, elementa 4 tantum debere esse. Si plura essent vel pauciora, sanè in illis nō reperiretur vera oppositio & concordantia, vt reperitur; quod & Arist: pluribus in locis affirmat; sed præcipuè in li: 2. de Gen: & Corr: tex. 121. vbi assignat sex elemēt: orum coniugationes, quarum quatuor possibiles sunt, & duæ impossibiles; possibiles à quatuor terminis suum habent esse, qui qualitates primæ dicuntur, quatuor elementis innatę; impossibiles verò coniugationes non admittuntur. Ex natura quoq; contrariorum numerus elementorū quaternarius posset investigari, quemadmodū & Arist: inuestigat, quando inquit. Amplius si terra est, ignē etiam esse necesse est. Idem pariter ratione motuum simplicium potest comprobari, qui 4. sunt (loquendo de motibus rectis) quatuorq; elemētis cōveniunt: ratione etiam qualitatum secundarum, quę primas insequuntur. Sed hęc omnia libēter omittimus, cum Arist: intentionem nequaquā simus explicaturi. Cum Lullo autē dicimus, per has quatuor brancas elementata omnia existere, nec posse aliquod mixtum dari, in quo elementa hæc non reperiantur. Qualiter autē debeat intelligi, in mixto elementa esse; vnicuique quod sibi magis placet, credendum relinquo; mihi tamen magis Scoti sententia arridet; qui vult elementa nō esse in mixto formaliter, sed virtute; quatenus mixtū habet cum elementis omnib. vel aliquibus, quoad qualitates primas conuenientiā & conformitatem. Cui sententiæ, tota ferè medicorum schola refragatur. & quorundam etiam philosophorum; sed potissimū quidam Chimici idem satis audacter asserunt, & stultitiis suis existimant virtute ignis posse elementa in mixto cōtenta, segregare, atq; ad oculum hoc ostendere; sed decipiunt & decipiuntur. De elementorum figuris, & eorundem numero satis loquuti sumus, sed de illorum situ restat vt nonnulla dicamus.

Elementa esse quatuor ostenditur. in 2. Cæli tex. 18

Aristotelis.

In 2. sententi: dist: 15.

Latus Chimistarum.

DE ELEMENTO IGNIS.

Quare ignis sit in supremo loco corporum.

IGNIS, cui in summo gradu caliditas inest, & in remisso siccitas, tanquam præstantissimum elementum, in supremo loco corpo-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

corporibus aliqua ex parte corruptibilibus cõuenienti, constitutus est; qui ratione suę perfectionis, cętera elementa continet ac terminat; hinc iudicare meritò dici potest forma reliquorũ elementorum. Talem quoq; locum possidet, ratione maximæ leuitatis, raritatis ac puritatis, quib. conuenit ea corpora sursũ elevare, in quibus reperiũtur. Ignis raritas est maxima, cùm decuplo aëre sit rarior: & ob tantam raritatẽ ab oculo nostro videri non potest, cum nec aër decuplo densior possit intueri. Nec valet argumentari ab igne quo vtimur, quia corpus opacum est & minimè transparens; ille autem omni ex parte diaphanus & perspicuus, & nisi talis esset sed opacus, perpetuò priuati essemus stellarũ claritate, cum vndiq; circundet totã aëris sphærã. *mo loco.* *Raritas ignis maxima, ut fiat ne videatur.*

DE ELEMENTO AERIS.

POst ignem statim aër sequitur, qui raritate & diaphaneitate igni est similior cæteris elementis; vnde & caliditatem, quã in remisso gradu obtinet, ab igne accipit, humiditatem vero in summo gradu sibi vendicat à natura. Partitur tota aëris sphæra in tres regiones, quarum superior inferiorq; calidæ sunt, media autem frigidissima. Superior duplici de causa est calida scil ratione vicinitatis ad ignem, & motus quo ad motum sphæræ ignis mouetur. Inferior verò caliditate fruitur, propter radiorũ solis à terra reflexionẽ. Media autem, quia ab igne est remotissima, & solares radii eò vsq; peruenire nõ possunt, frigidissima est. *Aëris qualitates.* *Aëris partitio.*

DE ELEMENTO AQVAE.

AERI aqua succedit, quoniã est terra puriore minusq; de materia habens; quod satis notum relinquitur ex; eius naturali fluxibilitate atq; participatione aliqua diaphaneitatis. Ab aëre habet humiditatem, sed à natura frigiditatem sumam. Hęc natura sua totam terram deberet occupare, sicuti in suæ creationis principio opertam tenebat, sed iussu omnipotentis Dei factum est, quod pro salute viuentium quædã sit terræ pars, aquis discoperta; ob id in Prou. habetur. Quando circundabat mari terminum suum & legẽ ponebat aquis, ne transirent fines suos. Non defuerunt quidam qui rationibus naturalibus probarunt, aquam vndiq; terram non occupare debere, quas adducere recusamus, cum verius sit scripturæ testimonium, quàm omnia quæ lumine naturalis intellectus inuestigari possunt. Neq; vlla est aquæ violentia illata, cum à conditore suo, ad cuius nutum debet obedire, taliter sit disposita, *Aquæ qualitates.* *Proverb. 8.* *Nulla violentio aquæ est.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE ELEMENTO TERRÆ.

Terra natura sua fuit rotunda.

TERRA quia admodum est opaca & crassa, multumq; de materia habens, sed pauca quantitate terminata; in loco omnium infimo est constituta, quæ naturali sua conditione rotunda fuit, tamen ob viuentium & mixtorum vtilitatem, Dei virtute, non vndequaq; rotunda modò existit. Nisi essent quædam terræ partes eleuatæ magis, & quædam depressæ, sanè nec metallorũ, nec fontiũ, neq; segetum vtilitate frueremur. Imõbilis est, quoniam (quasi) mundi centrum dicitur esse; quæ si moueretur secundum se totam, nequaquã sic posset appellari. Habet à natura sumam siccitatem, sed frigiditatem ab aqua recipit. Hęc pauca de elementis dicere non recusauimus, ad clariorem noticiam dictorum dicendorumque consequendam.

Terra quare immobilis. Terræ qualitates.

DE RAMIS.

Quare elemẽta composita mixta non esse videantur.

RAMI sunt quatuor elementa composita, in quibus non minus simplicia elementa existunt, quàm in mixtis; sed à maximo alicuius simplicis elementi prædominio, taliter sunt specificata, quod videntur à mixtis longè diuersa; licet revera non ita sit; quod potest hac ratione comprobari. Hæc quæ videntur elementa, nullã habent in summo gradu qualitatem quod simplicibus vt proprium inest: neq; à qualitatibus sensibilibus sunt aliena, sicuti elementa pura; habẽt enim elementa ista impura odorem, colorem & saporem aliquem, purum verò elemẽtum nequaquam. Quot autem sint hæc corpora, pro ramis à Lullo ordinata, licet omnibus sit manifestum, numerare tamen ea placet, vt Lullum insequamur. Primum, est ignis, quem videmus & quo vtimur, ac qui continuò pabulo eget vt cõseruetur. Secundum, est aër, in quo viuimus; cuius proprium est sensibilium species, in ratione medij, ad sensus nostros deferre. Tertiũ, est aqua, in mari, fontibus, fluminibus, aliisq; similibus vasis existẽs, quæ in omnibus iis locis non est æqualis puritatis, ob maiorem vel minorem vaporũ aut exhalationum, admixtionẽ. Quartum, est terra, quæ nobis est sustentamento, diuersa in se continens: vt metalla, & omnis generis lapides. Locus vel situs istorum eo modo potest indagari, quo de simplicibus ostensum est. Nec de istis est inanis consideratio, quia nec in rerum natura sunt superflua Si hæc non essent, nullum mixti genus esset aut viuere posset: & ob id Ray: ea pro ramis ordinauit, sine quibus folia, flores & fructus esse nequeunt: quemadmodum nec rami sine branchis, branchæ sine trunco, nec etiam truncus absque radicibus.

Numerãtur elementa cõposita.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE FOLIIS.

ERAT noſtra intentio nullã mentionem facere de foliis, quæ accidentia ſunt, quia philoſophiæ imbutis ſatis ſunt nota; ne tamen aliquid in hoc opere deſideretur, quod vtilitatẽ præſtare poſſit, quemadmodum eſt accidentium cognitio; volumus à propria ſententia deflectere, & aliorum vtilitati conſulere: breuiter tamen explicando naturam horum accidentium.

DE QVANTITATE.

LICET quantitas poſſit eo modo conſiderari, quo ſupra nos in Categorijs eam conſideraũimus, nihilominus in corporeis ſubſtantijs, ab illa, alia reperitur, quæ in continuam & diſcretã partitur. Continua eſt, cuius partes vnâ coniunguntur per aliquem communem terminum; & hæc duplex eſt ſcil. permanens & ſucceſſiua; permanens, cuius partes quas habet ſunt ſimul; ſucceſſiua autem, cuius partes non ſunt ſimul; quod debet in vtraq; quantitatis definitione intelligi, nõ de partibus eſſentialibus, ſed tantum integrantibus & quantitatiuis. Diſcreta eſt cuius partes vnâ per terminũ aliquem communem non cõ ungũtur. Quę vt captu faciliora ſint, in modũ arboris diſponamus

Quantitas continua permanens & ſucceſſiua quid.

Diſcreta quãtitas.

- Quantitas alia
  - Continua
    - permanens
      - Linea, quę eſt longitudo tantũ.
      - Superficies, quæ præter longitudinem habet latitudinem.
      - Corpus, quod eſt longum, latum, profundumque.
    - Succeſſiva
      - Motus, & eſt actus entis, quatenus in potentia.
      - Tempus, & eſt numerus motus ſecundum prius & poſterius.
  - Diſcreta
    - Oratio, quatenus eius ſyllabæ menſurantur breuitate vel longitudine, in pronuntiando.
    - Numerus
      - Eſſẽtialis, vt digitus articulus &c.
      - Accidentalis
        - Reſpectiuus, vt par, pariter par, pariter impar &c.
        - Qualitatiuus & eſt ille qui importat figuram, vt aſſeres, cubi, pararelli, pedes &c.

Propriũ quãtitatis.

Quantitas eſt proprium, vt ſecundum ipſam res æquales vel inæquales dicantur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE QVALITATE.

Omnis qualitas non denominat subiectum & quare.

PER qualitatem res quales dicuntur; vt per iusticiam homini inhærentē, homo iustus dicitur, & per albedinem albus. Nec qualitas omnis denominat subiectum in quo est, nisi in eo sit intēsa; hinc est quod aqua tepida neq; calida neq; frigida potest simpliciter nominari; requiritur quoq; quod in toto corpore, si corporalis est, sit extensa; vnde homo secūdum vnguem niger, non potest simpliciter niger nominari. Huius qualitatis generaliter acceptæ 4. sunt modi (vt Scotus vult modos esse, & non species) quos in sequenti figura poteris videre.

In 4. Sententiarū dist. 4. quæst. 10.

- Modi qualitatis sunt quatuor
  - Primus
    - Dispositio, & est qualitas de facili à subiecto mobilis.
    - Habitus, & est qualitas immobiliter subiecto inhærens, vt sunt virtutes, vitia, scientiæ atq; artes, non de facili à subiectis mobiles.
  - Secūdus
    - Naturalis potentia, & est qualitas innata disponens subiectum ad melius.
    - Naturalis impotentia, quæ disponit subiectum ad peius.
  - Tertius
    - Passio, & est qualitas immutatiua sensus, de facili à subiecto mobilis vt
    - Passibilis qualitas, & difficulter à subiecto movetur, vt pallor à timore causatus & rubor à verecundia.
      - Sonus
      - Color
      - Sapor
      - Odor
      - Tangibilis qualitas
  - Qvartus
    - Et hoc modo figuræ reponuntur, accipiendo figuram pro qualitate insequente quantitatem continuam vel discretam.

Qualiter accipiatur figura.

Marsilius & quidam alij, istis quatuor modis quintum addunt, & in hoc, secundum istorum sententiam, compositorum formæ substantiales reponuntur; qui modus superfluus est, cū formæ substantiales sint substantiæ; verum tamen est quod ea ratione qua ab ipsis subiecta denominantur, possunt largè qualitates vocari; secundum etiam Aristot. sententiam. Proprium est quarundam qualitatum scilicet primarum, veram contrarietatem suscipere, aliarum autem nequaquam, nisi contrarietatem largè accipias. Secundum qualitatem res dicuntur similes vel dissimiles.

In 5. Meta. capite de Qua.

DE RELATIVIS.

Duo sunt accidentia absoluta.

DUo absolnimus accidentia absoluta, non sumendo absolutum pro illa re quæ per se existit, quia hoc modo nequaquam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quam sunt absoluta, sed vt distinguitur contra respectiuum; modo de respectiuis est considerandum. Respectiuum sic definitur. Respectiuum est, quod ad aliud refertur, vt Pater, Filius, Dominus & seruus. Nec ignorare oportet, duo esse respectiuorum principaliora genera, quorum primum eorum est, quæ, secundum dici, nominantur; alterum autem, secundum esse, dicuntur. Priora, prius absolutum, & postea respectum significant; posteriora verò è conuerso, Illa ad omnia entia latissimè se diffundunt, hæc verò arctiori vinculo sunt ligata. Relatiua etiam quædam dicuntur intrinsecus aduenientia, & quædam extrinsecus aduenientia; vocantur illa, relatiua intrinsecus aduenientia, quæ posita quacunque distantia, suum esse nihilominus consequuntur, dummodo fundamentum & terminus ponantur; extrinsecus verò aduenientia, præter hæc, conuenientem approximationem fundamenti ac termini requirunt.

luta quòmodo sit intelligendum.

Respectiua definitio.

Respectiua secundū esse & secundum dici quid.

- Relatiua quædam sunt
  - Intrinsecus aduenientia
    - Æquiparantię, quorum fundamentum & terminus ijsdem nominibus nominantur, vt similis, vicinus &c.
    - Disquiparantiæ
      - Suprapositionis, quorum fundamēta habent dominium supra fundamenta suorum correlatiuorum, vt Pater, Dominus, Magister &c.
      - Suppositionis, quorum fundamenta sunt inferiora ad illa suorum correlatiuorum; vt Filius, Discipulus, Seruus &c.
  - Extrinsecus aduenientia
    - Actio
    - Passio
    - Situs
    - Habitus
    - Vbi &
    - Quando

Propria relatiuorum sunt, vt mutuo se respiciant, vel quod ad conuertentiam de seipsis prædicentur; quod sint simul natura i. naturali intelligentia; & quod vno posito, alterum ponatur, & destructo, destruatur. Non me latet, materiam hanc esse admodum difficilem, pluraque expostulare; hæc tamen pro compendio sufficiant.

Propria relatiuorum, assignantur.

DE ACTIONE.

ACTIO non debet considerari pro forma acta, vel materialiter, sed formaliter & pro respectu; & nihil aliud est quam respectus quidam, quo agens refertur ad passum. Proprium est actionis, vt sit ratio qua passio inferatur.

Qualiter actio sit considerada.

DE PASSIONE.

EX dictis his immediate supra, satis erit passionis natura manifesta; definitur tamen sic. Passio est respectus patientis ad agens. Proprium est huius, vt inferatur ab actione.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE POSITIONE VEL SITV.

Positio ab vbi differt.

POSITIO, est ordo partium alicuius totius ad ipsum totum, & ad locum; & in hoc positio ab vbi differt, quia vbi signat tantum respectum ad locum, positio autem præter hunc, alium denotat, vt patet.

DE HABITV.

HABITVS hoc in loco, non accipitur sicuti in primo qualitatis modo accipiebatur; sed pro respectu rei alicuius, ab extrinseco alteri rei adiacens per modum ornatus vel deornatus; siue totum vel partes multas respiciat; vt respectus interulæ ad eum qui ea est indutus; siue minimam partem; vt anuli respectus ad digitum.

DE VBI VEL LOCO.

Vbi duplex.

VBI, est respectus loci, si vbi actiuum est, ad rem locatam, vel è contra, si vbi passiuum accipiatur Duas huius accidentis species assignat Petrus hy spanus, quę nullius sunt momenti.

DE QVANDO.

QUANDO. est respectus temporis ad rem temporalem; vt respectus huius horæ, ad rem tali tempore existentem, cuius operatio vel motus mensuratur. Duplex quoque potest esse, actiuum videlicet & passiuum, sicut & vbi. Idem de habitu dici posset. Huius accidentis tres assignantur proprietates, quarum cognitio cum non admodum, imò parum vel forsan nihil prosit, scribere non curauimus. Hæc de folijs omnibus corporeis rebus conuenientibus, dicta sufficiant. Quando igitur de re aliqua materiali tractabitur, poterit Lulli studiosus per hæc accidentia eam satis ornare, poteritque Categorias nostras non solum rei applicare, sed etiam cuicunque horum accidentium.

DE FLORIBVS.

ARamis folia generantur & flores; de folijs dictum est, sed de floribus à quibus fructus dependent, restat vt nonnulla videamus. Flos hic accipitur pro re illa quæ fructui vel effectui est proximior; & instrumentum dicitur quo res acquirit esse. Per ea quæ Lullus hic docet, non potest de facili dignosci, quid per instrumentum vel flos velit; videtur etenim quod pro instrumento operationem accipiat, & tamen rem ab alio motam quandoque pro eodem considerat. Tu verò breuiter nobiscum

Flos qualiter accipiatur. Dubia Lulli sententia de floribus. Operatio est

(c) 2006 Ministerio de Cultura

poteris

poteris affirmare; principalius instrumentum operationē esse, quia fructui valdè est proxima: sicuti patet discurrēti per omnes motus species; remotius verò illud esse, quod rem disponit, vt inde sequatur fructus; sicuti ignis calor, quia calore combustibile vel calefactibile disponitur, vt formam ignis suscipiat: aliud remotissimum datur, quod motum ab alio recipit: & duplex est scil. naturale & artificale; naturale vt manus, pes &c. artificiale vt sunt illa quibus Mechanici & alij vtuntur. Et omnibus ijs modis instrumentum vel flos potest accipi, sed secundum Lulli intentum (vt in sequentibus patebit) verius operationes flores vel instrumenta dicuntur, quàm cætera quæ numeravimus. Hoc quoque fidem facit, quia instrumenta duobus vltimis modis considerata, aut suos qualitates disponentes, quæ cum elementis considerantur; vel sunt elementata, quæ ipso fructibus accipiuntur. *verius instrumentum.*

DE FRVCTIBVS.

Flos & complementum radicum, brancharum, ramorum, foliorum & denique florum, fructus sunt; qui per eminentiam quandam omnes arboris partes continent, nec vnquam partes arboris quiete fruuntur, nisi quando fructus suum esse consequuti sunt. *Finis totius arboris quis.*

Fructus huius arboris sunt elementa omnia (seclusis elementis compositis, quæ pro ramis sunt accepta) quæcunque sint illa, siue perfecta, siue imperfecta de quibus in quatuor libris Meteororum agit Philosophus. Non est præsentis negotij de ijs tractare, sed quæ sint numerabimus saltem, & nonnulla forsan de illis dicemus. Duo sunt mixtorum genera, quorum primum imperfectorum dicitur; quoniam teste Aristot. in primo Meteororum, secundum naturam minus ordinatiorem fiunt, quàm reliqua corpora; vel quia subitò miscentur ac generantur. Et sub hoc mixtorum genere meteorica omnis impressio continetur, vt liquet videre ex sequenti arbore. Alterum mixtorum genus perfectum est, sub quo illa omnia comprahenduntur, quæ in terræ viscer:bus generantur; quæ sunt difficilis mixtionis, generationis, ac corruptionis; de quibus Aristot. tractat in 4. lib Meteororum, & sunt lapides, metalla, sales & similia. Ab imperfectis auspicaturi; quæ & via generationis perfectiora præcedunt, hanc impressionum omnium adnotauimus diuisionem; vt facilius quæ sint, cognoscatur. *Duo mixtorum genera quæ sint & quid.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Omnis Meteorica impressio causatur vel
  - Sine vapore, & subiectatur aut
    - In octaua Sphæra, vt Galaxia.
    - In aëre, & ex radiorũ solis reflexione fit, vt Halo, Iris, Parahelij.
  - Vapore
    - Simplici
      - Sicco calido & inflammato
        - In suprema aëris regione, vt sunt
          - Stella
            - Comata
            - Barbata
            - Caudata
          - Columnæ pyramidales,
          - Candelæ ardentes,
          - Lanceæ ardẽtes,
          - Titio, qui dicitur Asub.
        - In media, vt
          - Capræ saltantes,
          - Sydus volans,
          - Draco tortuosus
        - In infima, vt
          - Stipulæ ardẽtes,
          - Domus ardens,
          - Cereus ardens.
      - Humido & aqueo; & quę sic generantur, aut generantur in
        - Aëre, vt
          - Ros
          - Mel
          - Manna
          - Pruina
          - Nix
          - Pluuia
          - Nebula
          - Grando
          - Granedula
        - Terrra, vt
          - Fontes
          - Flumina
          - Lacus
          - Mare.

Quædam

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- Quædam fiunt ex vapore simplici sicco, frigido ac terrestri, vt
  - Venti
    - Septentrio
    - Auster
    - Subsolanus
    - Zephyrus
    - Aquilo
    - Corus
    - Euro auster
    - Auster afric us
    - Vulturnus
    - Eurus
    - Africus
    - Circius
  - Terræ motus & fit
    - in terra solida
    - in terra aperta aquis
    - in insulis maris.
  - Nonnullæ impressiones fiunt, quatenus vapor siccus & terrestris in alio vapore includitur; & quandoque
    - inflammatur & tunc generatur
      - Fulgur
      - Tonitrum
    - Non inflammatur, sed exit maximo cum impetu; vt Ventus turbinis.

Quædam de impressionibus istis dicere placet, pro studiosorum commoditate; exactè tamen non omnia tractabimus, ne videamur potius cum Arist. philosophari, quàm cum Lullo, de scientia admirabili artificio disserere. Et prius de impressionibus ex vapore genitis erit nostra consideratio, & deinde, de illis quæ sine vapore fiunt. Sed antequam ad pertractandum de vnaquaque veniamus, aliqua sunt præmittenda, ex quorum cognitione, quæ dicentur notiora fient. Cum omnium impressionũ materia, sint vapores; qui solis virtute, cæterorumq; astrorum à terra & aqua eleuantur; ideo horum discrimen necessarium est cognoscere, vt pariter differentia inter varias impressiones cognoscatur. Triplex igitur vapor reperitur, quidam à terra eleuatus siccus & calidus; siccus, quoniam hac proprietate fruitur terra, sed calidus per accidens, quatenus est à terra non sua natura calida, sed violenter calefacta; alter pariter est à terra, qui frigidus & siccus, quemadmodum & terra; vltimus verò est humidus & frigidus, quia ab humida & frigida aqua eleuatur: nec plures sunt, quoniam & duo tantum sunt elementa vaporabilia. Ignis vaporabilis non est, quia secundum omnes suas partes æqualiter subtilitatem & raritatem possidet; neque aër, quia licet sit humidus, partesque habeat crassas

Materia impressionum.

Triplex vapor.

Elementa vaporabilia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

craſſas ac ſubtiles, tamen per euaporationem à craſſis ſubtiles ſeiungi minimè poſſunt, quia omni vapore ſunt ſubtiliores. His notatis, reſtat vt de ſingulis impreſſionibus aliquid tractemus.

DE COMETA.

Ex quo Cometa fiat. Qualiter generetur.

EX ſicco vapore & calido terreſtri ac craſſo Cometa generatur, cuius partes ratione pinguedinis ac viſcoſitatis, vnà ſunt optimè cohærentes. Huiusmodi Comera ſic generatur. Vapor ille ex quo generatur, ratione caliditatis ac ſuccitatis, de facili ſupremam aëris regionem cõſcendit (eo potiſſimum tempore, quo Solis calor non eſt admodum intenſus, ſicuti in æſtate) vbi cum aëre ad motum ignis mouetur; & ratione motus ac intenſiſſimi ignis caloris inflammatur, nec conſumitur ob ſuam craſſitiem; tum quia continuè nutritur à vaporibus eiuſdem naturæ, ex quibus genita eſt; qui ſolis virtute eleuantur. Apparet aliquando in modum crinitæ ſtellæ; quando ratione caloris, cuius proprium eſt diſpergere & dilatare, partes non vnà admodum compactæ, ſi circumquaq; tales reperiantur diſpergit; & tunc crinita vel comata vocatur. Si verò partes illæ diſperſæ, ex vna tantum parte procedant, nec longiſſimè protendantur; dicitur tunc barbata; ſed ſi longius, caudata; & in hunc modum frequenter ſolet apparere. Eſt ſignum Cometa maximarum commotionum, famis, peſtis, ventorũ, terræ motuum ac tempeſtatum in mari; quia eo tempore maximus calor dominatur, qui horum omnium cauſa eſt.

Diuerſæ apparitiones Cometæ.

Quid Cometa ſignificet.

DE ALIIS IMPRESSIONIBVS, IN ſuprema aëris Sphæra genitis.

IDEM vapor calidus & ſiccus inflammatus, ac ſecundum diuerſas figuras diſpoſitus, varia ſortitur nomina. Aliquando vapor non eſt valde denſus, & ab igne ſecundum omnes partes ſuas ſubtiliatur & inflammatur; & tunc vocatur ſtella alba. Aliquando eſt tam denſus, quod non poteſt optimè inflammari, licet formam ignis retineat; & nominatur rubea ſtella. Quandoque tam eſt craſſus, quod nec accenditur, nec minus inflammatur; imò ignem ſibi proximum extinguit; & vocatur carbo vel cœli foramen. Quandoque vapor tam eſt ſubtilis, quod appropinquans ſphæræ ignis ſtatim deſtruitur; & dicitur ſtipula: quæ tamen non apparet. Si vapor ille ſiccus longitudinem ac latitudinem habebit, partemque inferiorem latiorem; appellabitur columna pyramidalis. Si ſecundum partes omnes ſubtilis & tenuis erit ac longus; poterit vocari lancea ardens.

Stella alba quid? Quid rubea. Carbo vel cœli foramẽ. Stipulæ. Columnæ pyramidalis. Lanceæ.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Si autem talis vapor erit diſperſus; tunc vocabitur candela ardens. Si denique admodum compactus exiſtet, nec longus multum; titio vel Aſub nominari poterit. *Candela. Titio vel Aſub.*

DE IMPRESSIONIBVS, QVAE IN media aëris Sphæra apparent.

ACCIDIT interdum, quod vapor ſiccus inflammatus magis eſt, ſecundum longitudinem quàm latitudinem; nec partes ſunt benè vniræ, & tunc dicitur Capra ſaltans. Si verò à frigore impellatur moueaturq; ad latus, tunc eſt ſydus volans. Quando vapor eſt multus & diu retinet inflammationem, longæ quidem figuræ ſed obliquæ, tunc Draco tortuoſus iure merito appellatur. *Quid capra ſaltens, ſydus volans, & Draco, vide.*

DE IMPRESSIONIBVS, QVAE IN infima aëris Sphæra gignuntur.

TERRESTRIS vapor & calidus, qui tempore æſtatis à terra eleuatur, a conditque ad infimam aëris regionem; ſi citò inflammatur ac in maxima ſit quantitate, vocatur domus ardens: Si non eſt multus, tunc apparet vt cereus ardens; qui multoties videtur in mortuorũ cœmiteriis, & in locis vbi ſunt patibula, & in auribus equorum valde ambulantium; quia ex ijs vapor exit cum maxima viſcoſitate, & ratione motus de facili inflammatur. *Domus ardens & cereus quidē*

DE IMPRESSIONIBVS HVMIdis, in aëre genitis.

DICTURI de humidis impreſſionibus, quæ in aëre generantur, à Rore exordium ſumemus, quia ex illis eſt, quæ ex frigido ac humido, ſed ſubtili vapore generantur. Locus vbi generatur, debet eſſe aër temperatè calidus & frigidus, nè ob nimiam caliditatem vel frigiditatem vapores condenſentur & coagulentur; hinc eſt, quod neque in æſtate, nec minus in hyeme generatur, ſed in verè & autumno, vbi ſol in ſignis æquinoctialibus exiſtit. Albertus Magnus aſſerit, quod generetur in ſuprema parte mediæ regionis aëris, Commentator verò, in infima regione; vtraq; ſententia eſt probabilis: elige igitur quod tibi magis arridet. Huiuſmodi vapor modicus & ſubtilis, ex quo Ros generatur, eſt apta materia ad generationem Pruinæ; ſed requiritur intenſa & acuta frigiditas, ad hoc vt congeletur, priusquam in aquam reſoluatur. Generatur in ſuprema parte infimæ *Conditio loci, vbi Ros generari debet, Albertus Magnus & Com. aduerſantur. Ex quo Pruina generetur & vbi.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

infimæ regionis aëreæ, quæ ob proximitatem ad mediam regionem, est intensè frigida.

De Melle. Mel ex humido vapore ac subtili generatur, cui est admixta aërea humiditas: & ob temperiem nocturnæ frigiditatis, agente calore, disponitur aërea humiditas sic quod fit viscosa, fluxibilitatem tamen retinent: & tunc habetur mel, quod apes à foliis, floribus ac herbis, vtilitate nostra eliciunt.

De Manna. Qua Rori aliquid terrestre siccitatis, sed subtilis, admiscetur cum humido; ideo si ignis calor agendo in Rorem disperdat ac destruat humidum, tunc Manna habetur; quæ cadens super folia & herbas ad instar farinæ, ratione siccitatis exiccat, & (quasi) comburit.

De Nube. Nubes, ex quibus niues, pluuiæ &c. generantur, ex humido & crasso vapore fiunt; quando elevatus ad mediam aeris regionem, ex loci frigiditate intensa condensatur, nec in aquam resoluitur aut congelatur,

De Niue. Ex nube vtique generatur Nix, sicuti & Pluuia ac etiam grando; sed nubes ex qua Nix fit, debet esse humida & calida intensè, multumque de aere habens; quæ in media aeris regione extensa manens, à nimia frigiditate condensetur, antequam in aquam fiat resolutio. Ideo Nix est alba, quia nubes ex qua

De niuis albedine. generatur, ratione aeris admixti atque raritatis est diaphana & luminis receptiua; & quatenus condensatur, fit eius caloris receptiua, qui magis de luce participat; veluti est albedo.

De pluuiæ generatione. Ex nube quoque generatur pluuia; verum quod in alia est constitutione quando nix generatur: nam nubes ad pluuiam apta, debet esse obscura & condensata; quæ pro niuis generatione non requiruntur. In aquæ genitura necessarium est, vt frigiditas mediæ regionis aereæ (quo in loco vt in plurimum generatur) à circumstante caliditate in nubem impellatur; qua impulsa nubis partes condensantur, & in aquam resoluuntur; quæ guttatim descendit. Secundum guttarum quantitatem minimam vel maximam, aqua varia nomina sortitur; si

Quid imber & labrocera. guttæ paruæ fuerint, imber nominatur; si verò magnæ & rariores, labrocera.

De Grãdine. Grando ex nube generatur, cuius vapor est humidus & calidissimus. Hæc nubes quando est in aquam conuersa, ab immodica mediæ aeris regionis frigiditate, superueniente etiam actione antipariſtica, statim congelatur, qua facta congelatione, grando habetur. Granedula verò nihil aliud est quàm

Granedulæ quid. nix glomerata: & ad hanc formam reducitur à calido vernali, quando nix infimam aeris regionem penetrare contendit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE IMPRESSIONIBVS HVMIdis genitis in Terra.

FONTIUM generatio, fluuiorũ & lacuum, ex triplici cauſa poteſt oriri; Primò ex aere qui ingreſſus per poros terræ ab eiusdem frigidate condenſatur, ac in aquam reſoluitur; conſeruaturq; in terræ concauitatibus, quoad vſque plenæ ſunt, quæ poſtea redundant: Secundò aliquorum fontium, fluuiorum & lacuum, quæ pluuiales ſunt cauſæ; quæ per ſuperficiem terræ decurrentes, ad ima tendunt, generantq; fontes; & ex fontibus flumina vel lacus exeunt: Tertiò à mari dicuntur oriri, quatenus per ſecretas terræ partes fluens, varias concauitates replet; ex quibus ſupradicta generantur. Non me latet circa hanc materiam multa poſſe oriri dubia, quæ mouere nequaquam præſumo, ne in immenſum hoc opus creſcat. Qui multa de ijs cupit ſcire, legat Albertum Magnum. *De fontium fluuiorum & lacuum generatione.*

DE IMPRESSIONIBVS GENITIS ex vapore ſicco terreſtri & frigido.

EX vapore ſicco, frigido, & ſubtili, venti generantur, & hoc pacto. Vapor iſte aſcendit ad mediam aeris regionem; cuius frigiditate vapor condenſatur ac mouetur: quo moto, aerem impellit, & ſic venti cauſantur. Varia ſortiuntur nomina à regionibus vnde flant. Terræmotus ex vapore ſicco, frigido, ſed craſſo generatur; nam vapor iſte, ſolis virtute, à terra extrahitur, ſed propter eius craſſitiem terræque ſoliditatem egredi nequit; vnde ibi violenter detentus, quærens exitum nec inueniens, fortiſſimo impetu terræ latera concutit, & ſic terræmotus cauſatur. Signa multa terræmotum manifeſtantia, poſſem deſcribere, ſed hæc ſufficiant, nempe; tumor maris, nullo vento flante; & aquarum in fundis perturbatio. *De ventis & terræ motu.* *Signa futuri terræ motus.*

DE IMPRESSIONIBVS GENITIS EX vapore ſicco terreſtri, incluſo in humido vapore.

EX vapore ſicco terreſtri incluſo in vapore humido, aliquæ generantur impreſſiones, de quib. breuiter nonnulla tangemus; & primò de fulgure, vel corruſcatione. Fulgur ſic cauſatur. Quando Solis virtute cæterorumq; aſtrorum à terra & aqua vapores eleuantur; ſiccus terreſtris à terra, & humidus ab aqua; tunc ad mediam aeris regionẽ deueniunt, quo in loco humidus à frigore condenſatur, & tanquam pellis quædam valdè *Fulguris vel corruſcationis generatio.*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

valdè extenſa, ſiccum vaporem & terreſtrem circundat: ex condenſatione verò humidi vaporis, intus exiſtens valde agitatur,& ex illa forti agitatione vapor inflammatur,illaq; inflammatio fulgur vel corruſcatio dicitur. Tonitruum verò ab illa agitatione ſicci vaporis causatur, latera nubis percutiendo; ſi percuſſio talis erit, quòd nubes rumpatur, tunc ingentem ſonum cauſabit; ſi verò nubes remanebit integra, varij ſoni cauſabuntur; quos interdum audire ſolemus. De fulmine pauca ſunt dicenda, cum eadem ferè ſint fulgur & fulmen; fulgur dicitur,quatenus vapor inflammatur, è nube exit,ſed cum ſplendore,Fulmen verò, prout vapor ille nõ extinguitur in ſuperiori aëris regione,ſed deſcendens,ædificia,arbores, & ſimilia percutit. Si vapor ex quo fulmen generatur vel fulgur eſt admodum terreſtris & viſcoſus; ex agitatione quæ fit in vtero nubis frigidæ, incenditur & decoquitur, atque ſpeciem gerit lapidis vel luti decocti: qui deſcendendo corpora quantumuis dura percutit ac euertit. Si vapor eleuatus eſt mixtus ſulphure vel argento viuo; tunc ex decoctione & influxu cœleſti, quandoque in fruſtum ferri vel chalibis conuertitur. Venti turbinis origo ab aquea nube eſt, quatenus continet terreſtrem vaporem; ex nubis fractione vapor ille tendit maximo cum impetu terram verſus & à terra repercuſſus,ſecum trahit quæ inuenit.

Tonitrui generatio.

Fulmẽ quid?

De vento turbinis.

DE IMPRESSIONIBVS GENITIS non ex vaporibus, ſed ex reflexione Solis vel Lunæ aut Stellarum.

De Halone. DVM aër ventorum impetu non moleſtetur, ſolet aliquando apparere circulus albus, circa ſolem aut lunam vel ſtellam; qui Corona Latinè, & Halo græcè nominatur: & generatur ſic. Quando humidus vapor ſurſum eleuatus eſt, nec tamen attigit mediam aëris regionem, ratione raritatis ſuæ optimè luminis eſt ſuſceptiuus, & magis in medio quàm in extremitatibus; quia eo in loco eſt intenſior; corpusq; lucidum vaporis centrum diametraliter radijs ſuis illuminans, humiditatem deſtruit, quæ à centro recedens ad peripheriæ partes cogit, & hoc pacto fit circulus; qui cum illuminetur, nobis albus apparet, quia nec adhuc vapor in nubem denſam eſt conuerſus.

De Iride. Iris generatur ex reflexione radiorum ſolarium vel alicuius alterius aſtri, in duplici roratione & nube denſa, ex oppoſito ſolis aut alterius aſtri conſtitutis; per duplicem rorationem intellige imbrem duplicem, ſubtiliorem, ſcil. & craſſiorem. Quando nubes denſa & aquoſa cum duplici illa roratione Soli vel alteri aſtro è regione opponitur, adeo vt radij obliquè incidant

(c) 2006 Ministerio de Cultura

dant in eam, nec penetrare valeant, tunc fit radiorum reflexio, in qua reflexione, corporis luminosi imago (sed imperfectè) repræsentatur: & quia talis repræsentatio fit secundum arcualem figuram, ideò iris nominatur. Colores in Iride causantur varij, ex varietate subiecti, in quo subiectatur. Terrestris enim vapor vel nubes densissima, nigrum colorem præbet; & quantò magis accedit ad terreitreitatem & densitatem vel recedit, tantò magis color ad nigredinem vel albedinem accedens causatur. Multa essent dicenda tàm de pluralitate iridis quàm eius figura arcuali & coloribus, quæ omittimus causa breuitatis.

De Parabelis.

Parahelij, sunt Solis similitudines, quę causantur ex reflexione radiorum solis in nube aquosa valdè densa ac rotunda à latere solis existente; si plures consimiles nubes à latere solis inueniuntur, & plures parahelij causantur. Ex transitu radiorum Solis in nube non continua: sed perforata, vel in aliquibus partibus rarior, sub sole tamen perpendiculariter existente, solent nobis apparere coronæ & virgæ, diuersis coloribus ornatæ; & ij colores ex transitu radiorum per nubem causantur. Est altera impressio quæ nec in vaporibus subiectatur, neque ex vaporibus constat, & ex Galaxia, quæ sic causatur. In octaua sphæra multæ sunt stellæ, aliquæ visu notabiles, & aliquæ non; quæ cum lucidæ sint, radios emittunt, sed ex minima ad inuicem stellarum illarum distantia radij refrãguntur, circulusq; sumè albus causatur, qui ratione tãtæ albedinis lacteus dicitur. Hunc circulum Vulgus apellat viam *S.* Jacobi, qua mortuorum animæ priusquam cœlum conscendant, illuc perueniunt. De Metallis & reliquis, quæ in terra vel terræ visceribus generantur, nil sumus dicturi, vt Alchimistis quod suum est, relinquamus.

Galaxia quo modo generatur.

SATIS de elemẽtalis arboris fructibus volumus dixisse; nunc ad formas quæ creatis solum conuenire possunt, recurrendũ est. Prius tamen formas quas in prima parte explicauimus, iterum describere volumus; noñullas diuisiones aliquib. assignãdo, quæ admodum inseruire poterunt pro applicatione earũ ad creata; ibi enim fuerunt consideratæ sub ratione transcendentissima, nec poterant pati has diuisiones, quæ limitatorũ sunt.

Quare formæ in 1 parte explicatæ iterum describuntur.

1. Unitas.
   - Aggregationis
   - Compositi per se.
   - Compositi per accidens.
   - Partium integrantium.
   - Generis generalissimi.
   - Generis subalterni.
   - Speciei specialissimæ.
   - Numeralis.

2. Pluralitas tot habet species quot genera.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

- 4. Simplicitas
  - Excludēs compositionem ex materia & forma; & hoc modo accidens est simplex, & materia ac forma & etiam Angeli.
  - Excludens corporum compositionem; & sic elementa sunt simplicia.
  - Excludēs partes integrātes; vt pūctus, Angelus, & Anima rationalis.
  - Exludēs compositionē elemētorū ac qualitatū corū; vt cœli.
  - Excludens compositionem omnem: sed non componibilitatem; vt differentię vltimæ, ens & modi intrinseci.
- 5. Forma
  - Substantialis, quæ constituit rem in esse simpliciter.
  - accidentalis, quæ tradit esse secnndum quid.
  - artificialis quæ est ab artifice.
  - naturalis, quæ à natura.
  - totius, vt humanitas.
  - assistens & non informans, vt Angelus.
  - indiuisibilis, vt Anima rationalis, quæ tamen informat.
- 6. Abstractū
  - physicum, vt animæ segregatio à corpore realiter.
  - metaphisicum, quando res sine aliquo consideratur, sine quo tamen esse non potest.
  - logicum & triplex est
    - Substantiale, vt humanitas.
    - accidētale absolutū, vt albedo.
    - respectiuum, vt paternitas.
- 6. Concretum tot habet species, quod abstractum.
- 7. Generatio
  - Simpliciter, quando forma substantialis generatur.
  - secundum quid, quando accidentalis.
  - artificialis, quæ magis factio dicitur.
  - equiuoca, quādo generans & genitū non sunt eiusdē speciei.
  - vniuoca, quando generans & genitum sunt vnius speciei.
  - ordinata, quādo id ꝙ ab agēte determinato præconcipitur,
  - casualis vel fortuita, quando aliter fit generatio, quā (euenit ab agente determinatio concipitur.
  - Intellectualis, quæ est ab intellectu & obiecto.
- 8. Plenitudo
  - potestatis.
  - continentiæ
  - repletiua.
  - perfectionis, secūdū oēs radices plenitudines possunt sumi
- 9. Totalitas
  - Essentialis
  - integralis
  - vniuersalis.
- 10. Partialitas tot habet species quot totalitas.
- 11. Interioritas totuplex est, quotuplex aliquid in alio potest esse discurre per modos essendi I N.
- 12. Exterioritas.
- 13. Statio.
- 14. Longitudo.
- 15. Latitudo.
- 16. Profunditas.

17. Potēn-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

17. Potentia
- activa
  - real
    - alis
      - Per se.
      - per accidens.
  - irrationalis.
- passiua logica
  - contradictionis
    - ad formam substantialem.
    - ad formam accidentalem.
- passiua
- obiectiua.

18. Obiectū
- actuale.
- potentiale.
- adæquatum.
- inadæquatum.
- materiale.
- formale.
- primarium.
- secundarium.
- singulare.
- vniuersale.

19. Actus
- qui est operatio.
- formalis; & est forma.
- entitatiuus, quo res extra causam suam existit.

20. Prioritas
- perfectionis
- originis.
- naturæ.
- dignitatis.
- ordinis.

21. Secundarioritas.

22. Tertioritas.

23. Augmentatio
- per iuxtapositionē; sic augetur aqua per terræ admixtionē.
- per mutationē alicuius, vnius speciei in aliud alterius; & hoc modo vinum per exiguam aquę mixtionē augetur.
- propria; quæ in solis viuentibus reperitur.

24 Dispositio
- ad alterationem, est motus localis.
- ad augmentationem, est alteratio.
- ad generationem., & est augmentatio.
- naturalis, quæ est à natura.
- artificialis quæ est in aliquo per habitum acquisitum.

25 Proprietas
- propriæ
- appropriata.

26 Proportio
- communiter dicta, & est comparatio duorum, quatenus in aliquo prædicato conueniunt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

propria & reperitur inter quãtitates — Rationalis, & est inter illa quæ vna cõmuni mensura mensurãntur, vt bicubitum vel tricubitum, quę cubito mensurantur, & in arithmeticis numeri omnes, quia communi mensura .s, vnitate dimentiuntur. Irrationalis, & est inter illa, quæ vna communi mẽsura nequaquam possunt mensurari. Multę sunt tàm rationalis quàm irrationalis quantitatis species, quæ apud Mathematicos possunt videri.

27. Conditio { naturalis. / artificialis

28. Intentio { primaria. / secũdaria

29. Ordinatio { Naturæ / Temporis / Originis / Exercitus

30 Operatio { Bona { Moraliter / Entitativè } / Mala { Moraliter / Entitativè }

31. Influentia { Realis, quæ dicitur in essendo { Bona / Mala } / Intentionalis, quæ dicitur in prædicando.

32. Refluẽtia

33 Productio { In natura insensibili / In natura viuente { Naturalis / Libera }

34. Separabilitas { Mathemati ca / Phisica

35. Insepara-litas { Actiua, quæ est non repugnantia in agendo. / Passiua, & est non repugnantia in patiendo.

36. Possibilitas { Realis, / Logica, & est non repugnantia inter terminos.

37. Impossibilitas

38. Similitudo { Propria fundatur { In qualitate propria / In qualitate appropriata } / Impropria fundatur { In substantia. / In accidente. }

39. Diffimilitudo

Natura

(c) 2006 Ministerio de Cultura

40. Natura.
- Quæ eſt natiuitas.
- Materia
- Forma
- } Principium motus & quietis.

41. Punctualitas

42 Inſtrumẽtalitas
- Subſtantia
  - Naturalis, vt manus, pes, digitus &c.
  - Artificialis, vt malleus, forcipes, gladius.
- Accidens
  - Quantitas
  - Qualitas
  - Relatio
  - Actio.
  - Paſſio
  - Habitus.

43 Neceſitas
- Coactionis
- Præſuppoſitionis.
- Simpliciter.
- Conditionata.
- Conſequentis.
- Conſequentiæ.

44 Perfectio
- Simpliciter.
- In genere
- Extra genus
- Gratiæ
  - Sufficientiæ.
  - Prælationis.
  - Religionis.
  - Operationis meritoriæ.
  - Tranquillitatis.

45 Vita.
- Vegetantis.
- Sentientis.
- Ratiocinantis.

46 Eſſentia cognita
- Realis
  - Obiectiuũ
    - Habitua liter.
    - Actualiter
      - Ante actum intelligendi.
      - Poſt actum intelligendi & hoc eſt purum ens rationis.
  - Subiectiuum
    - Species intelligibiles.
    - Actus intelligendi.
    - Habitus geniti.
- Reale
- Rationale

47. Ens.

DE FORMIS, CREATIS TANtum conuenientibus.

NON debes exiſtimare, formas quas modo deſcribemus, ſingulis creatis conuenire, quia forma datur ac etiam materia, quibus materia non poteſt ullo modo conuenire; eodem modo accipiendo materiam & formam, quo modo inter formas annumerantur: omnibus tamen creatis, collectiué ſignum

(c) 2006 Ministerio de Cultura

vniuerſale accipiendo, proculdubio conueniunt. Tu igitur applicaturus formas, prius conſidera, quas ſecum poteſt ea res pati, de qua diſſerere cupis. Sed formas aggrediamur.

1. DE COMPOSITIONE.

COMPOSITIO omnia creata circuit, quia aliqua cõpoſitio ſunt compoſita; non tamen eodem modo omnia creata ſunt compoſita, ſed diuerſimodè, vt melius tibi erit notum ex multiplici ſpecie compoſitionis. Qualiter in Deo compoſitio reperiatur, ſupra dictum fuit, vbi de ſimplicitate agebamus: ibi enim eſt cõpoſitio, quæ tantũ plurium poſitionẽ ſignat, quæ tamen plura ſummè ſunt in actu. Species compoſitionis eæ ſunt.

Species compoſitionis.

1. Ex materia & forma corruptioni ſubiectis, qua compoſitione materialia omnia ſub Lunæ concauo exiſtentia, dicuntur compoſita.

2. Ex materia ad vbi & forma ꝑpetua, qua cœleſtis natura extat.

3. Ex partibus quantitatiuis, qua corporalia omnia non egent.

4. Ex corporibus, & conuenit mixtis.

5. Ex genere & differentia, & hac creata omnia quæcunq; ſint illa dicuntur compoſita, ſiuè ſubſtantiæ ſint aut accidentia; vel corporalia aut ſpiritualia: Anima rationalis & Angelus, accidẽtia q; omnia hoc modo compoſita ſunt.

6. Ex actu & potentia, quæ pariter omnibus creatis conuenit; ideo res ſunt in actu quia exiſtunt & in potentia ſaltem ad annihilationem.

7. Ex poſitiuo & priuatiuo, prout entia quæ ſunt in actu, poſitiua ſunt, & quia ſi vt entia conſiderentur, poſſunt diuinam habere perfectionem, qua tamen priuantur, ideo ex priuatiuo conſtant. Poſſem plures alias compoſitionis ſpecies aſſignare: ſi cuti ſunt, ex eſſentia & exiſtentia vel ſubſiſtentia; ex iis, cum iis, quas omitto, quia in aſſignatis continentur.

2. DE MATERIA.

MATERIA eſt rario, qua creata materialia aliquo modo ſunt. Plures materiæ ſpecies ex compoſitione poſſunt aſſignari, vt ſtatim manifeſtabitur. Quemadmodum per formam res ſunt in actu, ita per materiam in potentia.

1. Materia in qua, eſt compoſitum, quatenus accidentia ſuſcipit & dicitur materia ſecunda.

2. Materia circa quam, & eſt ſubiectum vel obiectum ſcientiæ alicuius.

3. Materia ex qua. & propriè dicitur materia prima, quæ eſt receptiua omnium formarũ ſucceſſiuè; & eſt cauſa corruptionis.

4. Materia ad vbi, & reperitur in cælo.

5. Materia logicalis, & eſt genus. Genus enim (inquiunt logici)

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habet materiæ rationem, differentia verò, formæ, ex quibus duobus logicum compoſitum reſultat.

6. Materia metaphiſica, & in omnibus reperitur, vbicunque eſt potentia paſſiua.

3. DE GENERE.

GENUS eſt quod ſub ſe multas continet ſpecies aptitudine: & duplex eſt, phiſicum & logicum; phiſico genere gaudent quæcunque ex eadem materia ſunt conſtituta, vt corporalia omnia corruptibilia. Genus logicum duplex eſt, ſcil. generaliſſimum & ſubalternum; generaliſſimum ſupra quod aliud genus non datur, licet tranſcendens poſſit dari: ſubalternum, quod reſpectu ſuperiorum eſt ſpecies, inferiorum verò genus. Genus logicum eſt vnum de quinque prædicabilibus, non quatenus de pluribus differentibus ſpecie ac numero prædicatur, ſed ob hanc cauſam, & præterea, quia tantum partem eſſentiæ ſpeciebus communicat: & à ſpecie differt, quia hæc totam eſſentiam indiuiduis largitur.

Genus logicũ & phiſicum quid? & quotuplex logicum.

Quare genus logicum ſit vnum de quinque prædicabilibus. Scotiſta.

4. DE SPECIE.

SPECIES eſt quæ ſub ſe plura indiuidua tantum continet, vel nata eſt continere. Non abſque conſideratione poſuimus in hac ſpeciei definitione has particulas, vel nata eſt continere, quia ſunt quædam ſpecies, quæ tantum vnicum habent indiuiduum actu, plura tamen aptitudine habere poſſunt; vt ſunt Sol, Luna, Phœnix, & ſi quæ ſimilia præter hæc reperiantur. Hoc in loco de ſpecie ſpecialiſſima tradidimus definitionem.

Notæ.

5. DE INTENSITATE.

INTENSITAS eſt ratio, qua aliquid intenſum eſt. Illud intenſum eſt, quod habet plures gradus intenſionis in eodem ſitu; ſicuti poſſumus de albedine intenſa vel aqua calidiſſima exempla dare. Intenſitatis ſpecies eæ ſunt.

1. Eſt intenſitas formalis, qua formaliter & actu aliquid eſt intenſum.

2. Virtualis, qua poteſt aliqua res intenſiorem effectum producere. Piper, quia poteſt producere intenſam caliditatem, dicitur hoc modo habere intenſionem. De hac re Medicos conſulere poteris, qui optimè noſcunt, quæ ſint herbæ, vel talia, habentia caliditatem in quarto gradu vel frigiditatem.

3. Eſt intenſitas largè accepta, qua res vna, alia perfectior dicitur: hoc modo, homo eſt aſino intenſior.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

6. *DE EXTENSITATE.*

EXTENSITAS ratio est, qua aliquid est extensum. Huius formæ species sunt multæ: nec omnes explicabimus, sed aliquas.

1. Est extensitas molis, qua aliquid est longum, latum vel profundum.

2. Potentialis, qua res aliqua plura continet potentialiter.

3. Communicatiua, qua res vna pluribus se communicat.

4. Regiminis, qua aliqua res pluribus dominatur.

5. Causatiua, & reperitur in causis vniuersalioribus.

6. Diuisiua, qua vnum in plura diuiditur, siue logicè, siue phisicè.

7. Considerativa, & attenditur penes scientias, in quibus plura considerantur.

7. *DE CORRVPTIONE.*

PER corruptionem res suum esse amittunt, quæ vbique in corporalibus reperitur, nisi velis corpora cœlestia ab hoc motu immunia esse.

1. Quædam simpliciter dicitur, quando substantialis forma siue specifica siue generica destruitur.

2. Quædam secundum quid, & est quando accidens corrumpitur: si accidens spirituale erit, corruptio spiritualis dicetur, si corporale corporalis; & duplex esse potest, quædam quæ penes naturale attenditur, altera penes artificiale.

3. Aliqua partialis vocatur, & tunc est, quando res non secundum se tota destruitur, & in elementis inuenitur: non enim secundum se tota corrumpuntur.

4. Totalis aliqua nuncupatur, quando totaliter corrumpitur res: non quod materia in corporalibus destruatur, sed quia per corruptionem nil amplius remanet sensibile aliquod, quod ineratprius.

8. *DE PRIVATIONE.*

QVONIAM materia ad omnes formas appetitum habet, qui nec frustratorius est, ideo in ea tot priuationes reperiuntur, quot formæ possunt recipi: quas si numerare nequeas, dicas vnam tantum habere priuationem toti materiæ adæquatam. Eius species sunt quatuor.

1. Respectu formæ substantialis.
2. Respectu formæ accidentalis.
3. Respectu formæ perfectioris.
4. Respectu formæ imperfectioris.

9. DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

9. DE VACVITATE.

PRIVATIO & Vacuitas sanè sunt idem; cum Lullo tamen dicimus, vacuitatem duplicem esse, realem & intentionalem; realis quando res appetitum ad aliquid habet, nec eo fruitur; intentionalis, quæ ab hominis intellectu fit.

10. DE GROSSITVDINE.

NON est dubium, quin res quælibet alteri comparata grossior vel subtilior sit; propria tamen grossitudo in ijs inuenitur, in quibus terræ vel aquæ elementum dominatur; quæ & densitas nominari potest.

11. DE GRACILITATE.

HÆc forma priori immediatè est opposita, de qua oppositum prioris sentias.

12. DE LEVITATE.

PER Leuitatem res leuiores dicuntur; quæ duplex est, scil. simpliciter dicta alia per respectum; prior in illis corporibus reperitur, quæ nata sunt cæteris corporibus leuioribus supereminere, secunda verò in illis quæ grauioribus utroque modo.

13. DE PONDEROSITATE *vel grauitate.*

GRAVITAS est ratio, qua corpora nata sunt deorsum tendere; quæ duplex est, simpliciter & per respectum; primo modo corpora illa sunt grauia, quæ infimum omnium locum nata sunt occupare, secundo autem modo quæ supra hæc tantum locum sibi vendicant.

14. DE MOTV.

VT breuibus hanc formā definiendo me expediam, motum rationem esse dico, qua creata cuncta mouentur. Largè motum accipiendo generationi & corruptioni conuenit, de quibus loquuti sumus; hic tamen strictè considerare volumus. Motus species multæ sunt, vt statim tibi demonstrabitur.

1. Augmentatio, & est augmentum quantitatis,
2. Diminutio, & est decrementum quantitatis.
3. Alteratio, & est mutatio de vna qualitate in aliam.
4. Loci mutatio, & est variatio de vno loco in alium locum; & huius motus sunt multæ species, scil. Ante, Retro, A dextris, A sinistris, Sursum, Deorsum, Circularis & Neutralis. *Omnes motus localis species hic*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ennmerantur Videoptimè.

Motus ſurſum eſt, quando res à medio mouetur; deorſum vero, quando res ad medium mouetur; & horũ quidam ſimplex nominatur, compoſitus alter; ſimplex, quo mobile per breuiorem lineam mouetur; compoſitus, quo per obliquam lineam ſuum perficit motum. Motus circularis eſt, quo mobile circa medium mouetur. Neutralis verò, quando mobile ad vnam loci partem mouetur, nec magis ad hanc quàm ad oppoſitam inclinatur: huius motus ſpecies quatuor ab Ariſtot. aſſignantur in 7. phiſicorum, quæ ſunt Pulſio, Vectio, Tractio & Vertigo: Pulſio duas habet ſpecies, ſcil. impulſionem & expulſionem; impulſio eſt motus, quo mouens à ſe facit mobile diſtare, mouensq; mobile nunquã derelinquit uſq; in motus finem; expulſione verò mouens vtiq; à ſe mobile pellit, nec tamen eum comitatur. Vectio eſt motus, quo mobile per accidens mouetur, ad motum, ſcil. vehentis. Tractio eſt motus, quo mobile mouenti appropinquatur. Vertigo eſt motus ex pulſione partim, partimq; ex tractione conflatus. Aſſignantur præterea quædam aliæ motus ſpecies, quæ magis paſſiones nominari poſſunt, & hæ ſunt.

Ariſtot. 7. phiſi.

5. Modus tardus, quo maiori tempore mobile parum acquirit vel deperdit.

Tarditas in motu vnde eueniat.

6. Velox, quo minori tempore multum deperdit vel acquirit mobile: Impedimentum in motus tarditate quatuor ex cauſis prouenire poteſt ſcil. ex minima mouentis virtute; ex reſiſtentia contrarij; ex medij reſiſtentia; & demum in libris agentibus, ex eorum voluntatis arbitrio.

7. Vniformis, quo mobile ſecundum omnes partes ſuas æquè tardè vel velociter mouetur.

Difformitas in motu vnde eueniat.

8. Difformis, quo mobile nõ æquè velociter vel tardim mouetur. Difformitas in motu nonnunq; prouenire poteſt ex parte agentis, quando eius virtus nõ eſt tam vni mobilis parti propinqua quàm alteri; quandoque ex parte mobilis, quando ſecundum partem vnam magis indiſpoſitum exiſtit, quàm ſecundum alteram.

9. Regularis, quando mobile tam in principio quàm medio ac fine ſecundum tempus æqualiter mouetur.

10. Irregularis, quando in vna temporis parte magis mobile mouetur quàm in alia: & hæc irregularitas in motu cauſatur, ratione virtutis in mouente exiſtentis, quoniam non ſemper eandem habet virturem, ſi de naturali agente loquamur, ac de eo quod inſtrumentis vtatur in motu ſuo.

11. Naturalis, quando ſecundum ſuam inclinationem res mouetur.

12. Violentus, quando præter inclinationẽ mobile mouetur.

13. Poteſt

(c) 2006 Ministerio de Cultura

13. Potest addi motus obedientialis, quo res mouetur, ne natura vacuum patiatur; & taliter nominatur, quoniam à summo omnium principio sic ordinatum est, vt aliquando grauia sursum tendant, ne vacuum detur; nec talis motus est contra eorum inclinationem, quoniam secundum diuinæ voluntatis bene placitum fit; quod ea in re potissimum cernitur.

15. *DE DVRICIE.*

DURICIES est ratio, qua corpora sunt dura, quæ causatur à siccitate & coagulatione. Interdum fit à nimia humidi compressione, veluti in vtre pleno aëre inuenitur. *Duricies & vnde oriatur.*

16. *DE MOLLICIE.*

MOLLICIES est ratio, qua corpora mollia sunt; & causatur ab humido remanente in re, quatenus ad exteriores corporis partes non per obliquos poros, sed rectos reuocatur. *Mollicies & vnde causetur.*

Quandam formam Lullus describit, de qua nihil sumus dicturi, ne superflui simus; hæc forma consumptio vocatur, quæ à corruptione nequaquam differt. *Formas aliquas autor omittit & quare.*

Originem pariter ac Exitum describit, quæ duæ formæ à productione non distant, ideo omittimus.

17. *DE CORPORALITATE.*

CORPORALITAS est forma, per quam radices & aliæ arborum partes, vel sunt corpora, vel corporum causæ: non est accipiendum hic corpus mathematicum, sed potius physicum: de mathematico enim suprà dictum est.

18. *DE TRANSMVTATIONE.*

TRansmutatio hic consideratur pro quacunque mutatione rei ad aliquod absolutum, & parum, vel nil à generatione differt, accipiendo generationē pro simpliciter dicta, & secundum quid. Posset quoque dici motum localem esse transmutationem, sed hac de causa non est opus peculiarem formam describere, cum supra, vbi de motu loquuti sumus, satis actum sit.

19. *DE LVCE.*

LUx si propriè accipiatur in corporalibus nequaquam inuenitur, sed in spiritualibus tantum, & secundum hunc sensum Deus lux dicitur: sicuti in Ioanne habetur, Deus lux erat vera. Et etiam, Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ. *Genes. 1.* Angeli quoq; hoc modo lucis nomine appellari possunt, quemadmodum & D. Augustin. nominauit. In corporalibus verò lux est qualitas quædam sensibilis: & propria est corporis cœlestis,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæ

quæ tamen in corporibus inferioribus recipitur vel eius saltem effectus, nempe lumen: & hac luce corpora sunt lucida.

20. DE VMBRA.

VMBRA est ratio, qua corpora aliqua luce interdum priuantur. Huius formæ significationes plurimæ sunt, quæ in scriptura sacra reperiuntur: quæ nobis negocij haud faciunt.

21. DE FIGVRA.

FIGVRA est hic accipienda quatenus est quantitas, scil. triangularis, quadrangularis, circularis &c. potest quoque accipi pro qualitatis quarta specie, ab Arist. descripta. Est que ratio figura, qua corpora sunt figurata.

Cap. de Quali.

22. DE RECTITVDINE.

SEX sunt rectitudines quas Lullus enumerat, scil. altitudo, infimitas, antè, retrò, dextrum, sinistrum; quæ potius loci differentiæ sunt, quibus, vario modo, interdum naturaliter, quandoque per artem, corpora sunt situata.

23. DE MASCVLINEITATE.

PER hanc formam res quædam masculini sunt sexus; quibus & nobililiora conueniunt accidentia, quàm ijs quæ fœminini sunt.

24. DE FOEMINEITATE.

QVEMADMODVM de masculino sexu diximus, sic proportionaliter de fœminino intelligendum est, quo sexu ignobiliora accidentia operationesq; rebus conueniunt.

25. DE MEMBROSITATE.

MEmbrositas est ratio ac causa, quare in corporibus plures sunt distinctę partes, ad alias & alias operationes ordinatæ.

26. DE NVTRIMENTO.

PER nutrimentum eius corporis quod nutritur essentia ac natura conseruatur; quia continua fit substantiæ deperditio in corporibus viuentibus, ob naturalem calorem, humidum radicale destruentem, quæ ratione nutrimenti aliqualiter reintegratur. Solet interdum nutrimentum accipi pro re illa, quæ aliquod in esse conseruat, licet illud non habeat vnde viuat: sicuti de igne possumus dicere, cuius nutrimentum sunt ligna

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ligna vel alia combuſtibilia, ſed valdè impropriè nutrimentum hoc modo accipitur.

27. *DE IMPRESSIONE.*

ACCIPIT impreſſionem Lullus ſimilitudinem ſiue formalẽ ſiue virtualem à corpore aliquo in aliud impreſſam; ſecundum priorem acceptionem agentia vniuoca ſuas imagines effectibus communicant, ſecundum poſteriorem æquiuocorum ſimulacra in effectibus recipiuntur: ſic cœli ſuas imprimunt ſimilitudines in elementatis.

28. *DE INSERTIONE.*

SICUTI ex Lulli verbis colligitur, inſertio nihil aliud eſt quàm continentia quædam, qua aliquid aliud continet. Sic (inquid Lullus) potentia vegetatiua eſt inſerta in elementatiua, & ſenſitiua in vegetatiua & elementatiua. Tu multiplices continentias notabis. Quædam eſt:

Potentialis.
Actualis.
Identifica.
Vnitiua.
Virtualis in eſſe cognito, & virtualis in eſſe reali.
Adæquata.
Inadæquata.

29. *DE PERSEITATE.*

PERSEITAS eſt ratio, quare ſubſtantiæ omnes per ſe ſtant, prout per ſe ſtare diſtinguitur ab inhærere; & loquendo de ſubſtantijs completis ac perfectis. Has conditiones neceſſarium erat addere, ad dubitationes tollendas de formis ſubſtantialibus, atque de ſubſtantiarum dependentia ab efficiente & à loco.

30. *DE INDIVIDVITATE.*

HÆC forma quibuſcunque diſpoſitis tribuit, ne pluribus in ratione ſuperioris ſe communicent. Aſſignantur diuerſa indiuiduorum genera; nempe, ſignatum indiuiduum, ex demonſtratione, vagum, & ex hypotheſi. Quod horum ſit diſcrimen, Logici tradunt.

31. *DE ATTRACTIONE.*

ATTRACTIO dicitur cauſa, qua aliquid vnum aliud conſequitur, per appetitum vel inclinationem, quam ad illud habet; ſic trunci attrahunt quod à radicibus recipitur, branchæ quod à truncis, rami quod à branchis, ſic procedendo ad fructus vſq;. Alia aſſignatur attractio, qua potentiæ, ſpecies obiectorum ſuorum attrahunt.

32. *DE*

(c) 2006 Ministerio de Cultura

32. DE CONTINGENTIA.

OMNE id quod à casu vel fortuna euenit, hoc modo contingens est. Si homo templum volens adire, à lapide deorsum cadente in capite lædatur, contingens est. Si tripoda cadens è supremo loco, fiat apta sedes, contingens est. De hac contingentia sub nomine casus aut fortunæ intelligenda, præclara Philo. tradit.

Lib 2. phisi.

33. DE IMPERFECTIONE.

IMperfectio perfectionis est oppositum, ideo quot perfectionis species explicantur vel explicari possunt, tot & imperfectionis. Imperfectio est ratio, qua aliquid non habet esse completum, Sic homo à natiuitate cœcus aut surdus vel mancus, imperfectus est.

34. DE COLORE.

GRandis est colorum vis, quoniam eorum medio in cognitionem quam plurimarum rerum deuenitur. Plura etenim corpora reperiuntur colore vel lumine affecta, quàm alijs qualitatibus, vt satis notum relinquitur de Cœlo. Color igitur est ratio, qua mixta sunt colorata; nota mixta, quoniam elementa qualitatibus secundis carent.

35. DE SONO.

SONUS est vniuersale quoddam ad omnes sonos. Hoc in loco sonum accipe & quatenus à corporibus sonantibus procedit, & etiam vt est qualitas quædam in aërem impressa, ipsumq; percutiens, de quo consideratur etiam in arbore sensuali, sed per accidens, vbi de potentijs sensitiuis exterioribus obiectis traditur notitia.

36. DE ODORE.

FUMALES euaporationes à corporibus odoriferis exeuntes, aëremq; mouentes eum alterando, ad organū olfactus deueniunt, quod in duabus narium carunculis consistit, & sic percipiuntur odores. Placuit breuiter ostendere olfaciendi modum; tu autem in se odores considera, & quatenus ad potentiam ordinantur.

37. DE SAPORE.

Saporis materia.

Saporis definitio.

DE Sapore multa essent dicenda, breuiuate tamen gaudentes, quædam tangemus. Saporis materia subiecta, est humidum, cui admixtum est siccum terrestre; humida enim tantum, non sunt sapida, quia nimis subtilia; neque sicca tantum, vt de terra & huiusmodi satis apparet. Hoc modo sapor potest definiri.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

definiri. Sapor est humidi passio illata à sicco terrestri, quod à calido patitur; vnde per humidum, receptiuum saporis explicatur; per siccum terrestre passum, efficiens propinquum; per calidum in siccum agens, efficiens remotum. Saporis multæ sunt species.

1. Dulcis, constat ex caliditate & humiditate in grossa substantia; mediatque eius complexio inter caliditatem & frigiditatem.

2. Suauis, ex caliditate ac humiditate in subtili substantia; eiusque complexio est media.

3. Pinguis, ex caliditate ac humiditate in substantia mediocri; est mediæ complexionis.

4. Insipidus, ex frigiditate; est quoq; mediæ complexionis.

5. Salsus, ex caliditate & siccitate in substantia mediocri; complexio est calida.

6. Amarus, ex caliditate & siccitate in grossa; complexio est eadem cum præcedenti.

7. Acutus, ex caliditate & siccitate in subtili; complexio est eadem.

8. Acetosus, ex frigiditate & siccitate in substantia subtili generatur; complexio est frigida.

9. Stipticus, ex frigiditate & siccitate in mediocri; eadem est complexio.

10. Ponticus, ex frigiditate & siccitate in grossa; & est eiusdem complexionis cum Stiptico Acetosoque.

Horum saporum multas possem assignare operationes & causas operationum, quas considerandas relinquimus Medicis.

38. DE SENSV.

Recitantur Lulli verba.

HANC formam vult Lullus sub se gustum tactumuè continere, sicuti ex eius verbis colligitur. Inquit enim. Sensus est seminatus in arbore elementali, qui dispositus est ratione sensitiuæ insertæ in elementatiua & vegetatiua, quod ex illo agens naturale animatum in actum deducat per sentire, calorem aut frigiditatem, famem & sitim ac tactum. Non esset tamen inconueniens, hanc formam accipere quatenus cuilibet sensui est applicabilis.

39. DE CONCEPTIONE.

Conceptiones naturales & mentales.

PER hanc formam intelligendæ sunt conceptiones naturales, quæ ad generationem sensitiui vel vegetatiui ordinantur. Aliæ sunt etiam conceptiones, scil. mentales, quarum pars eius sunt explicationes quæ scriptura, nutibus aut verbis fiunt.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

40. *DE DORMITIONE.*

DORMITIO vel ſomnus eſt animalis perfecti vel imperfecti paſſio; ſicuti & vigilia, hinc eſt quod ea quæ ſenſibus carent, ijs quoque careiere neceſſe eſt. Somnus animantibus neceſſarius eſt duplici de cauſa; primò vt virtutes naturales quibus vti nequaquã poſſumus ſine illarum fatigatione, interdum quieſcant; ſecundò ob virtutes vegetatiuas, quæ continuo motu à ſuis operationibus impediuntur; & hoc verum eſſe ex effectib. cernitur; experimur enim homines ſtudioſos, multumque ſenſibus vtentes non admodum eſſe pingues, ob malam nutritionem quæ in eis fit; ex oppoſito verò quidam inueniuntur ignauiæ, ocio, & ſomno dediti qui tam pingues ſunt, quod nil ſupra. Generatur autem ſomnus hoc modo. Ob ciborum decoctionem, à corde vapores eleuantur, cerebrumq; petunt, qui à nimia cerebri frigiditate condenſantur, replentque venas ac meatus, quibus à cerebro organis virtus ſenſitiua communicatur; & ſic ligantur organa vel impediuntur ne poſſint ſenſationes ſuas exercere.

Somnus quare animantibus ſit neceſſarius.

Somni generatio.

41. *DE VIGILIA.*

DE vigilia oppoſitum eius quod de ſomni natura dictum eſt, conſiderandum relinquitur; conuenit pariter vigilia animantibus; & nihil aliud eſt, quàm ſolutio ſenſuum ad exteriores actus, per caloris naturalis reuerſionem ab interioribus ad exteriora.

41. *DE SOMNIO.*

Definitur ſomnium.

BREVITER explicari quid ſomnium ſit, dicimus eſſe apparitionem quandam ex recurſu ſimulachrorum à phantaſia, per compoſitionem vel diuiſionem vario modo conſtitutam, ad ſenſum communem; quibus phantaſmatibus homini dormienti ſic eſſe ad extra videtur vt ipſa mouent, nullo extrinſeco agente in ſenſum, per repræſentantis modum: non ſine cauſa poſuimus has particulas (per repræſentantis modum) quoniam per modum excitantis extrinſeca quædam ad ſomniorum cauſationem requiruntur. Corpora enim cœleſtia concurrunt ad hoc; cum phantaſia ac cæteræ interiores potentiæ materiales ſint, ac materiales obiectorum ſpecies retineant, quæ influxus cœleſtis ſunt receptiuæ. Elementorum quoque qualitates ad ſomnium efficiendum operantur ac conducunt; nam corporis partes nudatas circundant & caput præcipuè, quas pariter afficiunt qualitatibus illis; hinc eſt quod ſi dormientis manus vel pedes in aquam frigidam ponantur, ſtatim ſe in aquaſedere ſomniabit. Multæ ſunt ſomniorum ſpecies quas relinquimus.

Cœli & Elementorum qualitates ad ſomnium concurrunt.

Nota.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

43. DE GAUDIO.

GAUDIUM finis eſt potentiarum ferè omnium: appetit animal, timet, iraſcitur, proſequitur aliquid, & aliud vitat, ob delectationem & gaudium, quatenus ad actus tales directè vel indirectè ſequitur, vel oppoſitum eius vitatur. Eſt gaudium ratio qua animal de bono adepto vel adipiſcendo, aut malo fugiendo lætatur.

44. DE IRA.

IRA ex concupiſcentia oritur, atque ad eius paſſiones terminatur. Si ex amore rei alicuius optatæ, aliquod arduum ſequatur, ſtatim in appetitu conſurgit ira, qua animal ſperat arduum illud ſuperare; & ex ſpe audacia innaſcitur, qua proſequitur arduum; quando verò per audaciam vel potius actum eius, arduum ſuperatur, tunc ſpei actus terminatur, & gaudiũ ſequitur. Ex quibus, ſic ira definiri poſſet. Ira eſt appetitus actus, qui à bono vel malo propoſito mouetur, ſub aliquius arduitatis conditione.

45. DE SANITATE ET INFIRMITATE.

SANITAS in corpore animato reſidet, atque in adæquatione humorum conſiſtit: hinc fit quod ſoluta illa adæquatione, ſtatim inducitur infirmitas: & ſic patere poteſt, quid ſanitas ſit ac infirmitas.

46. DE INDUSTRIA.

INDUSTRIA ratio eſt quędam, qua agentia ſecundum ſenſum vel intellectum, neceſſaria pro vita conſeruanda quęrunt, ſed cum ſagacitate quadam ac aſtutia. Induſtrij ſunt homines & propriè, induſtriæ ſunt formicæ, araneæ, vulpes, & talia animantia, ſed impropriè.

47. DE SUBSTANTIA.

SUBSTANTIA prima hic conſideranda venit, ſiuè perfecta & completa ſit, ſiue imperfecta & incõpleta. Completa & perfecta ſubſtantia compoſitum eſt, non ad aliud ordinabile in ratione formæ aut materiæ. Incompleta verò & imperfecta illa dicitur, quæ ad aliud ordinatur in ratione materię vel formę. Et ſic formæ à Lullo traditæ creatis ſolum conuenientes, ſunt deſcriptæ: ſi ad eum numerum nõ aſcendunt quem ipſe multiplicat, incauſa eſt indiſtinctio, quam in multis inueni. Omnib. entibus omnes nequaquam poſſunt adaptari, quod debes optimè

Quid complet a & incompleta ſubſtantia.

Nota.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

scire Multò plures describerem formas quæ satis comodè corporcis aliquib ent bus,& iis præcipuè quę vita priuãtur conuenire possent, si opus hoc breuitate non deberem concludere, quas tamen nominabo, vt ostendam me plurimas nõ ignorare.

1 Assatio.
2 Austeritas.
3 Ariditas.
4 Attenuatio.
5 Auansis, quæ senectus dicitur plantarum.
6 Ars.
7 Aquositas.
8 Analogia.
9 Amaritudo.
10 Coctio,
11 Coagulatio.
12 Commensuratio.
13 Combustio.
14 Commessatio.
15 Compressio.
16 Complexio.
17 Congelatio.
18 Cruditas.
19 Crassities.
20 Debilitatio,
21 Digestio.
22 Ductibilitas.
23 Dirigibilitas.
24 Diuisio.
25 Ductilitas.
26 Elixatio.
27 Euaporatio.
28 Exhalatio.
29 Excrementum,
30 Exiccatio.
31 Expiratio.
32 Ebullitio.
33 Flammabilitas.
34 Flexibilitas.
35 Fractibilitas.
36 Frigiditas.
37 Frixio.
38 Fluxus.
39 Humiditas.
40 Homogeneitas.
41 Heterogeneitas.
42 Ingrossatio.
43 Illiquabilitàs.
44 Incoctio.
45 Impressibilitas.
46 Incoagulatio.
47 Indigestio.
48 Inflammatio.
49 Inquinatio.
50 Insolubilitas.
51 Liquefactio.
52 Maturatio,
53 Mixtio.
54 Mobilitas.
55 Molynsis est opposita elixationi.
56 Mollificatio.
57 Mutatio.
58 Notio.
59 Nidor est halitus corporis vnctuosi.
60 Naturalitas.
61 Percussio.
62 Pulsio.
63 Phlegmaticum.
64 Pinguedo.
65 Pressibilitas,
66 Putredo.
67 Putrefactio.
68 Porrositas.
69 Penetratio.
70 Remissio.
71 Respiratio.
72 Retentio.
73 Scissio.
74 Sectio.
75 Senectus.
76 Siccitas.
77 Singularitas.
78 Solubilitas.
79 Strathensis tertia species concoctionis.
80 Superfluitas.
81 Te-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

81 Tenacitas.
82 Tostio.
83 Tractibilitas.
84 Transcendentia.
85 Trahibilitas.
86 Vnctuositas.
87 Vnio.
88 Vniuersalitas.
89 Violentatio.
90 Vstibilitas.

Plures formas fabricare poteris in vnaquaque arbore, si partes omnes arboris consideraueris ac indagaueris earum partiũ proprietates, quas loco formarum poteris habere; quia vt dixi aliquando, formæ loco proprietatum assignantur, quæ melius in rei cognitionem ducunt quàm cætera extrinseca prædicata. Dedimus modum fabricandi multas formas. Sat volumus de formis dixisse, ac de prima arbore.

DE ARBORE VEGETALI.

POST elementalis arboris considerationem, congruè se nobis offert contemplatio arboris vegetalis, quoniam secundũ naturæ ordinem post simplex esse quod rebus conuenit, sequitur viuere, quo in esse nobiliori constituuntur; nec altiorem gradum possunt corporea entia vnquam consequi, nisi vegetans vita præsupponatur. In hac arbore omnia sunt consideranda sub duplici ratione, videlicet quatenus habent esse elementatiuum & vegetatiuum, hoc etenim illud præsupponit.

Ordo arboris elementalis ad vegetantem.

DE RADICIBVS.

RADICES huius arboris eædem penitus sunt, quæ pro elementali arbore sunt firmatæ, à quibus omnes arboris partes suum esse accipiunt: nec aliquid radicibus conuenit, quin arborum partibus secundariò conueniat.

DE TRVNCO.

TRUNCUS est quoddam vniuersale corpus, in quo potentialiter particulares trunci continentur ac reliqua omnia, quæ truncum sequuntur. Nam virtute naturalium agentium quæ in eo sunt, potentialiter ad actum deducuntur.

DE BRANCHIS.

BRanchæ sunt quatuor, scilicet potentia appetitiua, digestiua, retentiua, & expulsiua. Per appetitiuam quod conueniens est vegetantibus, desideratur, ac beneficio naturæ fruitur. Prouida natura diuersis diuersas tradidit virtutes, quibus conuenientia attrahuntur vt in esse conseruentur. Quoniã verò ꝙ attractum est, ad attrahentis membra roborãda, quæ naturalis caloris vi ac virtute debilitata fuere, nunquam est aptum, nisi

Virtus appetitiua vel attractiua.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

membris nutriendis ſimile fiat; ob id opus eſt digeſtiua, qua alimentum concoquatur, ac digerantur ea quæ ſpeciem & formam membrorum ſuſcipere non apta ſunt. Et hoc alimentum quod ab extrinſeco venit, quia in tempore imperceptibili non poteſt tranſmutari ac conuerti in aliti ſubſtantiam, ob imbecillem tranſmutantis actionem ac paſſi reſiſtentiam: ideò neceſſaria eſt quędam retentiua facultas, qua nutrimentũ tamdiu
Retentiua. retineatur quoad uſq; nutritio fiat. At propter impuritates abiiciendas, quæ virtute digeſtiuæ potentiæ, à purioribus ſubtilioribusue ſunt ſegregatæ, neceſſarium eſt aliam virtutem conſi-
Expulſiua. derare membris congenitam, quæ expulſiua nominatur. Nil ſanè prodeſſet attractiua, digeſtiua, & retentiua niſi expulſiua adeſſet, quod manifeſtiſſimis exemplis comprobatur in iis, qui interdum multis morbis laborant, ob difficultatem quam ha-
Nota. bent expellendi è corpore impuritates. Et iſtæ quatuor explicatæ virtutes famulari dicuntur tribus aliis virtutibus, nempè, nutritiuæ, augmentatiuæ ac generatiuæ.

DE RAMIS.

MULTÆ formæ quas ſupra recenſuimus pro ramis, huius arboris poſſent conſiderari, illę potiſſimũ quę actionem paſſionemq; ſignificant, magis tamen generatio, corruptio, priuatio, renouatio, nutritio, & augmentatio pro negotio faciunt, quia per generationem fit entium tranſmutatio, quam inſequitur corruptio, priuatio & cætera hic enumerata.

DE FOLIIS.

IN cæteris arboribus folia metaphoricè conſiderantur, in hac verò propriè, quibus & metaphorica folia, accidentia ſcilic. conueniunt, quia in corporalibus omnibus ſubſtantiis ſunt diſtincta, & ex conſequenti in foliis etiam vegetantis naturæ, quæ ſubſtantiæ ſunt.

DE FLORIBUS.

QUEMADMODUM folia propriè conſideraiimus, ſic flores & fructus debent conſiderari. Flos igitur hic concipitur quatenus per eius corruptionem fructus generatur, ſi ad fructũ eſt in potentia; hoc placuit dicere propter flores illos, qui ſunt complementum & finis arboris vel plantæ. Operationes quoq; à vegetatiuo prouenientes, ea ratione qua vegetat aut elementum eſt, loco florum ſunt ſumendæ, quia ad inſtar florum qui veri ſunt, magis dicuntur effectibus intimæ quam reliqua extrinſeca ad eſſe rem perducentia.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE FRUCTIBUS.

FRuctus veri huius arboris ſunt, pirum, pomum, caſtanea &c. talia; metaphorici verò illa omnia ſunt, quæ vegetant & à vegetante natura ſunt producta; hinc eſt quod folia vera & flores hoc modo ſunt fructus, quo etiam modo vulgares nominant dum de effectibus per comparationem ad cauſas diſſerũt. In hoc tamen eſt animaduertendum, quod vegetantia tantum ſic fructus dicuntur; & ob id quæ ſecundum priorem conſiderationem fructus huius arboris erant, ſecundum alteram, elemẽtalis tantũ fructus exiſtunt. Ait Lullus, quod plantæ omnes in 4. claſſes ſunt diſtributæ, ſicuti & elementa; quoniam quædã participant in ſummo gradu qualitatem igni conuenientẽ, quędam humiditatem, nonnullæ frigidatẽ, & aliquæ ſiccitatem; de quib. oportet Medicos cõſulere. Huius arboris proprię formę nõ multę ſunt, quę ex ſuperi⁹ deſcriptis poſsũt colligi; ſicuti ſunt.

Nota.

In quatuor claſſes plantæ diuiduntur.

1. Augmentatio.
2. Diminutio.
3. Nutritio.
4. Germinatio.
5. Pullulatio.
6. Inſertio.
7. Digeſtio,
8 Attractio.
9. Retentio.
10. Expulſio.

DE ARBORE SENSVALI.

HÆc arbor ſub ſe animantia continet, animantibusq; conuenientia. Quia verò animantia duplices habent ſenſus, internos .ſ. & externos, hic conſideranda ſunt, in quantum exteriores ſenſus tantum participant. Propter altiorẽ gradum perfectionis animantibus conuenientem, triplex eſſe toti huic arbori attribuitur, vnum peculiare, & duo alijs quoque entibus non repugnantia; ueluti ſunt elementale & uegetale.

DE RADICIBVS.

RAdices ſunt illæmet de quibus in arboribus præcedentibus dictum eſt, quæ triplicis ſunt naturæ, ut ſatis patet. Quando radices uel aliæ arboris alicuius partes conſtant ex pluribus naturis, tunc imaginandum eſt, quod naturæ illæ unicam conſtituant; quæ nomen ſortitur ab arbore ſub qua continetur, iuxta genus ſuum. Et tam radices quàm aliæ partes arborum ſemper & in unaquaque arbore ſunt conſiderandę uniuerſaliores, & quatenus ſunt in potentia ad multa indiuidua

DE TRVNCO.

TRuncus eſt commune & uniuerſale corpus, ſenſu uniuerſali præditum, in quo ſunt particularia corpora ſenſualia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

potentialiter contenta; per sensum uniuersalem intellige sensum communem in prædicando, non in apprahendendo, quia de hoc in sequenti arbore tractabitur.

DE BRANCHIS.

Sex Branchæ

BRanchæ sunt sex sensus exteriores. scil. uisus, auditus, odoratus, gustus, tactus & affatus, de quibus breuiter nonnulla dicemus. Hos sensus considerare oportet nō ratione operationis, quia operationes horum sunt flores, neq; ratione obiecti, quia obiecta sensibus percepta sunt huius arboris quidam fructus, sed quatenūs sunt potentiæ operatiuæ. Vt autem horum sensuum natura magis cognoscatur, quædam etiam de obiectis dicemus, à quibus ipsi habent distinctionem. Visus inter sensus omnes est potentia magis cognoscitiua teste Arist. in prohemio Metaphisicæ, quia eius obiectum quod est Lux, lumen, & color, in pluribus reperitur subiectis, quàm obiecta aliorū sensuum. Huius potentię organum est oculus, sua natura chrystallinus & aqueus, in cuius centro uisio perficitur. Hic sensus necessarius est ad scientiam, quæ per inuentionē acquiritur. Oculus dicitur uidere, quia actum uidendi in se habet; Anima videt, quia est efficiens. Potentia quoq; uisiua videt, quoniā est uisionis proximū efficiens ac quasi instrumentale. Auditus, cuius vis est apprahendere sonos & voces, in quodā aereo cōsistit, quod membranulam quandam in aure positam circundat, atq; species sonorū ab extrinseco agente causatas recipit; & ne destrui possit aereum illud specierum susceptiuum, à natura ipsa eius organum, auris nempe, dispositum est, vt per diuersas curuationes quæ in aure apparent, prius aer soni speciē deferens frangatur, antequā aereum illud pertingat; quoniā si recto tramite aër commotus ad auditū deueniret, de facili eū læderet:

De Visu. Ar. in prohemio. Metaphor.

Organum Visus.

De auditu.

De olfactu.

Hæc potentia est necessaria ad scientiarum habitus acquirendos, atq; ad memoriā & industriam comparandam. Olfaciendi modū supra manifestauimus, agentes de formis creatis conuenientibus; modo restat ut breuiter definiamus quid sit olfactus. Olfactus igitur est potētia sensitiua odorū apprahensiua, mediante aër vel aqua. Huius potentiæ organū in eodem loco ostendimus, quod dicitur participare de ignea natura. Olfaciendi modus non omnibus animantibus est idem; quædam enim per respirationē olfaciunt; sicuti homo & animalia perfecta; & hoc ideo istis accidit, quia nisi caruncułæ quodam operculo sunt munitæ, ne ab obiecto organum lædatur, quod per respirationē aperitur, ac olfactus perficitur; hinc est quod in aqua olfactus fieri non potest quia nec respirandi actus eo in loco conceditur. Animantia verò imperfecta, per respiratio-

Olfaciendi modus diuersus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nem

nem non percipiunt odores, quoniam sunt semper odores illis præsentes; vt de muscis, formicis & alijs id generis patet. De obiecto gustus multa diximus, vbi de saporibus verba fecimus; quid verò gustus sit, remanet explicandum. Gustus est potentia sensitiua ac saporis appræhensiua in lingua, mediante humido saliuali. Per illam particulam (in lingua) positam in definitione, organũ gustus vel potius membrũ quo fit gustus ostenditur. Et ne ignores quomodo fiat gustus, scire te oportet, à cerebro quendam neruum descendere & per linguam totam esse extensum ad retis instar, qui neruus est situatus sub carne illa porrosa quæ in linguæ superficie existit; & cum sit totus plenus spiritu quodam fumali gustatiuo, ab humore saliuali species saporum ad ipsum deferuntur, atque efficitur gustus. Tactus, cuius obiectum sunt qualitates primæ & secundæ, est potentia quædam qualitatis tangibilis apprehensiua per neruum quendam in toto corpore extensum, mediante carne. Vnde scire debes maximam esse inter doctos viros controuersiam de huius potentiæ organo; quidam inquiunt, esse cor, alij neruum, nonnulli carnem; cum omnibus idem poteris asserere; intelligendo cor esse radicale organum, non tactus solum sed aliarum etiam potentiarum; neruus verò est organum deferens species; caro suscipiens per instrumenti modum; caro denique neruosa est totale organum. De eius quoq; vnitate vel multiplicitate multæ sunt lites, quas sic poteris sedare. Plures sunt tactus non ratione diuersarum formarum substantialium, sed ratione diuersorum contemperamentorum qualitatum; aliud enim est contemperamentum faciens ad percipiendam caliditatem & frigiditatem, aliud respectu humiditatis & siccitatis. Affatus (inquit Lullus) est ille sensus, per quem manifestatio fit in sermone, qui est intra conceptus, & dat exempla. Sicut homo qui loquitur illud quod cogitat, & auis similiter; sicut etiam gallina quæ clamat ad filios suos.

Gustus quid.

Gustus quomodo fiat.

Tactus quid.

Tolluntur controuersiæ de organo tactus.

De vnitate & pluralitate tactus.

De Affatu.

DE RAMIS.

RAMI huius arboris triplicis sunt naturæ, vt supra ostensum est de qualibet huius arboris parte; & sunt membra animalium tam interiora quàm exteriora, in quibus fit renouatio per vegetatiuam potentiam, compositio per elementalem naturam, communicatio verò ad sensus omnes per sensitiuam virtutem.

DE FOLIIS.

FOLIA sunt eadem accidentia quæ & in prioribus arboribus reperiuntur, sub triplici tamen ratione considerata;

(c) 2006 Ministerio de Cultura

& hoc ratione ſubiecti à quo denominationem aliquam recipiunt; cum igitur animalia triplicis ſint naturæ, ſic & accidentia in illis ſubiectata conſimilis naturæ fiunt. Non ignoramus hanc contemplationem ſatis eſſe impropriam, ſed ſequimur Præceptorem.

DE FLORIBVS.

OPerationes omnes quæ ab animali prouenire poſſunt, quatenus habet eſſe, viuere & ſentire extrinſecum, flores dicuntur. Nec plura dictat ratio vt de ijs dicamus, cum in quacunque ferè arbore, operationes loco florum habeantur.

DE FRVCITBVS.

Quatuor animalium ſpecies.

FRuctus ſunt animantia omnia ſub quadruplici ratione conſiderata, quorum quædam ſunt ignea quia in igne viuunt, aliqua aërea, quoniam tali loco fruuntur, nonnulla terreſtria, & quædam aquea; diſtinguuntur igitur in quatuor claſſes. Non eſt præſentis negocij animalium ſpecies numerare ac eorundem proprietates oſtendere. Qui de ijs multa cognoſcere cupit, legat Ariſtot. in libris de hiſtoria, de partibus, & de generatione animalium.

DE FORMIS.

INTER formas animantibus conuenientes iſtæ quas modo deliniabimus locum habent, quarum cognitio nõ parum vtilis erit. Et ne duplex ſit labor noſter, formas vnà coniungere volumus, quæ animali conueniunt, quatenus eſt exterioribus ſenſibus ac interioribus ſenſitiuum.

1 Appræhenſio.
2 Appetitus ſenſitiuus.
3 Aſſenſus.
4 Aſtutia.
5 Audacia.
6 Affatus actus.
7 Æſtimatio.
8 Auditus actus.
9 Abſtractio.
10 Cognitio vniuerſalium.
11 Cognitio particularium.
12 Comparatio.
13 Concupiſcentia.
14 Conſeruatio ſpecierum.
15 Complacentia.
16 Deſiderium.
17 Delectatio.
18 Dolor.
19 Deſperatio.
20 Diſplicentia.
21 Diuiſio complexorum.
22 Diſtinctio.
23 Diſcurſus.
24 Electio impropria.
25 Generare ſibi ſimile.
26 Guſtare.
27 Iudicium.
28 Imaginari.
29 Ingenium.
30 Ira.
31 Memorari.
32 Odorate.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

33 Phan-

33 Phantasia.
34 Prosequutio.
35 Fuga.
36 Reminiscentia.
37 Respiratio.
38 Sentire.
39 Tangere.
40 Timor.
41 Tristitia.
42 Dormitio.
43 Vigilia.
44 Somnium.
45 Spes.
46 Tactus.
47 Tremor.
48 Visio.

DE ARBORE IMAGINALI.

PARTES omnes huius arboris sunt similitudines & simulacra præcedentium arborum, quo ad partes omnes, quatenus in potentijs interioribus recipiuntur. Potentiæ interiores sunt istæ, scil. sensus communis, Imaginatiua, Æstimatiua vel cogitatiua, Phantasia & Memoria sensitiua; de quibus omnibus potentijs aliqua sumus dicturi, vt cognoscatur magis qualiter sint diiudicanda simulacra quo ad eorũ distinctionem & etiam naturam. Et licet Lullus tantũ de Imaginatiua mentionem fecerit, non ob id tententiæ suæ refragamur, quia vt Agrippa in Commentarijs suis in artem eiusdem breuem inquit. Per imaginatiuam sunt accipiendæ potentiæ omnes interiores. Sensus communis talis dicitur quia ab eo potentiæ exteriores suas habent sensationes, atque illarum omnium species in eo recipiuntur, tanquam in illo quod habet vnius sensus species, à speciebus alterius distinguere & segregare. Nerui quidam ab anteriori parte cerebri, in quo loco sensus communis situatus est, descendunt ad organa sensuum, quibus sensationes fiunt, per quos pariter species in sensu communi recipiuntur. Huius sensus necessitas est, vt de sensuum exteriorum speciebus iudicium faciat, vnam ab alia distinguendo, atq; vt sit aliqua potentia quæ cognoscat visum videre, auditum audire, & sic de reliquis sensibus; ipsi enim ob eorum materialitatem nequeunt supra se ipsos vel proprias operationes actum habere reflexiuum; qui tamen sensui communi non repugnat. Imaginatiua sensum communem statim sequitur, cuius proprium est species ab eodem sensu receptas conseruare & retinere; nam sensus communis tantum retinet species exteriorum sensuum dum in obiecta tendunt, in imaginatiua autem diu conseruantur. Æstimatiua hoc habet priuilegium vt imaginatiuam sequatur, atque ex sensatis speciebus in imaginatiua reseruatis intentiones eliciat non vllo sensu perceptibiles. Per æstimatiuam canis elicit ex specie obiecti in imaginatiua seruata, aliam speciem quæ inimicitiam vel amicitiam repræsentat, qua fugam vel accessum eligit. Æstimatiua in homine co-

De Sensus cõmunis natura ac eius necessitate.

De imaginatiua eiusq; officio.

De æstimatiua vel cogitatiua eiusq; officio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

gitatiua nominatur cum excellentiorem in eo habeat gradum quàm in brutis; bruta enim hoc habent à natura vt ex ſenſatis, ſpeciem talem vel talem inſenſatam eliciant; at homo cum collatione quadam vel diſcurſu intentionem aliquam elicit.

De Phantaſia eiusq; officio.

Quoniam verò certa experientia ſumus edocti, nos interdū fabricare chimeras vel talia, quæ in rerum natura quoad ſe tota non reperiuntur aliquando plura in vnum coniungendo, & aliquando quædam alicui rei conuenientia remouendo: ideo potentiam quandam horum mirabilium effectricem conſtituunt philoſophi, quam phantaſiam vocant. Nec harum potentiarum conſtitutio multum prodeſſet, ſi quædam potentia non daretur earum ſpecierum conſeruatricem, quæ ab æſtimatiua vel phantaſia ſunt fabricatæ, ideo alia potentia dari neceſſarium

De Memoria ſenſitiua.

eſt, quæ appellari poteſt Memoria ſenſitiua; quæ non eſt eadem cum intellectiua vt quidam ſatis inefficaciter probant, ac exiſtimant. Et ſic completus eſt ordo valde admirabilis inter haſce potentias. De reminiſcentia, nihil omnino dicere volumus, cum à memoria non differat, niſi in quantum memoriæ ſunt propriæ ſpecies, reminiſcentiæ verò alienæ. Secundum has potentias ea quæ in præcedentibus arboribus continentur, conſiderari poterunt.

DE RADICIBVS.

Species formaliter vel virtualiter repraſentãt.

SImilitudines radicum realium arborum præcedentium, huius arboris ſunt radices, vt tales ſimilitudines formaliter vel virtualiter interioribus potentijs obiecta oſtendunt. Addere has particulas neceſſarium fuit, ſcil. formaliter vel virtualiter, quia non omnes radices proprias habent ſpecies eas repræſentantes, ſed virtute aliarum notæ fiunt; vt poſſumus de bonitate, veritate, & alijs dicere. Hoc idem de quibuſdam alijs intelligere poteris, nempe de relationibus tam intrinſecus adueni-

Relationes quomodo cognoſcantur.

entibus quàm extrinſecus; quæ ratione fundamentorum tantum cognoſcuntur.

DE TRVNCO.

ARBORIS imaginalis truncus ex ſuis radicibus conſtat; atq; eſt ſimilitudo confuſa truncorum reliquarum arborum, de quibus tractauimus: in quo ſunt ſimilitudines truncorum particularium. Qui ſint iſti trunci per hunc repræſentati non eſt opus repetere, cum ſupra bis ſaltem hoc manifeſtatum ſit.

DE BRANCHIS.

BRanchæ iſtius arboris ſunt ſimilitudines brancharum arborum, de quibus ſupra. Quoniam verò non omnes illæ brancha

(c) 2006 Ministério de Cultura

chæ ſuam poſſunt cauſare ſimilitudinem, vt patet de potentia viſiua, auditiua, guſtatiua, tractiua, & alijs in arbore ſenſuali numeratis & declaratis, ac etiã de branchis vegetantis; quia interiores potentiæ obiecta potentiarũ exteriorum cognoſcunt, non autem ipſas potentias, niſi per operationes & actus; ideo ad actus vel ad talia quæ in earum cognitionem ducunt, recurrendum eſt.

DE RAMIS.

QVEMADMODVM dictũ eſt de radicibus trunco & branchis, ſic de ramis aliarumq; partium dicendum eſt; huius enim arboris rami ſunt ramorum ſimulacra arborum elementalis, vegetantis, ac ſenſitiuæ.

DE FOLIIS.

EA optimè ſunt notanda quæ de radicibus branchisq; dicta ſunt pro foliorum meliori notitia. Folia ſunt ſimilitudines foliorum trium priorum arborum, pro vt in aliqua interiori potentia recipiuntur.

DE FLORIBVS.

PRo floribus arboris elementalis, vegetalis & ſenſualis, operationes aſſignatæ ſunt, quarum ſpecies in potentijs interioribus exiſtentes, flores huius arboris ſunt. Elementare igitur, vegetare ac ſentire ſenſui communi vel alij potentię per ſpecies repræſentata, loco florum ſunt acceptanda.

DE FRVCTIBVS.

NON eſt iterum opus oſtendere quos fructus ſub ſe deſcriptas arbores contineant, quoniam ſufficienter explicati ſunt; quorum omnium idola ſenſibus internis præſentia, arboris imaginalis ſunt fructus.

DE ARBORE HVMANALI.

NON incongruè arbor quam modo contemplari debemus, humanalis vocatur, quia de homine principaliter & ſecundariò de ijs quæ ad hominem pertinent in eius conſideratione veniunt examinanda. Satis notũ eſt hominem duas in ſe naturas habere, quarum vna corporea eſt & altera ſpiritualis; ratione naturæ corporeæ cum habeat eſſe, vivere, ſentire & imaginari, illa omnia quæ de quatuor præcedentibus arboribus quoad partes omnes dicta ſunt ſibi conueniunt; de quibus verba non ſumus facturi; monendo ſtudioſos vt in applicatione eorum quæ ſunt hominis, id obſeruent quod in prædictis arbo-

gibus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ribus notatum est. Naturam eius spiritualem secundum ordinem superius obseruatum manifestabimus, ostendendo quas partes sibi conueniant.

DE RADICIBVS.

Inter huius arboris radices nõ est contrarietas & quare.

HIVIVS naturæ radices spirituales sunt, cum & ipsa sit spiritualis; inter quas tamen non est annumeranda contrarietas, propriè contrarietatem accipiendo, quia in ea nec qualitates reperiuntur, in quibus fundatur. Si verò contrarietas consideretur pro repugnantia aliquorum duorũ aliquod tertium diuidentium, ibi vtique reperitur, ac in omnibus quæ sub ente continentur; & verius in ijs quæ ratione differentiarum & non modorum intrinsecorum ad inuicem pugnant.

DE TRVNCO.

Particulæ explicantes definitionẽ.

TRVNCVS est quædam substantia generalis & confusa, quæ plurimas substantias particulares ac spirituales, sed corporibus natas coniungi in ratione formæ informantis, dicitur potentialiter continere. Non absque ratione in hac definitione plures particulæ explicatiuæ sunt positæ, vt magis huius trunci natura cognoscatur, ac discrimen huius à trunco arboris angelicalis.

DE BRANCHIS.

NATVRA hæc spiritualis tribus branchis constat, quarum prior intellectus est, posterior voluntas, & tertia memoria, de quibus breuiter aliqua explicabuntur. Intellectus inter potentias spirituales prior est ordine saltem naturæ, cui potentiæ interiores ac exteriores materiales, tanquam ancillæ deseruiunt: quoniam eius officium est omnia intelligere vt melius statim manifestabitur; & intellectionem à sensibus accipit. In intellectum agentem partitur ac possibilem. Agens proprium nomen retinet, ac vlterius actiuus & productiuus dicitur: ideo intellectus est agens, quia materiales species à sua materialitate purgat, atque ad tantam spiritualitatem deducit, quod postea sunt aptæ vt intellectũ possibilem moueant; actiuus quatenus patientem intellectum tanquam correlatiuũ respicit; ob id de illo fertur quod eius proprium est omnia facere, quod intellige formaliter vel virtualiter: vel transmutare de ordine in ordinẽ, de ordine, sc. sensibiliũ in ordinem intelligibiliũ; possibilis verò proprium est fieri omnia; i. cuiuscunq; obiecti intellectionẽ & omnem recipere, licet omnem nõ possit producere: Idem intellectus productiuus etiam nominatur, quia secundum Scoti sententiam ad causandam intellectionẽ concurrit, quia est eadem

De Intellectu.

Quare intellectus sit agens, actiuus & productiuus.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

res

res cum intellectu possibili. Intellectus agens in Angelo quoque reperitur, pro vt est actiuus & productiuus. In Deo verò, quatenus est tantum productiuus; vt verò agens est vel actiuus nequaquam: de primo patet, secundum verò sic faciliter ostenditur, quia in diuinis passum non reperitur, quod est actiui correlatiuum; & vno relatiuorum remoto, alterum quoque remouere necesse est. Possibilis intellectus recipit, patitur, & producit; recipit species, patitur ab intellectu agente, & producit cum specie notitiam. Voluntas potentia est quædam intellectu posterior, non loco vel situ, sed ordine naturæ vel præsuppositionis, quia huius virtutis operatio intellectus operationem præsupponit; nam ad voluntatem attinet (si bona est & diuinæ voluntati conformis) bonum eligere & malum abhorrere & refuturare si verò mala, omnia peruertit. Arbitrium verò ad intellectum spectat, quod ab electione præsupponitur. Istius potentiæ obiectum est ens sub ratione boni; siue bonum sit verum, siue simpliciter bonum, siue apparens, vel præfixum. Et licet in se sit cœca, tamen nobilior dicitur intellectu, ratione actus quem circa Deum elicit, ac etiam habituum quibus informatur. Memoria intellectiua est illa facultas quæ species ab intellectu receptas conseruat; & idem est quod intellectus cum specie intelligibili. Raymund. Lullus de his tribus branchis differendo eis applicat formas conuenientes, quam prolixitatem vitamus, cum modum applicandi formas entibus omnibus, tùm per animaduersiones tum per explicationem tradiderimus.

Intellectus possibilis recipit, patitur & producit. De Volũtate.

De Memoria.

DE RAMIS.

Rami enumerantur.

RAMI istius naturæ sunt concreta essentialia brancharum, scil. intellectiuum, intelligere, & intelligibile ipsius intellectus; volitiuum vel nolitiuum, velle & nolle, vollibile vel nollibile, voluntatis: memoriæ verò memoratiuum, memorari, memorabile. Sub istis explicatarum potentiarum concretis essentialibus, omnia entia continentur, in ratione obiectorum, actu, potentia propinqua, & remota, apprehensibilium.

DE FOLIIS.

SUo modo naturæ isti folia conueniunt, quæ supra alijs arboribus conuenire docuimus; verum tamen est, quod absq; labore vllo & melius cathegoriæ à nobis traditæ poterunt applicari. Si per cathegorias Aristotelis de spirituali natura finita & limitata differere volueris, quantitatem tibi fame discretã, qualitatem innatam vel acquisitam, relationem ad principium eius productiuum aut conseruatiuum vel etiam ad operatio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nes

nes diuersas quam operatur, actionem per mouentis & informantis modum, aut mouentis tantum; passionem quatenus primi principij recipit intellectionem; & sic de alijs suo modo. Si verò per omnes illas cathegorias nequaquam poteris discurrere ad proprias confugito. Ray. Lullus hanc arborem examinando per categorias omnes, vbi de habitu differit artes mechanicas ac scientias enumerat; & ratio quæ monit ipsum ad pertractandum de ijs hoc in loco & non in categoria de qualitate, est, quia facultates istæ quas sub breuitate tangemus in fine huius operis, plures adiungendo, quas Agrippa in lib. de Vanitate scientiarum enumerat, habitus sunt artificiales, qui à naturalibus emanant. Nolo discutere an benè hoc in loco de ijs disseruerit vel malè? & an eius ratio valeat? Secundum varietatem harum facultatum vel habituum earundemque proprietatum multæ formæ poterunt huic arbori assignari, quatenus natura corporali ac spirituali constat. Habitus isti ferè omnes, homini conueniunt non ratione animæ tantum, sed coniuncti.

Artes & facultates omnes in capite libri numerantur, & assignantur propria obiecta.

DE FLORIBVS.

OPerationes ab anima rationali prodeuntes sibique peculiares & non coniuncti, sunt huius arboris flores quo ad alteram partem considerate. At operationes quæ anima concurrente ac corpore, sunt flores arboris humanalis ex corporea & spirituali natura constitutæ.

DE FRVCTIBVS.

Quare animam anima non generet.

NECESSE est hic fructus considerare, vt ab arbore hac ex vtraque natura constituta proueniunt, quoniam ratione spiritualis naturæ fructus nulli dari possunt in esse simpliciter producti, quia anima animam non generat nec producit, ob immaterialitatem qua se perpetuo conseruare potest in indiuiduo. Fiunt etenim in corruptibilibus generationes vt talia in æuum conseruentur, saltem in specie. Generat tamen anima secundum quid, quatenus obiectum quod potentia erat intelligibile, diligibile & recolibile, fit actu tale virtute intellectus, voluntatis, vel memoriæ, quarum virtualem saltem imaginem gerit, ad instar fructus respectu suæ causæ vel arboris. Fructus in arbore hac duplex à Lullo assignatur, quorum primus dicitur existentiæ, & alter operationis; prior est homo indiuiduus in esse productus, secundus hominem indiuiduũ consequitur, scil. dilectio Dei, honor, seruitus &c. omnia, quibus erga Deum tenetur homo. Considera hominis proprietates & inde multas formas tibi construe; quasdam tamen assignare volumus, vt additum tibi pateat.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

1 Intelligere cum discursu.
2 Reminisci.
3 Libertas.
4 Rationalitas.
5 Risibilitas.
6 Flebilitas.
7 Disciplinatio.
8 Docendi actus.
9 Loquutio.
10 Compositio intellectiua } vera & falsa.
11 Diuisio intellectiua }
12 Portio superior.
13 Portio inferior.
14 Syndæresis.
15 Conscientia.
16 Prohibitio.
17 Promissio.
18 Præceptum.
19 Comminatio.
20 Ignorantia.
21 Error.
22 Dubitatio.
23 Portio superior.
24 Portio inferior.
25 Character.
26 Dignitates variæ.
27 Prudentia.
28 Experientia.
29 Redemptio.
30 Attritio.
31 Contritio.
32 Pœnitentia.
33 Satisfactio.
34 Obseruatio legis.
35 Originalis peccati infectio.
36 Fides.
37 Spes.
38 Scientiæ omnes.
39 Artes omnes.
40 Virtutes omnes morales.
41 Vitia omnia.

DE ARBORE MORALI.

IN arbore morali virtutes & vitia considerari debent, quæ cum maximè ad inuicem opponantur distinctas habent species, operationes ac effectus, ideo & sub distinctis arboribus considerabuntur; quoniã verò virtus est habitus, vitium q; priuatio, quæ per habitus cognitionẽ cognoscitur, ob id primo de arbore v rtutis erit sermo Satis notum est sapientib. virtutem omnem aut acquisitam esse aut infusam, acquisitam q; partiri in intellectualem & moralem; hoc in loco intellectualis virtus quæ pariter in sapientiam, scientiam, intellectum, artem, & prudentiam non est considerandа, sed moralis, ac etiam illa quæ à Deo immediatè creatur. Tres priores intellectualis virtutis partes (vt compendio se ratione obiectorum omnes cognoscantur) circa speculabilia versantur, nempe sapientia circa altissimas causas cuius proprium est de omnibus iudicare, scil. de ijs quæ ad intellectum & ad scientiam pertinent. Scientia verò circa conclusiones necessarias negotiatur, sed intellectus circa prima principia, quorum cognitio nobis naturaliter est indita; pro vt per terminorum simplicem apprehensionem statim incomplexi notitiam deuenimus; duæ autem posteriores circa operabilia versantur, ars circa factibilia, quæ transeuntẽ operationem exposcunt, prudentia verò circa agibilia, quæ immanentem item

Diuisio virtutis.

De virtutibus intellectualibus earumque obiectis. Quæ in hac arbore considerantur.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

nentem actum requirunt; qui actus talis dicitur, quia eius à quo elicitur est perfectio; de transeunte secus est, quoniam in exteriorem materiam recipitur ac passum perficit. Morales virtutes quædam sunt circa operationes, nonnullæ circa passiones, aliquę sunt principales vel cardinales, & aliquę minus principales. Infusæ sunt tres, scil. Fides, Spes & Charitas, de quibus omnibus inferius vbi de branchis tractabimus, multa scitu digna manifestabuntur.

DE RADICIBVS.

Radices huius arboris sunt de quinque naturis. Verba Lulli recitantur.

TRADIT Lullus quod huius arboris radices sunt similitudines earum radicum, quæ humanalem arborem firmant, quinque modis consideratæ, videlicet sub ratione elementali, vegetali, sensuali, imaginali, & substantiæ spiritualis corpori vnibilis. Dat exemplum de bonitate morali quatenus partibus enumeratis conuenit, inquit ens Est bonitas moralis sub ratione elementationis: sicut homo bonus qui vtitur elementatis ordinatè, in quantum ipsa ad finem applicat, & dat exemplum de pane ac pecunia, ex quibus pauperibus eleemosynæ erogantur. Bonitas moralis est similitudo bonitatis vegetalis, in quantum homines benè ipsis vegetatis vtuntur. Est bonitas moralis sub ratione sensualitatis; sicut homo bonus qui benè vtitur sentire in videndo & audiẽdo. Bonitas moralis sub ratione imaginationis cõsistit, sicut homo bonus qui res imaginatur, & ex imaginatione trahit bona significata, quæ applicat ad bonas operationes. Et demũ ad animæ intellectiuæ actus deueniens ait. Est bonitas moralis recolere bonũ, intelligere bonum, & diligere bonum; & bonitas est magna secundũ magnitudinẽ horum actuũ. Per ea quę hoc in loco dicta sunt, verba Lulli reciendo, non erit vlla ex parte difficile per reliquas omnes radices discurrere, non solum per comparationem ad morales virtutes, sed etiam theologicas. Quando Raym. dicit: Huius arboris radices esse similitudines, non est accipienda similitudo pro relatione, aliter virtutes nõ essent absolutæ, quod falsum est, cum in prædicamento qualitatis reponantur; sed pro fundamento similitudinis, & quatenus ab obiectis, circa quæ sunt operationes virtuosæ aliquam speciem vel denominationem recipiunt.

Qualiter verba Lulli sint intelligenda.

Nota.

Nota etiam quod largo modo arbor hæc dicitur moralis ac partes suæ, quoniam in hac virtutes theologicæ considerantur, quæ ratione essentiæ, obiecti, ac principij à quibus habent esse, moralibus opponuntur.

DE TRVNCO.

EX radicibus supra numeratis truncus consurgit, in quo potentialiter reliquæ arboris istius partes continentur, & nihil aliud

(c) 2006 Ministerio de Cultura

aliud est quàm mos confusus & generalis. Mos à quo virtutes morales denominantur, licet pro consuetudine possit accipi, quatenus ex consuetudine oritur inclinatio quædam, qua virtus appetitiua mouet & dirigit potentias omnes sibi subiectas ad rectè operandum; propriè tamē mos quandam inclinationē importat naturalem vel quasi naturalē in appetitu intellectiuo existentem, & ab hoc propriè morales virtutes nominantur.

Mos duplex & à quo virtutes tales denominantur.

DE BRANCHIS.

BRanchæ sunt virtutes morales ac theologicæ; quarum priores nonnullæ sunt principaliores & quædam minus principales, de quibus omnibus dicendum est aliquid. Prius tamen considerare necesse est morales virtutes non omnes intellectuales habitus prærequirere, sed quosdam, videlicet intellectum & prudentiam; intellectum vtique quatenus per ipsum prima principia cognoscuntur tam speculabilia quàm operabilia; prudentiam verò pro vt consiliat & inquirit de ijs medijs quę conuenientia sunt ad finem acquirendum, cui Philosophus adiungit Eubuliam, qua benè consilium dicitur, Synesim quæ secundum legem communem de agendis iudicat, & Gnomen qua de ijs iudicatur in quibus lex communis deficit: nec est imaginandum quod consilium ac iudicium prudentiæ attributa sint actus eius immediati, sed quia ab ea perficiuntur medio virtutum sibi subiectarum, idco ei coniunguntur. Et ne id omittamus quod principaliter inuenimus; de virtutibus istis nonnulla sunt cõsideranda. Nimis prolixi essemus si omnia quę de virtutibus possent dici, etiam sub compendio, tradere vellemus. Priores quatuor virtutes de quibus immediatè tractabitur, dicuntur Cardinales, quoniam per illas humana vita disponitur ac regulatur magis, quàm per reliquas. Harum virtutum sufficientia ex Beda habetur. Inquit enim; ob Adæ peccatum quatuor nobis vulnera esse inflicta, ignorantiam, scil. cui aduersatur prudentia, malitiam, cuius oppositum est iustitia, infirmitatem, cui obstat fortitudo, atque concupiscentiam, cui qua temperantia pugnat.

Intellectum & Prudentiã requirũt morales virtutes.

1. Eth. Eubulia, synesis, Gnomen quid.

Beda. Sufficientiã Virtutũ cardinalium.

Iustitia primo loco à Raym. ponitur, qua homines reddunt vnicuique quod suum est, iuxta D. Bonauenturæ sententiam iustitia interdum strictissimè consideratur, & est rectitudo quæ obseruatur in pœna infligenda iuxta exigentiam culpæ; quandoque communiter, & est rectitudo quælibet in anima qua homo à malo declinat vel bonum operatur. Istis duobus modis iustitia non est virtus cardinalis, vt satis potest patere; sed propriè iustitiam accipiendo, tunc est virtus illa de qua quærimus, & quam ex intentione Lulli definiuimus.

De Iustitia. In 3 sententiarum dist. 33. quæst. 1.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ex dictis supra, satis patet quid prudentia sit, quæ licet essentialiter sit intellectualis virtus, tamẽ secundum materiam cum moralibus numeratur. Raym. sic Prudentiam definit. Prudentia est illa virtus ratione cuius homines sapientes eligunt ea quæ sunt bona, & vitant ea quæ sunt mala. Multa in huius definitionis explicatione essent dicenda, si prolixitatem non uitaremus, hoc tamen scire decet, electionem tantummodo ex consequenti prudentiæ conuenire, in quantum electionem per consilium dirigit. Octo sunt partes prudentiam integrantes, quarum quinque sibi conueniunt vt est cognoscitiua, scil. memoria, ratio, intellectus, docilitas ac solertia, tres verò vt præcipit, scil. prouidentia, circumspectio, & cautio, de quibus tractat D. Thomas in secunda secundæ.

De Prudentia.

Definitio Lulli.

Octo partes prudentiæ.

quæst. 48. per totum.

Fortitudo secundum Lullum est habitus & virtus, per quam homines sunt fortes contra vitia, & nituntur ad lucrandum virtutes. Huic definitioni alludit Tulij descriptio, inquientis. Fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpessio. Hæc virtus magis à potestate perficitur quàm ab alijs radicibus, quia principalior eius actus est immobiliter sistere in periculis, quod potestatem maximam dicit, vnde & Aristot. vult quod in sustinendo tristia maxima, aliqui fortes dicantur sed minus principaliter; Non omnis fortitudo est Cardinalis virtus, quia si pro fortitudine accipiatur firmitas quædam animi, tunc conditio est quædam omnium virtutum quarum proprium est firmiter & immobiliter operari vt inquit D. Thom.

De Fortitudine.

Lib. 3. Ethi.

2a. 2æ. quæst. 123. art. 2.

Per temperantiam reprimuntur concupiscentiæ & delectationes, non quæ sunt secundũ rationem, sed quæ rationi aduersantur, & quatenus tales delectationes sunt carnales; vnde Isidorus ait, Temperantia est qua libido concupiscentia q; refrenatur, & Arist. vult temperantiam esse delectationem tactus moderatiuam. Nec ea quæ à D. August. dicuntur his refragantur, quando ait. Temperantia est in coercendis ijs quæ nos auertunt à lege Dei, quoniam ibi loquitur de temperantia, quæ est generalis virtus & non specialis. Certum namq; est quemlibet sensum suam habere delectationem, quæ interdum inordinata est atq; rationi repugnans, quæ si reprimatur, hoc fit merito temperantiç largè sumptæ. Propriè autem sumpta temperantia est circa tactus passiones vt dictum est, vel circa tactum principaliter & secundariò circa reliquos sensus. Hæc virtus æqualitate potius quàm cæteris radicibus fruitur vt tradit Lullus, quia cum iustitia maximam habet concordantiam, cuius proprium est æqualitatem possidere. Virtutes istæ de quibus loquuti sumus procul dubio acquisitæ sunt, si in adultis eas consi-

De Temperantia.

Lib. Etym. lib. 3. Ethi. c. 1. in lib. de mor. eccl. ca. 19.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

consideremus, quæ tamen Deum largiri in baptismo credendum est, cum totam perficiat animam, non in his tantum quæ finis sunt, scil. Fide, spe & charitate, sed etiam in ordinatis ad finem, quemadmodum sunt prædictæ virtutes.

Quemadmodum homini respectu eorum quæ eius facultatem non excedunt virtutes conueniunt, quibus mediantibus potest optatum finem consequi, ita & respectu eorum quæ eius capacitatẽ excedunt ad quæ tamen ordinatur, quædam ei quoque debent conuenire, quibus illa possit attingere. Quæ humanam excedunt facultatẽ est ipse Deus ac beatitudo, intellectu & voluntate attingibilia, quatenus intellectus per fidem informatur, vt ea quæ lumine naturali percipi nequeunt, vera esse credat, & voluntas per spem in Deum moueatur, ac per charitatem eo fruatur. Hæc dicere voluimus ad ostendendam virtutum theologicalium sufficientiam, sed quid quælibet sit modo ostenderur. Fides, spes & charitas ideo theologicæ virtutes dicuntur, quoniam theologicum obiectum respiciunt, nempe Deum super omnia benedictum, & in hoc nullam inter se habent maioritatem vel minoritatem, licet ea ratione qua vna propinquior est Deo alia, secus opinandum sit; nam charitas quæ amato amans coniungit, fide ac spe perfectior est, cum istæ quandam distantiam significent, illa verò coniunctionem, propter quod de ipsa dicitur. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.

Humanam facultatem excedentia.

Virtutes theologicæ quomodo se excedant & non.

1. Ioan. 4.

Fides, vt ait Lullus, est virtus quæ compellit intellectum ad affirmandum vel negandum positiuè illa quæ vera sunt. Hic Lullus non considerat fidem theologicam, sed indifferentem ad acquisitam & infusam; quoniam de omnibus quæ vera sunt non est fides infusa, sed de Deo tantum, tanquã de obiecto formali, & de traditis in sacra scriptura vt de obiecto materiali. Fidem igitur veram & infusam optimè D. Paulus definit quando inquit, Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium; nam vt ait D. Thom. Cum actus fidei sit credere ex voluntatis imperio, debet significare ordinem ad obiectum intellectus & voluntatis; obiectum voluntatis est res sperata, fidei verò non visa: quæ duo obiecta explicantur, cum dicitur: Substantia. i. prima inchoatio rerum sperandarum in nobis per assensum fidei; & argumentum non apparentium. i. eorum quibus firmiter assentiendo adhæremus. Quia verò ex frequentatis actibus credendi sperandi ac diligendi Deum, habitus illis actibus conformes generantur, ideo præter infusas hasce virtutes, acquisitas quoque in homine esse affirmare debemus.

Lullus non accipit fidem propriè.

Ad Heb. 11. 2a. 2æ. quæst. 4. art. 1.

Fides, spes & charitas acquisitæ.

Spes cum ex sententia D. August. sit solius boni ardui non

(c) 2006 Ministerio de Cultura

In Enchir. cap 8. De Spe.

ad alium sed ad se pertinentis, ideo ad voluntatem pertinet, cuius proprium est in ente sub ratione boni ferri; & non in quocunque ente bono, sed in illo quod omnem habet bonitatem & perfectissimo modo: hinc est quod Lullus spem definiens, ait.

Spes quid secundũ Lullum.

Spes est virtus quæ facit hominem sperare finem quem desiderat, ad quem venire credit plus per potestatem & bonitatem Dei, aut alterius, quàm per suam bonitatem & potestatem; & idem de magnitudine, duratione, sapientia & voluntate. Nec putare debes, quod quando Raym. ait Aut alterius: quod per hoc velit intelligere in ratione finis, sed in ratione excitantis, cuiusmodi sunt angeli custodes, & boni homines; vel præsupponentis, quia fides prærequiritur speranti; vnde & Glossa su-

D. Thom. 2a. 2æ. q. 17. ar. 7.

per illud Matth. 1. Abraham genuit Isaac: inquit. i. Fides spem. Et quod Raym. loquatur de vera spe, patet, quando ait. Ad quem venire credit plus per potestatem &c. quàm suam.

De Charitate.

Charitas ad voluntatem quoq; pertinet, cum eius obiectum sit Deus sub ratione diligibilitatis, vel proximum vt in Deo. Mandatum habemus à Deo, ait Ioan. qui diligit Deum, diligat fratrem suum. Per hanc enim virtutem vt supra diximus, homo Deo coniungitur, & ob id virtutum omnium est excellentissima, vt etiam D. Paulus testatur vbi inquit.

1. Cor. 13.

Maior horum est charitas. Nec aliqua virtus simpliciter vera sine charitate esse potest, vt idem Paulus eodem loco ait. Si distribuero &c. Charitatem &c. nihil mihi prodest. Raym Lullus connectit

De connexione virtutum secundum Lullum vide exempla.

quamlibet virtutem cardinalẽ cum qualibet cardinali ac theologica, quatenus vna aliam informat; quod vt melius cognoscas, exempla quædam subijcere placuit. De Iustitia & Prudentia ait. Prudentia disponit iustitiæ obiecta sua, in quantum inquirit licita & illicita, quia est operatio intellectus, qui illa intelligit. De Fortitudine & Iustitia. Fortitudo iustitiam fortificat contra iniuriam tunc cum homines fortitudine vtuntur. Sicut iudex cum tentatur vt ob pecuniam det falsum iudicium, ipse considerat fortitudinem multiplicatam ex bonitate, magnitudine, sapientia, voluntate, virtute, veritate & gloria, quæ meliora sunt quàm pecuniæ, & tunc contradicit iniuriæ & fortis remanet in suo iudicio. De Iustitia & Fide. Vult Iustitia quod intellectus seipsum in credendo vera & alta captiuet, licet ea non intelligat. De Iustitia & Spe. Iustitia præparat spei sua obiecta, in quantum iustum est, quod homines maiorem spem habeant in potestate Dei, & in eius bonitate, magnitudine, & voluntate, quàm in potestate creata. Per horum cognitionem tu ipse poteris per omnes virtutes discurrere connectendo quamlibet cum omnibus. Tractat Lullus de quibusdam alijs virtutibus moralibus quæ numero sunt 16. & à prio-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

à prioribus dependent, de quibus breuiſſimis verbis aliqua dicemus.

1. Sanctitas eſt illa virtus, per quam ſancti ſunt innocentes & à peccatis mundi.

2. Patientia eſt virtus, per quam homo patienter omnia ſuſtinet.

3. Abſtinentia eſt, per quam homo ab illicitis cibis ſe abſtinet.

4. Humilitas eſt, per quam homo propter Deum ſe nihil eſſe reputat.

5. Pietas eſt virtus, qua cordis bona affectio ſe extendit ad parentes & patriam, cultum eis exhibendo.

6. Caſtitas eſt virtus, per quam concupiſcentia à ratione caſtigatur.

7. Largitas vel liberalitas eſt virtus, quæ conſiſtit in mediocritate quadam, circa pecunias vel diuitias.

8. Legalitas vel fidelitas eſt virtus, quæ id obſeruare facit quod promiſſum eſt.

9 Per conſtantiam, homo perſeuerat in bono propoſito.

10. Per diligentiam, quæ charitatis ſunt homines quærunt ac pigritiam pellunt.

11. Suauitas homines ligat charitatis vinculo, vt patientiam & humilitatem amplectantur.

12. Conſcientia ratione timoris id cauſat, vt homines bonũ faciant malumque vitent.

13 Timor id efficit, ne Deum aut ad ipſum ordinata homines offendant.

14. Contritio eſt dolor perfectus de peccatis commiſſis, cum propoſito non peccandi amplius.

15. Verecundia, licet non ſit propriè virtus, tamen eſt paſſio quædam laudabilis, qua homo turpitudinem timet.

16. Obedientia eſt virtus, qua homo liber ſe alterius voluntati ſubijcit propter Deum.

DE RAMIS.

PER ramos aliarum arborum poteſt haberi cognitio ramorum huius arboris, ſed potiſſimum per ramos arboris imaginalis. Quos ſi deſtinctius cognoſcere cupis, habeas potentias virtutibus informatas, à quibus conformes proueniant operationes, terminenturq; ad obiecta quædam; & ſic habebis virtuoſæ arboris ramos, qui ad virtutum multiplicationem pariter multiplicari debent.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE FOLIIS.

FOLIA, sunt accidentia de quibus supra multoties loquuti sumus, conformiter virtutibus applicata. Non debes imaginari virtutem positioem locumq; babere propriè, cum sit spirituale quoddam accidens; hæc tamen habet eo modo quo in Caregorijs transcendentissimis explicatum est.

DE FLORIBVS.

FLORES virtutum sunt merita acquisita; & ad virtutum distinctionem sequitur meritorum vel florum distinctio; imò ratione radicum, quæ vario modo virtutes perficiunt, flores diuersi possunt colligi, ab vna eademq; virtute pullulantes.

DE FRVCITBVS.

DUo genera sunt fructuum huius arboris. primum est merces meritorum, quæ variatur ad variationem virtutum, secundum est seruitus ac honor Deo exhibitus virtuosè.

ARBOR VITIORVM.

IN hac arbore considerantur vitia virtutibus oppesia priuatiuè; quorum cognitio non parum proderit ad virtutes cognoscendas, de quibus actum est: nam oppositum in oppositi cognitionem aliquam, deducit.

DE RADICIBVS.

HUius arboris radices principaliores quatuor sunt, videlicet malitia quæ bonitati opponitur, stultitia sapientiæ, falsitas veritati, priuatio finis, fini positiuo; quæ tamen ab alijs radicibus exceptis bonitate, sapientia, veritate, & fine informantur, ac eas informant; vnde non minus verum est dicere. Stultitia magna, durans, appetibilis, cognoscibilis, &c. quàm magnitudo stulta, falsa, mala, ac fine priuata: discurrendo per radices omnes tam absolutas quàm respectiuas, huic arbori conuenientes.

DE TRVNCO.

TRuncus ex radicibus suis constat, qui dicitur mos confusus & generalis sed paruus, in quo particularia vitia sunt potentialiter contenta, quæ per liberum agens ad actum reducuntur, pro vt voluntas inordinata id quod deberet refutare, eligit.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE

DE BRANCHIS.

PER ea quæ de branchis arboris virtuosæ dicta sunt habent euidentiam satis claram, quæ de huius arboris branchis possunt dici, cum oppositio modo sint considranda. Septem principaliores branchæ assignantur, videlicet Gula, cui abstinentia opponitur; Auaritia cui liberalitas vel largitas aduersatur; Luxuria quæ per continentiam tollitur; Superbia per humilitatē destruitur; accidia per diligentiam; Inuidia per charitatem; & Ira per mansuetudinem vel suauitatem; de quibus omnibus poteris discurrere connectendo quodlibet vitium cum quolibet, quemadmodum de virtutibus dictum est. Ab his pullulant ac emanant vitia alia quæ nominare placet cum suis oppositis. Iniuria est contra iustitiam, indiscretio contra prudentiā, debilitas cordis contra fortitudinem, intemperantia contra temperantiam, infidelitas fidelitati opponitur, desperatio spei, crudelitas charitati, traditio defensioni, homicidium dilectioni proximi, latrocinium liberalitati vel temperantiæ, quia per gulam vt plurimum latrocinium committitur, mendacium veritati, maledictio charitati, impatientia patientiæ, inconstantia prudentiæ & fortitudini, immundicia sanctitati, pigritia diligentiæ, & inobedientia obedientiæ.

Numerantur vitia cū suis oppositis.

DE RAMIS.

RAMI, sunt essentialia correlatiua vitiorum, quibus vitia generantur; sicuti gulæ rami, sunt actiuus inordinatus appetitus comedendi, actus, & correlatiuum; sic & de reliquis vitijs sentiendum est.

DE FOLIIS.

FOLIA sunt nouem accidentia, vitijs conuenienter applicata; quorum nonnulla & vitij naturam solent augere atque mutare; vt satis notum est optimis Canonistis. Si omnia accidentia vitijs omnibus adaptare non poteris, recurre ad transcendentissimas categorias.

DE FLORIBVS.

FLores sunt culpæ à vitijs manentes, quibus homines Deo inimici efficiuntur, atque Diabolo amici; ob culpas homo sic induratur, vt diuinæ gratiæ repugnans in maiora scelera indicat; vnde non inconuenienter dicitur, peccatum peccatum petit.

DE FRUCTIBUS.

DUplex fructus ex culpa sequitur, vnus qui est pœna quam interdum in hoc mundo ac in alio peccatoribus Deus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

intulit, alter qui principalior est, & dicitur bonum vel diuinæ iustitiæ effectus ac manifestatio.

DE ARBORE IMPERIALI.

QUÆ hac in arbore veniunt considerandæ, satis nota sunt ex dictis supra in breui huius arboris descriptione. Ea ratione qua Imperator homo est, sibi omnia conueniunt quæ in prioribus quinque arboribus dicta sunt; quatenus bonus vel malus sub arboris moralis vtraque parte consideratur, & quatenus Imperator hoc in loco contemplandus est, & hoc modo tantum examinabimus.

DE RADICIBVS.

RADICES sunt illæ de quibus in præcedentibus arboribus dictum est, sub ratione tamen imperialis maiestatis consideratæ; quæ si bonæ sunt moraliter vel malæ, & partes omnes huius arboris similes sunt iudicandæ.

DE TRVNCO.

TRUNCUS est vniuersalis persona, cui regimen vniuersale conuenit, in qua potentialiter sunt inclusa particularia regimina, quibus suo modo conueniunt omnes huius arboris partes. Particularia regimina in trunco contenta, reducuntur ad actum per Imperatorem, qui vtitur radicibus vt quælibet à qualibet est informata.

DE BRANCHIS.

BRANCHÆ sunt decem, scil. Barones, qui nobilitatem Imperatoris protegunt atque defendunt. Milites quorum vi ac virtute non solum Imperatoris nobilitas sed eius persona ac subditi defenduntur ab hostibus. Burgenses ad quos pertinet ciuitates regere, & propria priuilegia ac Imperatoris conseruare. Consilium requiritur ad determinandum ea quæ pro imperio sunt necessaria. Vicarij & Castellani, vt redditus congregent. Iudices, quorum proprium est de litibus & controuersiis verum iudicium afferre. Aduocati, qui causas explicant litium iudicibus, ac partem veram tuentur. Sagiones vel nuncij, ad quos spectat reum ante iudicem vocare, ac etiam punire, iuxta iudicis vel Imperatoris decretum. Inquisitores vt inquirant, an à ministris vel alijs agatur contra Principem vel Imperatorem aut subditos. Et tandem Confessarius, ut absque timore Imperatorem reprehendat ac ei persuadeat, vt ea tantum quæ iustitiæ sunt, quærat.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE RAMIS,

PRÆTER ramos in arbore præcedenti descriptos & præcipuè in prima parte, alij septem assignantur, scil. Iustitia, vt quod suum est, vnicuique Imperator reddat. Amor, quo debet sibi creditos prosequi, vt vicissim ab illis diligatur. Timor, prius erga Deum, & etiam ne subditis aliquid iniustum imponatur. Sapientia, qua sciat populum suum regere, & discrimen constituere inter bonum & malum, iustum & iniustum. Potestas, qua potens sit in omni sua operatione. Honor, propter quem omnes eum venerentur ac timeant. Et denique Libertas, qua bonum liberè operetur & malum vitet.

DE FOLIIS, FLORIBVS, Fructuq;.

FOLIA huius arboris sunt antiquæ constitutiones, consuetudines, leges, & decreta, quæ in vnoquoque contractu vel simili operatione obseruari debent; id semper attendẽdo quod adsit quantitas conueniens, qualitas, relatio, actio, passio, situs, habitus, vbi & quando. Sicuti si aliquis rem aliquam venderet, prius vt dixi, sunt obseruandæ constitutiones, & postea tam ex parte vendentis quàm ementis summa præcij pro quantitate; pro qualitate, bonitas rei venditæ atque pecuniarum; pro relatione emptor & venditor, sic de alijs foliis considerando.

De Floribus.

Flores sunt iudicia Imperatoris suorumq; ministrorũ, omnesq; Imperatoris actiones ac operationes relatæ ad sui populi vtilitatem, vel regimen, flores quoque possunt dici, idem censeatur de operationibus ministrorum eiusdem.

De Fructu.

Fructus est pax gentium, vt in pace viuant subditi sui, quò melius Deum diligere possint, eiq; seruire ac obedire. Considerauimus hac arborem quatenus bona, si malam considerabis esse, te ipsum gubernare poteris per ea quæ in secunda parte arboris moralis dicta sunt. Nonnullæ assignantur formæ generales huic arbori conuenientes, quas Lullus tradit.

Emptio.
Venditio.
Commodatum.
Redditio.
Depositum.
Promissio.
Probatio.
Confessio.
Negatio.
Dubitatio.
Statutum.
Procuratio.
Ablatum.
Legatum.
Accusatio.
Excusatio.
Permutatio.
Perditio.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Inuentio.
Datum.
Receptum.
Conditio.
Tormentum.
Vituperium.
Deceptio.
Diffamatio.
Furtum.
Luxuria.
Proditio.
Homicidium.
Blaſphemia.
Inobedientia.
Mendacium.
Indigentia.
Fortuna.
Voluntarium.
Ignorantia.
Obliuio.
Libertas.
Seruitus.
Præſumptio.

DE ARBORE APOSTOLICALI.

QUÆ in arbore iſta ſint conſideranda, manifeſta relinquuntur ex his, quæ in typo arborum manifeſta ſunt.

DE RADICIBVS, TRVNCO, & Ramis.

RADICES ſunt Cardinales virtutes ac Theologicæ, informatæ à radicibus vniuerſalioribus, bonitate, ſcil. magnitudine, & alijs omnibus. Supra manifeſtatum eſt quod eodem modo radices non ſunt omnibus arboribus applicandæ ſed ſecundum exigentiam earum, ideo nõ eſt opus repetere. TRUNCUS eſt perſona generalis, ratione ſpiritualis poteſtatis, & eſt ſummus Pontifex, Petri ſucceſſor & Ieſu Chriſti Vicarius; in quo cæteræ dignitates eccleſiaſticæ continentur potentialiter, reducunturq; ad actum per optimum radicum vſum ſummi Pontificis. Hic truncus poteſt conſiderari quatenus eſt bonus vel malus, cui & conformes radices ſunt applicandæ; non quod natura ſua vnquam poſſint eſſe malæ, ſed ratione praui uſus. BRANCHÆ ſunt Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, Miniſtri, & aliæ perſonæ communes Eccleſiaſticæ, quorum officium eſt, curam eorum gerere qui ſibi crediti ſunt. Eſt optima brancharum & trunci concordantia, qua mediante, inter hæc duo conſurgit perfectio reliquarum radicum, contrarietate excepta, hoc ſuppoſito quod concordantia ſit bona. RAMI ſunt quam plurimi, inter quos etiam ſunt illi ſeptem quos in arbore imperiali explicauimus, proprij verò ſunt decem præcepta decalogi, ſcil. Vnum Deum colere, Sabbatum ſanctificare, Nomen Dei in vanum non aſſumere, Parentes venerari, Teſtimonium falſum non perhibere, Non furari, Non occidere, Non luxuriari, Non deſiderare alterius

Præcepta decalogi.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

alterius vxorem, Neque rem proximi. Honorum præceptorum sufficientiam optimè manifestat Ecclesiæ doctor & Cardinalis D. Bonauenturæ; Nam cum præcepta duplicia sint videlicet primæ tabulæ & secudæ tabulæ. i. quædã respectu Dei, & nonnulla respectu hominum; omnia actu perficiuntur; qui actus si erga Deum est tunc actus dicitur operis vel oris aut cordis; si operis habetur adorationis præceptum, si oris, illud quo prohibetur Dei vana inuocatio; si autem cordis, aliud habetur de Sabbathi sanctificatione. Si verò talis actus est ergæ homines, aut est secundũ innocentiam aut beneficia exhibenda, si hoc modo, præceptum de parentum reuerentia habetur; si primo modo, vel est secundus actum cordis, oris aut operis; si tertio modo, aut est pro conservatione proximi, & tunc habetur præceptum de non occidendo, vel speciei, & sic prohibetur luxuria, vel denig; operis præceptum est de bonorum conseruatione ac possessione, vt est illud Non furari; si oris est, illud habetur, Non falsum testimonium perhibebis; si iuxta cordis actum vel est de non concupiscenda alterius vxore, vel re Et sic est expletus numeres denarus præceptorum. Aliter Ray tradit præceptorum sufficientiam quam pro nunc omittimus. In veteri lege fuerunt ceremonialia & iudicialia præcepta, quæ post Christi passionem fuerunt euacuata, diuersimodè tamen: priora sic, quod non solum sunt mortua, sed etiam obseruantibus mortifera, sed posteriora vtique mortua sunt non tamen mortifera, nisi subditi iussu Principis illa obseruarent tanquam habentia vim obseruationis ex veteris legis institutione, quia tunc etiam mortifera essent. In veteri quoque testamento multa sunt scripta & tradita præcepta, quæ moralia vocantur, quę ad ea decalogi reducuntur, sicuti liquet videre in pluribus scripturæ locis, quæ sunt obseruanda nõ ex vi institucionis, sicuti iudicialia & ceremonialia in veteri lege, sed quia habent efficatiam ex dictamine naturalis rationis.

Lib. 3. sententiar. dist. 37. quæst. 1. Sufficientia præceptorum ostenditur.

De præceptis Veteris legis.

Deut. 18. 24. 15. 13. Leuit. 14. 19. 18. 25. Exod. 23.

DE FOLIIS.

HUius arboris folia quædam sunt propria & quædam communia; propria sunt septem Ecclesiæ sacramenta & regulæ omnes in iure canonico scriptæ, communia verò eadem sunt de quibus in aliis arboribus dictum est. Non conceditur vt diutius Augustæ maneam, propter impedimenta quædam quibus sum coactus iter arripere. Dico igitur quod propter hæc coactus sum breuibus hoc opus absoluere, atque propriæ voluntati morem non gerere. Si hoc non esset, de Sacramentis multa & quidem digna traderem, & in reliquis senten-

Quare autẽ in sequentib. breuis fuerim.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

sententiam Lulli fusius explicarem; diuina tamen adiuuante gratia, breui tempore aliorum desiderio meoq; satisfaciam, vbi artem Raym. breuem explicauero Ecclesiæ sacramenta sunt septem, quæ tantum nominabo, & ad quid sint instituta ostendam. Baptismus ordinatus est ad tollendum peccatum originale, Confirmatio in remedium debilitatis spiritualis. Eucharistia contra facilitatẽ ad peccandum. Pœnitentia contra peccatum actuale. Extrema vnctio contra peccatorum reliquias. Ordo contra dissolutionem multitudinis, & Matrimonium contra carnalem concupiscentiam.

D. Tho. in 3. par. qu. 65. art. 1. De Sacra-

DE FLORIBVS, ET FRVCTV.

Quatuordecim articuli fidei.

FLORES, sunt quatuordecim articuli nostræ fidei, in Symbolo apostolorum explicati, quorum septem pertinent ad diuinitatem, & septem ad incarnationis mysterium. Priora sunt hæc, scil. de vnitate Dei, de personarum trinitate, tribus articulis explicata, de creatione, de sanctificatione, de resurrectione & æterna vita. Posteriora verò sunt de Christi conceptione, natiuitate, passione, morte, sepultura, de descensu ad inferos, de resurrectione, de ascensione & de aduentu ad iudiciũ. Sub vnitate & omnipotentia omnia diuina attributa continentur. Nec inconueniens est, vt quàm plurima naturali ratione cognoscantur, vt de sapientia, bonitate & alijs notum est, quia non sub omni ratione cognoscuntur; naturaliter quoque vnitas Dei inuestigatur, vt optimè Scotus deducit, & tamen de ea fides habetur. Nec mirari debes plures esse articulos de Filio ac Spiritu, quàm de Patre, quia Filius & Spiritus sanctus quibus conuenit ad extra mitti, cum habeant esse ab alio, missi sunt ad sanctificandum totam creaturam intellectualem, de quibus & plura sunt credenda. FRVCTVS est saluatio gentium, & ordinatum ministerium, vt Deus super omnia benedictus honoretur.

II. Sententiarum dist. 2. qu. 3. Quare plures articuli de Filio & Spiritu sancto sint quã de Patre.

DE RADICIBVS, TRVNCO, arbis Cœlestialis.

ISTIUS arboris radices sunt eædem quæ in arboribus supra descriptis sunt consideratæ, scil. Bonitas, Magnitudo, & cæteræ, Contrarietate excepta, quoniam cœlestia corpora alicuius qualitatis corruptiuæ non sunt susceptibilia. Truncus est quoddam corpus commune, natum ad motum circularem ac perpetuum, nequaquam corruptibile virtute agentis creati, cui intelligentia secunda assistit, atque in ratione mouentis est coniuncta. In hoc corpore potentialiter continentur plura corpora

(c) 2006 Ministerio de Cultura

corpora particularia, quæ solũ diuina virtute possunt ad actum reduci, quemadmodum eadem virtute hæc quæ modo sunt, ad existentiam deducta fuere. Quia verò Raym. tantum de septem Planetis mentionem facit, ac præter hos secundum veritatem sit cœlum Empyreum. Primum mobile, Cœlum Chrystallinum & Firmamentum; ideo placuit eos nominare. Empyreum. Empyreum à maximo splendore quasi igneo dictum est; in quo sunt beatissimi spiritus, ac sanctissimæ Triadis sedes, quod intelligerationedignitatis, vel principalioris operationis. Primum mobile. Sequitur hoc primum mobile; ideo sic nominatur, quia à seipso mouetur, quatenus intelligitur cum intelligentia; suus q; motus perficitur spacio 24. horarum, quo motu cæteri orbes mouentur. Chrystallinũ. Chrystallinum, ratione perspicuitatis ac transparentiæ sic dicitur, quod stellis careat. Firmamentum verò stellis fixis & innumeris abundat, quod Astronomi primum mobile vocant. Firmamentum.

BRANCHAE.

IMAGINATI sunt Astronomi in cœlesti sphæra, præter multiplices circulos eam æqualiter vel inæqualiter diuidentes, circulum esse quendam eandem in partes æquales diuidentem, obliquè tamen, cui solum latitudo adscribitur. Duodecim est graduum, quorum sex à reliquis distinguuntur per lineam quandam, quæ Ecliptica vocatur, quia sole & luna per hanc mouentibus eclipsis causatur; vocatur etiã via solis, quoniam nullus planetarum à sole, poterit totum suum motum in hac linea perficere. Iste idem circulus longitudinem habet duodecim signorum, quorum quodlibet triginta graduum longitudinem possidet. Hæc signa nomina sumpsere quorundam animantium, ob stellarum multarum variam dispositionem, quæ ad instar illorum animalium sunt in cœlo apparentia; aut ratione diuersarum qualitatum, quas in hæc inferiora influunt, quæ conspiciuntur habere aliquod in huiusmodi animantibus dominium. Horum signorum nomina ostendemus; qui verò numerum stellarum ex quibus integrantur, cupit cognoscere, ac proprietates, influxus, & similia; consulat huius rei peritos. Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, artica sunt, quia contigua sunt polo artico. Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, & Pisces, antarctica sunt, à polo antartico sic dicta. Quæ omnia signa huius arboris sunt branchæ, à trunco originem trahentes.

Latitudo Zodiaci.

De linea eclyptica.

Quare signa Zodiaci animalium nominibus nominentur.

Signa nominantur.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE RAMIS, FOLIIS, FLORIbus & fructibus.

RAMI sunt septem planetæ, qui ratione motus quem in signis Zodiaci perficiunt, ab illis tanquam à branchis dependent. Primus omnium est Saturnus, qui natura sua maleuolus est, ac nociuus, cum ficcæ ac frigidæ sit complexionis, in quibus vitæ priuatio constituta est. Huic succedit Iupiter totus beneuolus, cui adscribuntur caliditas & humiditas, vitæ conseruatrices. Isti verò proximus est Mars, qui licet noxius sit ratione ficcitatis, caliditate tamen aliquantulum maliciam suam temperat, inter quos à summo opifice medius constitutus est Iupiter, vtriusque maliciam temperans. Marti Sol succedit, à quo tam superiores quàm inferiores planetæ sunum habent lumen; huic calor vitalis, & rectè quidem, attribuitur. Veneri verò quæ solem siue oriente, siue occidente, semper comitatur, conuenire dicitur humor vitalis, in quibus duobus vita consistit; hinc est quod in Poetarum fabulis habetur, Solem Veneremq; indissolubili matrimonio Deum coniunxisse, ex quibus proles innumeræ quotidiè generantur. Locus Veneris immediate est sub sole, quæ si ipsum præcedat Lucifer appellatur si autem sequatur, Hesperus. Veneri contiguus est Mercurius natura sua neq; bonus neq; malus, sed coniunctione ad malus, sed coniunctione ad malum planetam malus dicitur, & ad bonum bonus. Hunc tradunt Poetæ eloquentiæ esse autorem.

De Saturno.

De Ioue.

De Marte.

De Sole.

De Venere.

De Mercurio.

Loco vltimo Luna constituta est frigida & humida, cuius effectus admodum experimur cum nobis magis sit proxima, quàm planetæ reliqui. Certum est hos planetas colorem non participare, tamen ratione lucis quam à Sole habent, & ratione varij situs nobis colorati videntur atque in hoc cum metallis conuenientes. Folia sunt accidentia nouem, secundum subiecti nobilitatem considerata. Operationes verò à ramis vel branchis exeuntes, sunt flores. Fructus quidam est peculiaris huic arbori, sc. rerum omnium generatio & per accidens earundem corruptio, quatenus inferiorum cœlestium virtute hæc fiunt. Alter fructus colligitur ratione finis, pro vt cœlestis natura dicitur corporearum omnium substantiarum finis.

Luna.

Folia.

Fructus.

DE ARBORE ANGELICALI.

PRÆTER ea quæ in huius arboris schemate diximus, considerare oportet, quod branchæ in hac natura dicuntur esse perspicatiores quàm in hominibus quas comparare poteris ad Deum, vel ad ea quæ in eo intuentur, vel ad res in genere proprio. Ex consequenti verò, concreta brancharum pro ramis habebis,

Intellectus memoria, & voluntas in Angelis sunt branchæ &

(c) 2006 Ministerio de Cultura

habebis, tribus dictis modis consideratarum. Pro folijs, quantitatem discretam ac continuam cum cæteris prædicamentis considerabis. Operationes verò à branchis exeuntes, vel quatenus tales, vel pro vt radicibus perficiuntur, tibi flores tradunt. Reliqua in schemate considera. Dedimus modum formas conficiendi, illum obserua & multas inuenies. *etiam in arbore humanali.*

DE ARBORE ÆVITERNALI.

ADDE his, quæ in huius arboris breui descriptione diximus, merita acquisita vel demerita per humanalis arboris branchas, moralis & angelicalis, numerum radicum complere, ex quibus truncus consurgit, qui est meritorum vel demeritorum duratio perpetua, quæ variari non potest, cum non amplius detur pœnitendi spacium. De paradiso atque inferno nullus ambigit, cum Deus sit ipsa iustitia, quæ pro iustis præmium vult, pro iniustis pœnam ac tormenta. A brancha paradisi tres rami exeunt, quorum prior iustitiæ ramus est, quia Deus bonum pro bono operato reddit; quatenus maius bonum reddit quàm exposcant merita, secundus habetur, qui gratiæ dicitur; tertius impropriè passionum dicitur, quia ab agente Deo, iusto dona conferuntur, quibus relationem habet ad agens A brancha inferni ramus iustitiæ exit, ac passionum; & propriè hoc in loco accipitur passio, videlicet pro dolore in corpore post iudicij diem, & in anima tristitia. Quoniam beatorum actus erga Deum sunt gloria & laus à potentijs intellectualibus exeuntes, secundum actus vel operationes bonarum radicum; ideo flores æuiternalis bonæ arboris sunt; respectu malorũ, oppositum dic. Fructus qui à flores procedit, in beatis est quies summa potentiarum ac radicum; nam sicuti in summo inteligibili, diligibili ac recolibili, quiescunt memoria, voluntas & intellectus; sic in summo bonificabili, magnificabili quiescunt bonitas & magnitudo; per reliquas radices discurre. Oppositum considera de fructu damnatorum: qui proprio fine ob malitiam & reliquas prauas radices frustrati finem alium adepti sunt, quo coactè perpetuo debent frui.

A brancha Paradisi qui rami exeant vide.

A brancha inferni qui.

DE ARBORE MATERNALI.

POST primi parentis lapsum, iuxta diuinæ voluntatis æternum decretum, Filij Dei incarnatio hominum saluandorum finis fuit. Cum verò huius sacratissimæ incarnationis medium fuerit Gloriosa Virgo MARIA, ipsa quoque eorundem finis censenda est, qui tamen priori subordinatur. Hic finis licet in se vnicus sit, tamen ratione eorũ qui hunc finem intuentur, multiplex est, quem statuo in hac arbore pro radicibus, quatenus a boni-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

à bonitate magnitudine ac alijs informatur. De Trunco in ſchemate ſatis habes. Branchæ, ſcil. diuina & humana natura hoc in loco conſiderantur, quatenus in vno ſuppoſito ſunt, cui natiuitas attribuitur; naturis enim naſci non competit. Spes, Pietas, Aduocatio rami ſunt, ſiue in Gloriosa Virgine concipiantur, ſiue in peccatoribus, quatenus ad eam confugiunt. Humilitas verò & virginitas in Virgine Maria rami ſunt; in ratione exempli. In ſchemate arboris huius non ſunt poſita folia (neſcio cuius incuria) quæ eadem eſſe conſiderabis, quæ alijs arboribus ſunt attributa. Actus omnes radicum ac reliquarum dignitatum à Gloriosa Virgine exeuntes, quatenus Mater eſt Dei, ſunt huius arboris flores.

DE ARBORE CHRISTIANALI.

RATIONE humanæ naturæ alia ſunt Chriſto attribuenda, & alia ratione diuinæ, diuerſimodè quoque conſiderata. Secundum priorem conſiderationem Chriſto omnia conueniunt, quæ in humanali arbore, & morali virtuoſa ſunt explicata; ea remouendo quæ imperfectionem notant, ſicuti ſunt Fides, & Spes reſpectu beatitudinis animæ conuenientis, licet aliter ſit quo ad ſpem de corporis glorificatione. Timor quoq; quatenus ignorantiam præſupponit, à Chriſto remouetur, ac etiam Contritio. Ratione diuinæ naturæ ea omnia Chriſto conueniunt, quæ in arboris diuinalis ſchemate dicta ſunt. Branchæ, diuina, ſcil natura & humana in Chriſto diſtinctæ manent, non ſolum in ſe, ſed etiam quo ad proprietates. Rami ſunt reſpectus diuinæ naturæ, ad humanam in Chriſto, & humanæ ad diuinam; ſecundum omnes potentias ac vires in humana; & in diuina quo ad intelligere, velle, prædeſtinare ab interno, aſſumere, beatificare, & ſecundum reliquas diuinas operationes humanã naturã reſpicientes. Folia ex Ariſtotelis prædicamenta ſunt ſumenda, & ex categorijs noſtris. Flores ſunt actus radicum, ſecundũ vtranq; naturam in Chriſto conſiderati; actus quoque prouenientes à diuina & humana natura, in florum numero ſunt ponendi. Per fructum recreationis, intelligenda eſt ſalus homini exhibita; per exaltationem, dignitas homini collata, qua ſuperior factus eſt omnibus creaturis; per manifeſtationem, Dei benignitas ſingulari modo nobis oſtenſa; per deificationem verò nobis inſinuatur, quod per idiomatum communicationem Deus homo factus eſt, & homo Deus.

Fides, Spes & quadam alia Virtutes non conueniunt Chriſto.

Quatuor fructuum genera.

DE ARBORE DIVINALI.

REmouentur à radicibus vniuerſalioribus Contrarietas ac Minoritas, ob earũ imperfectionem; niſi conſiderare velles Contra-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Contrarietatem pro oppositione quacunque, & Minoritatem pro repugnantia alicuius operationis, vni & non alteri personæ conuenientis. Pater enim cum generet & nõ Filius, hoc modo Filio est maior; simili modo de Patre & Filio respectu Spiritus sancti, poteris asserere; tamen est satis incongrua loquutio. Cũ in Deo sit memoria fœcunda ac voluntas, quæ duo in ratione distincti principij, quo (quasi totalis) distinctas productiones habent; diuinæ quoq; proprietates consurgunt, vna ex parte producentis, & altera ex parte producti, secundũ vtranq; productionẽ, quarũ tres sunt personarũ constitutiuę, s. generatio actiua, generatio passiua, & spiratio passiua: Prima, cum essentia Patrẽ constituit, secunda Filium, & tertia Spiritum sanctum, altera verò, sc. spiratio actiua, cum Patri & Filio in esse personali constitutis (quasi) adueniat, vim non habet constituendi. Proprietates istæ sunt huius arboris branchæ, quibus adjungere poteris innascibilitas Patris. Rami sunt actus generandi & spirandi, qui ratione principiorum & terminorum adæquatorum distinguuntur: nam generare, à memoria fœcunda, scilicet intellectu & essentia diuina est; spirare autem, à voluntate & essentia; generare ad filium terminatur spirare ad Spiritum sanctum: & intelligimus de termino adæquato & non formali; quoniam utriusque productionis formalis terminus est idem, essentia videlicet diuina. De aliorum dictis non curamus, Scotum præceptorem sequimur. Folia sunt negationes categoriarum Aristotelis vel nostrarum affirmationes. Flores sunt probationes diuinarum productionum, desumptæ à radicibus. Bonitas enim diuina secundum intellectum & voluntatem se ad intra communicat: Sic se communicare est magnum; & cum ab æterno sit, æternaliter debent esse productiones. Discurre per reliquas radices, probationes sumendo.

Quomodo Minoritas et contrarietas in Deo possint esse.

De memoria fœcunda & voluntates.

De proprietatibus personas constituentibus.

Quomodo generare & spirare distinguantur.

HÆc de secunda parte principali dixisse volumus. Breuitatis causa ea tantum tetigimus in arborum quarundam explicatione, quæ in Schematibus non admodum clara erant; vel quæ nullo modo explicata.

TERTIA PARS.

STATVERAMVS in hac parte exemplis illustrare qualiter ea quæ in prima parte explicata sunt applicari debeant arboribus vel sub arboribus consideratis rebus, verum coactè breuitati studentes, modum quem in exemplis obseruauisse-mus poteris notare, ac sana mente contemplari, quæ sequen-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tur. Prius reducendum est subiectum de quo loqui intendis ad genus quoddam proximum si species est, & genus eius ignoras; vel ad speciem, si individuum est; nec erit impossibile hoc obseruare recurrendo ad arbores, vel per entis omnẽ diuisionem vsque ad genus proximum vel speciem descendendo; si speciem non cognoueris, recurre ad proprias passiones vel ad naturales rei actus, quæ cum à differentia magis propria emanent, te in speciei cognitionem deducent, quæ ex genere & differentia magis propria integratur; deinde verò priores nouem radices, scilicet absoluta principia, sum, equæ cum rei essentiam nocent, vel quæ immediatè eam consequantur, prius rei conueniunt; & per omnia illa principia discurrendo varias definitiones sumes, iuxta præcepta in prima parte à nobis obseruata; dum describebamus radices; hoc tamen obseruando, ne transgrediaris naturam generis vel speciei, ad quæ subiectum reducitur; quod optime poteris obseruare, quia ut diximus in tractatu de radicibus; per bonitatem & cætera principia intelligit Lullus rei intrinseca, quæ non semper eadem sunt, sed ad variationem subiecti ipsa quoque variantur. Postea quodlibet principium absolutum, cum quolibet absoluto & respectiuo, cum qualibet forma, ac specie quæstionis cuiuslibet definiendum est, quod & obseruari debet in definitione etiam subiecti, vel respectiui principij, aut formæ vel quæstionis alicuius. Inde recurre ad respectiua, deinde ad formas, postea ad accidentia, & denique ad quæstiones & quæstionum species. Si magis conceptus multiplicare volueris, resoluere poteris rem in principia sua, & quodlibet illius principiũ vt illius est, definire; per omnes radices, formas, accidentia & quæstiones discurrendo; vel resoluere poteris in ea omnia, quæ de ipsa prædicantur, quatenus sunt idem subiecto, & quodlibet illorum omnibus dictis modis multiplicare. Multiplicabis conceptus in infinitum, si pars alicuius arboris omnibus arboribus comparabis, educendo concordantias vel differentias, aut maioritates, vel minoritates; aut omnia simul. Hæc si obseruaueris, infinitos de vna quaque re habebis conceptus. Obserua insuper animaduersiones nostras, & uti diligentia in continua applicatione, & cognosces ea praxis præstare, quæ nobis impossibilia videntur.

QVARTA PARS.

TOTA Lulli generalis ars consistit in quatuor figuris, nouem subiectis, ac eorum cognitione. Primam figuram ex

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ex nouem principijs absolutis fabricat, quæ sunt priores nouem radices. Secundam constituit ex nouem respectiuis, quæ sunt posteriores radices. Tertiam à prima & secunda deducit, & quartam ex prima, secunda, & tertia elicit. Habes figuras ex radicibus. Habebis subiecta nouem figura subnixa eis quæ in arbore morali, imperiali, apostolicali, & maternali, vt tales sunt; esse accidentia quædam, nempe relationis superioritatis, dignitatis, & honoris, quæ ad instrumentariam reducuntur; vel ad hominem; quatenus hæc omnia circa hominem fiunt. Æternalis quoque arbor ad hominem, vel ad angelum reducitur: & Christianali ad Deum, qui est primum subiectum à Lullo ordinatum. His notatis, de figuris nonnulla dicere placet.

Prima figura quæ absolutorum est, nouem habet cameras: & est circularis, quia quodlibet absolutum respectu cuiuslibet, habet rationem subiecti & prædicati. Nec solum huius figuræ principia de seipsis prædicantur, sed de omnibus quoque extraneis, quæcunq; sint illa, dummodo non sint horum opposita.

Secunda respectiuorum est, & totidem habet cameras, eodem modo dispositas, quo prima; cui omnia conueniunt quæ de priori dicta sunt.

Tertia ex duabus assignatis constat, & habet octuaginta & vnam cameras, quarum quælibet duas literas continet, quæ notant principiorum absolutorum ac respectiuorum naturã, per literas significata; notantque vlterius quæstiones literis respondentes. Causatur ex reuolutione camerarum primæ figuræ, sub vna secundæ, & omnium secundæ sub vna primæ. Lullus tamen tantum triginta sex cameras acceptat, vt videbis in sequenti schemate; quoniam propositiones in quibus idem de seipso prædicatur, non faciunt ad negotium pro demonstrationibus in quibus debent esse tres termini diuersi, quod non potest esse, si idem vel in maiori vel in minori de seipso prædicetur: hoc autem accideret, si omnes cameras acceptaret. Et vt cognoscas quibus literis signentur principia vel quæstiones, sequens schema considera.

SCHEMA ABSOLVTORVM.

B Bonitas.
C Magnitudo,
D Duratio.
E Potestas.
F Sapientia,
G Voluntas.
H Virtus.
I Veritas.
K Gloria,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

SCHEMA RESPECTIVORVM.

B Differentia.
C Concordantia.
D Oppoſitio.
E Principium.
F Medium.
G Finis.
H Maioritas.
I Æqualitas.
K Minoritas.

SCHEMA QVAESTIONVM.

B Vtrum.
C Quid.
D De quo.
E Quare.
F Quantum.
G Quale.
H Quando.
I Vbi.
K Quomodo & Cum quo.

FIGVRA TERTIA.

bc
bd cd
be ce de
bf cf df ef
bg cg dg eg fg
bh ch dh eh fh gh
bi ci di ei fi gi hi
bk ck dk ek fk gk hk ik

Ex qualibet camera duodecim eliciuntur propoſitiones, & viginti quatuor quæſtiones. Propoſitiones ſic habentur. Accipe primã cameram, ſcil. bc. & fac vt c. de b. prædicetur quo ad ſua ſignificata & è contra, & quod etiam, b. de ſeipſo, ſecundum aliud ſignificatum, ab illo pro quo eſt ſubiectum, & ſic tres propoſitiones habebis; quia verò litera quælibet duo habet ſignificata, ſcil. abſolutum & reſpectiuum, & duæ ſunt literæ, ergo quatuor erunt ſignificata; quæ ſi triplicentur, reſultat numerus duodenarius. Cuilibet verò propoſitioni ſi aſſignaueris quæſtiones, per illius cameræ literas ſignificatas, habebis 24.

Quarta figura ex tribus aſſignatis conſtat, quæ cum maximam tabulam producat, atque difficilis ſatis ſit, & longa egeat declaratione, de ea verba faciemus in expoſitione artis breuis Lulli; ibique ad plenum manifeſtabimus, quæ hic tantum retigimus.

DE

(c) 2006 Ministerio de Cultura

DE SCIENTIARVM ARtiumq; obiectis.

NON permittit anguſtia temporis, vt fuſius de ſcientiarum obiectis tractemus, ac eorum numero; ideo hæc pauca notanda proponimus. In reliquis vide Henricum Cornelium Agrippam, in eo libro, qui de vanitate ſcientiarum intitulatur.

Grammaticæ obiectum, eſt ens rationis, quod in oratione fundatum, quatenus congrua eſt vel incongrua.

Rethoricæ, ens pariter rationis, in oratione ornata vel inornata fundatum.

Logicæ, Syllogiſmus vniuerſaliter acceptus, ſecundum Scotum in ſecunda q. vniuerſalium.

Philoſophiæ naturalis, corpus naturale.

Metaphiſicæ, ens quatenus ens.

Theologiæ, Deus ſub ratione deitatis.

Geometriæ, Quantitas continua à materia abſtracta.

Arithmeticæ, Numerus à materia ſegregatus.

Muſices, Numerus ſonorus.

Aſtrologiæ, quantitas continua, quatenus mobilis.

FINIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

RERVM AC VERBORVM PRÆCIPVE MEMORABILIVM, QVÆ IN LVLLIANIS AC INTERPRETUM operibus seu tractatibus continentur, Index elegans & locuples.

A

Abstracta. 1004
abstracti ad concretum applicatio 79. 490
abstractorum formatio. 86
nomina. 85. 86
abstractum varium. 1058
Accentus fallacia. 160. 305
accidens quid. 27. 851. *apud Log. quid.* 153
accidentia quomodo sint principia intentionalia. 989
accidens non est in Deo. 19
accidentitas quod. 83
accidentia conferunt magnam partem in eo quod quid est. 224
accidentis ager. 770. *fallacia.* 160. 306. *quæstiones.* 633
accidia instrumentum morale 55 *quid.* 24
accidia per principia deducta. 620. *per regulas deducta.* 621. 476
acrochirisie. 306
actionis quæstiones. 635
actionis applicatio. 504
actio quid. 28. 797
actio notatur per ARE. 998
actio quomodo consideranda. 1047
actionis descriptio optima. 997
actuatum quid. 84
actuitas quid. 82
actus duplex. 1008
actus in definitne Asmi. 975
actus Sanctus. 1059
actus intrinseci divinarum rationum. 377
actus quid 28. *creaturæ omnis est virtuosus vel vitiosus.* 937
actus quæstiones. 651
actuum humanorum duo principia. 189
Adulatrix. 307
Aegyptij Ibim colunt. 184
æmulatores artis magnæ. 229
æqualitas quid. 57. 992
æqualitas deducta per principia 336
æqualitas per regulas deducta. 362
æqualitas habet tres species. 6
æqualitas ubi inveniatur. 992
æqualitatis angulus. 50. *definitio.* 10
æquivocationis fallacia. 316. 159
ærarij. 307
aer. 128
aer ab Anaximine principium rerum statuitur. 192
aeris elementi qualitas & partitio. 1043
æstimativæ officium. 1081
æternitas quid. 378
æternitas per regulas deducta. 345
æternitas quomodo sit mensura Dei. 977
Affatus quid. 1079
affatus est sensus. 22

(c) 2006 Ministerio de Cultura

affectus, quibus mouemur. 301
affirmatio. 817
affirmatiua signa. 147
Agasones. 308
agentis applicatio. 525
agilitas. 83
ager accidentis. 780. definitionis. 701. descriptionis. 780
generis. 675. proprij. 798
agri quatuor in campo circa turrim. 749
agricolturæ anima est sol. 304
partes. ibid.
agrippa reprehenditur. 722
agrippæ error circa radices. 981
agrippæ sententia de appetitu. 979
agrippæ in Artem breuem commentarij. 790
Ahenarij. 307
Alchimistæ cur debeant dolore. 438
alipteæ. 307
aliud quid. 83
alphabetum artis breuis. 1.
artis magnæ. 219. Kabbalistæ 44. & quid literæ significent. ibid. in speciorum scrutinio. 667
alphabetum cordetenus tenendum. 42
alteratio quid. 66
alteratio mutatio qualitatis. 813
alterationis questiones. 648
alterationis & alterati applicatio. 523
alteratum quid. 84
Amicitia in entibus est à concordantia. 51
amphibologia. 394
amphibologiæ fallacia. 190
amplitudo quid. 152
amplificatio. 879

Anates amphibij. 183
anaximenes aërem principium rerum statuit. 192
angelica natura. 41
angeli deductio per regulas & principia. 72
angeli pluralitas. 41. unitas. ibid.
angeli possunt loqui inter se. 20
angeli potestas, intellectus, voluntas num conueniant. 30
angeli questiones per prinpicia. 587. per regulas. 588
angeli quomodo sint in loco. 1000
angelorum Hierarchia. 186
questiones. 36
angelus quid. 19. 889
angelus a quo. 102
angelus per C. notatur. 2
angelus ex nihilo est creatus. 19
angelus est spiritus corpori non connexus, incorruptibilis. ibid.
angelus utrum producat angelum. 32
angelus per principia deductus. 401
angelus per regulam B. deductus. 405
angelus per regulam C. deductus. 406
angelus per D. deductus. 407
angelus per regulam E. deductus. 408
angelus per regulam F. deductus. ibid.
angulus. 213
angulus differentiæ. 783. identitatis. 784. principij, medij, finis in figura T. 5
anima non a generante sed à creante. 938
anima forma corporis. 939
anima & corpus ut componant

(c) 2006 Ministerio de Cultura

hominem. 37
anima vt consideretur. 184
animi partes. 214
animalia ex instinctu habẽt industriam ad viuendum. 21
animalium differentia. 183
animalium generatio. 121
anseres amphibij. 183
antecedens quid. 28
antecedentis quæstiones. 650
antecedentis & consequentis applicatio. 527
anthypophora quid. 196
antiquitas. 85
Apellis sigilla. 720
apollinis vates. 198
appetitus. 802. huic quæ consonent & repugnent. 833
appetitus quid. 28. 978
appetitus sensitiuæ. 132
appetitus naturæ. 508
appetitus passiuus. 978
appetituitas quid. 84
applicatio deuiditur in tres partes. 24. 488
applicatio per implicitũ & explicitum. ibid.
applicatio per abstractũ & concretum. 589
applicatio per primam figuram. 589. per secundam figuram. 490. ad quartam figuram, ibid. ad tertiam. ibid. per diffinitiones. 491. ad regulas. 492. per tabulam. 493. per euacuationẽ figuræ. 494 per multiplicationem quartæ figuræ. 495
applicatio mixtionis principiorum. ibid. nouem subiectorum. 496. centum formarum. ibid.
applicatio in Kabbala trifariam sit. 72
apprehensio simplex vt fiat. 684
aprilis & Maius cur menses pulchriores. 536
appropriata perfectiones in Deo. 995
Aqua. 128. eius qualitas. 1043
aquarij. 307
Araneorum interitus quid præsagiat. 184
arbor
- Aeuiternalis. 1103. 1038
- Angelicalis. 1037
- Apostolicalis. 1036. 1098
- Christianalis. 1104. 1039
- Cælestialis. 1037. 1100
- Diurnalis. 1039. 1104
- Elementalis. 1031. 1040
- Humanalis. 1034. 1083
- Imaginalis. 1033. 1081
- Imperialis. 1035. 1096
- Lulliana. 970
- Maternalis. 1039. 1103
- Moralis. 1034. 1087
- Sensualis. 1031. 1077
- Vegetalis. 1032. 1075
- Vitiorum. 1035. 1094
- Virtutum. 1034

archidiaconus oculus Episcopi. 194
architectura. 306
arcularij. 307
argentarij. ibid.
argentum elementum perfectũ. 182
argumẽtatio tertia intellectus operatio. 683. perfecta quæ sit. 863
argumenta quibus docemus. 301
argumentum quid. 154. eius conformatio. 863
aristoteles de Leæna. 184
aristotelis venatio. 754
arithmetica. 212. quid. 28.
arithmetica quid & eius applicatio. 532

(c) 2006 Ministerio de Cultura

arithmeticæ quæſtiones. 653
ars breuis. 1
ars inuentiua Lulli. 790
ars magna & ultima. 218
ars magna poteſt addiſci vel tribus vel quatuor vel ſex menſibus. 663
ars ſimulatur. 222
artē magnā docendi modus. 662
arteriæ. 184
articuli fidei. 917
articulorum veritatis probatio. 959
artes mechanicæ. 308
artis breuis partitio. 1
artis elementa. 667
artis breuis prima pars, quæ eſt de alphabeto. 1. pars ſecunda, quæ eſt de figuris. 3. tertia pars, quæ eſt de ſimilitudinibus. 9
artis breuis quarta pars de regulis. 10
artis breuis quinta pars quæ eſt de tabula. 14
artis breuis ſexta pars, quæ eſt de euacuatione tertiæ figuræ. 15
artis breuis pars ſeptima, quæ eſt de multiplicatione quartæ figuræ. 16
artis breuis octaua pars, quæ eſt de mixtione principiorum & regularum. 17
artis breuis pars, quæ eſt de nouem ſubiectis. ibid. pars decima de applicatione. 24
artis breuis undecima pars: de quæſtionibus. 29
artis magnæ diuiſio. 219
artis occultatio. 216
artiſtæ quibus arte magna obſeruandum. 239
artifices inquiſitij. 208
artifices varij. 207
aruſpices. 198
Aſcenſus & deſcenſus eſt valde artificialis. 224
aſcenſus in ſecunda figura. 703
aſtrologia. 214
aſtronomia. 28
aſtronomia quid & eius applicatio. 532
aſtronomiæ quæſtiones. 653
Atrij generalis inſpectio. 762
attentio. 873
attractio quid. 28. 1059
attractionis applicatio. 508
attractionis quæſtiones. 637
attrabeitas quid. 84
Auaritia eſt priuatio liberalitatis. 79. inſtrumentum morale & quid. 24
auaritia per principia deducta. 468. per regulas deducta. 469
auaritia per B. ſignificatur. 2
auaritiæ quæſtiones per principia. 613. per regulas. 614
auctoritates ſcientiarum num ſint veræ. 94
auditus eſt mediante affatu. 22 eius vis. 1078
auerroiſta de Deo. 126
auerroiſtæ afficiunt philoſophiā iniuria. 112
aues multifidæ. 183
augmentatio vegetatiuæ ſpecies 129
Augmentationis modi. 1059. in arbor Lull. 1010
augures. 198
auguſtini dictum de magnitudine. 973
aurifices. 207
auriga. ibid.
aurum clementum perfectum. 182

(c) 2006 Ministerio de Cultura

B.

B. qd in alphabeto significet. 1
B. quid in Kabbala, & reliquæ literæ. 44
Balnearij. 207
barbara ex quibus præmissis. 155
Beatitudo, summum bonum. 943
beatitudo & acquisita fuisset à primis parentibus. 939
benevolentia unde capetur. 873
Biberarij. 207
bibliopolæ. 208
bionis de Gloria dictum. 190
Bombyces. 183
bonificativum. 90
bonitas
- est perfectio boni. 57
- quid sit, seu eius definitio. 10
- per B. significatur. 1
- per principia deducta in arte magna. 314
- per regulas deducta. 341
- est sabilis. 281
- est durans. 280
- est potens. ibid.
- est amabilis. 282
- est virtuosa, ibid.
- est vera. 283

bonitati quæ consonent & repugnent. 832
bonitatis quæstiones. 631. definitio explicata. 976
bonum, primus animi conceptus 55
bonum summũ, beatitudo. 943
boues bisulci. 183
Braccarij. 207
bractearij. ibid.
brutti perpolitio in artibus liberalibus. 667
Branchæ arboris
- Æuiternalis. 1103
- Cœlestis. 1100
- Elementalis. 1041
- Humanalis. 1084
- Imaginalis. 1082
- Imperiali. 1096
- Moralis. 1089
- Sensualis. 1078
- Vegetalis. 1075
- Vitiorum. 1094

C.

C. qd in alphabeto significet. 2
C. quid in Kabbala. 45
Cementarij. 207
Caldæatores. 207
calcearij. 208
calcarij. 207
Cameræ. 36. figuræ tertiæ. 7
cameræ in quarta figuræ 9
camera
- BC 277
- BD 280
- BE ibid.
- BF 281
- BG 282
- BH ibid.
- BI 283
- BK 284
- BCTD 268
- BTBC 270
- BTBD 271
- BTCD ibid.
- BCTD 266
- BCTD 267
- BCTC ibid.
- BDTB 268
- BDTC 269
- BDTD 270
- CDTB 272
- CDTC ibid.
- CDTD 273
- CTBC 273
- CTED ibid.
- CTCD 274
- CD 265

(c) 2006 Ministerio de Cultura

CE ibid. tandum lupum. 21
CF 285 capra paucipara. 183
CG 287 carminatores. 207
CH ibid. carolus Bouillus. 788
CI 288 carpentarij qui. 208
CK 289 caſtitatis corruptio. 125
DE 290 caſus quid & eius applicatio.
DF 290 540
DG ibid. categ riæ tranſcendentes. 992
DH 291 categoriarum conſideratio. 993
DI ibid. categorica propoſitio. 148
DK 292 catbegorematici termini qui.
DTBC 274 685
DTBD 275 catonis dictum. 178
DTCD 275 cauſa an ſit. 110
camera DTBCD ibid. cauſæ genus & natura. 200
EF 292 cauſa finalis quid. 813. efficiens quid. ibid. eiuſdem diuiſio. 813. materialis quid. ibid.
EG ibid.
EH 293
EI 293 ibid.
EK ibid. cauſa per accidens. 813
FG 294 cauſa quid in principij angula ſignificet. 5. quid in fallacia. 309. quid ſignificet Lullio. 701
FH ibid.
FI 295
FK ibid.
GH 296 cauſarum genera. 216. 878. quot. 811. deſitiones. 989
GI 296
GK ibid. cauſeitas quid. 82
HI 297 Cedri lacryma præſeruat res à putrefactione. 222
HK ibid.
IK 298 cerdones. 207
campus logicæ Lenationis. 746 cerebrum principale membrum hominis. 184
campi turris. 747. agri quatuor. 749 cetarij. 207
candelæ flamma. 39 Charitas inſtrumentum morale & quid. 24. quo referatur. 1092
canis multiparens. 183
canis Lenationis duplex. 752
canterij. 788 charitas per principia deducta. 463. per regulas deducta. ibid.
capacitas quid. 66
capacitatis & incapacitatis applicatio. 525 charitatis corruptio. 127. generatio. 123
capacitatis & incapacitatis quæſtiones. 649 charitatis quæſtiones per principia & regulas. 609
caprahabet inſtinctum ad em-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Chime-

Chimæræ 134
Chimiſtarum laus 1042
cholerici finis 476
Chriſtus quod fuerit verax 957
Chriſti corpus quomodo ſit in loco 1000
Cibus vertitur in ſubſtantiam cibati 105
Ciconiam occidere apud Theſſalos capitale 184
ciniſtones 207
circularis figura in elementis. 1041
circuleitas 86
circuli applicatio 514
circuli quartæ figuræ 9
circuli quæſtiones 642
circulus quid 27
circulus mediocris quartæ figuræ ad quid proſit. 227
Ciſarii 208
Clavus de ferro 242
Cliſteres à Ciconiis 184
Cælibatus quid 217
cælum an ſit 102
cælum quid 792
cælum eſt prima ſubſtantia mobilis. 20. nouum eſt. ibid. eſt in ſuo loco. ibid.
Cælum habet animam motiuam. 36
cælum per principia deductum 409
cælum per regulas deductũ 411
cælum per regulam C. deductum 414
cælum ideo eſt, ut entia inferiora poſſint habere motum. 37
cæli conſideratio ab Aſtrologis petenda 185
cæli deductio per regulas & principia 74
cæli magnus motus de quo 98
cæli quæſtiones 36
cæli quæſtiones per principia. 589
& per regulas 590
Cogitatiuæ officium 1081
cognitionis ſpecies 978
Cognitio quid 801. multiplex. 833
omnia cognoſcens 978
color quid 27
coloris & colorati. 518
colorum vis. 1070
coloris & colorati quæſtiones. 644
colores quatuor principales. 128
columnæ. 81. tabulæ magnæ. 14
columnæ tabulæ magnæ. 672
Columnæ pyramidalis meteoricæ. 1052
combinatoria ars. 681
combinatio principiorum. 63
combinatio ſubiectorum. 70
combinatio principiorum eſt unio & congeries per aliquod medium. 67
combinationes utiles & inutiles 675
combinationis utilitas. 69
cometæ quomodo generetur 1052
quid ſignificet. ibid.
commentarienſes. 208
communicantiæ modus. 738
complexiones quatuor in elementatis ſufficiunt. 39
compoſitio quid 27.
ubi locum habeat. 985
compoſitio ſecũda intellectus operatio. 683. ut fiat. 684. in creatis. 1062
compoſitionis fallacia. 160. 304
compoſitionis applicatio. 501
compoſitionis quæſtiones. 633
comprehenſio quid 66
comprehenſionis & apprehenſionis quæſtiones. 649
comprehenſionis & apprehenſionis applicatio. 525

(c) 2006 Ministerio de Cultura

conceptus animi primi 55
conceptio filii Dei. 946
conceptiones mentales & naturales. 1071
conceptuum apprehensio, divisio & compositio. 45
conciliatio ex quibus. 200
conclusio. 223.879
conclusio quotuplex. 155
concordantiæ definitio. 10.985
concordantiæ quæ conveniant & repugnent. 834. Raymundi tres. 986
concordantia in Deo. 19
concordantia est principium positivum. 92
concordia per C. designatur. 2
conversio subiecti in prædicatũ non fit nisi inter æquales naturas. 88.89
concordantia per principia deducta. 327
concordantia magis principium quam contrarietas. 31
concordantia per regulas deducta. 365
concreta. 1004
concreti applicatio. 489
concreti formatio. 86
condimentarii. 207
conditio quid. 1011
conditionalis propositio 151
conditiones subiectorum 18
confutatio. 878
confirmatio fit tripliciter. 221. 878
conjugatæ 855
conjunctionis medium. 5
conjuncta. 857
connexa & continua quid. 985
conscientia quid 29
conscientiæ applicatio. 553
quæstiones. 659
consilium quid. 27
consilii & consulti applicatio. 522
consilii & consulti quæstiones. 646
consequentiæ principia. 159
consequentis fallacia. 161. 309
quæstiones. 650
constitutiones tres. 220
consules. 204
contingentia quid. 1070
continua quantitas quid. 994. 1045
contradictio quid. 148
contradictionis fallaciæ. 210
contraria. 866
contrarietas quid 57. 987
contrarietatis anguli 50
contrarietas in entibus spiritualibus non est. 31
contrarietas per principia deducta. 328
contrarietas per regulas deducta. 373
contrarietas à differentia distinguitur. 987
contrarietas est principium privativum. 92
contrarietatis definitio. 10
conversio propositionis quid. 149
& quotuplex. ibid.
convenientia in elementis. 1042
conversio simplex. 46
per accidens. ibid.
per contrapositionem. ibid.
conversio subiecti & prædicati per medium. 166
copula apud Log. quid. 147
copulativa propositio quid. 151
cor 184
coronarii 207
corporeitas quid. 86
corporalitas. 1067
Corpora quomodo sint in loco. 1090

corporis

(c) 2006 Ministerio de Cultura

corporis quæstiones. 642
corporis applicatio actus 515 939
corpus quid 27
corpus & anima quomodo componant hominem. 57
corpus ut consideretur 184
corruptio quid 28
in creatis quadruplex. 1064
corruptio philosophiæ principium 124
corruptionis quæstiones 651
finis. 814
corruptio duplex 124
Corruscationis generatio 1055
cosmetæ 207
Creatio quid 27 932
creationis & creati quæstiones 645
applicatio 519
credere 58
crepidarii 207
crocodilli amphibii 183
crœsus 220
crudelitas quid 127
crustularii 207
Cyclopes 185
Cylindri tabulæ magnæ 672
Cultrarii 207
cum quo habet species 4 13
cupedinarii 207
cura omnis per contrarium 177

D.

D. *quid in alphabeto significet* 2
D. quid in Kabbalæ 44
dardanarii 207
Davidis mansuetudo 181
deceptio quid 28
deceptionis & decepti applicatio 524
deceptionis & decepti quæstiones 649
declaratio quid. 28
Declarationis & declarati applicatio 523
declarationis & declarati quæstiones 647
defectus ex culpa & peccato 937
definitiones 9
quomodo fiant 860
definitionis ager 858
definitiones ex omnibus quæstionibus desumtæ 1024
definitiones Lulli veriores Aristotelis 975
definitiones formarum in Kabbala 80
definitiones subiectorum 56
definitionum principiorum quæstiones 33
definitiones incomplexi termini 685
definitiones principiorum 57
Dei definitio 19
incarnatio 943
Dei entitas 40
essentia ibid.
unitas ibid.
pluralitas ibid.
natura. ibid.
Delectatio quid 980
deliberativum genus ut considerant omnia elementa 182
Democratia 204
Democriti dictum de lite & amicitia 51
demonstratio quid 154
demonstratio a priore & posteriore 733
Demonstrativa conclusio. 732
demonstrativum genus 216

(c) 2006 Ministerio de Cultura

demonstrativum ut considerat omnia elementa 182
Demosthenes ut legatur 202
de quo habet tres species 11.79
derivatio quid 27
derivationis applicatio 516
derivationis quæstiones 643
descensus in secunda figura. 703
descensus ad magis specialia 825
descriptionis ager 780
desperatio quid 126
Deus
- quid 792
- subiectum Theologiæ. 146
- per B. significatus. 44
- per singulas literas declaratus 687
- est causa distinctionis rerum 90
- quomodo sit in loco. 1000
- utrum sit simplicissima natura 110
- est prior æterno 91
- est discurribilis per principia & regulas 19
- ut deducatur 72
- cur angelicam naturam non assumpserit. 945
- creator mundi 932
- quod descendit ad inferos 952
- cur omnipotens 941
- nil conservas absq; sine & utilitate 941
- est glorificator 942
- unus quod sit 924
- in Deo pluralitas 925

Deus per
- principia deductus 381
- bonitatem deductus 382
- magnitudinem discursus 382
- discursus per æternitatem 383
- discursus per potestatem ibid.
- sapientiam deductus 384
- voluntatem deductus ibid.
- virtutem deductus 385
- veritatem deductus 386
- gloriam deductus 386
- differentiam deductus 387
- concordantiam deductus 388
- contrarietatem deductus ibid.
- principium deductus 389
- medium discursus 389
- finem discursus. 390
- maioritatem discursus 390
- æqualitatem discursus 390
- minoritatem deductus 391

Deus per regulam
- B. deductus 391
- C. deductus 394
- D. deductus 396
- E. deductus ibid.
- F. deductus 397
- G. deductus 399

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Deus per regulam
- H. deductus 399
- I. discursus 400
- modalitatis discursus. 400
- instrumentalitatis 401

Diagrammatis conficiendi ratio 328
diabolus 170
dialectica quid doceat 298
dialectica propositio 752
dies extrema indicat de omnibus 220
Differentia quid 980. 981
Differentiæ species iuxta Lulli sententiam 984
Differentiæ tria capita 981
differentiæ definitio 57
differentiæ apud Log. quid. 153
differentia est generalior concordantia & contrarietate 31
per B. significatur I. quotuplex 902
differentia angulus 783
differentia species 191
differentia per regulas deducta 358. per principia deducta 325
dictamus a cervo 184
diffinitio pluribus modis fit 228
diffinitionum applicatio. 491
diffinitiones in arte magna 227
diffusio quid 26
diffusionis applicatio 510
quæstiones 638
diffusum quid 85
digestio quid 26
digestionis applicatio 510
digestionis quæstiones 638
digestum quid 85
dignitatum divinarum investigatio 376
dimidium plus toto 196
diminutum quid 83
Dionysius de divinis nominibus 187
dirigentis cognitio 979
discreta quantitas 994. 1045
discursus tertia intellectus operatio 700
ut fiat 193
discurrere est soli homini proprium 90
dispositio quid 27
diversitas 1059
Dispositio à potentia differt. 1010
dispositio duplex 201
dispositionis & dispositi quæstiones 644
dispositionis & dispositi applicatio 519
disputatio quid 161
eius conditiones ibid.
dissimiles res quæ dicantur. 1014
distinctionum genera 982. 983
distinctionum octo species 985
distinctio ubi sit 982
distinctionis rerum Deus est causa 90
divinarum rationum actus intrinseci 377
infinitas 378
divinatio quotuplex 197
divinatores sive divincauli. 198
divisio rei 807
divisio quare non sit in divinis. 982
divisio secunda intellectus operatio 683
divisionis fallacia. 160. 305. 311.
Docilitas 874
docendi modus artem brevem 42

(c) 2006 Ministerio de Cultura

doctrina seu modus docendi artem magnam. 662
doctrina omnis triplex 197
dodonides 298
dolearii 207
domus quartæ fig. 670.671.672
Domus ardens in aere 1053
Dormitio vel somnus quare animantibus sit necessarius 1072
dormientium insomnia & somnia. 297
dubitatio species quæst. utrum. 817
dubitare de singulis non est inutile. 207
ducis requisita. 204
durans quid. 56
duratio est perfectio durantis. 57
duratio per principia deducta. 316
duratio quid 977. & quotuplex ibid.
duricies unde oriatur 1057
durationis definitio 10
dythagonei 753
durationi quæ consonent & repugnent. 833

E.

E. quid in Kabbala 44
E. quid in alphabeto significet. 2
Eclyptica linea. 1101
Electio non est de genere scientiæ. 240
elementa sunt actualiter in elementis. 23. vegetativam adtuvant. 22
elementativa quid. 23
a quo. 793
philosophiæ principium. 127. 128
elementativæ quæstiones. 39
elementativa per regulas deducta 439
elementativa per principia deducta 437
elementativi deductio per regulas & principia. 77
elementativum per singulas alphabeti literas declaratum. 688
elementativum infimus gradus scalæ naturæ. 794
Elementorum ad omne causarum genus accommodatio. 182
Elementorum gradus & sedus. 18
sunt duplicia. 86. 182
Elementum an sit. 115
quid. 82
Elementa composita. 1044
Elementa quatuor esse. 1042
Elementa vaporabilia. 1051
Elenchus quid 307
Elephas uniparus. 183
Elocutio. 201
Elocutio in copulatis & simplicibus verbis. 201
Empyreum cælum. 1101
Encyclopadia, orbis disciplinarum. 179
Ens concretum essentiæ. 1016
Ens medii rationem habens. 990
Ens distributum. 1061
Ens transcendens duplex. 993
Enti convenit actio. 997
Ens summè bonum quod sit. 921 quod sit æternum. 922. infinitum ibid. summum in virtute. 923
Ens quid. 27
Ens in quo subiectum & prædicatum convertuntur est Deus. 30

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Entium tria genera cognoscibilia. 978
Entium divisio in quatuordecim arbores. 1030
Enthymema 157
Entia omnia extra Deum indigent aliquo extrinseco. 19
Entitas quid. 25
Entitas Dei nirum sit principium ad omnes entitates. 397
Entitatis questiones. 40
applicatio 495
Entis in potentia existentis. 512
Entium multiplicatio per quartam figuram. 65
Ephialtes 297
Equis & Mulis inservientes. 208
Equus uniparus. 183
Esse 55. 56
Esse seu τὸ ἐιναι partes 56
Esse primus gradus scalæ naturæ 793
Essendi novem modi 822
Essentia quid. 80
Essentia in arb. Lull. 1015
Essentiæ Dei a relationibus distinctio 983
Essentia divina quasi materia. 1003
Essentiæ questiones. 40 630
Essentia quid & est forma ex centum 25
Essentiæ quæ consonent & repugnent. 833
Essentiæ applicatio. 497
Essentiæ divinæ & humanæ differentia 108
Essentietas 56
Ethices applicatio 541
Ethices questiones 655
Ethicæ tabulæ 831
Evacuare. 277
Evacuare quando dicatur intellectus 64
Evacuatio tertiæ figuræ. 15. 277
Evacuationis figuræ applicatio 494
Evacuationis.
figuræ questiones 7
Exitus quæ. 35
Exemplaris confirmatio. 1012
Exemplum quid 221
Existere quid 157
Existentiæ & subsistentiæ differentiæ 977
Existentia quid 28
Existentiæ applicatio 525
Existentiæ & agentiæ quæst. 649
Exordium quid 223
Exordium modi formantur. 223
Experientias Logicus minimè negare potest. 311
Expulsio quid 258
Expulsionis questiones 639
Expulsionis applicatio. 511
Expulsum, 85
Extensitas in creatis 1064
Exteriorias 1006
Extremæ propositionis 150
Extrinsecum medium. 5
Extremarum que. 154

F.

F. *quid in Kabbala.* 46
F. *quid in Alphabeto significet* 2
Fabri. 207
fallaciæ quæ & quid. 159
fallacia contradictionis 310
fallaciarum cognitio 303
fallacia secundum non causam ut causam 309

(c) 2006 Ministerio de Cultura

fallacia secundum quid & simpliciter 307
falsitas secundum plures interrogationes 310
falsitas per principia deducta. 484
falsitas per regulas deducta. ibid.
falsitatis quæstiones per principia 623
per regulas 624
fantasma quid. 28
fartores 207
fauni. 185
feniculi usum serpentes monstrarunt 184
Ferdinandus Cordubа Hispanus 788
Ferrarij 207
Figuli ibid.
fides quid 23
fides ut fiat 200
Fidem quomodo Lullus accipiat in arte. 1091
fides per principia deducta. 454
fides per regulas deducta. 457
fidei articuli 917
fidei corruptio 125
fidei generatio 123
fidei per quæstiones per principia & regulas 605
fguralitas quid 16
figura quid 27
figurarum ediscendarum necessitas. 55
figura A. cur circularis 3
eius usus 3
amplitudo 3
figuræ dictionis fallacia 306
figuræ applicatio 515
figura prima in Kabbala. 45
per A. significata in Arte magna 220
absolutas complectitur prædicata 668
figura prima cur circularis. 47
figura prima prædicatorum absolutorum 2
figuræ primæ quæstiones 35
figuræ primæ applicatio. 488
secundæ 488
tertiæ 488
quartæ 488
figuræ primæ quæstiones in Kabbala 87
secundæ 89
figura prima syllogismorum. 155
confirmandi 155
figuræ quæstiones 642
figuræ tabularum 838
figura quarta 8
figura quartæ tabulæ generalis mater 669
figura quartæ in Kabbala. 54
usus huius figuræ 55
tres circulos habet 236
figuræ quartæ multiplicationis quæstiones 94
figuræ quartæ multiplicatio. 66. 268
figuræ quartæ quæstiones in Kabbala 95
figura increatis 1068
figuræ quartæ quæstiones 32
figura quartæ cum tertia collatio. 9
conditio eiusdem. ibid. revolutio. ibid.
figura secundæ syllogismorum. 156
tertia ibid.
figura secunda in Kabbala. 48

(c) 2006 Ministerio de Cultura

figura secunda ex trium complicatorum triangulorum ordine conteſtatur 668
figura ſecunda prædicatorum reſpectum denotantium. 232
figura ſecunda queſtiones. 30
figura ſyllogiſmorum quid & quot, 155
figura tertia compoſita ex prima & ſecunda. 235
figura tertia non habet elementum proprium. 669
figura tertia quid doceat. 225
figura tertia in Kabbala. 52
figura tertia. 7
figuræ tertiæ evacuatio. 15
figuræ tertiæ evacuatio. 277
figuræ tertiæ evacuationis quæſtiones. 34
figuræ tertiæ quæſtiones. 32
figurarium trium in Log complicatio. 742
figura T. 4
figuræ T. novem literæ 51
figura T. per tres triangulos. 696
figura W. 798
filij Dei Incarnatio. 946
filius Dei quod debuerit naſci de Virgine. 949
finis quid. 814.57
finis anguli. 50
finis anguli tres ſunt ſpecies. 5
finis artis Kabbaliſticæ. 64
finis diffinitio. 10
finis ſpecies in Arte magna. 232
finis ſpecies 991
finis privationis, terminationis. 49
finis per principia deductus. 334
finis per regulas deductus. 358
finis ultimus quis. 31
flamma candelæ. 39
flammæ corruptio, 124
floribus ineſt flos. 222
Flores in arbore Apoſtolicali. 1100
Flores in arbore Cæleſtis. 1102
Flores in arbore Elementali 1048
Flores in arbore Imaginalis. 1083
Flores in arbore Imperiali. 1097
Flores in arbore Moralis 1094
Flores in arbore Senſuali. 1080
Flores in arbore Vegetali. 1076
Flores in arbore Vitiorum. 1095
Fluviorum generatio. 1055
Fœmineitas 1068
Folia arboris Apoſtolicali. 1099
Folia arboris Cæleſtis. 1102
Folia arboris Elementalis 1045
Folia arboris Humanalis. 1085
Folia arboris Imaginalis. 1083
Folia arboris Imperiali. 1097
Folia arboris Moralis 1094
Folia arboris Senſualis. 1079
Folia arboris Vegetalis. 1076
Folia arboris Vitiorum. 1095
Fomitum origo. 1055
Formæ variæ conſideratio. 1058
Formæ animantibus convenientes. 2080
Formæ creatis tantùm convenientes. 1061
Formarum neceſsitas in arte Lulli. 1002
Forma quid. 27
Forma accidentalis. 116
Forma duplex, ſubſtantialis & accidentalis. 116
Forma eſt ſimilitudo Dei. 115
Forma eſt ens perfectũ. 116

forma,

(c) 2006 Ministerio de Cultura

formæ, principium philoſophiæ 114
forma in materia activando. 115
formæ centum. 25
formæ applicatio. 501
formæ quæſtiones. 633
formarum abſtractio. 80
formarum centum applicatio. 496
formarum centum quæſtiones. 40. 107
formarum definitiones ſeu quiditates. 80
formicæ docent eſſe laborandũ. 184
fornacarii. 207
Fortitudo { quid. 23. 1090; ut generetur. 122; inſtrumentum morale & quid. 23; per principia deducta. 455; per regulas deducta. 451
Fortitudinis quæſtiones per principia. 603; per regulas 604
Fortuna quid. 27
Fortunæ & Fortunati applicatio. 521
frutices qui 183
Fructus arboris { Elementalis 1049; Humanalis. 1086; Imaginalis. 1083; Imperialis 1097; Moralis. 1094; Senſualis. 1080; Vegetalis. 1077; Vitiorum 1095
Fulguris cauſa. 1055
Fulmen quid. 1056
Fullones. 207
Funambuli 185
Fundi cognitio. 204
Funerarii. 207

G.

GAlaxia quomodo generetur 1057
Gaudium in creatis 1073
G. quid in Alphabeto ſignificet. 2
G. quid in Kabbala. 44
Generaliſſimum quid. 693
Generatio { quid. 28; philoſophiæ principium. 120; à mutatione ſejuncta. 1004; vegetativa ſpecies. 129; hominum non infinita. 961
Generationis varii modi. 1058
Generationis correlativa. 120
Generationis & corruptionis applicatio. 528
Generationis quæſtiones. 651
Genereitas quid 83
Generis ager 773
Generis applicatio. 498
Generis quæſtiones 631
Genus quid. 856
Genus apud Log quid. 153. phyſicum. 1063
Genus forma quid. 25
Geometria. 213
Geometria quid & eius applicatio. 529
Geometria quid 28
Geometriæ quæſtiones. 652
Gladiatores. 206
Gloriæ definitio. 10. 980. conſideratio. 980
Gloria duplex. 150. differt a fama. 991

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Gloria animi, corporis, externa 218
Gloria deducta per principia. 324
Gloria quæ detur iustis 942
Gloria est annorum mater. 190
Gloria est perfectio glorios. 56
Gloria per regulas deducta. 356
Gloriæ quæ consonent & repugnent. 833
Gnomen quid 1089
Gott principium rerum 192
Gracilitas 1065
Graduum conditio in scala naturæ 793
Grammatica quid & eius applicatio 539
Grammatica quid 29
Grammatica quotuplex 198
Grammatices progressus 683
Grammaticæ principium 192
Grammaticæ quæstiones 654
Grando quando generetur. 1054
Granedulæ quid. 1054
Grani corruptio. 124
Gratia quid 27
Gratiæ & gratiati applicatio. 522
Gratia & gratiati quæstiones. 647
Grossitudo 1065
Gula per C. 2
Gula est privatio sobrietatis. 79
Gula instrumentum morale & quid 79
Gula per principia deducta. 471
Gula per regulas deducta. 471
Gulæ quæstiones per principia. 615 per regulas 616
Gustus ut sentiat famem & sitim. 38
Gustus quomodo fiat. 1079

H.

H quid in Alphabeto significet. 2
H. quid in Kabbala 44
Habituatio 661
habituatio 41
habitus quid 28. 998
habitus applicatio 505
habitus apud Log. quid 153
habitus pro respectu positus. 1048
habitus & qualitas in quo convenient 998
hæmorrhoidas quid. 84
habitus quæstiones. 635
habitus omnes fermè enumerati 23. 24
hæcceitas quid 110
Halo quid 1056
hasta venationis 738
herbæ quæ 283
herbarij 207
hepar 184
herodotus de Leena 184
historia quid narret 199
Homeri mortis definitio 736
Hominificatio soli homini competit 31
hominis appetitus & voluntas. 979
hominis deductio per regulas & principia 74
homines iustiores cur plus laboris habeant. 942
hominis principia corpus & anima 958
hominis definitio ut se habeat. 31
hominis quæstiones per principia 591
per regulas 592

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Homo

cur sit 5
cur dicitur microcosmos 184
à sui institutione est ad beatitudinem ordinatus 952
à quo sit 103
consideratur secundum omnia praedicamenta 185
cum immortalitate patientiae est in periculo 465
plus se diligēs quam Deum est superbus 475
& leo ut differant & conveniant. 30
est animal rationale homificans. 21
& animal quare conservantur. 30
est maior pars mundi 21
nullus auget scipū. 37
per singulas alphabeti literas declaratus 688
per principia discursus 416
per regulas deductus 419
per tactum uno & eodem tempore sentit diversa. 22
quale elementum. 182
quid 792
secundum elementa perpetuus 185
visibilis non est 37
homo ut à Platone definitus. 766
homo ut consideretur 184
eius membra ibid.
honor quid 28
honoris & honorati applicatio. 524
honoris & honorati questiones. 649
hospites. 207
humilitatis corruptio 126
humanitatis artium Articuli. 944
Hungari pediculosi 184
hyena imitatio 184
hypothetica propositio 151

I

I quid in Alphabeto significet 2
Iacobus Kabbala 45
iacobi scala 194
Iacobus Januarius 788
Iacobus Faber Stapulensis 788
ibis apud Aegyptios in maxima veneratione 184
Idea quid 27
Idea applicatio 512
Ideae quaestiones 640
Ideatus quid 85
Identitas quid & rationis quid. & formalis & realis quid.
Ideatis singulis fabricandis modus 937
Identitatis angulus 784
idem sermo 880
Iesus Christus quod dicunt resurgere a mortuis 953
Iesus Christus ascendit ad coelos 955
Iesus Christus quos debeat iudicare vivos & mortuos. 960
Iesus Christus quod debuit mori. & descendit ad inferos. 952
Imbecillitas increatis 1060
Imago quid 1073
Inventum an Arb. Lull. 1012

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Influentia distincta. 1060
Ignis quid. 128
Ignis cur in supremo loco. 1042
Ignis elementum cur non videatur. 1043
Ignorantia elenchi. 161
Ignorantia Elenchi. 307
Imaginatio per principia deducta. 422
Imaginatio per regulas deducta 424
Imaginativa quid. 792
Imaginativæ officium. 1081
Imaginativæ quæstiones per principia. 593. *per regulas.* 594
Imaginativæ mediante sensu ea in tile attingit. 21
Imaginativa philosophia principium. 134
Imaginari tertius gradus scalæ naturæ. 894
Imaginativæ quæstiones. 38
Imaginativum de quo. 103
Imaginativum per singulas alphabeti literas declaratum. 688
Imaginativi deductio per regulas & principia 74.75
Imber quid 1054
Immobilitas quid 28
Immobilitas applicatio. 507
Imperfectio quid 1070
Implicita copula quæ 147
Impliciti ad explicitum applicatio 24
Impossibile instrumentum memoriæ 144
Impossibilitas ubi inveniatur. 1013
Impressiones 1051
Impressio quid Lullo significet 1069
Impressiones humidæ 1053
Impressiones in media aëris regione. 1053. *in infima aere* 1053
Impressiones in suprema aëris sphæra 1052
Impressiones ex stellarum reflexione 1056
Impressiones terrestres 1055
Impressionum materia 1051
Improportionatus. 243
Improbationes ut fiant 841
Inauratores 207
Incarnatio Dei 943
Incarnatio filii Dei & sua conceptio 946
Inconstantia per K. notatur. 45
Inconstantiæ instrumētum morale & quid 24
Inconstantia per principia deducta 485
Inconstantia per regulas deducta 486
Inconstātiæ quæstiones per principia 625
per regulas 626
Incubus 197
In Deo nihil est inferius nec superius 88
indefinitæ propositio 148
Individuitas quid 27
Individuitatis quæstiones. 632
Individuitatis applicatio 500
Individuitas quid 83
Individuum quid 82
Inductio quid 157
Infidelitas quid 126
Infinitas quid 28
Infinitas divinarum rationum. 378
actuum earundem 379
Infinitatis & infinitati applicatio 524

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Infinitatis & infinitati quæstiones. 648
Initium quid. 81
Inpatientia, vitium. 465
Inseparabilitas in arbr. Lull. 1013.
Insertio quid in creatis. 1069.
Instinctueitas quid. 8.
Instinctus quid. 28
Instinctus applicatio. 507
Instrumentalitatis quatuor species. 249
Instrumentalitatis quæstiones. 39
Instrumentativa quid habeat in se. 105
Instrumentativa quid. 23
Instrumentativi deductio per principia & regulas. 78
Instrumenta triplicia. 180
Instrumenta artificialia. 62
spiritualia. ibid.
Instrumentum aliud substantiale, aliud accidentale. 250
Instrumentum duplex. 23
Instrumentum significat genus accidentium quoddam. 688
Instrumentalitatis distributio. 1051
Instrumentalitas in arb. Lull. 1014
Intellectuale quid Lullio. 984
Intellectus possibilis. 1085
quid. 11
operationes tres. 45
& memoria in homine non sunt eadem potentia 37
quando credimus sive opinamur. 167
per tabulam est ascensivus, descensivus, & coniunctivus. 14
habet scalã ascensus & descensus. 46
querela. 113
humanus magis consistit in opinione quam in scientia. 228
per quam figuram acquirat scientiam. 6
Theologic. 802
frater Voluntatis. 143
scala. 5
medium inter intelligere & credere. 140
obiectum. ibid.
secunda operatio. 724
est trinus. 60
operationes. 64. 65
tribus operationibus perficitur. 683. eius tertia operatio. 727
philosophia principium. 137. 138
practicus aut theoricus. 241. quid sit in alio. 11
& ad speciale venit. 51
Intelligere quintus gradus scala naturæ. 894
Intelligentia artificiosa conformatio. 683
Intentio quid & quotuplex. 1011
Intentiones simplices. 685
Intensitas in creatis quotuplex. 1063
Intericritas actus. 1005

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Inuentio. 200. quid. 28
Inuentio mediorum. 299
Inuentionis & inuenti applicatio. 526
Inuentionis & inuenti quæstiones. 650
Inuestigatio diuinarum dignitatum. 376
Inuidia instrumentum morale & quid. 24
Inuidia per principia deducta. 479
Inuidia per regulas deducta. 480
Inuidiæ quæstiones per principia 621. per regulas. 622
Iouis omnia plena. 193
Ira instrumentum morale 65 quid. 24. Vnde oriatur. 1073
Iræ quæstiones per principia 65 regulas. 622. 623
Ira per principia deducta. 482
Ira per regulas deducta. 482
Iridis generatio. 1056
Iudicia inferiora examinabuntur per iudicem generalem. 964
Iudicis sententia in quot partes diuidatur. 204
Iudiciale genus Vt consideret omnia elementa. 182
Iudiciale genus. 220
Iudicium Viuorum & mortuorum. 960. 963
Iupiter. 193
Iuris quæstiones. 655
Iuris media. 193
Ius quid. 29
Ius quid & eius applicatio. 544
Iustitia quid. 23
Iustitiæ corruptio. 125
Iustitia per B. significata. 44
Iustitia instrumentum morale & quid. 23
Iustitiæ quæstiones per principia 600. per regulas. 601
Iustitia per principia deducta. 444.
Iustitia per regulas deducta. 446
Iustitia Vtrum habeat suos correlatiuos. 40
Iusticiæ consideratio. 1089
Iustitia Vt generetur. 121
Iustinianus legalem scientiam instituit. 957

K.

K. Continet duas regulas. 13
K. quid in alphabeto significet. 2
K. quid in Kabbala. 45
Kabbalæ etymon. 44
Kabbalæ finis. 64
Kabbalæ pars tertia. 56
Kabbalæ tractatus. 44
Kabbala vnde. ibid.
Kardaca. 214

L.

Laboris incitamentum formica. 184
Labrocera quid. 1054
lactarij. 207
lacuum generatio. 1055
lambas combinatoria Lulliana 681
lampas Venatoria Logicorum. 744
lanarij. 207
lanam tractantes artifices. 207
lanceæ meteoricæ. 1052
lanifici. 207
lanipendia. ibid.
lapicidæ. ibid.
latitudo quid. 1067
laudans obseruare debet eos, apud quos dicit. 184

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Laudatio rerum. 222
laus ex rebus animi, corporis, externis. 216
laus in fine consumatissima. 220
Leana semel tantum parit & cur. 184
Legum, quibus Sniformiter discurritur, numerus. 675
earundē multiplicatio. ibid.
lenitas. 1065
Libertas quid. 217
libitina q. 207
linea. 213
linea recta in clementis. 1041
linea quid. 27
linea applicatio. 514
linea quæstiones. 641
lineales quid. 86
linteones. 207
lis in entibus est à contrarietate. 51
lis & amicitia causæ generationis & corruptionis. 80
literæ alphabeti quid denotent. 44
literarū radices amaræ, fructus vero meliores. 178
litera in quolibet camera significant subiectum & prædicatum. 7
Loca accidentalia. 868
loca eius quid. 84
loci applicatio. 526
loci figura. 248
loci qui & quot. 158
loci extrinseci. 868
loci tabe fumantur. 861. 863
locus quid. 26. 797
locus describi non potest. 1000
quomodo considerandus. 1021.
Locus dupliciter consideratur. 714
Locus argumentarū quid. 864
locus nobilissimus debetur naturæ nobilissimæ. 955
locus quot habeat species. 247
logica quid. 28. 147
logica quid & eius applicatio. 537
logica est de secundis intentionibus. 243
logicæ venationis progressus. 737
logicæ principium. 192. oratoriæ principium. ibid.
logicæ quæstiones. 654
logicorum lampas venatoria. 744
longitudo quid. 1007
Lulliana calumnia. 674
Lullianæ artis argumentū. 681
Lullij ars inventiva. 787
Lullij ars ut conscripta. 667
Lullio forsan quædā occulta. 675
Lullus obscurmonis infantiam contemptibilis. 682
lumen moritur in lampade, oleo deficiente. 22
Lux quid in corporalibus. 1067
luxuriæ animi vel corporis quæ maior. 473
luxuria est privatio castitatis. 79
luxuria instrumentum moraie & quid. 24
luxuria per principia deducta. 473
luxuria per regulas deducta. 474
luxuriæ quæstiones per principia 616. per regulas. 617

M.

Macellarij. 207
machometicæ sectam Saracenorum instituit. 956
magister faciat quæstiones cum scholaribus. 43

magis-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

magnitudinis definitio. 10. 976
magnitudo est perfectio magni. 57
magnitudo per C. designatur. 2
magnitudo per principia deducte in arte magna. 315
magnitudo per regulas deducta 343
magnitudo triplex. 800
magnitudini quæ consonent & repugnent. 832
magnum quid. 56
maioritas habet tres species. 6
maioritas in angelo. 20
maioritas per regulas deducta. 370
maioritatis angulus. 50. species. 991
maioritatis definitio. 10. 992
mangones. 207
Manna quomodo generetur. 1054
Marsilius de modis qualitatis. 1046
marcellus. 250
Masculinitas. 1068
materia quid. 27
materia an à divinis removenda. 1003
materia in creatis. 1062
materia duplex accidentalis & substantialis. 117
materia in forma passionando. 114 & propter formam est. ibid.
materia, obiectum circa quod. 812
materia philosophiæ principium. 122
materiarij. 207
materiæ applicatio. 502
materiæ situs est abstractus. 119
materiæ quæstiones. 664
matrix mulieris. 121
mathematica. 212
mathematicheitas quid. 85
mathematicæ applicatio. 512
mathematicæ obiectum. 212
mathematicæ principium. 192
mathematicæ quæstiones. 640
Mechanicæ artes. 208
media Iuris. 193
mediastini. 207
medicamentarij. ibid.
medicina quid. 29
medicina duplex. 215
medicinæ applicatio. 546
medicinæ tabula. 830
medicinæ principium. 192
medij angulus continet tres species. 5
medij definitio. 10. 990
medij descriptio. 863
medij inueniendi scala. 49
medio quæ conueniant & repugnent 834
mediorum inuentio. 299
medium animi, corporis, externum. 220
medium ad finem in Kabbal. 80
medium apud Log. quid. 154
medium coniunctionis. 49
medium deductum per principia. 332
medium generale. 166
medium inuentionale. 164
medium mensuræ. 990
medium triplex. ibid.
medium naturale & logicum. 260.
medium quid. 57
melancholia est natura memoriæ. 144
melis meteoricæ generatio. 1054
membra hominis. 184
membrositas. 1068

(c) 2006 Ministerio de Cultura

memoria quid. 29
memoria duplex 201
memoria & voluntas angeli. 20
memoria per principia deducta. 559
memoria per regulas deducta. 560
memoria & intellectus in homine non sunt eade potentia 37
memoria et philosophiæ principium. 143
memoriæ per regulas quæstiones 661
memoria intellectiua. 1085
memoria sensitiua. 1082
mendacium instrumentũ morale & quid. 24
mensurationis medium. 5
mercantiæ appellatio. 548
mercatura quid. 29
mercaturæ quæstiones 658
metallarij. 185
metaphysica quid. 27
methodus diuisiua & compositiua. 80
meteororum enumeratio typica. 1050
Militia quid. 29
militiæ quæstiones. 657
militum scientia consistit in viris & armis. 204
minoritas quid. 57
minoritas deducta per principia 339
minoritas nihilo vicina. 992
minoritas per regulas deducta. 373.
minoritatis definitio. 10
minoritatis species. 992
misericordia quid. 27
misericordia & misericordiati. 520
misericordiæ quæstiones. 645
mixtio vera tantũ in quatuor elementis. 985
mixtorum genera duo. 1049
mixtio est centrum & fundamentum ad inueniendum multas propositiones. 17
mixtio principiorum & regularum. ibid.
mixtio principiorum & regularum in arte magna. 313
mixtionis principiorum applicatio. 495
mixtionis principiorum & regularum finis. 583
mixtionis principiorum & regularum quæstiones. 35
mixtionis utilitas & præstantia 17
Modus habet quotuor species. 248
modus syllogismorum. 155
Mollicies vnde causetur. 1067
molochinarij. 207
monetales. ibid.
monstruitas quid. 27
monstruitatis applicatio. 516
monstruositas quid. 86
monstruositatis quæstiones. 643
moralis philosophia. 202
moralitas quid. 29
moralitatis applicatio. 541
moralitatis quæstiones. 655
mors est finis priuationis. 5
mors est finis ad quem nati sumus. 766
mors duplex. 1089
mors hominis quid. 37
motiuitas quid. 84
motus. 813
motus in creatis eiusq; species. 1065
motus animorum concitandorum. 868

motus

(c) 2006 Ministerio de Cultura

motus applicatio. 506
motus philosophiæ principium. 136
motus quæstiones. 636
motus species. 137
motus quid. 28
Moyses legem Iudeis tradidit. 956
Mulier & vir æqualiter peccant per luxuriam. 474
mulier non habet potestatem corporis sui. 217
mulieris virtus. 189
mulieris faciei pulchritudo capit luxuriosum ad amandum. 473
multiplicatio { entiũ per quartam figuram 66 ; figuræ quartæ. 298 ; plurium rationum. 779. prædicatorũ respectivorum. 721. regularium. 732 ; prædicatorũ absolutorũ. 719 ; quartæ figuræ. 16 ; subiectorũ. 717
multiplicationis modus. 96
multiplicationis quartæ figuræ quæstiones. 583
multiplicationis quartæ figuræ applicatio. 495
mundi cura a cathena. 191
mundi oculus sol. 195
mundus quomodo habeat infinitatem. 266
mundus, si angeli non essent, esset evacuatus. 36
mundus cur creatus. 244
mundus utrum sit æternus. 266
muscarum pugnæ. 184
muscæ olei suauitatem perdant. 222
musculi. 184
musica quid. 28
musica duplex. 209
musica mundana. 210
musica quid & eius applicatio. 534
musicæ quæstiones. 653

N.

NAtiuitas filij Dei. 874
Narrationis virtutes. 874
natura forma, quid. 25
natura hominis duplex: spiritualis & corporalis. 20
narrationis virtutes. 199
natura an sit. 199
natura humana deuiata à sine 937. peccatrix. ibid.
naturæ abstractum est naturatus. 81
naturæ applicatio. 498
naturæ quæstiones. 631. item. 41
naturæ distinctio. 1061
natura in arbore Lull. 1014
naturæ scala. 793
naturale instrumentum. 78
naturalium rerum principia. 192
naubus inseruientes. 208
nauigatio quid. 29
nauigationis applicatio. 550
nauigationis quæstiones. 658
Nauta. 185
Necessarium an sit. 110
necessitas quid. 82. varia. 1061
necessitas qualiter sit accipienda. 1015
necessitatis & necessitati applicatio. 520
necessitatis & necessitati quæstiones. 646

necro-

(c) 2006 Ministerio de Cultura

necromantia 199
negativa signa 147
negationis medium 814
nemesis 202
nervi 184
netrices 207
nihil est adeo parvum, adeoque vile, quod non plurimum cõmodi habeat. 184
nihil ex nihilo fit 54
nivis generatio eiusque albedo. 1054
nobilitatis tres species Platoni 664
nomen ut ad laudem trahatur 218
nominum quædam latitudo. 87
novitas quid 26. 85
novitatis applicatio 512
novitatis quæstiones 640
nox est absentia diei 476
Nubes quomodo fiant 1054
nummularii 208
nutrimentum corporis 1068
nutrimentum vegetativæ species 129

O.

OBiectum quid 28
Obiectum supremum Deus. 20
Obiectum variè consideratum. 1059
Obiectum extra & intra 1007
obiecta quæstiones 651
obsonatores 207
occasionalia principia 233
ociositas species accidia 620
oculus in speculo similitudinem suam attingit. 149
odores quomodo percipiantur. 1070
œdipi bulla 735
œconomicæ philosophia 202
officii oratoris partes 200
oligarchia 204
olfaciendi modus diversus. 1078
omnia vanitas. 191
operatio verius instrumentum. 1049
operationes naturales 1012
operationis medium 814
operationum variæ species. 976
opifices varii 207
oppositio in elementis. 1042
oppositionis species 988
oppositionum multiplicatio 988
oppositioni quæ conveniant ac repugnent 834
oppositorum tabula 811
oppositorum eadem scientia 693
oppositio propositionum 149
oppositio 810. 987
Oratio quid 29
orationis partes 199
orationis applicatio 556
oratio exemplaris 224
orationis quæstiones 660
oratoris instrumenta 216
oratoris officia quinq; 201
oratoris officium quod nam. 179
orbis terrarum 893
ordinatio quid 27
Ordinatione quid fiat 1011
ordinationis & ordinati quæstiones 646
ordinationis & ordinati applicatio 521
ordo in Lampade combinatoria 683
ordo non tollitur ab operibus Dei 946
origo quid 1012
Ossrion 207
Ossa 184
oves bisulca 183
ovi corruptio 124
ovis mansuetudo 184

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Ouum fuit potentia in gallina. 120

P.

Pædotribæ 207
palamedes dicitur alphabetũ didic ſſe a gruibus. 180
paleſtritæ. 206
pancratiſtæ. ibid.
Parabolæ quomodo cauſentur. 1057
Partialitas impropriè accepta. 1005
paralogiſmus. 159
particularia & refutentur. 740
parentes primi peccauerunt. 933
paria quæ. 868
paſſibilitas quid. 84
paſſio quid. 26. 998. 1047
paſſio notatur per BILE. 998
paſſio apud Log. quid. 153
paſſiones figuræ primæ. 231
paſſionis quæſtiones. 635
paſſionis applicatio. 505
paſſio duplex. 205
patientia per I. notatur. 45
patientia inſtrumentum morale & quid. 24
patientia per principia deducta. 465
patientiæ quæſtiones per principia. 611. *per regulas.* ibid.
Peccatum primorum parentum generale. 936
peccatum quod omnibus hominibus generale quantum ad animam. 937
peccatum generale eſt. 936
originale. 937
peccatum cur circa nihil 31
pediculi apud Hungaros non ſatis tute & vituperantur. 184
pegmarij. 207
perfectio quid. 27
perfectionis finis. 5
perfectio generalis. 1015
perfectiones appropiatæ in Deo. 995
perfectiones omnes in Deo. 19
perfectionis & perfecti applicatio. 522
perfectionis & perfecti quæſtiones. 647
perfectioni quæ conueniant & repugnent. 854
permanentia quid. 49
perſeitas. 1069
perſonæ ſcripturæ inſeruientes. 208
perſonæ corpori inſeruientes & victui. 207
petitio principij. 161
petitionis principij fallacia. 308
Petrus Daguinus Mediatus. 788
Phantaſma quid. 26
phantaſma eſt obiectum imaginatiui. 76
phantaſiæ officium. 1082
phantaſmatis applicatio. 509
phantaſmatis quæſtiones. 637
philoſophia quid. 28. *orat Raymundum.* 113. *ciuilis.* 402 *rationalis ſpecies.* 198. *eius lamentatio.* 113. *quid & eius applicatio.* 529. *inuenta.* 197 *ab Auerroiſtis iniuria afficitur.* 112. *actualis triplex.* 202 *moralis.* ibid. *quæſtiones.* 652 *tabula.* 829
phœnix animal igneum. 183
Pietas per principia deducta. 467. *per regulas deducta.* 467. 612. *inſtrumentũ morale & quid.* 24
pigmentarij. 207
pigritia. 477
pilcrepi. 207
piper. 22. *& allium in quo concordent.* 433

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Piſcatores. 185
piſtores. 207
piſtrinarij. ibid.
Planetarum nomina. 1102
plantæ in quatuor claſſes diuiſæ, 1077
planta quotuplex. 183
plantæ agunt ſecundũ ſuas ſpecies. 22
plato de lite & amicitia. 191
plato de nobilitatis ſpeciebus. 664
platonis de Veritate dialogus. 190
platonis philoſophia. 107
plauſtrarij. 207
plenitudo diſtributa. 1058
plenitudo generale principium. 1004
plenitudinis quæſtiones. 638
plenitudinis applicatio. 510
plenitas quid. 85
plenitudo quid. 262
plumbum elementum imperfectum. 182
pluralitatis ſpecies. 1057
pluralitatis quæſtiones. 41
pluralitas in Deo. 1003
pluralitas tranſcendens. ibid.
pluralitas an in Deo. 109. eſt diuiſiblis. 81 forma, quid. 25. eius applicatio. 498. quæſtiones. 630
pluuia quomodo generetur. 1054
Poëta finitimus oratori. 202
politica quid. 29
politices applicatio. 543. quæſtiones. 655
ponderoſitas. 1065
poſitio ab vbi differt. 1048
poſsibilitas quomodo accipienda 1013
poſteritas. 1008
potentia duplex in arte Lull. 1007
potentiæ reſpectus. 1059
porcus nõ apud Iudæos, ſed apud Boios laudari poteſt. 184
potentia quid. 28. actiua. 1007
potentia, obiecti, actus applicatio. 527
potentialitas quid. 57
potentiæ quæſtiones. 651
potentiæ inferiores non agunt in ſuperiores. 38
potens eſt eſſe. 56
poteſtati quæ conſonent & repugnent. 833
poteſtatis ſpecies. 977
poteſtatis definitio. 10.57. 977
poteſtas per regulas deducta. 347. deducta per principia in arte magna. 317
prædeſtinationis quæſtiones. 645 519
prædeſtinatio quid. 27
prædicabilia quinque. 153
prædicamenta nouem per quæ deſignentur. 5. ſunt principia accidentalia. 232
prædicamenta nouẽ accidentiũ. 181. vt applicentur ad genera cauſarum. ibid.
prædicamenta decem. 153
eorum figuræ. ibid.
prædicata actu vel aptitudine. 799. abſoluta in figura prima. 668. ſimpliciter apprehenſibilia. 691. finalia. 189. reſpectiua. 695. tria eſſentialia. 187. vt ſint ſubiecta. 685,
prædicatio quid. 29. eius quæſtiones. 659. applicatio. 554
prædicationum variæ diſtinctiones. 856

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Prædicamenta conueniunt entitas ratione. 1000
prædicatum apud Log. quid. 147
prædicatorum multiplicatio. 826 *respectiuorum multiplicatio.* 721. *absolutorum multiplicatio.* 719. *substratio & prædicatio mutua.* 800. *eorum nomine quid veniat.* 685
præmissæ syllog. sorũ duæ. 154
præfica. 207
primicitas quid. 82
principia alia sunt substantialia, alia accidentalia. 238. *artis magna.* 228. *eis quæ conueniant & repugnent.* 839
principia philosophiæ. 113
Vegetatiuæ qualia. 22
principia octodecim. 972
principij angulus quid per causam significet. 5. *definitio.* 10
principiorum combinatio. 67 *definitiones & quiditates.* 10. 56. *mixtio.* 17. *horum & regularũ mixtionis quæstiones.* 35
principium an sit. 100 *quid.* 237. *& quotuplex.* 988 *originale.* 814 *animi, corporis, exteriorum rerum.* 219 *per principia deductum.* 331 *per regulas deductum.* 364
prioritatis modi. 1008
prioritatis relatio. 1059
priuationis species quatuor. 1064
priuatio quid. 28
priuationis quæstiones. 651
probandi modus. 302
probatio quid. 154
problema dialecticum. 753
productio & generatio differũt. 1012.
profunditas quid. 1007
pronunciatio. 201
prophetia. 297
propolæ. 207
proportio quid. 27. 1011
proportio variè dicta. 1059
proportionis & proportionatæ applicatio. 518. 644
propositio hypothetica quid. 151 *apud Log. quid.* 148. *duplex. ibid. diuisiones eiusdem variæ.* ibid. *dialectica.* 752. *quælibet habet duas quæstiones.* 65
propositiones quid enuntient. 751. *de Deo vt conuertuntur.* 168
propositionum generalium inuestigatio. 859 *conficiendarum ratio.* 856 *materia & leges.* 150. 151 *termini.* 147. *compositio & diuisio* 725. *diuisio à materia desumpta.* 152
proprietas quid. 25. *duplex.* 1010.
proprietatis applicatio. 500 *quæstiones.* 633
proprij ager. 778
proprium apud Log. quid. 153
proselidia siue cameræ figuræ tertiæ. 7
prudentia per C. notatur. 2 *quid.* 23. 1090 *instrumentum morale & quid.* ibid. *vt generetur.* 122 *per principia deducta.* 448 *per regulas deducta.* 449 621. *eius discursus.* 720
pruinæ generatio. 1053

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Fueri Virtus. 189
pugiles. 206
pulchrieitas quid. 85
pulchritudo quid. 26
pulchritudinis applicatio. 511
quæstiones. 639
pullus & ut generetur. 121
punctualitas quid. 25.1014
punctualitatis applicatio. 513
punctualitatis quæstiones. 641
punctualitas quid. 27
purgatorium & ut probetur. 850

Q.

Quadranguli applicatio. 514
quadrangulus quid. 27
quæstiones accidentis. 634
actus 631. actionis. 635
per abstractum & concretum, 627. accidiæ per principia. 609
per regulas. 621. alterationis 648
de angelo per principia 587
de angelo per regulas 607
angelorum 36. antecedentis & consequentis 650
quæstiones applicationis primæ figuræ 627
secundæ 628
tertiæ, ibid.
quartæ ibid.
diffinitionum ibid.
Tabulæ 629
Regularum ibid.
novem subiectorũ 630
mixtionis principiorum ibid.
evacuationis tertiæ figuræ 629
centum formarũ 630
applicationis essentiæ ibid.
bonitatis, pluralitatis, naturæ 631
generis ibid.
speciei, individuitatis 632 (637
appetitus naturæ 637
arithmeticæ 653
astronomiæ ibid.
attractionis 637
avaritiæ per principia 613
per regulas 614
charitatis per principia & regulas 609
de cælo per principia 589
per regulas 590
quæstiones 26.35
corporis 642
conscientiæ 659
consilij & consulti 646 (644
coloris & coloratæ creationis et creati 645. capacitatis & incapacitatis 649
cõprehẽsionis et apprehẽsionis 649
circuli 642
corruptionis 651
de Deo per regulas factæ 586
diffusionis 638
declarationis & declarati 647
dispositionis & dispositi 644
derivationis 643
deceptionis & decepti 648. digestionis 638. per definitiones principiorum 33

(c) 2006 Ministerio de Cultura

per regulas. ibid. 39.
euacuationis tertiæ figuræ. 682. 34
per explicitū & implicitum. 627
expulsionis. 639
existentiæ & agentiæ. 649
erhicæ. 655
quæstiones essentiales & accidentales. 816. fidei per principia & regulas. 607
quæstio cuius regula est quantitas. 1020
cum quo. 1023
de quo. 1019
instrumentalitas. 1023
localitas. 1021
modalitas. 1022
quare. 1019
qualitas. 1020
quid. 1018
quomodo. 1022
temporalitas. 1021
vbi. ibid.
vtrum. 1017
Quæstiones siue regulæ artis Lullianæ. 1016
quæstiones fortitudinis per principia. 603
per regulas. 603
fortunæ & fortunati. 646
centum formarum. 621
quæstiones de figura A. 87
primæ figuræ. 29
secundæ figuræ. 30
tertiæ figuræ. 32
quartæ figuræ. ibid.
Quæstiones gulæ per principia. 615
per regulas. 616
gratiæ & gratiati. 647
geometriæ. 652
grammaticæ. 654
generationis. 651
decem generales. 10
hominis per principia. 591
per regulas. 592
habitus. 635
honoris & honorati. 649
inuidiæ per principia. 621
per regulas. ibid.
inuentionis & inuenti 650
imaginatiuæ. 38 693
instinctus. 636
immobilitatis. ibid.
ideæ. 640
iuris. 655
infinitatis & infinitati. 648
instrumētatiuæ. 39
inconstantiæ per principia. 625
per regulas. ibid.
luxuriæ per principia. 616
per regulas. 617
loci. 636
logicæ. 654
mixtionis principiorum & regularum. 583
multiplicationis quartæ figuræ. ibid.
motus. 636
mathematicæ. 640
misericordiæ. 645
mostruositatis 643
musicæ. 653. militiæ. 657. mercaturæ. 658. moralitatis. 655

quæstiones

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quæstiones
- multiplicationis quartæ figuræ. 35. 827
- mixtionis principiorum & regularum. 35
- materiæ. 660
- memoriæ per regulas. 661
- necessitatis & necessitati. 646
- navigationis. 658
- novitatis. 640
- orationis. 660
- obiecti. 651
- prudentiæ per principia. 601
- per regulas. 602
- perfectionis & perfecti. 647
- pulchritudinis. 639
- passionis. 635
- punctualis & lineæ. 641
- prædestinationis. 643
- proportionis & proportionalit. 644
- potentiæ. 651
- prædicationis. 659
- pietatis per principia. 612. & regulas. 613
- patientiæ per principia. 611
- per regulas. ibid.
- philosophiæ. 652
- privationis. 651
- politicæ. 655
- phantasmatis. 637

Quæstiones plenitudinis. 638
- quantitatis. 634
- qualitatis. ibid. quidditatum centum formarum. 107
- quadranguli. 641
- relationis. 635
- regiminis. 657
- rectitudinũ generalium. 642
- rhetoricæ. 653
- receptionis. 637

quæstiones ut in rhetorica considerentur. 196. 197

quæstiones de sensitiua per principia. 594. per regulas. 595. nouem subiectorum. 584

quæstiones spei per principia. 608
- per regulas. ibid. 461. similitudinis & similati. 658
- speculi. 643. significationis. 639. substantiæ. 633. superbiæ per principia. 618. per regulas. 619. situs. 635

quæstiones temperantiæ per principia. 604
- per regulas. 605
- transubstantiationis. 647
- trianguli. 641
- theologiæ. 651
- tabulæ. 34. 96
- temporis. 636

quæstiones per triangulũ princip. med. & fines vt fiant. 30
- tutiorum per principia & regulas deductorum. 613

vegetatiuæ per principia. 596
- per regulas. 597
- de viuentibus & vitijs. 699
- vmbræ. 643
- vegetatiuæ. 28

quæstionũ loca siue partes sunt. 10.
- partis diuisio. 562

quæstiones primæ columnæ B.C. D.T. 563
- secundæ columnæ C.D.E.T. 566
- tertiæ columnæ D.E.F.T. 569

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quartæ columnæ E F. G. T.
571. quintæ columnæ E. G. H. T. 574
quæstiones sextæ columnæ G. H. I. T. 576. septimæ columnæ H. I. K. T. 578
quæstiones proprietatis simplicitatis, compositionis, formæ, materiæ 633
quale quærit de qualitate & habet duas species 12
quale proprii & appropriatum 712
qualitas quid 26. 82. 796. propria & appropriata 245. propria quid 821
qualitates quatuor substantiales 127
qualitatis applicatio 503. quæstiones 634. descriptio 995
qualitas propria & appropriata 1020
qualitas non omnis denominat subiectum 1046
qualitatis cognitio quare necessaria in arte Lulli 996
qualitatis distributio 1046
quando respectus temporis duplex 1048
quantitas transcendentissima 993
quantitatis distinctio 1645
quantitatis definitio 993
quantitatis proprium 1045
quando 821. dupliciter consideratur 712. quærit de tempore & habet 15. species 12
quantitas apud Log. quid 153. 82. 26. 796. quid in principij angulo significet 5. simplex & cõposita 244. non in Deo 19. comparativa 820
quantum quærit de quantitate continua & discreta 12
quare duas habet species 244 formale & finale 710. positionis & illationis 819.
quærit de causa formali & finali 11
quiditates partium subiecti 57
quid per C. designatur 2
quid est habet multas species 818 habet quatuor species 708. 11. quærit de modo 13. 821. dupliciter consideratur 707
quid quæstio eiusq; species 1018

R

Radices arboris Lulli 971
radices novem 973
radicum respect. ordo 974

Rami arboris elementalis 1044
vegetalis 1076
sensualis 1079
imaginalis 1083
humanalis 1085
moralis 1093
Scitiorum 1094
imperiali 1097
apostolicali 1098
cœlestis 1102
æxternalis 1103

Radices arboris elementalis 1040
vegetalis 1075
sensualis 1077
imaginalis 1082
humanalis 1084
moralis 1088
Scitiorum 1094
imperiali 1096
apestolicali 1098
cœlestis 1100

rana amphibia 183
rationcitas pluribus convenit. 91

(c) 2006 Ministerio de Cultura

receptio quid 26
eius applicatio 509. quæstiones 637
receptivitas quid 91
rectitudines sex 1038
rectitudo quid 27
rectitudines generales 515
rectitudines generales 27
rectitudines generales 29
regimen quid 1012
reflexiua quid respiciat applicatio 547
regiminis principis
regula B. 240. habet tres species
regula C. 241
regula D. 242
regula F. 244
regula G. 245
regula H. 246
regula I. 247
regula cum quo 715
de quo 709. instrumentaliuatis K. 249. modalitatis signata per K. 248
regula prima Virum B. 707
quid 707
regula quale 711. quomodo 705. quantum 710. ubi 713
regulæ 816. artis magnæ 240
sunt decem quæstiones generales 10
regulæ necessariæ decem. 58
296.
regularum applicatio 492.
combinatio quid 67. & principiorū mixtionis quæstiones 35. mixtio 17. multiplicatio 722. quæstiones 33
relatio quid 26. 727. 995
relationis applicatio 504
quæstiones 635
dispositio 1047
fundamentum 996
relativitas quid 83
relationes creatæ 996
relationes personales 994
relativorum propria 1047
relationes mutuæ 996
renes 184
repugnantia quæ 857
res male sunt quandoque principia bonorum 192
respectivi definitio 1047
respectuum multiplicatio 826
genera 902
resurrectio Iesu Christi 953
restrictio 152
retia venationis 753
revolutio quartæ figuræ 19
rhetorica 180. quid 28. quid & eius appellatio 535
rhythmica musica 211
rhetoricæ applicatio 216
quæstiones 653
romam condidit Romulus 957
rosa 22
roris generatio 1053

S

Sagarij 207
sigmarij 207
salomon de cedro Libani disputavit 183
salsamentarij 207
sanitas in corpore animato 1073
saporis materiaque 1070. eius species 1071
sapiens est esse, cuius gratia omnia sunt scibilia 56
sapientia attribuitur etiam irrationabilibus 188
deducta per principia 320
per regulas deducta 350
est perfectio sapientis 57

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sapientia animi, corporis, externa. 218
Sapientiæ generatio. 124. definitio. 10. 978. corruptio. 126
Sarracenus de Deo. ibid.
Satyri. 185
Scala ascendendi & descendendi. 3. figuræ A. 693. ascendendi & descendendi ad inueniendum medium. 49. intellectus. 5. secundæ figuræ. 793
Scalamandra viuit in igne. 221
Scenici. 206
Schenobatæ. 185
Scientiarum vanitas. 732. omnis inquisitio à dubitatione proficiscitur. 197
Scientia rerum cupiditas naturalis. 43. adipiscendæ modus. ibid, rerum acquirendæ ratio. 79. omnes per quartam figurã cognoscuntur. 93
Sciomachi. 206
Scire est rem per causas cognoscere. 192
Scolares quid à magistro petere debeant. 42
Scrutinium specierum. 667
Secundarioritas. 1009
Senatores. 204
Senis virtus. 189
Sensitiua vtrum sensct imaginatiuam. 38
Sensitiua quid. 792. quid habeat in sc. 104. 22. per principia deducta. 428. per regulas deducta. 430. philosophiæ principium. 132
Sensitiuæ quæstiones. 38. deductio per regulas & principia. 77. per singulas alphabeti literas declarata. 688
Sensus communis eiusq; natura & necessitas. 1081
Sensus quid Lullio. 1071
Sensuale quid Lullio. 984
Sensus communis habet se ad sensus particulares sicut centrum ad suam circumferentiam. 104
Sensus ministri sunt intellectus. 225. habent suum obiectum in alio. 76. particulares impediunt actum imaginatiuæ. 21. quæstiones per principia. 594. per regulas. 595
Sentire tertius gradus scalæ naturæ. 794
Separabilitas in arb. Lull. 1013
Sericarij. 207
Sermonum species sunt septem. 199
Signa vniuersalia & particularia. 145
Signa Zodiaci. 1101
Signietas quid. 85
Significatio quid, 26
Significationis applicatio. 511 quæstiones. 639
Silentium Pythagoræ. 179
Simiæ similitudo. 184
Simile quid. 82. an sit. 110
similitudo quid. 28. 866
similitudo largè accepta. 1014
simplicitas quid. 25. 1003
simplicitatis applicatio. 500. quæstiones. 633
simplicitas excludens varia. 1058
simplicium apprehensio. 683
Sitonæ. 207
Situcitas quid. 84
situs considératio. 999
situs quid. 28. 806
situs applicatio. 505. quæst. 635
Socrates non potest definire virtutem. 189
Socrates venenosa propinatio. 747
Sol

(c) 2006 Ministerio de Cultura

Sol oculus mundi 197
Solicitudo species accidiæ 621
Solon 220
Solutio argumentorum ut fiat. 783.872
Somnia varia 197
Somnium quid 1097
Sonus quid 1070
Sophista ut deducatur ad multa impossibilia 67
Spaciola 47
Speciale ut investigetur 51
Specierum quid 83
Specierum applicatio 499
quæstiones 632
Specierum scrutinium 667
Species apud Log. quid. 153.866
regul. 816
Specialissima & subalterna quid 694
Species in creatis 1063
Species ex centum formis quid 25
Species Lulliane & Agrippæ. 817
Specula venationis 754
Speculativa 209
Speculi applicatio 517
quæstiones 643
Speculum quid 27
Sperma in matrice mulieris. 121
Spei corruptio 126
generatio 123
Spei quæstiones per principia. 608
per regulas 608
Spes quid 24.1091
per principia deducta 459
per regulas deducta 461
instrumentum morale & quid 24
Spherica 215
Spiritus sancti 928
Stabularij 107
Statio quid in arbore scient. Lull. 1006
Status tres 320
Stellæ 51
Stella alba & rubea 1052
Stipulæ 1052
Studiosus artis Lullian. debet esse optimi ingenij & sublimis 107
Stultitia quid 127
Styli ruditatis excusatio 681
Subiecta novem 17
Rhetorices 180
universalia 791
ut fiant prædicata 685
Simpliciter apprehensibilia. 685
Subiecti partes 43
partium quidditates 55
quarti quæstiones 37
noni quæstiones 39
Subiecti & prædicati naturalis connectio in qua figura inquiratur 3
Subiectorum nomine quid veniat. 686
novem applicatio 496
cum regulis combinatio 70
definitiones 55
novem quæstiones 101
novem 35
multiplicatio 717
Subiectum quid Log. 147
Subiectum primum, Deus. 376. 19
Secundum Angelus 401.19
tertium, quod est de cælo. 20
quartum, quod est homo 20 416
quintum, imaginatio 422
sextum, sensitiva 428 22
septimum, vegetativa 432 22

(c) 2006 Ministerio de Cultura

octavum, quod est elementativa 22.437
nonum instrumentalitas. 23. 443
subsistere quid 977
subsistentia differt ab existentia 977
substantia completa & impleta 1073
substantia an sit. 110. quid. 815. 25
substantia omnis, natura est. 81
substantia Dei ab omni accidente segregata. 19
substantia & accidens componuntur in corpore 243
substantiæ applicatio, 502. quæstiones 633
substentans quid 83
Sulphurarij 207
Superbia est privatio humilitatis 79
instrumentum morale & quid 24
per principia deducta 475
per regulas deducta 476
Superbia quæstiones per principia & regulas 618
Superbus nunquam invenit quietem 476
superius in essendo & prædicando 1005
suppositio quid 152
surditas est absentia auditus. 476
sus multipara 183
sutores 208
Syllogismus in quo omnes termini sunt substantiales 163
Syllogismorum modus & figura 155
Syllogismus quid 154
Syllogizandi forma in tribus figur. 738
syncathegorematici termini qui 685
Syncathegorematici simpliciter apprehensibiles 705
Sydus volans 1053
Synesis quid 1089

T.

T secunda figura 48
Tabernarij. 207
tabula sapientiæ Kabbalistarum 63
generalis 14
in arte magna 258
magna 81
columnis constat 672
tabula abbreviata commentariorum Agrippæ 898
tabula quartæ figuræ 840
tabularum figuræ 838
tabulæ applicatio 493
magnæ ratio 729
ordo 63
quæstiones 34
quæstiones in Kabbala 96
tabulæ generalis mater figura quarta 672
tactus organa quæ 1079
talpa elementum perfectum. 182
temperantia quid 23.1090
temperantiæ quæstiones per principia. 604. per regulas. 605.453
temperantia instrumētum morale & quid 23
corruptio 125
ut generetur 122
temporalitas 821.1021
temporalitas quid 84
temporis applicatio 506
species 245
quæstiones 636
quid 28

(c) 2006 Ministerio de Cultura

tempus in principii angulo quid denotet 5
tempus omnibus convenit 1000
tempus non in Deo 19
tempus Deo repugnat 999
Terminorum multiplicatio. 823
formatio 678
multiplicatio 717. (8-8
extraneorum investigatio.
in specierum scrutinio multiplex acceptio 678
terminus quid 810
apud Log. quid 147
duplex 147
terra 128
quare immobilis 1044
terræ rotunditas 1044
Terræ qualitas 1044
terræ motus causa 1055
territorias 1010
Theatrica 206
Theologia 28
inspirata est 197
quid & eius applicatio 528
Theologiæ quæstiones 651
principium 192. (113
eius ancilla est Philosophia.
subiectum est Deus 146
termini 828
theoretica circa quid 209
Thessali ciconiam defendunt. 184
Tignarii 207
Tornatores 207
tonitrui generatio 1056
totalitas triplex 1058
totalitas in arbore diurnali. 1005
totum quid 83
Traiani institia 181
transitionis medium 814
transmutatio in creatis. 1057
transsubstantiatio quid 28
transsubstantiationis & transsubstantiati applicatio. 523.648
Triangularis figura in elemētis 1041
trianguli applicatio. 514. quæstiones 641
Triangulorum explicatio. 973 974
trianguli secundæ figuræ. 48. 233
triangulus quid 27.86
triangulus principii, medii, finis 31
triangulus secundæ figuræ primus 696
secundus 697
tertius 700
triangulus viridis figuræ T. 4
rubeus 5
trophetes 207
craceus 5
Truncus arboris
Apostolicali 1098
Cælestis. 1100
Elementalis 1040
Humanalis 1084
Imaginalis 1082
Imperiali. 1096
Moralis 1088
Sensualis 1077
Vegetalis 1075
Vitiorum 1094
Turbinis venti origo 1056
turris in campi medio 747
turturum amicitia 184
Typus 679

V.

Vaccapaucipara 183
vacuum quid 84
vacuitas duplex 1065
vanitas omnia 191
vapor triplex 1051
ubi 821
dupliciter consideratur. 713 1048

(c) 2006 Ministerio de Cultura

quærit de loco & habet 15
ſpecies 12
vegetativa an ſit 105. qd. 22. 793
moritur elementativa ſibi deficiente 22
per principia deducta 432
per regulas deducta 435
philoſophiæ principium 129
vegetativæ principia 130. 131
quæſtiones 38
quæſtiones per principia 596
per regulas 597
vegetativi deductio per principia & regulas 77
eius intentus 77
vegetativum in Rhetorica. 182
per ſingulas alphabeti literas declaratum 688
vehicularii 207
venæ 184
venatio. 205. Logica. 737. medii. 162
venationis canis. 752. retia. 753
venatilia. 752. ſpecula. 754
haſta 758
venatilia duo 752
venator Logicæ venationis. 751
veneris cingulum 191
ventres 184
ventus unde 1055
ventorum enumeratio 1051
veritas divina. 379. animi, corporis externa 208. per regulas deducta 354. finis ſapientiæ. 189. triplex ibid.
veritas non eſt, niſi Deus ſit verus 88
veritas per principia deducta. 323. eſt actus veri. 57
veritati quæ conſonent & repugnent 833
veritatis definitio. 10. 980
vermes elematũ imperfectũ. 82
verũ primus animi conceptus. 55
veteramentarii 207
victui inſervientes artifices. 207
videns magis attingit coloratum videndo quam imaginando 21
vigilia in animantibus quid. 1072
vir & mulier æqualiter peccãt per luxuriam 474
viri virtus 189
virtus animi, corporis, externa 218
virtus & vitium ſunt contraria immediata. 941
virtus per regulas deducta 353
divina. 379. eſt perfectio virtuoſi. 57. per principia deducta 322
virtutes 203. earundem ſimulachrum. 202. ſunt multiplices. 189
virtutis definitio. 10 quæſtiones 599
virtutum privationes ſunt vitia. 79. generatio 121
virtuoſum quid 56
virtus à poteſtate diſtincta 979
virtus quid & unde 979
virtutis diviſio 1087
virtutes Theologicæ 1091
virtutum præcipuarum definitiones 1093
virtutum connexio 1092
viſus organum 1078
vita omnibus entibus non inest 1015
vita æterna eſt in qua Deus æternaliter ab omnibus diligitur 944
vitia virtutibus proxima 180
vitia utrũ ſimpliciter ſint principia privativa 40
vitia & virtutes 831
vitiorum quæſtiones per principia

(c) 2006 Ministerio de Cultura

pia & regulas 613
vitrearii 207
vitruvius de architectura. 206
vivere ſecundus gradus ſcalæ naturæ 794
Vlyſſes de Palamede 180
umbra quid 27.1068
umbræ applicatio 517
umbræ quæſtiones 643
unio quid 985
unitas varia 1057
unitas tranſcendens 1002
unitas, forma quid 25.1002
unitas utrum ſit principium omnium rerum primum 109
unitati quæ repugnent & conſonent 834
unitatis applicatio 497. *quæſtiones* 40
univerſalis affirmans ut concludatur 750
unum quot modis accipiatur. 749
unum, primus animi conceptus 55
voces ſimplices 685
volens quid 56.1085.978
voluntas animi, corporis externa 208. *eſt potentia imperativa.* 142. *frater intellectus.* 143
voluntas & perfectio volentis 57. *per regulas deducta.* 358 *per principia deducta* 300 *divina eſt infinita.* 379. *philoſoph. principium* 140
voluntatis definitio 10
Vomitus a canibus oſtenſus. 184
Vrinatores 207
utrum per C. ſignificatum 44 *habet tres ſpecies.* 11. *per tria tempora quærit* 817. *quomodo apud plerosq; accipiatur.* 195
utrum quæſtio ejusq; ſpecies. 1017

X.

Xylici 207
Xenophon de venatione. 205.

Z.

Zodiacilatitudo. 1101

FINIS.

(c) 2006 Ministerio de Cultura

ARGENTORATI.

SUMPTIBUS
LAZARI ZETZNERI
BIBLIOPOLÆ.



Anno

M. DC. IX.

(c) 2006 Ministerio de Cultura